




M. TVLLII CICERONIS ORATIONVM

pars altera.

Eodem ALEXANDRI SCOT *studio dispertita, variis lectionibus & notis illustrata.*

Quæ operum Ciceronis tomi quarti partem vnam, puta Orationes, quæ pro Muræna & post Ciceronis Consulatũ habitæ sunt, & tomum quintum complectitur.

TOMVS QVARTVS.





LVGDVNI,

Sumptibus Ioannis Pillehotte, ad insigne IESV.

M. DC. X.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Volumen hoc habet

Orationes

- *Pro L. Murena.*
- *Pro L. Flacco.*
- *Pro L. Sylla.*
- *Pro A. Licinio Archia poeta.*
- *Ad Quirites post reditum.*
- *Post reditum in Senatu.*
- *Pro domo sua ad Pontifices.*
- *De Aruspicum responsis in Senatu.*
- *Pro Cn. Plancio.*
- *Pro P. Sestio.*
- *In Vatinium.*
- *Pro M. Cælio.*
- *De Prouinciis consularibus.*
- *Pro L. Cornelio Balbo.*
- *In L. Pisonem.*
- *Pro T. Antonio Milone.*
- *Pro C. Rabirio Posthumo.*
- *Pro M. Marcello.*
- *Pro Q. Ligario ad Cæsarem.*
- *Pro Rege Deiotaro ad Cæsarem.*
- *In M. Antonium Philippicas 14.*
- *C. Crispi Salustij in Ciceronem.*
- *M. Tullij Ciceronis ad Salustium respons. ad populum & equites Romanos.*
- *Antequam iret in exilium, non Ciceronis, sed rudis cuiusdam inconcinnā & insulsam declamationem.*



PRO L. MVRÆNA

ORATIO VICESIMATERTIA.

Comitiis Consularibus, quæ Consul Cicero habuit D. Iunius Silanus, & L. Licinius Muræna, Consules designati sunt. Post comitia Murænam de ambitu competitor eius accusauit clari nominis Iurisconsultus Ser. Sulpicius cum tribus subscriptoribus M. Catone, probitate erga remp. insigni viro Cn. Posthumio, Ser. Sulpicio adolescente. Defendit eum Cicero, à Qu. Hortensio & M. Crasso iam defensum. EVENTVS, *Muræna periculo liberatus. Acta anno 687. vel, vt aliis placet, 690. Iucunda in primis oratio est: nam & Iurisconsulti propter Sulpitium exagitantur, & Stoica disciplina, cui deditus erat Cato, facetè diluditur.*

1. VAE * precatus sum à diis immortalibus, iudices, more institutóque maiorum, illo die quo auspicatò comitiis centuriatis, a L. Murænã consulẽ renuntiaui:[1] vt ea res mihi, magistratuique meo populo, plebíque Romanæ, bene atque feliciter eueniret, eadẽ precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdẽ hominis consulatum vnà cum salute obtinendum, & vt vestræ mẽtes, atq; sententiæ cũ populi R. voluntate, suffragiisque consentiant, eáque res vobis, populóq; R. pacẽ, trãquillitatem, otiũ, cõcordiãq; afferat. Quòd si illa solẽnis comitiorũ precatio cõsularibus auspiciis cõsecrata, tãtam habet in se vim, & religionem, quantã reipu. dignitas postulat; idẽ ego sũ precat⁹,[2] b vt iis quo

* EXORDIVM.

a V. c. L. Murænam.

b vt eis queque hominibus.

que hominibus quibus hic cõsulatus, me rogãte, datus esset, ea res faustè, feliciter, prospereq; eueniret.|| Quæ cùm ita sint, iudices, & cùm om- 2
nis deorum immortalium potestas, aut translata sit ad vos, aut certè communicata vobiscum: idem consul eum vestræ fidei commendat, qui antea diis immortalibus commendauit: vt eiusdem hominis voce & declaratus consul & defensus, beneficium populi Romani cum vestra, atque omnium ciuium salute tueatur. Et quoniam in hoc officio studium meæ defensionis, ab accusatoribus, atque etiã ipsa susceptio causæ reprehensa est: antequam pro [c] L. Muræna dicere instituo, pro meipso pauca dicam: [d] non quò mihi potior, hoc quidem in tempore, sit officij mei, quàm huiusce salutis defensio: sed vt meo facto vobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama, fortunisque omnibus inimicorum impetus propulsare possim.|| Et primũ 3
M. Catoni, vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti, momẽta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato, me & consulẽ, & legis ambitus latorem, & tam seuerè gesto consulatu, causam L. Murenæ attingere. cuius reprehensio me vehementer mouet, non solùm vt vobis, iudices, quibus maximè debeo, verùm etiam vt ipsi Catoni, grauissimo, atq; integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem, M. Cato, est æquius consulem defendi, quã à consule? Quis mihi in repu. potest, aut debet esse coniunctior, quàm is, cui resp. [e] à me vna traditur sustinenda, magnis meis laboribus, & periculis sustentata? Quòd si in iis rebus repetendis, [f] quæ mancipij sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit: profectò etiam rectius in iudicio consul s designati, is potissimùm consul, qui consulem declarauit, auctor beneficij populi Ro. defensorque periculi esse

c v.c. Murena.
d L. non quòd mihi p.
e L. à me trad.
f L. mancipia sunt.

4 esse debebit:|| Ac,si,vt nonnullis in ciuitatibus fieri solet,patronus huic causæ publicæ constitueretur:is potissimè honore affecto defensor daretur,qui eodem honore præditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis,quàm facultatis. Quòd si è portu soluentibus,ij qui iam in portum ex alto inuehuntur. [g] præcipere summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum,& locorum, [h] quòd natura affert, vt eis faueamus,qui eadẽ pericula,quibus nos perfuncti sumus,ingrediantur: [i] quo tandem me animo esse oportet,propè iam ex magna iactatione terram videntem,in hunc, cui video maximas reip; tempestates esse subeundas? Quare si est boni consulis, *non solùm videre,quid agatur,* 4 *verũ etiã* * *prouidere quid futurũ sit*:ostendã alio loco,quãtum salutis communis intersit. duos cõ-

6 sules in rep. kalendis Ian. esse. || Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas,quàm resp.consulem ad communẽ salutem defendendam vocare.Nam quòd legem * de ambitu tuli,certè ita tuli,vt eam,quã mihimetipsi iampridem tulerim de ciuium periculis defendendis [k] non abrogarem. Etenim si largitionem factam esse confiterer,idque rectè factũ esse defenderẽ:facerẽ improbè,etiã si alius legẽ tulisset.cũ verò nihil cõmisũ cõtra legem esse defendã,quid est, quo meã defensionẽ latio legis

7 impediat?||Negat esse [l] eiusdem seueritatis,Catilinã,exitiũ reip.intra mœnia molientem, verbis,& pænè imperio vrbe expulisse:& nunc pro L. Muræna dicere.Ego autem has parteis lenitatis,& misericordiæ,quas me natura ipsa docuit,semper egi libenter:illam verò grauitatis, seueritatisq; personam non appetiui: sed à rep. mihi impositã sustinui, sicut huius imperij dignitas in summo periculo ciuium postulabat. Quòd si tũ cũ resp.vim,& seueritatem desiderabat,vici naturã,& tã vehemens fui,quàm coge-

g al. prædicere summo st.

h L. quòd natura fert vt.

i li.vul. quo tamen animo esse op.

* al. præuidere,

* lex de ambitu à Cicerone lata hoc cõplectebatur vt condemnatis sex annorum exsilium præter veteres pœnas irrogaretur.

k al. non abrogarim

l L. eiusdẽ seueritatis Cato, Cati.

bar,non quam volebam:nunc, cùm omnes me causæ ad misericordiam,atque ad humanitatem vocent,quanto tandē studio debeo naturę meę, consuetudinique seruire?Ac de officio defensionis meæ,[m] ac de ratione accusationis tuę, fortasse etiam alia in parte orationis dicendū nobis erit.||Sed me,iudices,non minùs hominis sapientissimi,atque ornatissimi,Ser.Sulpicij, conquestio,quam Catonis accusatio commouebat: qui grauissimè;& acerbissimè [n] ferre dixit,me familiaritatis,necessitudinisque oblitū,causam L. Murænæ contra se defendere,Huic ego,iudices, satisfacere cupio,vosque adhibere arbitros. Nā cùm graue est verè accusari in amicitia,tum, etiamsi falsò accuseris,non est negligendum. Ego,Serui Sulpici,me in petitione tua tibi omnia studia,atque officia pro nostra necessitudine & debuisse confiteor;& præstitisse arbitror.nihil tibi consulatum petenti à me defuit, quod esset aut ab amico,aut à gratioso,aut à consule,postulandum.[o]abiit illud tempus:mutata ratio est:sic existimo:*sic mihi persuadeo,me tibi contrā honorem L.Murænę,quantū tu à me postulare ausus sis,tantū debuisse:contra salutem nihil debere.||Neque enim si tibi tū, cū peteres consulatum,affui idcirco nunc,[p] cū Murænam ipsum petas,adiutor eodem pactò esse debeo. Atque hoc non modò non laudari,sed ne concedi quidē potest,vt amicis nostris accusantib. non etiam alienissimos defendamus.Mihi autem cū Muræna,iudices,& vetus,& magna amicitia est,quæ in capitis dimicatione à Seru. Sulpicio nō idcirco obruetur,quòd ab eodē in honoris contentione superata est.Quæ si causa non esset,tamen,vel dignitas hominis,vel honoris eius,quem adeptus est,amplitudo,summam mihi superbiæ,crudelitatisque famā inussisset, si hominis,& suis,& populi R. ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiasse.Neq; enim iam

7 (margin, at "Sed me,iudices") — 8 (margin, at "Neque enim")

m L. & de ratione accus.

n L. se ferre dixit.

o L. abiit tempus illud.

* L. sic persuadeo, me t. c.

p L. cū Murænam ipsum petis.

iam mihi licet,neque est integrum.vt meum laborem ,huminum periculis subleuandis nõ impertiam.Nam cùm præmia mihi tanta pro hac industria sint data,quanta antea nemini : labores per quos ea ceperis,cũ adeptus sis,deponere
9 esset hominis & astuti,& ingrati.|| Quòd si licet desinere,si te auctore possum [6] si nulla * inertiæ,nulla superbiæ turpitudo,nulla inhumanitatis culpa suscipitur:ego verò libenter desino.Sin autem fuga laboris,desidiã, repudiatio supplicum superbiam: amicorum neglectio improbitatẽ coarguit:nimirum hæc causa est huiusmodi,[7] [q] quam nec industrius,nec misericors, nec officiosus deserere possit.Atque huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio,Serui , facillimè ceperis. Nam si tibi necesse putas,etiam aduersariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere:&,si turpe existimas,te aduocato,[8] illum ipsum,quem cõtra veneris,causa cadere:noli tam esse iniustus , vt cùm tui fontes vel inimicis tuis pateant,nostros riuulos etiam
10 amicis putes clausos esse oportere. || Etenim,si me tua familiaritas ab hac causa remouisset,&, si hoc idem Qu.Hortensio,M.Crasso,clarissimis viris,si item ceteris,à quibus intelligo,tuã gratiam magni æstimari accidisset : in ea ciuitate consul designatus defensorem non haberet , in qua nemini vmquam [r] infimo maiores nostri patronum deesse voluerunt. Ego verò,iudices, ipse me existimarem nefarium,si amico : crudelem,si misero:superbum , si consuli defuissem. Quare quod dandum est amicitiæ,largè dabitur à me,vt tecum ag̃,Serui,non secus,[s] ac si meus esses frater,qui mihi est carissimus:isto in loco, ꝙ tribuendũ est officio,fidei,religioni,id ita mo derabor,vt meminerim me cõtra amici studium pro amici periculo dicere.|| Intelligo ,* iudices
11 treis accusationis parteis fuisse,& earũ vnam in

* al.inertiæ nota, nulla superbiæ turpitudo.

q Il. vulg. quam nec industrius, quam nec misericors, &c.

r for.vel infimo.

s L. ac si meus frater esses.

* PARTITIO.

reprehensione vitæ, alterã in cõtentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatã.* Atque harum trium partium prima illa, quæ grauissima esse debebat, ita fuit infirma, & leuis, vt illos lex magis quædam accusatoria, quã vera male dicendi facultas de vita L. Murænæ dicere aliquid coegerit.' Obiecta est enim Asia: quæ ab hoc non ad voluptatem, & luxuriam expetita est, sed in militari labore peragrata. qui si adolescens patre suo imperatore non meruissel: aut hostẽ, aut patris imperium timuisse, aut à parẽte [t] repudiatus videretur. An, cùm sedere in equis triumphantium prætextati potissimùm filij soleant, huic donis militaribus patris triũphum decorare fugiendum fuit, vt rebus cõmuniter gestis pænè simul cũ patre triũpharet.|| Hic 12
verò, iudices; & fuit in Asia, & viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et, si habet Asia [u] suspicionem luxuriæ quandã, non Asiam numquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse, laudandum est. Quamobrem non Asiæ nomen obiiciendum Murænæ fuit, ex qua laus familiæ, memoria generi, honos & gloria nomini constituta est: sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. Meruisse verò stipendia in eo bello, quod tum populus R. non modò maximum, sed etiam solum gerebat virtutis: patre imperatore libentissimè meruisse, pietatis: finem stipendiorum, patris victoriã, ac triumphũ fuisse, felicitatis fuit maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, ꝙ omnia laus occupauit.|| Sal- 13
tatorẽ appellat L. Murænã Cato. Maledictũ est, si verè obiicitur, vehemẽtis accusatoris: sin falsò maledici cõuiciatoris. Quare cùm ista sis auctoritate,[x] nõ debes, M. Cato: arripere maledictũ ex triuio. 9 [y] aut ex scurrarũ aliquo conuicio, neq; temerè consulẽ populi R. saltatorẽ vocare: 10 sed

* PARTITIONIS pars prima de reprehensione vitæ Murænæ.

t al. repudiatus esse vid.

v al. suspicionem luxuriæ aliquam.

x L. M. Cato, non debes arrip.

y L. aut ex scurr. aliquo conuicio, neque.

10 sed * conspicere, quibus præterea vitiis af-
fectũ esse necesse sit eũ, cui verè istud obiici pos-
sit. Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi fortè in-
sanit: neque in solitudine, neque in conuiuio
moderato, atque honesto, 11 z intempestiui cõ-
uiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes
est extrema saltatio. Tu mihi arripis id, ꝙ ne-
cesse est omnium vitiorum esse postremum: re-
linquis illa, quibus remotis, hoc vitium omni-
no esse non potest. nullum turpe conuiuium, nõ
amor, 12 a non comessatio, non libido, nõ sum-
tus ostenditur. &, cùm ea non reperiantur, quæ
voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt:
in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo
te vmbram luxuriæ reperturũ putas? || Nihil igi-
tur in vitam L. Murænæ dici potest? 13 Nihil in-
quam omnino, iudices. Sic à me consul designa-
tus defenditur, vt eius nulla fraus, nulla auari-
tia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum pe-
tulans dictum in vita proferatur. Bene habet: ia-
cta sunt fundamenta defensionis. Nondum enim
nostris laudibus, quibus vtar postea, sed propè
inimicorũ confessione, virum bonum, atq; inte-
grum hominẽ defendimus. Quo constituto, fa-
cilior est mihi aditus ad contensionem digni-
15 tatis: quæ pars altera fuit accusationis. || Summã
* video esse in te, Serui Sulpici, dignitatẽ gene-
ris, integritatis, industriæ, cæterorumque orna-
mentorũ omniũ, quibus fretũ ad consulatus pe-
titionem aggredi par est. Paria cognosco esse
ista in L. Muræna, atq; ita paria, b vt neque ipse
dignitate vinci potuerit, neque te dignitate su-
perarit. Contẽsisti L. Murænæ genus: extulisti
tuũ. Quo loco si tibi hoc sumis, nisi qui patrici9
sit, neminẽ bono esse genere natũ: 14 facis, c vt
rursus plebs in Auentinũ seuocãda esse videatur.
Sin autẽ sunt amplæ, & honestæ familiæ ple-
beiæ, & proauus L. Murænæ, & auus prætores
fuerunt, & pater, cùm amplissimæ, atque hone-

* al. considerare.

z L. Tempestiui conuiuij, & ita v. c. Tempestiua erant conuiuia, quæ certo diei tempore agebantur. Apparatiora, quæ ad multam noctẽ producebãtur.

a L. non cõmissatio.

* PARTITIONIS secunda pars de dignitate Murænæ

b L. vt neq; abs te dignitate &c.

c L. vt rursus plebes in A.

stissimè,ex prætura triumphasset,hoc faciliorẽ huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, 16
quòd is iã patri debitus,à filio petebatur.|| Tua verò nobilitas,Serui Sulpici,tametsi summa est, tamen hominibus literatis,& historicis est notior:populo verò,& suffragatoribus obscurior. Pater enim fuit equestri loco,auus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti.sed ex annalium vetustate eruẽda est memoria nobilitatis tuæ. Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quod virtute industriaque perfecisti, vt cùm equitis R.esses filius.summa tamen amplitudine dignus putarere:nec mihi vmquam minùs in * Qu.Pompeio,nouo homine,& fortissimo viro, virtutis esse visum est, quàm in homine nobilissimo,d M.Aemilio.Etenim eiusdem animi,atque ingenij est,posteris suis,quod Pompeius fecit,amplitudinem nominis, quã nõ acceperit, tradere:&,vt Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sui,virtute renouare.|| Quam- 17
quam ego iam putabã,iudices,multis viris fortibus ne ignobilitas obiiceretur generis meo labore esse perfectum:qui non modò Curiis,Catonibus,Pompeiis antiquis illis fortissimis viris,nouis hominibus,sed his recentibus,Mariis, & Didiis,e & Cæliis commemorandis iacebant. Cùm ego verò tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem,vt aditus ad cõsulatũ posthac,sicut apud maiores nostros fuit,non magis nobilitati, quàm virtuti, pateret.non arbitrabar,cùm ex familia vetere, & illustri consul designatus ab equitis Rom.filio,consule,defenderetur,de generis nouitate accusatores esse dicturos.Etenim mihi ipsi accidit,vt cum duobus patriciis,altero improbissimo, atque audacissimo:altero modestissimo,atque optimo viro peterem: superaui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbum. Quòd si id crimen homini nouo esse deberet: profectò mihi neque inimici,

* Consul fuit cũ Cn. Seruilio Cœpione annò vrbis 612.

d L.M. Aemilio.

e L.& Cœliis.

18 neque inuidi defuissent. || Omittamus igitur de genere dicere, cuius est magna in vtroque dignitas: videamus cetera. [15] quæsturam vnà petiit, & sum ego factus prior. Non est respondendum ad omnia. neque enim quemquam vestrûm fugit, cùm multi pares dignitate fiant: [f] vnus autem primùm solus possit obtinere: non eundem esse ordinem dignitatis, & renuntiationis: propterea quòd renuntiatio gradus habeat: dignitas autem sit persæpe eadem omnium. Sed quæstura vtriusque propemodum pari momento fortis fuit. Habuit hic lege * Titia prouinciam tacitam, & quietam: tu illam, cui cùm quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, *Ostiẽsem, non tam gratiosam, & illustrem, quàm negotiosam, & molestam. Consedit vtriusque nomen in quæstura [g] nullum enim vobis sors cãpum dedit, in quo excurrere, [g] virtus, cognoscique posset. ||
19 Reliqui temporis spatium [h] in cõtentionem vocatur, ab vtroque dissimillima ratione tractatum. Seruius hic nobiscum hãc vrbanam * militiam respondendi, scribendi, cauẽdi, plenam sollicitudinis, ac stomachi, secutus est: ius ciuile didicit: multum vigilauit: laborauit: præsto multis fuit: multorum stultitiam perpessus est: arrogantiam pertulit: difficultatẽ exsorbuit: vixit ad aliorum arbitrium, non ad suũ. Magna laus, & grata hominibus, vnum hominẽ elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura. ||
20 Quid Muræna interea? fortissimo, & sapientissimo viro, summo imperatori, legatus L. Lucullo fuit: qua in legatione duxit exercitũ, signa contulit: manum conseruit: magnas copias hostiũ fudit: vrbeis partim vi, partim obsidione cepit: Asiam istã refertam, & eandem delicatã, sic obiit, vt in ea neque auaritiæ, neque luxuriæ vestigiũ reliquerit: maximo in bello sic est versatus, vt hic multas res, & magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator.

f L. vnus autem primus solus poss.

* Manut. lege Lautia

* vide Lips. 4. Antiq. c.13.

g for. virtus vestra cog.

h al. in cõtentionem vocatur, ab vtroq; dissimillima ratione tractatum est.

* militia vrbana est in respondẽdo, scribendo, caueãdo.

At

Atque hæc, quamquam præsente L. Lucullo loquar, tamen, ne ab ipso, propter periculum nostrum, concessam videamur habere licentiam fingẽdi, publicis literis testata sunt omnia: quibus L. Lucullus [i] tantum laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator, neque inuidus, tribuere alteri in communicãda gloria debuit. ||Summa in vtroq; est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per Seruium liceat, pari, atque eadem in laude ponam. sed non licet, agitat rem militarem, insectatur totam hanc legationem assiduitatis, & operarum harum quotidianarum putat esse consulatum. Apud exercitum mihi fueris, inquit tot annos? forum non attigeris?[16] * abfueris tamdiu? &, cùm longo interuallo veneris, cum iis, qui in foro inhabitarunt, dignitate contendas? Primùm ista nostra assiduitas, Serui, nescis, quantum interdum afferat hominibus fastidij, quantum satietatis, mihi quidem vehemẽter expediit, positam in oculis esse gratiam: sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superaui: [l] & tu idem fortasse: verumtamen vtrique nostrûm desiderium nihil obfuisset. ||Sed, vt, hoc omisso, ad studiorum, atque artium contentionem reuertemur: [17] qui potest * dubitari, quin ad consulatum adipiscẽdum multo plus afferat dignitatis, rei militaris, quã iuris ciuilis gloria. [m] Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas, ille, [n] vt quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. te Gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. tu actionẽ instituis: ille aciem instruit. tu caues, ne tui consultores: ille, ne vrbes, aut castra capiantur. Ille tenet, & scit, vt hostium copiæ: tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatus est in propagandis finibus: [o] tu in regendis. Ac nimiũ (dicẽdũ est enim quod sentio) rei militaris virtus præstat ceteris omnibus. Hęc nomen populo Rom. hæc huic vrbi æternam gloriã peperit: hęc orbem

Marginal notes: i L. tantum Murænæ laudis impertit. | 21 (at "Summa in vtroq;") | * L. afueris. | l al. & tu item fort. | 22 (at "Sed, vt, hoc omisso") | * al. dubitare. | m al. Vigilas tu | n L. vt eò quo intendit. | o al. tu in regendis.

orbẽ terrarum parêre huic imperio coegit, omnes vrbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forensis laus, & industria, latẽt in tutela, ac præsidio bellicæ virtutis. simulatque increpuit suspicio tumultus: artes illico nostræ cõ- * Iuris sciẽtia ad quas res vtilis.
23 ticescunt. || Et quoniam mihi videris istã* scientiam iuris, tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, vt istud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrere. 17 Aliis ego te virtutibus, * * al. continẽtia, grauitate, fide,
continẽtiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei, ceteris omnibus cõsulatu, & omni honore semper dignissimum iudicaui. quòd quidem ius ciuile didicisti: non dicam, operam perdidisti: sed illud dicã, nullam esse[p] in illa disciplina munitam ad consulatum viam. omnes enim artes, quæ nobis populi Ro. studia conciliant, & admirabilẽ dignitatem, & pergratam vtilitatem debent habere. p L. in ista discipl.
24 || Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt. omnia enim, quæ sunt in imperio, & in statu ciuitatis, ab iis defendi, & firmari putantur. summa etiam vtilitas: siquidem eorum consilio, & periculo, cùm rep. tum etiam nostris rebus perfrui possumus. * Grauis etiam illa est, & plena dignitatis, dicendi facultas, quæ sæpe valuit in consule deligendo, posse consilio, atq; oratione, & senatus, & populi, & eorum, qui res iudicant, menteis permouere. Quæritur consul, qui dicendo nonnumquam comprimat tribunitios furores, qui concitatũ populum flectat, qui largitioni resistat. Non mirum, si ob hanc facultatem homines sæpe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt: præsertim cùm hęc eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat, quorũ in isto vestro artificio, * Oratoris cõmẽdatio.
25 Sulpici, nihil est. || Primùm dignitas in tam tenui scientia quæ potest esse? res enim sunt paruæ, propè in singulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ. Deinde, etiã si quid apud

apud maiores nostros fuit in isto studio, admi-
rationis: id, enuntiatis vestris mysteriis, totum
est cōtemtum, & abiectum. Posset agi lege, néc-
ne, pauci quondam sciebant. fastos enim vulgò
non habebant. [q] erant in magna potentia qui
consulebantur: à quibus etiam dies, tanquam *
à Chaldæis, petebantur.[18] Inuentus est scriba
quidam Cn. Flauius, *qui cornicum oculos confixerit*,
& singulis diebus ediscēdos fastos populo pro-
posuerit, [r] & ab ipsis cautis iurisconsultis eorū
sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quòd
sunt veriti, ne, dierum ratione peruulgata, &
cognita, sine sua opera lége posset agi, * notas
quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus
ipsi interessent. || Cùm hoc fieri bellissimè pos- 26
set: Fundus Sabinus, meus est: immò meus: dein-
de iudicium: noluerunt. FVNDVS, inquit, QVI EST
IN AGRO, QVI SABINVS VOCATVR. Satis ver-
bosè, cedò, quid postea? EVM EGO EX IVRE
MEVM ESSE AIO. Quid tum?[t] INDE EGO TE
EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. Quid huic
tam loquaciter litigioso responderet ille, * vn-
de petebatur, non habebat.[19] [u] Transit idē iu-
risconsultus, tibicinis Latini modo; VNDE TV
ME, inquit, [x] EX IVRE MANV CONSERTVM
VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO. [20]
Prætor interea, ne pulchrum se, ac beatū puta-
ret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei
quoque carmen compositum est, cùm ceteris
rebus absurdum, tum verò [z] nullo vsui, VTRIVS-
QVE SVPERSTITIBVS, PRAESENTIBVS: [21] ISTAM
VIAM DICO: [a] ITE VIAM. Præstò aderat sapiēs
ille, [b] qui inire viā doceret: REDITE VIAM. eodē
duce redibant. Hæc iā tum apud illos barbaros,
ridicula, credo, videbantur. homines cùm rectè,
atque in loco constitissent, iuberi abire: vt, vn-
de abissent, eôdem statim redirent. Iisdem ine-
ptiis fucata sunt illa omnia, QVANDO TE IN
IV

q L. erant ij magna potentia.
* Chaldæi diligētissimi erant siderum obseruatores.
r al. & ab ipsis catis iurisc.
* notarum vocum formulas intelligit & cautiones à iureconsultis inuētas, actori, reo, iudici præscriptas
s L. Eū ego ex iure Quiritiū meū.
t L. Inde ego te ex iure manum consertum voco.
* ille vnde petitur pro reo,
v L. Trāsit ad eū iurisconf. char. iureconf.
x L. ex iure manū cōs. vocasti, inde ego. al. manu consertum, id est, ad manum cōserendā. vide Gell. li. 9. c. 20. Aug. 15. ep 8. Ser. Eglo. vlt.
y al. ne se pulchrum, ac beatum p.
z L. nullo vsu,
a al. inite viam.
b L. qui ire viam.

IVRE [c] CONSPICIO, [c] ET hæc, [d] SED ANNE TV 22 DICIS, QVI CAVSA VINDICAVERIS? quæ dum erāt occulta, necessariò ab eis, qui ea tenebant, petebantur: posteà verò peruulgata, atq; in manibus iactata, & excussa, inanissima prudētiæ reperta sunt: fraudis autē, & stulticiæ plenissima.

27 ||Nā cùm permulta præclarè legibus essent constituta, ea [e] iureconsultorū ingeniis pleraq; corrupta, ac deprauata sunt. Mulieres omneis propter infirmitatē consilij maiores in tutorū potestate esse voluerūt: hi inuenerunt genera tutorū, quæ potestate mulierū continerentur. Sacra interire illi noluerunt: horū ingenio 23 senes ad coemtiones faciēdas, interimēdorū sacrorū causa, reperti sunt. In omni deniq; iure ciuili æquitatē reliquerunt, verba ipsa tenuerunt: vt, quia in alicuius libris, exēpli causa, id nomē inuenerūt, putarūt, omneis mulieres, quę coētionē facerēt, Caias vocari. Iā illud mihi quidem mirū videri solet, tot homines, tā ingeniosos, per tot annos etiā nunc statuere nō potuisse, * vtrū diē tertiū, an perendinū: iudicē, an [f] arbitrū: rem, an litem

28 dici oporteret. ||Itaq; (vt dixi) dignitas in ista sciētia consularis nūquā fuit: quæ tota ex rebus fictis, cōmētitiisque constaret: gratiæ verò multo etiam minùs. Quod enim omnibus patet, [f] & æquè promptum est mihi, & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modò beneficij collocādi spem, sed etiā illud, quod aliquādo fuit, LICET CONSVLERE, iā perdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam vsquam, neque Romæ, rebus prolatis, quidquam valet. peritus ideò haberi nemo potest, quod in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. difficilis autem res ideò non putatur, quòd & perpaucis, & minimè obscuris literis continetur. *Itaque si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moueritis, triduo me [g] iurisconsultum esse profitebor.* Etenim quæ de scripto a-

c fort. conspicis, &c.
d Lāb. sed anne tu dicis causa vindicaueris. quæ.
e L. iurisconsultorum.
* ex vadimoniorum solemnibus verbis hæc fuerūt, teste Gell. l. 7. c. 1. & Valerio Probo I. D. T. S. P. id est, in diē tertiū siue perendinū. vid. Gell. l. 10 c. 24.
* Hac formula postulabantur à Prætore iudices, P. I. A. V. P. V. D. id est, Prætor iudicem arbitriūmve postulo vti des.
f al. & quod æquè.
g al. iurisconsultum profitebor.

guntur, scripta sunt omnia: neque tamen quidquam tam anguste scriptum est, quò ego non possim, QVA DE RE AGITVR, addere. Quæ cõsuluntur autem, minimo periculo respondētur. Si id, quod oportet, responderis: idem videare respondisse, quod Seruius. sin aliter: etiam controuersum ius nosse, & tractare videare. || Qua- 29
propter non solùm illa gloria militaris, vestris formulis, atque actionibus anteponenda est: verùm etiam dicendi consuetudo, longè, & multùm isti vestræ exercitationi ad honorẽ [h] antecellit. Itaque mihi vidētur plerique initiò multò hoc maluisse. pòst, cùm id assequi nõ potuissent, & istuc potissimùm sunt delapsi: [i] vt aiunt in Græcis artificibus, *eos [k] aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint*: sic nonnullos videmus, qui oratores euadere non potuerũt, eos ad iuris studium deuenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa etiam gratia. Etenim à vobis salubritas quædam: ab iis, qui dicũt, salus ipsa petitur. Deinde vestra responsa, atque decreta, & euertuntur sæpe dicendo, & sine defensione oratoris firma esse non possunt: in qua re si satis profecissem, parciùs de eius laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui in dicendo magni sunt, aut fuerunt. || *Duæ sunt artes,* 30
quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: vna imperatoris, altera oratoris boni. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo [l] belli pericula repelluntur. Ceteræ tamen virtutes ipsæ per se multùm valent: iustitia, fides, pudor, temperantia: quibus te, Serui, excellere omnes intelligunt: sed nunc [23] de studiis ad honorem * dispositis, nõ de insita cuiusque virtute disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiũtur, simulatque aliquis motus nouus bellicum canere cœpit. Etenim vt ait ingeniosus poeta, & auctor valde bonus, prœliis promulgatis, [24] * TOLLITVR E MEDIO nõ solùm ista vestra verbosa

h libri vulg. antecellet.

i I. &, vt aiunt in Græcis artif.

k al. auletas esse,

l fort. pericula.

* al. oppositis.

* Gellius legit, PELLITVR

bosa simulatio prudētiæ, sed etiam ipsa illa domina rerū, SAPIENTIA: VI GERITVR RES. SPERNITVR ORATOR, non solùm odiosus in dicēdo, ac loquax, verum etiam BONVS HORRIDVS MILES AMATVR. Vestrum verò studium totum iacet.[m] NON EX IVRE MANV CONSERTVM, SED MAGE FERRO, inquit, REM REPETVNT. Quòd si ita est, cedat, opinor, Sulpici, forum castris, otium militiæ, stilus gladio, vmbra soli: sit denique in ciuitate [n] ea prima res, propter quam ipsa est ciuitas omnium princeps.

31 Verùm hæc, Cato, nimiùm nos nostris verbis magna facere demonstrat: & oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestū. quod ego longè secus existimo, iudices: déq; eo pauca disseram. neque enim causa in hoc continetur. Nam si omnia bella, quæ cum Græcis gessimus, contemnēda sunt: derideatur de rege Pyrrho triumphus [o] M. Curij: de Philippo,[25] [p] T. Flaminij: de Aetolis, M. Fuluij: de rege Perse, L. Paulli: de Pseudophilippo, M. Metelli * de Corinthiis, L. Mummij. sin hæc bella, grauissima, victoriæque eorum bellorū, grauissimæ fuerunt: cur Asiaticę nationes,[q] atque ille à te hostis cōtemnitur? Atqui ex veterum rerum monumētis, vel maximum bellum populū Ro. cum Antiocho gessisse video: cuius belli victor L. Scipio,[r] parta cum Publio fratre gloria, quam laudē ille, Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asię nomine assumpsit.

32 Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis proaui tui. quò ille, quum esset, [s] vt ego mihi statuo, talis, qualem te esse video, nūquam cum Scipione esset profectus, si cum mulierculis bellandum esse arbitraretur. Neque verò cùm P. Africano senatus egisset, vt legatus fratri proficisceretur: cùm ipse, paullo antè, Annibale ex Italia expulso, ex Africa eiecto, Kartagine oppressa, maximis periculis rēp. liberauisset, nisi il-

m L. non ex iure manum consertum.
n L. ea prima ars,
o L. M. Curij.
p L. T. Flaminini: vide in Catone.
q q. fort. atque ille hostis à te cō.
r L. parta cum Publ.
s L. vt ego me statuo.
t L. liberasset,

lud graue bellum, & vehemens putaretur. Atqui,si diligenter,quid Mithridates potuerit, & quid effecerit,& qui vir fuerit,consideraris:omnibus regibus,quibuscum populus R. bellum gessit,hunc regem nimirum antepones,quem L. Sylla,maximo,& fortissimo exercitu,[26] [u] pugna excitatum, non rudis imperator,vt aliud nihil dicam,[x] cum bello inuectum totam in Asiam, cum pace dimisit:quem L.Muræna,pater huiusce : vehementissimè , vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit:qui rex , sibi aliquot annis sumtis ad confirmandas rationes,& copias belli, tantum ipse opibus, conatuque inualuit, vt se Oceanũ cum Ponto,Sertorij copias cum suis coniecturum putaret.|| Ad quod bellum duobus consu- 33
libus ita missis, vt alter Mithridatem persequeretur,alter Bithyniam tueretur:alterius res & terra,& mari calamitosæ , vehementer & opes regis,& nomen auxerunt : L. Luculli verò res, tantæ exstiterunt,vt neque maius bellum commemorari possit, neque maiore consilio,& virtute gestum. Nam,cùm totius [y] impetus belli ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eámque vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset,qua[z] effracta,& reuulsa,tota pateret prouincia:perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, vt vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, vt omnes copiæ regis,diuturnitate obsidionis cõsumerẽtur. Quid?illam pugnam naualẽ ad Tenedum, cùm contento cursu,acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe, atque animis inflata peteret : mediocri certamine, & parua dimicatione cõmissã arbitraris?Mitto prœlia:prætereo oppugnationes oppidorũ.expulsus regno tandẽ aliquando,tantùm tamen consilio,atque auctoritate valuit, vt se, rege Armeniorum adiuncto,nouis opibus , copiisque renouarit. Ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus, impe

u al. cùm exacerbasset pugna, non rudis imp. al pugna exerascet,al. pugna exacerbatum vel exasperatũ vel cũ exasperasset.

x al. cum bello inuectt.

y al. belli impetus.

z al.refracta.

imperatorísque dicendum plurima, & maxima prœlia cõmemorare possem. sed non id agimus.
4 || Hoc dico si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contẽnendus fuisset: neque tanta cura senatus, & populus R. suscipiendum putasset, neque tot annos gessisset, neque tanta gloria L. Luculli: neque verò eius belli conficiendi [a] curam tanto studio populus Rom. ad Cn. Pompeium detulisset: cuius ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata, qua ex pugna cũ se ille eripuisset, & [b] Bosphorũ confugisset, quò exercitus adire non posset: etiam in extrema fortuna, & fuga, nomẽ tamen retinuit regium. Itaque ipse Põpeius, regno possesso, ex omnibus oris, ac notis sedibus hoste pulso, tamen tantũ in vnius anima posuit, vt, cùm omnia, quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret, tamen non antè, quã illũ vita expulit, bellum confectum iudicarit. Hunc tu hostem, Cato, cõtemnis, quocum per tot annos; tot prœliis, tot imperatores bella gesserũt? cuius expulsi, & eiecti vita, tanti æstimata est, vt morte eius nuntiata, tum denique bellum cõfectum 26 [c] arbitraretur? Hoc igitur in bello L. Murænam, legatum fortissimi animi, summi cõsilij, maximi laboris cognitũ esse defẽdimus: [d] & hanc eius operam non minùs ad consulatum adipiscendum, quã hanc nostram forẽsem industriam, dignitatis habuisse.
35 || At enim in præturæ petitione prior renuntiatus est Seruius. Pergitísne vos, tãquam ex syngrapha, agere cũ populo, vt, quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum, *quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuũ, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus vnus, aut nox interposita, sæpè perturbat * omnia: & totam

a ὁμιλεῖν curationem.

b L. Bospo rũ confug.

c L. arbitraremur?

d L. & illã eius operã.

* vide oratiõnẽ Aeschinis contra Ctesiphontem.

* al. omina:

opinionem parua nonnumquam commutat aura rumoris. Sæpe etiã sine vlla aperta causa fit aliud [e] atque existimamus, vt nonnumquam ita factũ esse etiã populus admiretur: quasi verò non ipse fecerit.|| *Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.* Quis L. Philippum [27] [f] summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, à M. Herennio superari posse arbitratus est? quis Q. Catulũ, humanitate, sapientia, integritate antecellentem, à Cn. Manlio? quis M. Scaurũ, hominem grauissimum, ciuẽ egregium, fortissimum senatorem, à Qu. Maximo? non modò horum nihil ita fore putatũ est, sed ne cùm esset factum quidem, quare ita factũ esset, intelligi potuit. Nam vt tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe improuisò nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur: [g] sic [28] in hac comitiorum tempestate populari, sæpe intelligas, quo signo commota sit: [h] sæpe ita obscura est, vt casu excitata esse videatur.|| Sed tamen, si est 36

e L. atque existimaris.

f L. summo ingenio, opibus, gratia.

g L. sic hæc comitiorũ tempestas popularis.

h L. sæpe eius ita obscura causa est.

reddenda ratio: duæ res vehementer in prætura desideratæ sunt, quæ ambæ [i] in consulatu tum Murænæ profuerunt: vna exspectatio * muneris, quę & rumore nonnullo, & studiis, sermonibúsque competitorum [29] creuerat. altera, quòd ij, quos in prouincia, ac legatione omnis & liberalitatis, & virtutis suæ testeis habuerat, nondum decesserant. Horum vtrumque ei fortuna ad consulatus petitionem reseruauit. nam & L. Luculli exercitus, qui ad triumphum conuenerat, [30] [k] idem comes L. Murænæ præstò fuit: & munus amplissimum, quod petitio præturæ [l] desiderabit, prætura restituit.|| Num tibi parua 37
videntur adiumenta, & subsidia consulatus? voluntas militum? quæ cùm per se valet multitudine, [m] tum apud suos gratia: tum verò in consule declarando multum etiam apud vniuersum populum Rom. auctoritatis habet: suffraga 38

i L. in consulatu Murænæ prof.

* Ludorum Apollinarium.

k L. idem comitiis L. Murænæ pr.

l fort. desiderarat.

m L. cùm apud suos gratia.

fragatio militaris? Imperatores enim comitiis consularibus.[31] non verborum interpretes* deliguntur. Quare grauis est illa oratio, me sauciū recreauit: me præda donauit: hoc duce castra cepimus, signa contulimus: numquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumsit ipse cùm fortis, tum etiam felix. Hoc quanti putas esse ad famam hominum ac voluntatem? etenim, si tanta illis * comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit*prærogatiuum: quid mirum est, in hoc felicitatis famam, sermonémque valuisse?

39 ||Sed, si hæc leuiora ducis, quæ sunt grauissima, & hanc vrbanam suffragationem militari anteponis: noli ludorum huius elegantiā, & [n] scenæ magnificentiam valde contemnere: quæ huic admodum profuerunt. Nam quid ego dicam, populum, ac vulgus [o] imperitorum ludis magnopere delectari? minùs est mirandum. quāquam huic causæ id satis est. sunt enim populi, ac multitudinis comitia. Quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum, eam L. Murænæ apud populum profuisse. [32] Sed si nosmetipsi, qui & ab delectatione omni negotiis impedimur, & in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur, & ducimur: [33] quid

40 tu admirere[p] de multitudine indocta? ||L. Otho, *vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit non solùm dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex hæc, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quòd honestissimo ordini cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui dissimulant non solùm eos, qui fatentur: quòd ego in mea petitione sensi. nam nos quoque habuimus [q] scenam competitricem. Quòd si ego, qui trinos ludos ædilis feceram, tamen Antonij ludis commouebat: tibi, qui casu nullos feceras, nihil huius

* al. diliguntur.

* Comitiorum authoritas.

* Prærogatiua Centuria cuius voluntatē in centuriatis comitiis reliquæ cēturiæ sequebantur.

n v.c. scænæ

o al. imperitum. lud.

p for. multitudinem indoctam?

* Tribunū plebis fuisse L. Rosciū Othonem tradit Florus. 99 non consulem vt Ascon.

q v. c. scænam

r v.c. scænam,

istam ipsam, quam irrides, argenteam [r] scenam,
aduersatam putas? || Sed hæc sanè sint paria om- 41
nia: sit par forensis opera militari: sit par mili-
tari suffragatio vrbana: sit idem, magnificentis-
simos, & nullos vmquam fecisse ludos: quid? in

s L. & huius sortem

ipsa prætura nihilne existimas inter tuam, [s] &
istius sortem interfuisse? Huius sors ea fuit, quã
omnes tui necessarij tibi optabamus, iuris di-
cundi: in qua gloriam conciliat magnitudo ne-
gotij: gratiã, æquitatis largitio: qua in sorte sa-
piens prætor, qualis hic fuit offensionem vitat

t v.c. beniuolentiam

æquabilitate decernendi, [t] beneuolentiam ad-
iungit lenitate audiendi. Egregia, & ad consu-
latum apta prouincia, in qua laus æquitatis, in-
tegritatis, facilitatis, ad extremum ludorum vo-
luptate cõcluditur. || Quid tua sors? tristis, atrox: 42
quæstio peculatus, ex altera parte, lacrymarum,

v al. atque iudicum.

& squaloris: ex altera, plena catenarum, [u] atque
iudicum. cogendi iudices inuiti, retinendi con-
tra voluntatem: scriba damnatus, ordo totus
alienus: Syllana gratificatio reprehensa: multi

* al. propè dimidia pars ciuitatis

viri fortes, 34 & propè [x] pars ciuitatis offensa
est: lites seueræ æstimatæ: cui placet, obliuisci-
tur: cui dolet, meminit: Postremò tu in prouin-
ciã ire noluisti. non possum id in te reprehẽde-
re, quod in me ipso & prætor, & consul proba-
ui, sed tamen L. Murænæ prouincia multas bo-
nas gratias cum optima existimatione attulit.

x L. habuit proficiscẽs delectum in Vmbr.

[x] habuit proficiscens 35 delectum in Vmbria: de-
dit ei facultatem resp. liberalitatis: qua vsus,
multas sibi tribus, quæ municipiis Vmbriæ con-
ficiuntur, adiunxit. ipse autem in Gallia, vt no-
stri homines desperatas iam pecunias exigerẽt,
æquitate, diligẽtiaq; perfecit. Tu interea Romæ
scilicet amicis prȩstò fuisti. fateor: sed tamen il-
lud cogita, nonnullorum amicorum studia mi-
nui solere in eos, à quibus prouincias contemni
intelligãt. || Et, quoniã ostendi, iudices, parẽ di- 43
gnitatem ad consulatus petitionem, disparem
fortu

fortunam prouincialium negotiorum in Mure-
na, atque in Sulpicio fuisse: dicam iam apertiùs,
in quo meus necessarius fuerit inferior, Serui[9],
& ea dicam, vobis audientibus, amisso iam tem-
pore, quæ ipsi soli, re integra, sæpe dixi. Petere
consulatum nescire te, Serui,[y] persæpe dixi: &
in iis rebus ipsis, quas te magno, & forti animo
& agere, & dicere videbam, tibi solitus sum di-
cere, magis te fortem senatorem mihi videri,
quàm sapientem candidatum. Primùm accusan-
di terrores. & minæ, quib. tu quotidie vti sole-
bas, sunt fortis viri: sed & populi opinionem à
spe adipiscendi auertunt, & amicorum studia
debilitant. Nescio quo pacto semper hoc fit: ne-
que in vno, aut altero animaduersum est, sed iã
in pluribus: simulatque candidatus accusationẽ
meditari visus est, vt honorẽ desperasse videa-
tur.36 || Quid *ergo? acceptã iniuriã persequi nõ
44 placet? Immò vehementer placet: sed aliud tẽ-
pus est petẽdi, aliud persequẽdi petitor[illegible] ego,
præsertim consulatus, magna spe, magno ani-
mo, magnis copiis, & in forum, & in campũ de-
duci volo: nõ placet mihi[z] inquisitio cãdidati,
prænũtia repulsæ: nõ testiũ potiùs, quàm suffra-
gatorũ cõparatio: non minæ magis, quàm blan-
ditiæ: nõ declamatio potiùs, quã salutatio: præ-
sertim cùm iã hoc nouo more omnes ferè do-
mos omnium concursent, & ex vultu cãdidato-
rũ coniecturã faciant, quantum quisq; animi &
facultatis habere videatur. || Vidésne tu illũ tri-
45 stẽ? demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas. Ser-
pit hic rumor.37 [a] Scis tu illum accusationẽ co-
gitare? inquirere in cõpetitores? testeis quære-
re? aliũ faciã, quoniã sibi hic ipse desperat. Eius-
modi cãdidatorũ amici intimi debilitãtur, stu-
dia deponunt[b] aut testatã rem abiiciunt, aut suã
operam, & gratiã iudicio, & accusationi reser-
uãt. Accedit eòdem, vt etiam ipse candidatus,
totum animũ, atque omnem curam, operam, di-

y L. persæpe tibi dixi:

* al. Quæ? ergo acceptam

z for. anquisitio cand.

a for. Nescis tu illũ accusationem cog.

b. L. aut totam rem abiiciunt,

ligentiámque suam in petitione non possit po-
nere. adiungitur enim accusationis cogitatio,
non parua res, sed nimirum omnium maxima.
magnum est enim, te comparare ea, quibus pos-
sis hominem è ciuitate, præsertim non inopem,
neque infirmum, exturbare: qui & per se, & per
suos, & verò etiam per alienos defendatur. om-
nes enim ad pericula propulsanda concurrimus.
& qui non apertè inimici sumus, etiam alienis-
simis, in capitis periculis, amicissimorum offi-
cia, & studia præstamus. || Quare ego expertus & 46
petendi, & defendendi & accusandi molestiam
sic intellexi, in petendo, studium esse acerrimũ:
in defendendo, officium: in accusando, laborẽ.
Itaque sic statuo, fieri nullo modo posse, vt
idem accusationem, & petitionem consulatus
diligenter adornet, atque instruat. vnum su-
stinere pauci possunt, vtrumque nemo. 38 [c] Tu,
cùm de curriculo petitionis deflexisses, animũ-
que ad accusandum transtulisses, existimasti, te
vtrique negotio satisfacere posse? vehementer
errasti. quis enim dies fuit, posteaquàm in istã
accusandi denuntiationem ingressus es, quem
tu non totum in ista ratione consumseris? Legẽ
*ambitus flagitasti, quæ tibi non deerat. erat e-
nim seuerissimè scripta Calpurnia. gestus est
mos & voluntati, & dignitati tuæ. sed tota illa
lex accusationem tuam, si haberes nocentem
reum, fortasse armasset: petitioni verò refraga-
ta est. || Pœna grauior in plebem tua voce ef- 47
flagitata est. [d] commoti animi sunt tenuiorum.
[e] Exsilium in nostrum ordinem. Concessit sena-
tus postulationi tuæ: sed non libenter durio-
rem fortunæ communi conditionem, te aucto-
re, constituit. Morbi excusationi pœna addita
est: voluntas offensa multorum, quibus aut
contra [f] valetudinis commodum laborandum
est, aut incommodo morbi etiam ceteri vitæ
fructus relinquendi. 39 Quid ergo? hæc quis

c fort. Tu, cùm te de curriculo petit. al. tu te non de curriculo
* legis Calpurniæ de ambitu seuerissimæ meminit Ascon. in Cornelia-na, in Ant. & in Catilinam.
d libri vul. non habẽt, sunt,
e L. Exsulium in n.
f v. c. valitudinis

tulit? is, cui auctoritati senatus, voluntati tuæ paruit: denique is tulit, cui minimè [g] proderāt. Illa, quæ mea summa voluntate senatus frequēs repudiauit, mediocriter aduersata tibi esse existimas? cōfusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Maniliæ, æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum. Grauiter homines honesti, atque in suis ciuitatibus, & municipiis gratiosi tulerunt, à tali viro esse pugnatum, vt omnes & dignitatis, & gratiæ gradus tollerentur. Idem edititios iudices esse voluisti, vt odia occulta ciuium, quæ tacitis nunc discordiis cōtinentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent.
48 || Hæc omnia, tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant. Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me, maxima: de qua ab homine ingeniosissimo, & copiosissimo, Hortensio, multa grauissimè dicta sunt: quo etiam mihi durior locus est dicendi datus: vt, cùm ante me & ille dixisset, & vir summa dignitate, & diligentia, & facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem aliquam agerem causæ, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaque in iisdem rebus ferè versor, [i] & quod possum, iudices, [40] occurro vestræ sapientiæ. Sed tamen, Serui, quam te* securim putas iniecisse petitioni tuæ, cùm tu populum Romanum in eum metum adduxisti, vt pertimesceret, ne consul Catilina fieret, [41] dum tu accusationem [k] comparares, deposita, atque abiecta petitione?
49 || Etenim te inquirere videbant, tristem ipsum: mæstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant: quibus rebus certè ipsi candidatorum vultus, obscuriores videri solent. Catilinam interea alacrem, atque lætum, stipatum choro iuuentutis, vallatum [42] [l] indicibus, atque sicariis, inflatum cum spe militum:

g L. proderant. Quid? illa, quæ mea summa vol.

h L. legis Mamiliæ. Legem Mamiliam intelligit de suffragiis, qua confusio in suffragiis maxima inducebatur ob æquationē gratiæ, dignitatis, & suffragiorū alij arbitrātur legem hîc intelligi Maniliā de limitibus.

i L. & quoad possum, iud. occurro vestræ satietati. Sed t. al. satietati ex vetere sapientia.

* al. securitatem

k L. comparas,

l L. audacibus ac sicariis,

m L. circũfluentem col.
n L. perculsi
o al. nominabat,

tum collegæ mei quemadmodum dicebat ipse, promissis, 41 [m] circumfluente colonorum Arretinorum, & Fesulanorum exercitu. quam turbã dissimillimo ex genere, distinguebant homines [n] percussi Sylani temporis calamitate. vultus erat ipsius plenus furoris: oculi, sceleris: sermo, arrogantiæ: sic vt ei iam exploratus, & domi cõditus consulatus videretur. Murænam contemnebat: Sulpicium accusatorem suum [o] numerabat, non competitorem: ei vim denũtiabat: reip.
minabatur. Quibus rebus, qui timor bonis o- 50
mnibus iniectus sit, quantáque desperatio reip. si ille factus esset, nolite à me commoneri velle, vosmetipsi vobiscum recordamini. meministis enim, cùm illius nefarij gladiatoris voces [p] percrebuissent, quas habuisse in contione domestica dicebatur, cùm miserorum fidelem defensorem negasset inueniri posse, nisi eũ, qui ipse miser esset: integrorum & fortunatorũ promissis saucios, & miseros credere non oportere: quare qui consumta replere, erepta recuperare vellent, spectarẽt quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minimè timidum, & valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futu-
rus dux, & signifer calamitosorum. Tum igitur, 51
his rebus auditis, meministis fieri senatusconsultum, referente me, ne postero die comitia haberentur, vt de his rebus in senatu agere possemus. Itaq; postridie, frequenti senatu, Catilinam excitaui: atq; eũ de his rebus iussi, si quid vellet, quæ ad me allatæ essent, dicere. Atq; ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, 44 sed indicauit, [q] atq; innuit. tum enim dixit, duo corpora esse reip. vnum debile, infirmo capite: alterũ firmũ, sine capite: huic, cùm ita de se meritũ esset, caput, se viuo, non defuturum. Cõgemuit senatus frequẽs, neq; tamẽ satis seuerè pro rei indignitate, decreuit. nam partim ideò fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant. Tum erupit è se-

p L. percrebruissent,
q L. atque induit.

natu, triumphans gaudio, quem omnino viuum illinc exire non oportuerat: præsertim cùm idē ille in eodem ordine paucis diebus antè, Catoni, fortissimo viro, iudicium [r] minitanti, ac denuntianti, respōdisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se* non aqua, sed ruina restincturum.

r al. minanti,

*de incendio vide l. 49. §. in fi. ff. ad l. Aquil. l 7. §. 4. ff. quod vi aut clã l. 7. §. 3. ff. de incẽdio.

52 His cum rebus commotus. & quòd homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina sciebam, descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & cum illa lata, insigniq; lorica, non quæ me tegeret (etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed * caput, & collum solere petere) verùm vt omnes boni animaduerterent, & cùm in metu, & periculo cōsulem viderent, id quod est factum, ad opē, præsidiúmque meum concurrerent. Itaque cùm te, Serui, remissiorem in petendo putarēt, Catilinā [s] & spe, & cupiditate inflammatum viderent: omnes, qui illam ab republica pestem depellere cupiebant, ad Muræнam se statim contulerunt.

* Syllanas proscriptiones innuit.

s for. & spe inflatum, & cupiditate inflam.

53 Magna est autem comitiis consularib.[t] repentina voluntatū inclinatio, præsertim cùm incubuit ad virum bonum, & multis aliis adiumentis petitionis ornatum. qui cùm honestissimo patre, atque maioribus, modestissima adolescētia clarissima legatione, prætura probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia, petisset diligenter, & ita petisset, vt neque minanti cederet, neq; cuiquā minaretur: huic mirandum est magno adiumento Catilinę subitā spē consulatus adipiscēdi fuisse?

t l. & repens,

54 Nūc* mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminib⁹, purgatus ab iis, qui ante me dixerunt: à me, quoniā ita Muræna voluit, retractandus: quo in loco Posthumio, familiari meo, ornatissimo viro, de diuisorum indiciis, & de deprehensis pecuniis: adolescenti ingenioso & bono, Seruio Sulpicio, de equitum centuriis: M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accu-

* PARTITIONIS pars tertia de crimine ambitus.

ſatione de ſenatuſconſulto, de republica reſpõdebo. Sed pauca, quæ meum animum repentè mouerunt, priùs de L. Murænæ fortuna conquerar. || Nam cùm ſæpe antea, iudices, & ex aliorum 55
miſeriis, & ex meis curis, laboribúſque quotidianis, fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti à ſtudiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt: tum verò in his L. Murænæ tantis, támque improuiſis periculis ita ſũ animo affectus, vt non queam ſatis, neque communem omnium noſtrûm conditionem, neque huius euentum, fortunámque miſerari: [u] qui primùm dum ex honoribus continuis familiæ, maiorúmque ſuorum vnum adſcendere gradum dignitatis conatus eſt, venit in periculum, ne & ea, quæ relicta: & hæc, quæ ab ipſo parta ſunt, amittat: deinde propter ſtudium nouæ laudis, etiam in veteris fortunæ diſcrimen adducitur.

u L. qui primum quoniam exhon.

|| Quæ [x] cùm ſunt grauia, iudices, tum illud acer- 56
biſſimum eſt, quòd habet eos accuſatores, [46] nõ qui odio inimicitiarum ad accuſandum, ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderent. Nam, vt omittam [y] Seruium Sulpicium, quem intelligo non iniuria L. Murænæ, ſed honoris contentione permotum: accuſat paternus amicus, Cn. Poſthumius, vetus, vt ait ipſe, vicinus, ac neceſſarius: qui neceſſitudinis cauſas [z] compluteis protulit, ſimultatis nullam commemorare potuit: accuſat [a] Seruius Sulpicius, ſodalis filij, cuius ingenio paterni omnes neceſſarij munitiores eſſe debebant: accuſat M. Cato; qui quamquam à Muræna nulla re vmquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac ciuitate natus, vt eius opes, & ingenium præſidio multis, etiam alieniſſimis, [47] [b] vix cuiquam inimicus eſſe deberet: || Reſpondebo igi- 57
tur Poſthumio primùm, qui neſcio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in conſulatem, quaſi * deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. cuius competitores ſi nihil deli-

x al. cũ ſint gr.

y L. Ser. Sulpicium,

z al. complures

a L. Ser. Sulpicius,

b L. vix cuiquam inimico, exitio eſſe deberem.

* vide Var. 2. de re ruſtica. c. 7. in li. 23.

querunt, dignitati eorum concessit, cùm petere destitit. sin autem eorũ aliquis largitus est:[c] expetendus amicus est, qui alienam potius iniuriam, quàm suam persequatur. c ἀμετίος.

Ea omnia, quæ & Posthumio, & Ser. Sulpicio adolescenti, responsa sunt, desiderantur.

58 ‖ Venio nunc ad M. Catonem,[48] quod est firmamentum, ac robur totius accusationis: qui tamen ita grauis est accusator, & vehemens, vt multò magis eius auctoritatem, quã criminationem pertimescam. In quo ego accusatore, iudices, primum illud deprecabor, ne quid L. Murænæ dignitas lilius nequid expectatio tribunatus, ne quid totius vitæ splendor, & grauitas noceat: denique ne ea soli huic ob sint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, vt multis prodesse[d] posset. Bis consul fuerat P. Africanus, & duos terrores huius imperij, Karthaginem, Numantiámque deleuerat, cùm accusauit L. Cottam. erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas, auctoritas tanta,[49] [e] quanta in ipso imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc maiores natu dicere audiui, hãc accusatoris eximiam dignitatem plurimùm L. Cottæ profuisse. noluerunt sapientissimi homines, qui tum rẽ illam iudicabant, ita quemquam cadere in iudicio, vt nimis aduersarij viribus abiectus videretur.

d posßit.

e L. quanta in homine quoquam in ipso imperio pop.

59 ‖ [50] Quid? Seru. Galbam (nam traditum memoriæ est) nónne proauo tuo, fortissimo, atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti ad eius perniciem, populus Romanus eripuit? Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus, & populus vniuersus, & sapientes, ac multùm in posterum prospicientes iudices restiterunt. Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non vim maiorem aliquam, non

non auctoritatem excellentem, non nimiã gra-
tiam. valeant hæc omnia ad salutem innocen-
f L. ad opẽ impotentium, tium,[f] ad opem impotentum, ad auxilium cala-
mitosorum: in periculo verò, & in pernicie ci-
uium, repudientur. || Nam si quis hoc fortè di- 60
cet, Catonem descensurum ad accusandum non
fuisse, nisi priùs de causa iudicasset: iniquam le-
gem, iudices, & miseram conditionem instituet
periculis hominum, si existimabit, iudicium ac-
cusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere
oportere. Ego tuum consilium, Cato, propter
singulare animi mei de tua virtute iudicium
g libri vul. in re fors. vituperare non aûdeo: nonnulla[g] in te forsitan,
conformare, & leuiter emendare possim. Non
multa peccas, inquit illè fortissimo viro senior
magister. sed, si peccas, te regere possum. At ego
te verissimè dixerim peccare nihil, neque vlla
in re te esse huiusmodi, vt corrigendus potius,
* L. leuiter [i]quàm*leniter inflectendus esse videare. finxit
enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem,
temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam,
ad omneis deniq; virtutes magnũ hominem, &
excelsum. accessit his tot doctrina non mode-
rata, nec mitis, sed, vt mihi videtur, paulò aspe-
rior, & durior, quàm veritas, aut natura patia-
tur. || Et quoniam non est nobis hæc oratio ha- 61
benda aut cum imperita multitudine, aut in ali-
quo conuẽtu agrestium: audaciùs paulò de stu-
h L. & vobis nota, & iucunda sunt. diis humanitatis, quæ & mihi, [h] & vobis no-
ta, & iudicanda sunt, disputabo. In M. Catone,
iudices, hæc bona, quæ videmus diuina, & egre-
gia, ipsius scitotè esse propria, quæ nõnũquam
requirimus, ea sũt omnia nõ à natura, sed à ma-
gistro. Fuit enim quidam summo ingenio vir,
*De Stoicorum doctrina. *Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nomi-
nantur. Huius sententiæ sunt, & præcepta eius-
modi: Sapientem gratia numquam moueri, nũ-
quam cuiusquam delicto ignoscere: neminẽ mi-
sericordem esse, nisi stultum, & leuem: viri non
esse

esse, neque exorari, neque placari: solos sapienteis esse, * si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, [i] diuiteis: si seruitutem seruiant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exsules, hosteis, insanos denique esse dicunt: omnia peccata esse paria: omne delictum, scelus esse nefarium: nec minùs delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non fuerit, quã eum qui patrem suffocauerit: sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sen-
62 tentiam mutare numquam. || Hæc homo ingeniosissimus, M. Cato, auctorib⁹ eruditissimis inductus, arripuit: neque disputandi causa, vt magna pars, sed ita viuendi.* Petunt aliquid publicani: caue quidquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt, miseri, & calamitosi, sceleratus, & nefarius fueris, si quidquam, misericordia adductus, feceris. Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniam petit. nefarium est facinus, ignoscere. At leue delictum est. omnia peccata sunt paria. 52 k Dixisti quippiã, fixũ, &*statutum est. Non re ductus es, sed opinione. sapiens nihil opinatur. Errasti aliqua in re. malè dici putat. Hac ex disciplina nobis illa sunt. Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. Iratus dixisti. numquã, inquit, sapiẽs nascitur. At temporis causa improbi, inquit, hominis est, mendacio fallere: mutare sententiam,
63 turpe est: exorari, scelus: misereri, flagitiũ. || Nostri autem illi (fatebor enim, Cato, me quoque in adolescentia, diffisum ingenio meo, quæsisse adiumẽta doctrinæ) nostri, inquam, illi à Platone, & Aristotele, moderati homines, & temperati, aiunt, apud sapientẽ valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri: distincta [l] genera esse delictorum, & dispares pœnas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat: irasci nonnumquam: exorari eundem, & placari:

* al. etsi

i al. diuites:

* image seueri Stoici.

k L. Dixisti. quippe fixum, & statutum est.

* al. stabile

l for. esse genera.

cari: quod dixerit, interdum, si ita rectiùs sit, mutare: de sententia decedere aliquando: omneis virtutes mediocritate quadam esse moderatas. ‖Hos ad magistros siqua te fortuna, Cato, cum 64
ista natura detulisset: non tu quidem vir melior esses, nec fortior, nec temperantior, nec iustior (neque enim esse potes) sed paulò ad lenitatem propensior. non accusares nullis adductus inimicitiis, [m] nulla lacessitus iniuria, [n] prudentissimum hominem, summa dignitate, atque honestate præditum: putares, 53 cùm in eiusdem anni* custodia te, atque L. Murænam fortuna posuisset, aliquo te, cum hoc reipublicæ vinculo esse coniunctum, quod atrociter in senatu dixisti; aut non dixisses, 54 [o] aut seposuisses, aut mitiorem in partem interpretarere. ‖ Ac te 65
ipsũ (quantũ ego opinione auguror) nunc & animi quodam impetu concitatũ, & vi naturæ, atque ingenij elatũ, & recentib. præceptorũ studiis flagrantem, iam vsus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi videtur vestri præceptores, & virtutis magistri, fineis officiorum paulò lõgi[q], quã natura vellet protulisse: 55 vt, cũ ad vltimũ animo cõtendissemus, ibi tamẽ, [p] vbi oporteret, cõsisteremus. Nihil ignoueris. Immò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causa feceris. Immò resistito gratiæ, cũ officiũ, & fides postulabit. [q] Misericordia cõmotus ne sis, etiã in dissoluẽda seueritate: sed tamẽ est laus aliqua humanitatis. In sententia permaneto. [r] Enimuerò 56 nisi sentẽtia alia vicerit melior. ‖Huiuscemodi Scipio ille fuit, quẽ nõ pœnitebat facere idẽ, 66
quod tu: habere eruditissimũ hominẽ *, & pænè diuinũ domi: cuius oratione, & præceptis, quãquã erant eadẽ ista, quæ te delectant, tamẽ asperior nõ est factus, sed (vt accepi à senibus) lenissimus. Quis verò C. Lælio comior? quis iucũdior, eodem ex studio isto? quis illo grauior? sapientior? Possum de L. Philippo, de C. Gallo [s] dicere

hæc

m κ' ἀπρια-δικηθεὶς,
n L. prudẽtissimum h.
* al. custodiam.
o L. aut sisti potuisses, mitiorum &c.
p L. vbi oporteret non consisteremus.
q L Misericordia cõmotus ne sis. Sed tamen est etiam in dissoluenda seueritate laus aliqua hum.
r L. Enimuerò nisi sententiam alia vicer.
* Panetiũ.
s L. hæc dem dicere: sed te dom.

hæc eadem: sed te domum iam deducam tuam. Qaemquámne existimas Catone, proauo tuo, commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis? de cuius præstanti virtute cùm verè, grauitérq; diceres, domesticum te habere dixisti exemplũ ad imitandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi: sed tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, [t] quàm ad vnumcumque nostrûm peruenire potuit: ad imitandum verò tam mihi propositum exẽplar illud est, quàm tibi. Sed, si illius comitatem, & facilitatem tuæ grauitati, seueritatíque adsperseris: non ista quidem erunt meliora, quæ nunc

67 sunt optima, sed certè condita iucundiùs. || Quare, vt ad id, quod institui, reuertar, tolle mihi è causa nomen Catonis: remoue, ac prætermitte auctoritatem, quæ in iudiciis aut nihil valere, aut ad salutem debet valere. [u] congredere mecum criminibus ipsis. Quid accusas Cato? quid affers in iudiciũ? quid arguis? Ambitum accusas? non defendo. Me reprehendis, quòd idem defendam, [57] [x] quod lege punierim. Puniui ambitum, non innocentiam. ambitũ verò ipsum vel tecũ accusabo, si voles. Dixisti, senatusconsultum, me referente, esse factum, [y] si mercede corrupti, obuiam candidatis issent, si conducti sectarentur. [58] [z] si gladiatoribus vulgò locus tributus. & item prandia si vulgò essent data: contra legem * Calpurniã factũ videri. Ergo ita senatus iudicat, contra legem facta hæc videri, si facta sint. decernit, quod nihil opus est, dum cãdidatis morẽ gerit. nã factum sit, nécne vehemẽter quæritur. si factum sit, [59] quin contra legem

68 sit, dubitare nemo potest. || Est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, id iudicare. Atque id decernitur omnibus postulantibus candidatis: vt ex S.C. neque cujus intersit neq; contra quẽ

t fort. quã ad quemquam aliũ nostrum.

u νόμος σε χωρεῖ, vel ὁμόσε φέρου.

x L. quod lege pœnierim. Pœniui.

y L. si mercede conducti obuiam.

z L. si gladiatoribus vulgò locus tributim, & itẽ &c.

* intelligit legem Calpurniam de ambitu.

sit, intelligi possit. Quare doce, a L. Muræna illa esse commissa. tum egomet tibi contra legẽ cõmissa esse concedam. Multi obuiam prodierunt de prouincia decedẽti, consulatũ petenti. Solet fieri: eccui autem non proditur reuertenti? quæ fuit ista multitudo? Primùm, si tibi istam rationem non possim reddere: quid habet admirationis, tali viro aduenienti, candidato consulari, obuiã prodisse multos? [a] quod nisi esset factum, magis mirandum videretur. || Quid si etiam illud 69 addam, quod à consuetudine, non abhorret, rogatos esse multos? num aut criminosum sit, aut mirandum, qua in ciuitate rogati infimorũ hominum filios propè de nocte, ex vltima sæpe vrbe deductum venire soleamus, in ea nõ esse grauatos homines prodire hora tertia in campum Martium, præsertim talis viri nomine rogatos? Quid, si omnes societates venerunt, quarum ex numero multi hic sedent iudices? quid si multi homines nostri ordinis honestissimi? quid, si illa officiosissima, quæ neminem patitur non honestè in vrbem introire tota notio candidatorum? si denique ipse accusator noster Posthumius obuiã cũ bene magna caterua sua venit: quid habet ista multitudo admirationis? omitto clienteis vicinos, tribuleis, exercitum totum Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat. hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam, non modò dignitati vllius vmquam, sed ne voluntati quidem defuisse. || At sectabuntur 70 multi. Doce, mercede, concedam esse crimẽ, hoc quidem remoto. quid reprehendis? Quid opus est, inquit, sectatoribus? A me tu id quæris, quid opus sit eo, quo semper vsi sumus? Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem [b] aut promerendi, 9° aut proferendi beneficij locum, hanc in nostris petitionibus operam, atque assectationem. neque enim fieri potest, neque postulandum est à nobis, aut ab equitibus

[a] al. quod si nõ esset f.

[b] L. aut pro merendi, aut referendi benefic.

bus Romanis, vt suos necessarios candidatos sectentur totos dies, à quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forũ deducimur, si vno basilicæ spatio honestamur, diligenter obseruari videmur & coli. Tenuiorum & non occupatorum amicorum est ista assiduitas: quorum copia bonis, & beneficis deesse non solet. c Θεραπεύεσθαι.

71 ||Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructũ officij, Cato: sine eos, qui omnia à nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. Si nihil erit, præter ipsorum suffragium, [d] tenue est: si, vt suffragantur, nihil valent gratia. Ipsi denique, vt solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam possunt: atque hæc à nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse. Itaque & * legi Fabiæ, quæ est de numero sectatorum, & S.C. quod est L. Cæsare consule factum, restiterunt. nulla est enim pœna, quæ possit obseruantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere.

d L. tenue est. si, vt suffragentur, nihil.

* Lex Fabia de ambitu lata fuit.

72 ||At spectacula sunt tributim data, & ad prandiũ vulgò vocati. Et si hoc factum à Muræna omnino, iudices, non est: ab eius amicis autem more, & modo factũ est: tamen admonitus reipsa, recordor quantũ hæ quæstiones, in senatu habitæ, pũctorum nobis Serui, detraxerint. Quod enim tẽpus fuit aut nostra, aut patrum nostrorum memoria, quo hæc, siue ambitio est, siue liberalitas, non fuerit, vt locus & in circo, & in foro daretur amicis, & tribulibus? hæc homines tenuiores primùm [c] nedũ qui à suis tribulibus vetere instituto assequebatur,

c L. nondũ qui al. ne dum à suis.

Deest nonnihil.

73 || Præfectum fabrũ * semel locũ tribulibus suis dedisse: quid statuerent in viros primarios, qui in circo totas tabernas, tribulium causa,

* al. Frement.

comparatunt? Hæc omnia sectatorum, spectacu-
lorum, prandiorum item crimina, à multitudine
in tuam nimiam diligentiam, Serui, cōiecta sūt,
in quibus tamen Muræna ab senatus auctorita-
te defenditur. Quid enim? Senatus num obuiam
prodire crimen putat? f non:[60] sed mercede
conuince. nunc sectari multos? non, g sed con-
ductos: doce num locum ad spectandum dare?
aut ad prandium inuitare? minimè. sed vulgò
passim. quid est vulgò? vniuersos. Non igitur, si
L. Natta summo loco adolescens, qui, & quo a-
nimo iam sit, & qualis vir futurus sit, videmus,
in equitum centuriis voluit esse & ad hoc offi-
cium necessitudinis, & ad reliquum tempus, gra-
tiosus, id erit eius vitrico fraudi, aut crimini: [61]
nec, si virgo Vestalis, huiꝰ propinqua, & necessa-
ria, h locū suū gladiatoriū concessit huic, non &
illa piè fecit, & hic à culpa est remotus. Omnia
hæc sunt officia necessariorū cōmoda tenuiorū,
*munia candidatorū. | At enim agit mecum au- 74
sterè & Stoicè Cato. negat verum esse allici i
beneuolentiam cibo: negat iudiciū hominū in
magistratibus mandandis corrumpi voluptati-
bus oportere. Ergo ad cenam, petitionis causa, si
quis vocat, condemnetur. Quippe, inquit, tu mi-
hi summum imperium,[62] summā auctoritatem,
tu gubernacula reipublicæ petas fouendis ho-
minum sensibus, & deliniendis animis, & adhi-
bendis voluptatibus? Vtrum lenociniū, inquit, à
grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarū im-
periū à populo R. petebas? Horribilis oratio:
sed eā vsus, vita, mores, ciuitas ipsa respuit. Neq;
tamen * Lacedæmonij, auctores istius vitæ, atq;
orationis, qui quotidianis epulis in robore ac-
cūbunt: neq; verò Cretes, quorū nemo gustauit
vmquā cubans, melius, quām Romani homines,
qui tēpora voluptatis, laborisq; dispertiūt, resp.
suas retinuerunt, quorum alteri vno aduentu
nostri exercitus deleti sunt: alteri nostri impe-
rij

f L. non sed mercede: mercede conuince.

g L. sed con ductos: con ductos doce.

h L. locum suum gladiatoribus conc. huic & illa piè fecit, & hic à culpa nō est rem.

* al. munimina c. al. munia gladiatorum.

i v.c. beniuolentiam.

k L. tu summam auct.

* Vide Athenæum li. 12.

rij præsidio disciplinam suam, legésque con-
75 seruant. Quare noli, Cato [l] maiorum instituta, l L. instituta maiorū.
quæ res ipsa publica, quæ diuturnitas imperij
comprobat, nimium seuera oratione reprehen-
dere. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud
patres nostros, & honestus homo & nobilis, Q.
Tubero is, cùm epulū Q. Maximus Africani pa-
trui sui nomine, populo Romano daret, rogatus
est à Maximo, vt triclinium sterneret, cùm esset
Tubero eiusdem Africani sororis filius. Atque
ille homo eruditissimus, ac Stoicus, strauit pel-
liculis hædinis lectulos Punicanos, & exposuit
vasa Samia: quasi verò esset Diogenes Cynicus
mortuus, & non diuini hominis Africani mors
honestaretur: quem cum supremo eius die [m] Q. m L. Maximus.
Maximus laudaret, gratias egit diis immortali-
bus, quòd ille vir in hac rep. potissimùm natus
esset, terrarum imperium, vbi ille esset. huius in
morte celebranda grauiter tulit populus R. hāc
76 peruersam sapientiam Tuberonis. Itaque homo
integerrimus, ciuis optimus cùm esset L. Paulli
nepos, P. Africani, vt dixi, sororis filius, his hæ-
dinis pelliculis prætura deiectus est. Odit po-
pulus Romanus priuatam luxuriam: publicam
magnificentiam diligit: non amat profusas epu-
las: sordeis, & inhumanitatem multò minùs. di-
stinguit rationem officiorum, ac temporum vi-
cissitudinem laboris, ac voluptatis. Nam quòd
ais, nulla re allici hominum menteis oportere
ad magistratum mandandum, nisi dignitate: hoc
tu ipse, in quo summa est dignitas, non seruas.
cur enim quemquam, vt studeat tibi, vt te adiu-
uet, rogas? Rogas tu me, vt mihi præsis, vt cō-
mittam ego me tibi. Quid tandem? istuc me ro-
gari oportet abs te, an te potius à me, vt pro
77 mea salute laborē, periculúq; suscipias? Quid,
quòd habes nomenclatorem? [n] In eo quidem n L. in quo quidem.
fallis, & decipis. Nam si nomine appellari abs
te ciueis tuos honestum est: turpe est eos notio-

L.ſin etiã ſi noris tamen per monitorẽ app. ſunt: cur autem appellas, quàm inſ.

res eſſe ſeruo tuo,quàm tibi [63] ſin etiam noris: tamen per monitorẽ appellandi ſunt:cur antè petis,quàm inſuſurrauit?aut quid,cùm admone ris,tamen quaſi tute noris,ita ſalutas?quid poſteaquam es deſignatus,multò ſalutas negligẽtiùs?Hæc omnia de ratione ciuitatis,ſi dirigas, recta ſunt ſin perpendere ad diſciplinæ præcepta velis reperiantur prauiſſima.Quare nec plebi R.eripiendi fructus iſti ſunt ludorum,gladiatorum,conuiuiorum:quæ omnia maiores noſtri comparauerunt:nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt,quæ liberalitatem magis ſignificat,quàm largitionem.||At enim te ad accuſan- 78
dum reſpublica adduxit.Credo,Cato,te iſto animo,atque ea opinione veniſſe:ſed tu imprudentia laberis.Ego quod facio,iudices, cùm amicitiæ,dignitatiſq; L.Murænæ gratia facio, tũ me pacis,otij,concordiæ,libertatis,ſalutis, vitæ deniq; omniũ veſtrûm cauſa facere [64] clamo,[p] atque obteſtor Audite,audite conſulem, iudices,nihil dicam arrogantius,tantũ dicam,totos dies,atque noctes de republica cogitantem. * vſque eò L.Catilina rempublicam deſpexit atq; contemſit,vt ea copia,quam ſecum eduxit, ſe hanc ciuitatem oppreſſurũ arbitraretur. latiùs patet illius ſceleris contagio,quàm quiſquam putat:ad plureis pertinet.Intus,intus, inquam, eſt equus Troianus:à quo numquã me conſule, dormientes opprimemini.||Quæris à me, quid 79
ego Catilinam metuã.Nihil:& curaui, ne quis metueret:ſed,copias illius,quas hic video,dico eſſe metuendas:nec tam timendus eſt nunc exercitus L. Catilinæ,quàm iſti,qui illum exercitum deſeruiſſe dicuntur. non enim deſeruerunt:ſed ab illo in ſpeculis,atque inſidiis relicti,in capite,atque in ceruicibus noſtris reſtiterunt.Hi & integrum conſulem,& bonum imperatorem,& natura,& fortuna,cum reipublicæ ſalute coniũctum, deiici de vrbis præſidio

p L.atque eſtor.

t *al.nuſquã L.Non vſque eò.

&

&-de custodia ciuitatis,vestris sententiis,deturbari volunt. quorum ego ferrum,& audaciã reieci in campo,debilitaui in foro,compressi etiã domi meæ sæpe;iudices,his vos si alterum consulem tradideritis,plus multò erunt vestris sententiis,quã suis gladiis consecuti.Magni interest,iudices,id quod ego multis repugnantibus egi,atq; perfeci,*esse Kalendis Ian.in republica
80 [65] [q] duos consules.||Nolite arbitrari [66] mediocribus cõsiliis,aut vsitatis viis,aut lege improba,aut perniciosa largitione auditum aliquando aliquod malum reip.quæri.Inita sunt in hac ciuitate consilia,iudices vrbis delendæ, ciuium trucidandorum,nominis Romani extinguendi. Atque hæc ciues,ciues,inquam,(si eos hoc nomine appellari fas est)de patria sua &cogitant, & cogitauerũt.horũ ego quotidie consiliis occurro,audaciam debilito,sceleri resisto.Sed vos moneo,iudices:in exitu est iam meus consulatus:nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ:nolite adimere eũ,cui rẽp.cupio tradere incolumem,ab his tantis periculis defendẽdã.
81 ||Atq; ad hæc mala iudices,qd accedat aliud,nõ videtis?te appello,Cato:nónne prospicis tempestatem anni tui?iam enim hesterna contione, intonuit [67] vox perniciosa designati tribuni collegæ tui:contra quẽ multùm tua mens,multùm omnes boni prouiderũt:qui te ad tribunatus petitionem vocauerũt.Omnia, quæ per hoc trienniũ agitata sunt iam ab eo tempore, quo à L. Catilina,& Cneo Pisone initũm consiliũ senatus interficiendi scitis esse in hos dies,in hos
82 menseis,in hoc tempus erumpũt.||Qui locus est, iudices,quod tempus;qui dies,quæ nox,cùm ego non ex istorũ insidiis,ac mucronibus,nõ solùm meo,sed multò etiam magis diuino cõsilio eripiar,atque euolem?Neque isti me meo nomine interfici,sed vigilantem consulẽ de reip. præsidio [r] demouere volunt:nec minùs vellent,

* Quint.l.6.legit Pri. Kal.Ian.

q L.duo cõsules.Noli- te arbitrari. Non mediocribus consiliis aut vsitatis viis, non lex improba,non perniciosa largitio,nõ auditum aliquando aliquod malũ reip.quæritur.In.

* Apostrophe ad Catonem.

r L. demoueri.

Cato, te quoque aliqua ratione, si possent tollere: id quod, mihi crede, & agunt, & moliuntur. vident, quantũ in te sit animi, quantum ingenij quantum auctoritatis, quantũ reip. præsidij: sed cùm consulari auctoritate, & auxilio spoliatam vim tribunitiam viderint, tũ se facilius inermẽ, & debilitatum te oppressuros arbitrantur. nam ne sufficiatur cõsul, non timent. [s] vident in tuorũ potestate collegarũ fore: sperant sibi Silanũ, clarum virũ, sine collega, te sine consule, remp. sine præsidio obijci posse. His tantis in rebus, tantisque in periculis, est tuũ, M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus es, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorẽ, sociũ in rep. consulem non cupidũ consulẽ (quod maximè tempus hoc postulat) fortuna constitutũ ad amplexandũ otiũ: scientia ad bellum gerendũ: animo, & vsu, ad quod velis negotiũ. * Quamquàm huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, iudices: totam rempublicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condẽnaret L. Murænã: si interficere posset, occideret. Petunt enim rationes illius, vt orbetur auxilio resp. vt minuatur contra suum furorem imperatorum copia: vt maior facultas tribunis plebis detur, depulso aduersario, seditionis, ac discordiæ concitandæ. Idémne igitur [t] delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi, atque sapiẽtissimi viri iudicabunt, quòd ille importunissimus gladiator, hostis reip. iudicaret? Mihi credite, iudices, in hac causa non solùm de L. Murænæ, verùm etiã de vestra salute sententiam feretis. In discrimen extremũ venimus: nihil est iam, vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. non solùm minuenda non sunt auxilia, quæ habemus; sed etiàm noua, si fieri possit, comparanda. hostis est enim non apud Anienem, quod bello

[Margin notes: s L. vident, te in tuorũ pot. — * Apostrophe ad iudices. — 83 — t v. c. delecti — v L. ex ordinib. amplis. hon. — 84]

bello Punico grauiſſimũ viſum eſt,ſed in vrbe, in foro:(dij immortaleis ſine gemitu hoc dici non poteſt:)non nemo etiam in illo ſacrario reip.in ipſa,inquam,curia non nemo hoſtis eſt. Dij faxint,vt meus collega vir fortiſſimus, hoc Catilinæ nefariũ latrociniũ armatus opprimat: ego togatus,vobis,boniſque omnibus adiutoribus, hoc quod conceptũ reſpublica periculũ
85 parturit,conſilio diſcutiam,& comprimã. || Sed quid tandem fiet,ſi hæc elapſa de manibus noſtris,in eum annum,qui conſequitur, redundarint? Vnus erit Conſul,& is non in adminiſtrando bello,ſed in ſufficiendo collega occupatus. hũc iam qui impedituri ſint. [x] *Deſunt nonnulla.* [68] [y] illa peſtis immanis, importuna, Catilinæ prorumpet quà poterit,& iam populo R. minatur in agros ſuburbanos repentè aduolabit,verſabitur in caſtris furor,in curia timor, in foro cõiuratio,in campo exercitus,in agris vaſtitas: omni autem in ſede,ac loco ferrum, flammámque metuemus. quæ iamdiu comparantur, eadẽ iſta omnia,ſi ornata ſuis præſidiis erit reſpublica,facilè & magiſtratuũ conſiliis,[69]& priuato-
86 rũ diligentia * opprimentur. || Quæ * cùm ita ſint,iudices,primùm reip. cauſa, qua nulla res cuiquam potior debet eſſe,vos pro mea ſumma, & vobis cognita in remp.diligentia,moneo,pro auctoritate conſulari hortor pro magnitudine periculi obteſtor,vt otio,vt paci,vt ſaluti,vt vitæ veſtræ,& ceterorũ ciuiũ conſulatis, deinde ego [z] fidẽ veſtram,vel defenſoris,& amici officio adductus,oro,atque obſecro,iudices, vt ne hominis miſeri,& cũ corporis morbo,tũ animi dolore confecti,L.Murænæ, recentem gratulationem noua lamentatione obruatis.modò maximo beneficio populi R. ornatus, fortunatus videbatur,quòd primus in familiam veterem, primus in municipiũ antiquiſſimũ, conſulatum

x L. parati ſunt.

x L. illa peſtis immanis,& import. Catilina prorũpet.

* al. opprimentur.

* PERORATIO.

z L. fidem veſtram,& defenſoris, & amici off.

attulisset:nũc idem squalore sordidus, confect⁹
morbo,lacrymis,ac mærore perditus, vester est
supplex,iudices,vestrã fidem obtestatur,miseri-
cordiam implorat,vestrã potestatem,ac vestras
opes intuetur.|| Nolite per deos immortaleis,iu 87
dices,hac eũ re qua se honestiorẽ fore putauit,
etiam ceteris ante partis honestatibus,atq; om-
ni dignitate,fortunaq; priuare. Atque ita vos
Muræna,iudices,orat,atque obsecrat, si iniustè
neminem læsit,si nullius aureis, voluntatémve
violauit:si nemini vt leuissimè dicam,odio, nec
domi,nec militiæ fuit:si apud vos modestiæ lo-
cus,si demissis hominibus perfugiũ,sit auxilium
pudori. Misericordiã spoliatio consulatus ma-
gnam habere debet,iudices. vnà enim eripiũ-
tur cũ consulatu omnia. inuidiã verò his tẽpo-
rib. habere consulatus ipse nullã potest.obiici-
tur enim contionib.seditiosorum insidiis con-
iuratorũ,telis Catilinæ:ad omne denique peri-
a al. exponatur. culũ,atque ad omnem inuidiã solus [a] opponi-
tur.||Quare quid inuidendũ Murænæ,aut cuiquã 88
nostrum sit in hoc præclaro consulatu, non vi-
deo,iudices.quæ verò miseranda sunt,ea & mi-
hi ante oculos versantur,& vos videre, & per-
b quidam lib. vulg. affeceritis. spicere potestis.SI (quod Iupiter omen auertat)
hũc vestris sententiis [b] afflixeritis : quò se miser
vertet?domúmne?vt eam imaginem clarissimi
viri,parentis sui,quã paucis ante diebus laurea-
tã in sua gratulatione conspexit,eandem defor-
matam ignominia, lugentémq; videat ? an ad
matrem,quæ misera modò consulẽ osculata fi-
liũ suũ,nũc cruciatur,& sollicita est,ne eundem
paulò post spoliatũ omni dignitate conspiciat?
||Sed quid ego matrẽ,aut domum appello,quem 89
noua pœna legis & domo,& parente,& omniũ
suorũ consuetudine,conspectúq; priuat? Ibit i-
c al. in exilium. gitur [c] in exsuliũ miser?quò?ad Orientísne par-
teis,in quibus annos multos legatus fuit, & e-
xercitus duxit,& res maximas gessit ? At habet
ma-

magnū dolorē? vnde cū honore decesseris, eodē cū ignominia reuerti. An se in contrariam partem terrarū abdet, vt Gallia Transalpina, quę nuper summo cū imperio libentissimè viderit, eundem lugentē, mærentem, exsulem, videat? in ea porrò prouincia, quo animo C. Murænā fratrē suū, adspiciet? qui huius dolor? qui illius mæror erit, quæ vtriusq; lamentatio? quāta autem perturbatio fortunæ, atq; sermonis, quòd, quib⁹ id locis paucis ante diebus factū esse consulem Murænam nūtij, literæq; celebrassent, & vnde hospites, atq; amici gratulatū Romam concurrerint, repente eò accedat ipse nūcius suæ calamitatis?

90 || Quæ si acerba, si misera, si luctuosa sunt, [d] alienissima mansuetudine, & misericordia vestra, iudices: conseruate populi R. beneficiū: reddite reip. consulem: date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi & familiæ, date etiam Lanuuio, municipio honestissimo: quā in * hac causa frequens, mæstúmque vidistis. nolite à sacris patriis, Iunonis Sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticum & suū consulē potissimùm auellere. Quem ego vobis, si quid habet, aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea, cōsul cōsulem, iudices, ita commendo, vt cupidissimum otij, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi, quæ nunc remp. labefactat, futurum esse [e] promittam, & spondeam.

[d] L. si alienissima à mansuetudine, &c.

* L. hæc tota c.

[e] for. vobis promittam & spond.

PRO L.



PRO L. FLACCO.

ORATIO VICESIMA QVARTA.

Accusatum à P. Lælio L. Flaccum de repetundis ex Asia, cui trienniũ post præturã præfuerat, Cicero defendit. Tota ferè defensio ex cõfutatione testiũ Asiaticorum, & Græcorũ, qui Flaccum oppugnabant, & ex ipsius Flacci superiori vita, magnísque erga remp. meritis constat. QVAESTIO *ergo est, an Flaccus repetundarũ reus sit* ACCVSATOR, *P. Lælius.* REVS, *L. Flaccus.* PATRONI *L. Flacci, Q. Hortensius & M. Tullius Cicero,* IVDEX, *L. Lucullus. Acta in foro non longè à gradibus Aureliis, Cæsare & Bibulo* COSS. *vt ex li. 2. ad Atticum, ep. vlt. constat.*

* EXORDIVM.



VM * in maximis periculis huius 1
vrbis, atque imperij, grauissimo, atque acerbissimo reipublicæ casu socio, atque adiutore consiliorũ, periculorúmq; meorũ, L. Flacco, cædẽ à vobis coniugibus, liberis vestris, vastitatẽ à templis delubris, vrbe, Italia depellebã: sperabã, iudices, honoris potiùs L. Flacci me adiutorem futurũ, quàm miseriarum deprecatorem. Quod enim esset præmiũ dignitatis, quod populus R. cum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret: cùm L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem prope * quingentesimo anno reip. retulisset? Sed si fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus exstitisset existimabam L. Flacco multitudinis potiùs imperitæ, nullo tamen periculo, quã sapiẽtissimorum, & lectissimorũ virorũ iudiciũ esse subeundũ. etenim, quibus auctoribus, & defensoribus, om-

a L. honorũ potius.

* hoc est 466. tot enim à Valerio ad Consulatum Cæsaris numerantur.

omniū,tum salus esset non ciuium solùm,verùm etiam gentium defensa,ac retenta,neminē vmquam putaui per eos ipsos periculū huius fortunis atq; insidias creaturum. Quòd si esset aliquando futurū,vt aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret:numquā tamen existimaui,iudices,D. Læliū,optimi viri filiū,optima ipsū spe preditū, summæ dignitatis,eā suscepturū accusationem, quæ sceleratorum ciuiū potiùs odio, & furori, quàm ipsius virtuti,[a] atq; institutæ adolescētię conueniret. Etenim cùm à clarissimis viris iustissimas inimicitias sæpe cum benè meritis ciuibus depositas esse vidissem,non sum arbitratus,quēquam amicū reip. posteaquàm L.Flacci amor in patriā perspectus esset,nouas huic inimicitias,nulla accepta iniuria, denuntiaturum.

a L. atque instituto adolescētiæ conu.

3 Sed,quoniā,iudices,multa nos & in nostris rebus, & in rep.fefellerunt:ferimus ea,quæ sunt ferenda:tantum à vobis petimus,vt omnia reip. subsidia totum statum ciuitatis,omnē memoriā tēporum præteritorū, salutē præsentium, spem reliquorum,in vestra potestate,in vestris sententiis,in hoc vno iudicio positam esse & defixam putetis.Si vnquā resp.consiliū,grauitatē,sapientiā,prouidentiam iudicū implorauit: hoc tempore,hoc, inquā, tempore implorat.Nō estis de Lydorum,aut Mysorū,aut Phrygū, qui huc cōpulsi,concitatique venerunt, sed de vestra rep. iudicaturi,de ciuitatis statu, de cōmuni salute, de spe bonorū omnium,si qua reliqua est etiam nunc,quæ fortium ciuium menteis, cogitationésque sustentet. omnia alia perfugia bonorum,[b] præsidia innocentium,subsidia reip.consilia,auxilia, iura*ceciderunt.|| Quem enim aliū

4 appellē,quem obtester?quem implorem? senatūne?at is ipse auxiliū petit à vobis,& cōfirmationē auctoritatis suæ,vestræ potestati permissā esse sētit.an equites Romanos iudicabitis principes eius ordinis*quinquaginta,quid cū omnibus

b L.præsidia innocentium.

* L.occiderunt.

* iudicabāt hoc tēpore leg e Aurelij Cottæ senatores, equites & tribuni ærarij, qui plebem referebant.

c l.omnẽ suam de nobis potestatẽ tradidit vobis.
* al.nobis.

nibus senseritis.an populum Romanũ?at is qui-
dem c omnem suam * de*bonis potestatẽ tradit
vobis. Quamobrẽ,nisi hoc loco,nisi apud vos,
nisi per vos,iudices,non auctoritatẽ,quæ amissa
est,sed salutem nostram, quæ spe exigua,extre-
máque pendet, tenuerimus: nihil est præterea,
quò confugere possimus:nisi fortè quæ res hoc
iudicio tentetur,quid agatur,cui causæ funda-
menta iaciantur,iudices,nõ videtis.|| Damnatus 5
est is,qui Catilinam,signa patriæ inferentẽ,in-
teremit:quid est causæ,cur non is,qui Catilinã d
ex vrbe repulit,pertimescat?rapitur ad pœnam,
qui indicia communis exitij cepit:cur sibi con-
fidat is,qui ea proferenda, & patefacienda cu-
rauit:socij,cõsiliorum,ministri,comitésque ve-
xantur:quid auctores,quid duces, quid princi-
pes sibi exspectẽt?Atque vtinam inimici nostri,
ac bonorum omnium, mecum potiùs cõtendãt.
vtrũ tamẽ omnes boni,duces nostri,an comites
fuerint ad communem conseruandam salutem*

Deest nonnihil.

d l.ex vrbe expulit, pertimescat repetitur ad pœnam qui iudicia cõm. exitij excepit:cur &c. ita v.c.

* CONTENTIONIS pars prima, seu de testibus Asiaticis.
e l.at verò in summo,& periculosissimo reip. tẽpore etiam ab inimicis eadem prætura laudatur.
f l.ab. qua spe,qua re concitatis,

|| Hunc*igitur virum,Læli,quibus tandẽ rebus 6
oppugnas?Fuit,P.Seruilio imperatore,in Cilicia
tribunus mil.ea res siletur. Fuit M.Pisoni quæ-
stor in Hispania.vox de quæstura nulla missa est.
Bellum Cretẽse ex magna parte gessit, atque
vnà cum summo imperatore sustinuit.muta est
huius tẽporis accusatio Præturæ iurisdictio,res
varia, & multiplex ad suspiciones, & simul-
tates,nõ attingitur, e ea verò in summo,& peri-
culosissimo reip.tẽpore etiã ab inimicis lauda-
tur. At à testibus læditur.Antequàm dico,à qui-
bus, f qua spe,qua vi,qua re concitatis,qua leui-
tate,qua egestate,qua perfidia qua audacia præ-
ditis, dicã de genere vniuerso, & conditione
omnium nostrũm.|| Per deos immortales, iudi- 7
ces,vos,quomodo is,qui anno antè Romæ ius
dixerat,anno pòst in Asia ius dixerit,à testibus
quæretis ignotis?ipsi coniectura nihil indicabi-
tis?

tis?in tam varia iurisdictione tã multa decreta, tot hominum gratiosorũ læsæ voluntates, quæ est vmquam iacta non suspicio,quæ tamen solet esse falsa,sed iracundiæ vox,aut doloris. Et is est reus auaritiæ,qui in vberrima re turpe compendium,[g] in maledicentissima ciuitate,in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modò crimẽ effugit.Prætereo illa,quæ prætereũda non sunt:nullum huius in priuatis rebus factũ auarũ,nullam in re pecuniaria contentionẽ, nullam in re familiari sordẽ posse proferri.Quibus igitur testibus ego hosce possum refutare,
8 nisi vobis?[a]||[h] Timolites ille vicanus, homo nõ modò nobis,sed ne inter suos quidẽ notus, vos docebit,qualis sit L.Flaccus?*quem vos modestissimum adolescentem,prouinciæ maximæ sãctissimum virum,nostri exercitus fortissimũ militẽ,diligentissimũ ducem,[i] tẽperatissimum legatum,[k] quæstorémque cognouerunt? quẽ vos præsentes constantissimũ senatorem,[l] iustissimũ prætorem,ac amantissimũ reip.ciuem iudicastis? De quibus vos aliis testes esse debetis,de iis ipsi
9 alios testeis audietis?||[m] At quos testeis?* primùm dicam (id quod est commune) Græcos:non quò nationi huic ego vnus maximè fidem derogem.nam,si quis vmquam de nostris hominibus à genere isto,studio ac volũtate nõ abhorrens fuit:me & esse arbitror & magis etiã tum cùm plus erat otij, fuisse : sed sunt illo numero multi boni,[n] docti,prudentes,qui ad hoc iudicium deducti non sunt:[o] multi imprudentes,illiterati,leues,quos variis de causis video cõcitatos.Verũtamen hoc dico de toto genere Græcorum:tribuo illis literas,do multarum artium disciplinã,nõ adimo sermonis lepôrẽ,ingeniorũ acumẽ,dicendi copiã:deniq; etiã,siqua sibi alia sumũt,non repugno:testimoniorum religionẽ, & fidem numquam ista natio coluit : totiúsque huiusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus,

g L.in maledicentissima ciuitate maledictũ omne, in suspiciosissimo negotio omnem suspicionẽ, non modò crimen effugit?
h L.Timolites ille Nicenus, homo,n.ita Turneb.
* Testimonia pro Flacco.
i al.tempe rantissimũ legatum,
k L.quæstorémque cognorunt?
l L.iustissimum prætorem,amã tiss. reip.
m L. At quos testeis dicam. primùm (id quod est c.)Gr.
* Græciæ cõmendatio & vituperium.
n L.docti, pudentes,
o L. multi impudẽtes,

p δάνεισόν μοι μαρτυρίαν:

q al. mutuum testimonium?

pondus, ignorant. Unde illud est, [p] Da mihi [q] testimoniũ mutuum? num Gallorum, num Hispanorum putatur? totum istud Græcorum est: vt etiam qui Græcè nesciunt, hoc, + quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicam: tum intell igetis, qua religione dicãt. numquam nobis ad rogatũ respondent: semper accusatori plus, quàm ad rogatum. numquam laborant, quemadmodũ probent, quod dicunt, sed quemadmodum se explicent dicẽdo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, quòd (vt ipse aiebat) [r] libertus erat eius turpi iudicio condemnatus. [s] nihi dixit, quod læderet eum, cùm cuperet. impediebat enim religio. tamẽ id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit? Quàm promptus homo, P. Septimius? quàm iratus de iudicio, & villico? tamen hæsitabat: tamen eius iracundiæ religio nõnunquam repugnabat. Inimicus [t] Cælius, quòd, cũ in re manifesta putasset nefas esse, publicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat è numero recuperatorum. tamen tenuit se, neque attulit in iudicium quidquam ad lædendũ, nisi voluntatem. Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores, ac disciplina plus valerent, quàm dolor ac simultas: omnes se spoliatos, vexatos, fortunis euersos esse dixissent. Græcus testis cum ea voluntate [c] processit, vt lædat: non iurisiurãdi, sed lædendi verbã meditatur, vinci, refelli, coargui putat esse turpissimũ: ad id se parat: nihil aliud curat. Itaque nõ optimus quisque, nec grauissimus, sed impudẽtissimus, loquacissimúsq; deligitur. Vos autem in priuatis minimarũ rerũ iudiciis testem diligenter expenditis. * etiamsi formam hominis, si nomẽ, si tribũ nostris, mores tamen exquirendos putatis, qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, vt se ipse sustentat! vt omnia verba moderatur! vt timet, nequid cupidè, ne quid iracundè, ne quid plus, minúſ

11 (beside "pallore dixit? Quàm promptus homo, P. Septi-")

12 (beside "deligitur. Vos autem in priuatis minimarũ rerũ")

r L. libert⁹ eius erat turpi.

s L. quod læderet, cũ c al. quod eũ læderet, cùm cup.

t L. M. Cœlius. al. M. Celius.

* vide l. 3. ff. de testi.

minúsve,quàm sit necesse, dicat! Num illos idē
putatis?quibus iusiurandum iocus est : testimo-
nium,ludus : existimatio vestra, tenebræ : laus,
merces:gratia,[u] gratulatio proposita est omnis
in impudenti mendacio.Sed non dilatabo ora-
tionem meam. Etenim [x] posset esse infinita , si
mihi libeat totius gentis in testimoniis dicen
dis explicare vanitatem. sed propius accedam:
13 de his vestris testibus dicam.||Vehementem ac-
cusatorem nacti sumus,iudices,& inimicum in
omni genere odiosum,ac molestum: 7 quē spe-
ro his rebus fore magno vsui & amicis, & reip.
Sed certè inflammatus incredibili cupiditate,
hāc causam,accusationémque suscepit.Qui co-
mitatus[y] in inquirendo comitatum dico?immò
verò quātus exercitus?quæ iactura?qui sumtus?
quāta largitio?quæ quamquam vtilia sunt cau-
sæ,timidè tamen dico , quod vereor, ne Lælius
ex his rebus quas sibi suscepit gloriæ causa, pu-
tet aliquid,oratione mea,sermonis in sese , aut
inuidiæ esse quæsitum.Itaque hanc partem totā
relinquā:tantùm à vobis petam , iudices, vt , si
quid ipsi audistis communi fama,atque sermo-
ne de vi,de manu,de armis, de copiis: memine-
ritis,quarum rerum inuidia,lege hac recenti,ac
noua,[z] certus est inquisitioni comitum nume-
14 rus constitutus.||Sed,vt hāc vim omitatm, quā-
ta illa sunt?quæ quoniam accusatorio iure , &
more sunt facta , reprehendere non possumus,
queri tamen cogimur:primùm,quòd,distributis
partibus,sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pō-
peium,ꝙL.Flacco est vehementer inimicus,cō-
tendisse à Lælio,paterno amico, ac pernecessa-
rio,vt hunc hoc iudicio arcesseret: omnémque
ei suam auctoritatem,gratiā,copias,opes ad hoc
negotium conficiendum detulisse. Id hoc veri-
similius Græcis hominibus videbatur , quòd
paulò ante familiarē Læliū in eadem prouincia
Flacco viderant.Pompeij autem auctoritas cùm

u L. gratulatio,posita est omnis in impud.

x L. etenim potest esse inf.

y al. in anquirendo.

z L. certus sit inq. al. in quisitori.

apud omneis tanta est, quanta esse debet, tum excellit in ista prouincia, quam nuper & prædo nũ, & regum bello liberauit. Adiũxit illa, vt eos qui domo exire nolebant, testimonij denuntiatione terreret: qui domi stare non poterant, lar-
go, & liberali viatico commoueret. ‖ Sic adole- 15
scens, ingenij plenus, [a] locupletis metu, tenueis præmio, stultos errore permouit. sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata, nõ sententiis, neque auctoritatibus declarata, [b] nec iureiurando constricta, sed [c] porrigenda manu profundendóque clamore multitudinis concitatæ. O morem præclarum, disciplinámque, quã à maioribus accepimus, si quidẽ teneremus: sed nescio quo pacto iã de manibus elabitur. nullã illi nostri sapiẽtissimi, sãctissimi viri, vim contionis esse voluerunt. quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet: summota contione, distributis partibus, * tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis auctorib⁹, re multos dies promulgata, & cognita, [d] iube-
ri, vetarique voluerunt. ‖ Græcorum autem totæ 16
respub. sedentis contionis temeritate administrantur. Itaque, vt hanc Græciam, quæ iamdiu suis consiliis perculsa, & afflicta est, omittam: * illa vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc vno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum. Cùm in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes, ignarique consederant: tum bella inutilia suscipiebãt: tum seditiosos homines reipublicæ præficiebant: tum * optimè meritos ciueis è ciuitate
[e] eiiciebant. ‖ Quòd si hæc Athenis tu, cùm il- 17
læ non solùm in Græcia, sed propè [g] cunctis gentibus [f] enitebant, accidere [g] sunt solita: quam moderationem putatis in Phrygia, aut in Mysia concionum fuisse? Nostras conciones, illarum nationũ homines plerumque perturbant. quid, cùm soli sunt ipsi, tãdem fieri putatis? Cæsus est vir

a v. c. locupleis metu, tenuis, præm.
b al. neque iureiur.
c τῷ χειροτονεῖν sic infrà porrexerãt manũ psephisma natum est. hac verò χειροτονίᾳ vtebãtur Athenienses in suffragiis, in legibus iubẽdis, & decretis sciscendis.
* Tributim sciscit plebs, centuriatim populus vniuersus.
d al. iuberi, vetarive voluer.
* à Pisistrato ad Philippũ, seu 150. annorum.
* Themistoclẽ, Aristidem, Cononem.
e v. c. eiiciebant.
f al. eminebant,
g al. solita sũ.

virgis [h] Cynicus ille Athenagoras,qui in fame frumentum exportare erat ausus, data concio Lælio est,processit ille,& Græcus apud Græcos non de culpa sua dixit,sed de pœna quæstus est. porrexerunt manus:psephisma natum est. Hoc testimonium est?Nuper epulati,paulò ante omni largitione saturati Pergameni,quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit,id sutores [9] & [*] zonarij conclamarunt. Hoc testimonium est ciuitatis? Ego testeis [i] à Sicilia publicè duxi. verùm erant ea testimonia non concitatæ con-
18 tionis,sed iurati senatus.|| Quare iam non est mihi contentio cum teste:vobis videndum est, sintne hæc testimonia putanda. Adolescens bonus,honesto loco natus,disertus,cum maximo, ornatissimóque comitatu venit in oppidũ Græcorum:postulat concionem : [k] locupletes homines,& graueis,ne sibi aduersentur,testimonij denuntiatione deterret:egenteis, & leueis, [10] spe [l] largitionis,& viatico publico priuata etiã benignitate prolectat, opifes,& tabernarios,atque illam omnem fæcem ciuitatum quid est negotij concitare, in eum præsertim, qui nuper summo cum imperio fuerit, summo autem in amore esse, propter nomen ipsum imperij, non
19 potuerit?||Mirandum verò est,homines eos,quibus odio sunt nostræ secures:nomen acerbitati: scriptura,decumæ,portorium,morti:libẽter arripere facultatem lædendi, quæcumque detur. Mementote igitur, cùm audietis psephismata, non audire vos testimonia, audire temeritatem vulgi,audire vocem leuissimi cuiusque, audire strepitum imperitorum,audire contionem concitatam leuissimæ nationis. Itaque perscrutamini penitus naturam,rationémque criminum: [11] [m] iam nihil, præter speciem,nihil, præter terrorem,ac minas reperietis.*

h L.Cymæ ille Ath. al.Cynæus.

* al.coriarij. al. zonarij, & zoriarij.

i for.è Sicilia.

k al.locupletis.

l al. legationis.

m L. iam nihil præter spem, spem hic vocat terrorem,metũ & minas.

Deesse videntur nonnulla.

|| In ærario nihil habent ciuitates, nihil in ve-
ctigalibus duæ rationes conficiendæ pecuniæ, 20
aut * versura, aut tributo. nec tabulæ creditoris
proferuntur, nec tributi confectio vlla recita-
tur. Quam verò facilè falsas rationes inferre, &
in tabulas, quodcumque commmodum est, re-
ferre soleant, ex Cn. Pompeij literis ad Hy-
psæum, & Hypsæi ad Pompeium missis quæso
cognoscite. LITERAE POMPEII AD HYPSAEVM,
ET HYPSAEI AD POMPEIVM. Satíne vobis
coarguere his auctoribus dissolutam Græcorum
consuetudinem, licentiámque impudentem vi-
demur? nisi fortè, qui Cn. Pompeium, qui præ-
sentem, qui nullo impellente, fallebant, eos,
vrgente Lælio, in absentem, & in L. Flaccum
aut timidos fuisse, aut religiosos putamus. || Sed 21
fuerint incorruptæ literæ domi: nunc verò
quam habere auctoritatem, aut quam fidem
possunt? Triduo * lex ad prætorem deferri, iu-
dicum signis obsignari iubet. tricesimo die vix
deferantur. Ne corrumpi tabulæ facilè possint,
idcirco lex obsignatas in publico poni voluit.
At obsignantur corruptæ. Quid refert igitur,
tanto pòst ad iudices deferantur, an omnino
non deferantur? Quid, si testium studium cum
accusatore sociatum est? taménne isti testes
habebuntur? Vbi est igitur illa exspectatio, quæ
versari in iudiciis solet? nam antea, cùm dixe-
rat accusator acriter, & vehementer, cumque
defensor suppliciter, demisséque responderet:
tertius ille erat exspectatus locus testium, qui
aut sine vllo studio dicebant, aut cum dissimu-
latione aliqua cupiditatis. || Hoc verò quid est? 22
Vnà sedent, ex accusatorum subselliis surgunt,
non dissimulant, non verentur: de subselliis
queror? vna ex domo prodeunt. si verbo [n] ti-
tubarint, quò reuertantur, non habebunt. An
quisquam esse testis potest, quem accusator si-
ne

* fortè ve-ctigalis.

* lex illa municipalis fuit de tabulis intra triduũ ad prætorẽ deferendis, quæ iudicũ signis priùs essent obsignatæ.

n L. titubauerint, & ita v. c.

ne cura interroget: nec metuat, ne sibi aliquid, quod ipse nolit, respondeat? Vbi est igitur[o] illa laus oratoris quæ vel in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? Bene testem interrogauit: callidè accessit. reprehendit: [p] quò noluit, adduxit: conuicit, & elinguem reddidit. ||

o fort. laus illa or.

p L. qui voluit, add.

23 Quid tu istum roges, Læli, qui, priusquàm hoc, Te rogo, dixeris, plura etiam effūdet, quàm tu ei domi antè præscripseris? Quid ego autem defensor rogem? nam aut oratio testium referri solet, aut vita lædi. Qua disputatione orationem refellam eius, qui dicit, Dedimus: nihil ampliùs? In hominem dicendum est igitur, cùm oratio argumentationem non habet. Quid dicam *in ignotum? Querendum est ergo, & deplorandum, id quod iàdudum facio, de omni accusationis iniquitate: primùm de cōmuni genere testium. dicit enim natio minimè in testimoniis dicendis religiosa. propiùs accedo. nego esse ista testimonia, [q] quæ tu ipse psephismata appellas: sed & fremitum egentium, & motum quendam temerarium Graculæ cōtionis. Intrabo etiam magis. qui gessit, non adest: qui numerasse dicitur, non est deductus, priuatæ literæ nullæ proferuntur: publicæ retentæ sunt in accusatorum potestate. summa est in testibus. hi viuunt cum inimicis: adsunt cum aduersariis: habitant cum accusatoribus. ||

* ignoti testi nō credeadunt.

q L. quæ tu psephism. appell. sed fremitum egentium.

24 Vtrùm hîc tandem disceptationem, & cognitionem veritatis, an innocentiæ labē aliquam, aut ruinam fore putatis? Multa enim sunt eiusmodi, iudices, vt etiam si in homine ipso, de quo agitur, negligēda sunt, tamē [r] in conditione atque in exēplo pertimescenda videātur Si quē infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem, [s] tamē ciuis ciuem à ciuibus communis humanitatis iure, ac misericordia deprecarer, ne *ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris confessoribus, cōuiuis, cōtubernalibus: ne hominibus, leuitate Græcis,

r al. in imitationem.

s L. tamen ciuem à ciuib.

* Vide l. 3. ff. de testibus.

crudelitate barbaris, ciuem ac supplicem vestrū dederitis: ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. || Sed, cùm L. 25
Flacci res agatur, cuius ex familia qui primus consul factus est, primus * in hac ciuitate cōsul fuit: cuius virtute regibus exterminatis, libertas in rep. constituta est: quæ vsque ad hoc tempus [t] honoribus, imperio, rerum gestarum gloria, continuata permansit: cúmque ab hac perēni, contestatáque virtute maiorum, non modò non degenerarit L. Flaccus, [u] sed id, quod maximè florere in generis sui gloria viderat, laudē patriæ in libertatem vindicandæ prætor [x] adamarit: in hoc ego reo ne quod perniciosum exēplū prodatur, pertimescā, in quo, etiam si quid errasset, omnes boni conniuendum esse arbitrarentur? | Quod quidem ego non modò non po- 26
stulo, sed contrà, iudices, vos oro, & obtestor, vt totam causam quàm maximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplemini. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum: contráque omnia corrupta libidine, iracundia, studio, pretio, periurio reperiētur. || Etenim * iam vniuersa istorum cognita cu- 27
piditate, accedam ad singulas querelas, criminationésque Græcorum. Classis nomine, pecuniam ciuitatibus imperatam queruntur. Quod nos factū, iudices, confitemur. Sed, si hoc crimē est: aut in eo est, quòd non licuerit imperare: aut in eo, quòd non opus fuerit nauibus: aut in eo, quòd nulla, hoc prætore, classis nauigarit. Licuisse vt intelligas, cognosce, quid, me consule, senatus decreuerit, cū quidē nihil à superioribus continuorū annorū decretis [y] decesserit. SENATVSCONSVLTVM. Proximū est ergo, vt, opus fuerit classe, nécne quæramus. Vtrum igitur hoc Græci statuent, aut vllæ exteræ nationes, [z] an vestri prætores, vestri duces, vestri imperatores? Equidē existimo, in eiusmodi regione, atque prouin-
cia,

* P. Valeriū Publicolanū intelligit.
t L. honoribus, imperiis, r.
v L. sed in qua maximè florere generis sui gloriā vid.
x al. adamauerit:
* DE TESTIBVS in specie & sigillatim dixit, & quidem priore loco de testibus totius Asiæ, deinde de testibus singularū ciuitatum.
y L. discesserit.
z L. an nostri prætores, nostri d. nostri imperat.

cia,quæ mari cincta , portubus distincta insulis
circumdata esset,non solùm præsidij, sed etiam
28 ornandi imperij causa,nauigandum fuisse.||Hæc
enim ratio,ac magnitudo animorum,in maiori-
bus nostris fuit:*vt,cùm in priuatis rebus, suis-
que sumtibus,minimo contenti,tenuissimo cul-
tu viuerent:in imperio, atque in publica digni-
tate omnia ad gloriam , splendoremque reuo-
carent. Quæritur enim in re domestica , conti-
nentiæ laus:in publica, dignitatis.[a] Quid si et-
iam præsidij causa classem habuit?quis erit tam
iniquus,qui reprehendat?Nulli erant prędones.
Quid?nullos fore,quis pręstare poterat?Minuis,
inquit,gloriam Pompeij.Immò tu auges mole-
29 stiam.||Ille enim classeis prædonũ,vrbeis , por-
tus,receptacula sustulit : pacẽ maritimam sũma
virtute,atque incredibili celeritate confecit:il-
lud verò neq; suscepit, neque suscipere debuit,
vt, siqua vspiã nauicula prædonum apparuisset,
accusãdus videretur.Itaq; ipse in Asia,cùm om-
nia iã bella terra,mariq;confecisset,classẽ tamẽ
iisdẽ istis ciuitatib.imperauit.Quod si tũ statuit
opus esse,cũ ipsius pręsentis nomine tuta omnia,
& pacata esse poterãt:quid,cùm ille decessisset,
Flacco existimatis statuendũ,&faciendũ fuisse?
30 ||Quid nos hîc? nónne ipso Põpeio auctore, Si-
lano,& Muræna Coss. decreuimus , vt classis in
Italia nauigaret?nónne eo ipso tempore , cũ L.
Flaccus in Asia remiges imperabat , nos hîc in
mare superum,& inferum sestertiûm ter &qua-
dragies[b] rogabamus?Quid postremo anno?nón-
ne,M.Curio,& P.Sextilio quæstoribus, pecunia
in classẽ est erogata? quid? hoc omni tẽpore e-
quites in ora maritima non fuerũt?Illa est enim
gloria diuina Pompeij : primùm prædones eos,
qui tum,cùm illi bellum maritimum gerendum
datum est, toto mari dispersi vagabantur, reda-
ctos esse omneis in potestatem : deinde Syriam
esse nostram , Ciciliam teneri. Cyprum per
Ptolomæum regem nihil audere: prætereaCre-

* Veterum sumptus priuati tenuissimi publici in gloria & splendore.

a L. Quòd si etiã præsidij causa classem habuit? quis erit t.

b erogabamus

tam Metelli virtute esse nostram: nihil esse, vnde proficiscãtur: nihil quò reuertantur: omneis sinus, [c] promontoria, litora, insulas, vrbeis maritimas, claustris imperij nostri cõtineri.|| Quòd 31
si, Flacco prætore, nemo in mari prædo fuisset, tamen huius diligentia reprehendenda non esset. Idcirco enim, quòd hic classem habuisset, existimarem non fuisse. Quid si L. Oppij, L. Agrij, C. Cestij, equitum R. huius etiam clarissimi viri, Cn. Domitij, qui in Asia tum legatus fuit, testimonio doceo, eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, complureis à prædonibus esse captos? tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehendetur? quid si etiam occisus est à Piratis * Adramitenus, homo nobilis, cuius est ferè nobis omnibus, nomẽ auditum, [d] Acinas pugil, * Olympionices? hoc est apud Græcos (quoniam de eorum grauitate dicimus) propè maius, & gloriosius, quàm Romæ triumphasse? At neminem cepisti. Quàm multi oræ maritimæ clarissimi viri præfuerunt, qui cùm prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt? casus est enim in capiendo, locus, euentus, occasio, defendendi facilis est cautio, non solùm latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione, & conuersione.|| Reliquum est, vt quæra- 32
tur, [e] vtrum nostra ista classis, cursu, & remis, an sumtu tantũ & literis nauigarit. [f] Nũ igitur negari potest, cuius rei cũcta testis est Asia, bipartitò classẽ distributã fuisse, vt vnà pars supra Ephesum, altera infra Ephesum nauigaret? hac classe M. Crassus, vir amplissimus; 128 ab Aeno in Asiam his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit. In quo igitur prætoris est diligentia requirenda? in numero nauium, & in descriptione æquabili sumtus? dimidium eius, quo Pompeius erat vsus, imperauit. num potuit parcius? descripsit autem pecu

c L. promũtoria,
* al. Adramyttenus apud Str. & Stephanum de vrbibus.
d L. Athinas
* Olympianici honos propè maior apud Græcos, quàm Romæ triumphantis.
e L. vtrùm ista classis
f L. num igitur id negari
g lib. vul. ab Hæmo

pecuniam ad Pompeij rationem, quæ fuit accõmodata L. Syllæ descriptioni:[13] [h] qui cùm omneis Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset: illã ratione in imperãdo sũtu, [i] & Põpeius, & Flaccꝰ secutꝰ est. neq; est adhuc tamẽ
33 ea sũma completa. Nõ refert verò. || Quid lucretur? [k] cùm enim genus imperatæ pecuniæ suscipit: id, quod tu crimen esse vis, confitetur. Quî igitur probari potest, in ea pecunia non referẽda, crimẽ sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? At enim negas fratrem meũ, qui L. Flacco successerit, pecuniã vllã in remiges imperasse. Equidẽ Q. Fratris mei laude delector: sed aliis magis, grauioribus, atque maioribꝰ. aliud quiddã statuit, aliud vidit. existimauit, quocunq; tẽpore auditũ quid esset de prædonibus, quàm vellet subitò, se classem comparaturũ. denique hoc primus frater meus in Asia fecit, vt hoc sumtu remigum ciuitates leuaret. crimen autẽ tũ videri solet, cùm aliquis sumtus instituit eos, qui antea non erant instituti, non cùm successor aliquid immutat de institutis priorum. Flaccus, quid alij postea facturi essent,
34 scire non poterat: quid fecissent, videbant. || Sed, *quoniam de communi totius Asiæ crimine dictũ est, aggrediar iam ad singulas ciuitates: ex quibus sit sanè nobis prima [l] ciuitas Aemonensis. Citat præco voce maxima legatos [m] Aemonenseis. Procedit vnus Asclepiades. [n] prodeant. Etiámne præconem mentiri coëgisti? est enim, credo, is vir, iste, vt ciuitatis nomen sua auctoritate sustineat: damnatus turpissimis iudiciis domi, notatus literis publicis: cuius de probris, adulteriis, ac stupris exstant [o] Aemonensium literæ: quas ego non solùm propter lõgitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatẽ verborum; prætereundas puto. Dixit publicè data drachmarum cc. & vi. millia. dixit tantùm: nihil ostendit, nihil protulit: sed adiun-

h L. qui cũ in omneis Asiæ ciuitates proportione pecuniam descripsisset:
i L. & Pompeius, & Flaccus secuti sunt, neque
k L. cum enim annis imperatæ pec.
* DE TESTIBVS singularum ciuitatum Asiæ, hoc est de Aemonensib. Dolabellensibus, Trallianis.
l L. ciuitas Aemonensis: & ita in veteribus numismatibus Vrs.
m L. Acmonenseis.
n L. prodeãt ceteri. Etiãne præc.
o L. Acmonensium

xit id,quod certè,quoniam erat domesticũ,do-
p L. drachmarum ccvi. mill.
cere debuit:se priuatim[p] drachmas ccvi. dedisse.Quantũ sibi ablatum homo impudentissimus dicit,tãtũ nũquam est ausus,vt haberet, optare.
‖Ab Aulo Sextilio dicit se dedisse:& à suis fra- 35
trib⁹.Potuit dare Sextilius.nã fratres quidẽ,cõsortes sunt mendicitatis. Audiamus igitur Sextilium:fratres denique ipsi prodeant:quã volẽt, impudenter mentiantur:&,ꝙ nũquã habuerint, dedisse se dicant. tamẽ aliquid fortasse coràm producti dicent,in quo reprehendantur.Nõ deduxi,inquit,Sextiliũ.Cedò tabulas.nõ deportaui.Fratres saltem exhibe.non denuntiaui.Quod ergo vnus Asclepiades,fortuna egens, vita turpis,existimatione dãnatus,impudentia,atq; au-
* al.egerit,
dacia fretus,sine tabulis, sine auctore * legerit, id nos,quasi crimen, aut testimonium pertime-
*mos fuit reos laudari per patronos,eósque vel ciues,vel municipes,vel prouinciales.
scamus?‖idẽ*laudationẽ,quã nos[q] ab Aemonẽ- 36
sibus Flacco datã proferebamus,falsã esse dicebat. cuius quidẽ laudationis iactura exoptanda nobis fuit.Nã vt signũ publicũ inspexit præclarus iste auctor suæ ciuitatis, solere suos ciueis, cęteròsqueGræcos ex tẽpore,quod opus sit,obsignare dixit. Tũ verò tibi habeto istam laudationẽ nec enim[r] Aemonensiũ testimonio Flacci vita,& dignitas nititur. das enim mihi, quod hæc causa maximè postulat,nullam grauitatem, nullã constantiã,nullũ firmũ in Gręcis hominibus consiliũ,nullã deniq; esse testimonij fidem. nisi verò hactenus ista formula testimonij , atq; orationis tuæ , describi , ac distingui potest, vt Flacco absenti aliquid ciuitates tribuisse dicãtur:Lælio præsenti, per se agenti, vi legis, iure accusationis , opibus præterea suis terrenti , ac minanti,nihil tẽporis causa scripsisse, aut obsi-

q L. ab Acmonensibus

r L. Acmonensiũ test.

s L. Hæc, quæ est à nobis p.

gnasse videantur.‖ Equidẽ in minimis rebus sæ- 37
pe res magnas vidi,iudices,deprehendi,ac teneri,vt in hoc Asclepiade. 14 [s] Hæc, quæ à nobis prolata laudatio,obsignata erat creta illa Asiatica:

tica: quæ ferè est omnibus nota nobis: qua vtũtur omnes non modò in publicis, sed etiam in priuatis literis, quas quotidie videmus mitti à publicanis, sæpe vnicuique nostrûm. neq; enim testis ipse signo inspecto falsum nos proferre dixit, sed leuitatem totius Asiæ protulit, de qua nos & libenter, & facilè concedimus. Nostra igitur laudatio, quam ille temporis causa nobis datam dicit, datam quidem confitetur, consignata ereta est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datum, ceram esse[t] videmus.

38 || Hic ego, iudices, si vos [u] Aemonensium decretis, si cæterorum Phrygum literis permoueri putarem, vociferarer, & quantum maximè possem, contenderem: testarer publicanos, excitarẽ negotiatores, vestram etiam conscientiã implorarem: cera deprehensa, confiderẽ totius testimonij fictam audaciam, manifestò comprehensam, atque oppressam teneri. Nũc verò non insultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc insolentiùs, neque in istum nugatorem tanquam in aliquem testem, inuehar, neque in toto [x] Aemonẽsium testimonio, siue hîc cõfictũ est, vt appâret: siue missũ domo est, vt dicitur, cõmouebor. etenim, quib. ego istã laudationẽ remittã, quoniã sũt (vt Asclepiades dicit) leues, horũ testimoniũ

39 nõ pertimescam. || Venio nũc ad Dorylensiũ testimonium: qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt. O pastores, nescio quos, cupidos literarũ: siquidẽ nihil istis, præter literas, abstulerũt. Sed aliud esse causæ suspicamur, ne fortè isti parũ versuti esse videãtur. Pœna est, vt opinor, [y] Dorylensium grauior, quàm apud alios, falsarum, & corruptarum literarum. si veras protulissent, criminis nihil erat: [z] si falsas, erat pœna. bellissimum putarũt, dicere amis-

40 sas. || Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non sinunt. [a] supplet enim ille nescio quis, & priuatim dicit se dedisse. Hoc verò ferri nullo modo

t L. vidimus.
v L. Acmo.
x L. Acmonensium test. Domesticum testimonium innuit quod iure non admittitur. l. 24. ff. de testibus.
y for. apud Dorylenseis
z L. sin falsas,
a L. supplet enim iste, nescio qui, & p.

potest. [14]Qui de tabulis publicis recitat,iis quę in accusatoris potestate fuerunt,non debet habere auctoritatem:[15][b] sed tamen iudicium fieri videtur,cùm tabulæ illę ipsę,cuiusquemodi sũt, proferuntur. cùm verò is, quem nemo vestrûm vidit vmquam : nemo, qui mortalis esset, audiuit.tantùm dicit,dedi: dubitatis, iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem vindicetis. [c] Atque huic eidem nuper tres equites Romani honesti & graues, cùm in causa liberali eum, qui asserebatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt. Qui hoc euenit,vt, qui locuples testis doloris, & sanguinis sui non fuerit,idem sit grauis auctor iniuriæ
publicæ?|| [d] Atque Dorylensis nuper cùm effer- 41
retur magna frequentia, concessúque vestro, mortis illius inuidiam in L.Flaccum Lælius cõferebat.Pacis iniustè,Læli,si putas periculo nostro viuere tuos contubernaleis : [e] præsertim quòd tua negligentia factum arbitremur homini enim Phrygi, qui arborem fisci nũquam vidisset,*fiscinam fiscorũ obiecisti:[16][f] cuius morte ex aliqua parte releuauit : edacem enim hospitem amisisti. Flacco verò quid profuit, qui valuit tamdiu, dum huc prodiret. mortuus est [g]aculeo iam dimisso,ac dicto testimonio? At istud columen actionis tuæ,Mithridates,posteaquàm biduum retentus est testis à nobis, effudit,quæ voluit,omnia : reprehensus, conuictus, fractúsque discessit,ambulat cum lorica:metuit homo doctus,& sapiens,ne L.Flaccus nunc scelere se alliget,cũ iã testẽ illũ effugere non possit:vt,qui ante dictũ testimoniũ sibi temperarit, cũ tamen aliquid assequi posset,is nunc id agat, vt ad falsum auaritiæ testimonium,[h] verùm maleficij crimen adiungat.[i]Sed de hoc teste,[17]totoq; Mithridatico disseruit & subtiliter, & copiosè Q.Hortensius:nos,vt instituimus,ad reliqua

b L.sed tamen iudicium fieri videtur, cũ tab. illæ ipsę.cuiuscũque modi sunt,

c L. Atqui huic eidẽ.

d L. Atque hic Dorylẽsis nuper cùm efferretur magna fr.

e L.præsertim cùm tua negl.

* Fiscinam Varr. 4. de lin. Latina refert inter instrumenta rustica, quibus cõportantur fructus ac necessariæ res. Est autem fiscina à fisco.

f L. cuius mors te aliquà releuauit:

g L.saculeo iã emisso,

h al.verum etiam malef.

i L. sed quoniam de hoc teste, totóq; Mithridatico crimine diss.& subtiliter & cop.

42 qua pergamus. || Caput est omnium Græcorum concitãdorũ qui cũ accusatoribus sedet,[k] Heraclides ille Temnites, homo ineptus, & loquax, sed (vt sibi videtur) ita doctus, vt etiam magistrũ aliorum se esse dicat: &, qui ita sit ambitiosus, vt omneis vos, nósque quotidie persalutet. Têni vsque ad illam ætatem in senatum venire nõ potuit: &, qui se artẽ* dicendi traditurum etiam ceteris profiteatur, ipse omnibus turpissimis iu-
43 diciis conuictus est. || Pari felicitate vnà legatus venit Nicomêdes, qui neque in senatũ vlla cõditione peruenire potuit, & furti, & pro socio damnatus est. Nã princeps legationis Lysanias, adeptus est ordinem senatorium: sed cùm remp. nimiùm amplecteretur, peculatus damnatus, & bona & senatorium nomen amisit. Hi tres etiam ærarij nostri tabulas falsas esse voluerunt. nam seruos nouem se professi sunt habere, cùm omnino sine comite venissent. Decreto scribendo primũ video affuisse Lysaniã: cuius fratris bona, quòd is populo non soluebat, prætore Flacco publicè venierunt. præterea Philippus, est Lysaniæ gener, & Hermobius: cuius frater Poles, item pecuniæ publicæ est condemnatus, Dicunt se Flacco, & iis qui simul essent, drachmarũ xv. millia dedisse. ||
44 Cum ciuitate mihi res est acerrima,[18 m] & conficientissima literarum: in qua nummus moueri nullus potest sine quinq; prætoribus, tribus quęstoribus, quatuor* mensariis, qui apud illos à populo creãtur. Ex hoc tãto numero deductus est nemo: &, cùm illam pecuniam nominatim Flacco datã referant:[n] maiorem etiam aliquam cùm huic iidem darent, in ædem sacram reficiendam, se perscripsisse dicũt: quod minimè conuenit. nam aut omnia occultè referenda fuerunt, aut apertè omnia. cùm perscribunt nominatim Flacco: nihil timent, nihil verentur. cùm operi publico referunt: iidem homines subitò eundem ‸ quem con-

k L. Heraclides ille Tẽnitis,

* docendi

l L. victus est.

m L. & conficiendarũ literarum d.ligentissima. in qua nummus commoueri nullus p.

* Mensarij qui publicas rationes attingunt.

n L. maiorẽ etiam aliã cùm huic eidem dar.

temse

temserant, pertimescunt. Si prætor dedit, vt est scriptum: à quæstore numerauit: quæstor à* mẽsa pulica: mensa* aut ex vectigal, aut ex tributo. Numquam erit istud simile criminis, nisi mihi totam rationem omni & personarum genere, & literarum explicaris. || Vel quod est in eodem 45
decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis, o amplissimis vsos honoribus, hoc prætore circumuentos. cur hi neque in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? non enim credo significari p isto loco illum, qui se erigit, Heraclidem. vtrùm enim in clarissimis est ciuibus is, quem iudicatum hic duxit Hermippus? qui hãc ipsam legationem, quam habet non accepit à suis ciuibus, q sed vsq; Tymolo petiuit? cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vmquam? res autem ea, quæ tenuissimis committebatur, r huic vni in vita commissa sola est? s custos, T. Aufidio prætore, frumento publico est positus? pro quo cum à P. Varino prætore pecuniam accepisset: celauit suos ciueis, vltróque iis sumptũ intulit. Quod posteaquã Temni, literis à P. Varino missis cognitum, atque patefactum est: cũque eadem de re Cn. Lentulus, qui censor fuit, Temnitarum patronus, literas misisset: Heraclidem istum Temni nemo postea vidit. || Atque vt 46
eius impudentiã perspicere possitis, causam ipsam, quæ leuissimi hominis animum in Flaccum incitauit, quæso, cognoscite. Fundum Cymæum Romæ mercatus est de pupillo Meculonio. Cùm verbis se locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis. pecuniam sumsit mutuam t à Sex. Scola, iudice hoc nostro primario viro, qui & rem agnoscit, neque hominem ignorat: qui tamen credidit. u P. Fulnij Veratij, lectissimi hominis, x fidei. ei cùm solueret, sumsit à C. & M. y Fusiis, equitibus Ro. primariis viris. Hîc hercule, cornici oculum,

* mensa publica ærarium ciuitatis, aut portus, pecunia ciuitatis, fœneratitia cui præpositi mensarij à populo creati.

* Quæstores publici soluebant ex mensa, eáque aut ex vectigali, aut ex tributo.

o for. amplissimis honoribus vsos, hoc pr.

p al. isto loco tuum, qui se

q L. sed vsque Tmolo petiuit?

r L. huic vna in vita cõmissa est? al. huic vna in vita commissa sola est?

s v. c. custos, T. Aufidio pr. in frumẽto pub. est positus.

t L. à Sex. Sigola, al. à Sex. Sigola,

v L. P. Fulnij Nerati, x v. c. fide. y L. Fusiis,

lum, vt dicitur. nam hunc Hermippum, hominem eruditum, ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. eius enim fide sumsit [z] à Fusiis, Secutus Hermippus Temnum proficiscitur.[a] cùm iste sese pecuniam, quam huius fide sumserat, à discipulis suis diceret Fusiis persoluturum. habebat enim rhetor iste adolescenteis quosdam locupleteis, quos dimidio redderet stultiores, quàm acceperat, vbi nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum.‖ [b] Neminē

z L. à Fusiis,
a L. cùm iste se pecun.

47 quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. Itaque, cum Roma clàm esset profectus, multósque minutis mutuationibus fraudauisset, in Asiam venit, Hermippóque [c] percontanti de nomine Fusiano, respondet, se omnem pecuniā Fusiis persoluisse. Interim, neque ita longo interuallo libertus à Fusiis cum literis ab Hermippo, Hermippus ab Heraclide petit: ipse tamē Fusiis satisfacit absentib⁹, & fidē suā liberat. Hunc æstuantem, & tergiuersantem iudicio ille persequitur. à recuperatorib. causa cognoscitur.

b L. Neminem tamen adeò
c L. percunctanti de nom. Fus. respondit, se

48 ‖Nolite existimare, iudices, nō vnā & eandē omnib. in locis esse fraudatorū, & *inficiatorū impudentiam. fecit eadem omnia, quæ nostri debitores solēt, negauit sese omnino versurā [d] illā fecisse Romæ: Fusiorūse affirmauit nūquam omnino nomen audisse: Hermippum verò ipsum, pudentissimum, atque optimum virum veterem amicum, atque hospitem meum, splendidissimum, atque ornatissimum ciuitatis suæ, probris omnibus, maledictisque vexauit. Sed, cùm se homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi illa oratione iactaret, repentè, testimoniis Fusiorum, nominibusque recitatis, homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaque recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. Cùm iudicatum non faceret, addictus Hermippo

* inficiator est qui pecuniam à se petitam inficiatur.
d L. vllam

mippo,& ab hoc ductus est.habe tis & honestatem hominis,& auctoritatem testimonij,&causam omnem simultatis.|| Atque is ab Hermippo 49
missus,cùm ei pauca mancipia vendidisset, Romam se contulit:deinde in Asiam rediit,cùm iã frater meus Flacco successisset. ad quem adiit, causámque ita detulit,recuperatores,[e] vi Flacci coactos,& metu, falsũ inuitos iudicauisse. Frater meus,pro sua æquitate,prudẽtiáque, decreuit,vt,*si iudicatum negaret : in duplum iret. si metu coactos diceret : haberet eosdem recuperatores.Recusauit: &, quasi nihil esset actũ, nihil iudicatum, ab Hermippo ibidem mancipia, quæ ipse ei vẽdiderat,petere cœpit.M. [f] Gratidius,legatus, ad quem est aditum, actionem se daturum negauit:re iudicata stari ostendit placere.||Iterum iste,cui nullus esset vsquam consi- 50
stendi locus,Romam se retulit:persequiturHermippus, qui numquam istius impudentiæ cessit. petit Heraclides à C. Plotio senatore, viro primario,qui legatus in Asia fuerat,mancipia quędam,quæ se,[g] cùm iudicatum esset, per vim vẽdidisse dicebat. Qu. Naso, vir ornatissimus, qui prætor fuerat,iudex sumitur:qui cùm sententiã secundũ Plociũ se dicturum[h] ostenderet, & ab eo iudice abiret, quod iudicium lege non erat, causã totam reliquit Satisne vobis, iudices, videor ad singulos testeis accedere,neque, vt primò constituerã,tantũmodò cũ vniuerso genere confligere? || Venio ad Lysaniam eiusdem ciui- 51
tatis,peculiarẽ tuum,Deciane,testem : quem tu cùm ephebum Temni cognosses, [i] quoniam te nudus delectarat, semper nudum esse voluisti. abduxisti [20] Temno Apollonidem [21] pecuniam adolescentulo grandi fænore,fiducia tamen accepta, occupauisti. [k] Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie,ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi* paterni venire ad testimonium dicendum coegisti : [22] [l] qui quoniam testimo

e al. vi coactos, & metu,

* actiones quædam si inficientur duplantur veluti iudicati de qua hic idem testatur. Paul.l. tẽt. 17.§.1.

f al. Cratidi,

g L.cùm iudicatus esset,

h L. ostenderet:ab eo iudice abiit &, quod iudicium lege non erat,&c.

i L. quia tũ te nud.

k L.Hanc si duciam cõmissam tibi dicis: tenes hodie,

* Pant. pa. terni quod iamtestimonium dicendum coegisti,qui quidnam sit dicturus expecto.

l libr. vul. qui quoniã testimoniũ dixit, quid. nam sit d.

testimoniū nondū quidnā sit dicturus, exspecto, noui genus hominum, noui consuetudinem, noui libidinem. Itaque, etsi teneo, quid sit dicere paratus, nihil tamen contradisputabo priùs, quā dixerit. totum enim cōuertet, atque alia finget. Quamobrem & ille seruet, quod parauit: & ego me ad id, quod attulerit, integrum[m] cōser-
52 uabo.|| Venio nunc ad eam ciuitatē [n] in quā ego multa & magna officia contuli: & quā meus frater in primis colit, atque diligit: quæ si ciuitas per viros bonos, graueisque homines querelas ad vos detulisset, paulò commouerer magis. nunc verò quid putem? Trallianos Mæandrio causam commisisse, homini egēti, sordido, sine honore, sine existimatione, sine censu.[o] Vbi erant illi, Pythodorus, & Lepison, ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? vbi illa magnifica, & gloriosa ostētatio ciuitatis? nónne esset puditum, si hanc causam agerent seuerè, non modò legatum, sed Trallianum omnino dici Mæandrium?[p] huic tali legato, huic publico testi patronum suum iam inde à patre, atque maioribus L. Flaccum mactandum ciuitatis te-
53 stimonio tradidissent? || Non est ita, iudices, nō est profectò. vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parrhasiū, vidi Archidemum, cùm quidem idem hic mihi Mæandrius, quasi ministrator aderat, subiiciens, quid in suos ciueis, ciuitatémque si vellem, dicerē. nihil enim illo homine leuius, nihil egentius, nihil inquinatius. Quare si hunc habēt auctorem Tralliani, doloris sui, si hunc custodem literarū, si hunc testē iniuriæ, si hunc auctorem querelarū remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiā, fateantur in Mæādri persona esse[t] expressam faciem ciuitatis. sin istum semper illi ipsi domi [u] proterendum esse, & conculcandum putauerunt: desinant puta-

m L. seruabo.

n L. in quā egó multa, & magna studia & off.

o L. Vbi erant illi Pythodori, Aetidini, Lepisones, ceteri hom.

p al. huic illi legato.

q L. atque à maiorib.

r al. Archidamum.

s L. si hunc actorem querel.

t L. expressā speciem ciuitatis.

v L. proterendum, & conculcandum p.

putare auctoritatem esse in eo testimonio, cuius
auctor inuentus est nemo.|| Sed exponã, quid in 54
re sit, vt quamobrem ista ciuitas, neque seuerè
Flaccum oppugnarit, neque benignè defende-
rit, scire possitis. Erat ei Castriciano nomine i-
ratà; de quo toto respondit Hortensius innita
soluerat Castricio pecuniam iamdiu debitam.
Hinc totum odiũ, hinc omnis offensio. Quò cũ
venisset Lælius ad iratos, & illud Castricianum

x L. dicendo refricuisset: exsiluerunt principes, neque in illa cõt. adf. neque istius decr.
y L. vsque adeò orba fuit optimatum illa c.

vulnus [x] dicẽdo refricuisset: [22] siluerunt, neque
in illa contione adfuerunt, neque ipsius decre-
ti, ac testimonij auctores esse voluerunt. [y] vsq;
eò orba fuit ab optimatibus illa contio, vt prin
ceps principum esset Mæandrius; cuius lingua,
quasi flabello seditionis, illa tum est egentium
contio ventilata.|| Itaque [23] ciuitatis pudentis, 55
vt ego semper existimaui, & granis, vt ipsi exi-
stimari volunt, iustũ dolorem, querelásque co-
gnoscite. Quæ pecunia fuerit apud se, Flacci pa-
tris nomine, collata à ciuitatibus, hanc à se esse
oblatam queruntur. Alio loco quæram, quid li-
cuerit Flacco: nunc tantum à Trallianis requi-
ro, quam pecuniam à se ablatam queruntur, suã-
ne dicant, sibi à ciuitatibus collatam in vsum

z L. non inquit, hec dicimus.
a al. hanc tibi, inquit.

suũ. cupio audire. [z] non inquit, dicimus. Quid
igitur? delatam ad nos, creditam nobis, L. Flac-
ci patris nomine, ad huius dies festos, atque lu-
dos. Quid tum? [a] Hanc te, inquit, capere non li-
cuit.|| Iã id videro: sed primũ illud tenebo. que- 56
ritur grauis, locuples, ornata ciuitas, quod non
retinet alienum: spoliatam se dicit, quòd id non

b L. ad honores L. Flacci collara poneretur. hæc pecunia tota ab hon.
c L. amissũ est enim.

habet, quod eius non fuit. quid hoc impuden-
tius dici, aut fingi potest? delectũ est oppidum,
quo in oppido vno pecunia à tota Asia [b] ad ho
nores L. Flacci poneretur. hæc pecunia ab ho-
noribus translata est in quæstum, & fæneratio-
nẽ: recuperata est multis pòst annis.|| Quæ ciui- 57
tati facta est iniuria? At molestè fert ciuitas.
Credo. [24] [c]. amissum est enim præter spẽ, quod
erat

erat spe deuoratum lucrũ. At queritur. Impudẽter facit. non enim omnia, quæ dolemus, eadem iure queri possumus. At accusat verbis grauissimis. Non ciuitatis, sed imperiti homines, à Mẹãdrio concitati. Quo loco etiam, atque etiã facite vt recordemini. quæ sit temeritas multitudinis, quæ læuitas propria Græcorũ, quid in cõtione seditiosa valeat oratio. Hic, in hac grauissima, & moderatissima ciuitate, cùm est forũ plenum iudiciorũ, plenum magistratuũ, plenum optimorum virorũ, & ciuiũ, cùm speculatur, atque obsidet rostra vindex temeritatis, & moderatrix officij, curia: tamen quantos fluctus excitari, contionũ videtis? quid vos fieri censetis Trallibus,
25 [d] an id, quod Pergami? nisi fortè hæ ciuitates existimari volũt, faciliùs vna se epistola Mithridatis moueri, impellique potuisse, vt amicitiam populi R. fidem suã, iura omnia officij, humanitatisque violarent, [e] quàm vt filiũ testimonio læderent, cuius patrẽ armis pellendũ suis mœni-
58 bus censuissent. || Quare nolite mihi ista nomina ciuitatum nobiliũ opponere. quos enim hosteis hæc familia contemsit, numquam eosdem testeis pertimescet. Vobis autem est confitendũ, [f] si conciliis principum vestræ ciuitates reguntur, non multitudinis temeritate: optimatũ consilio bellũ ab istis ciuitatibus cum populo R. esse susceptũ, sin ille tum motus est temeritate imperitorũ excitatus: [g] patiamini me delicta vulgi à publica causa separare. At enim i-
59 stãm pecuniam huic capere non licuit. || Vtrum vultis [h] patri Flacci licuisse, nécne? si licuit, sicuti certè licuit: ad eius honores collatã, ex quib. ipse nihil capiebat, patris pecuniã rectè abstulit fili⁹. si nõ licuit tamẽ illo mortuo, nõ modò fili⁹ sed quiuis hæres rectissimè potuit auferre. Ac tũ quidẽ Tralliani, cũ ipsi graui fænore istam pecuniã multos annos occupauissent, à Flacco tamẽ omnia, quæ voluerunt, imperauerunt: neque

d for. an nõ idem, quod Pergami?

e for. quàm vt eum filium.

f L. si consiliis principũ vestræ ciuitates reguntur: non multit. temeritate, sed opt. conc.

g L. patimini, me del. & ita v.c.

h L. patri Flacco lic. & ita v.c.

nem etiā inter deos * certamen fuiſſe proditum
eſt: quæ vetuſtate ea eſt, vt ipſa ex ſeſe ſuos ci-
ueis genuiſſe dicatur: & eorum eadē terra parēs,
altrix, patria, dicatur: auctoritate autē tanta eſt,
vt iam fractū propè, ac debilitatum Græciæ no-
men, huius vrbis laude nitatur. Adſunt Lacedæ-
monij, cuius ciuitatis ſpectata, ac nobilitata vir
tus, non ſolùm natura corroborata, verùm etiam
diſciplina putatur: qui ſoli toto orbe terrarum
ſeptingentos iam annos amplius vnis moribus,
63 & numquam mutatis legibus viuunt. || Adſunt
ex Achaia cuncta multi legati, Bœotia, Theſſa-
lia: quibus locis nuper legatus L. Flaccus, impe-
ratore Metello præfuit. Neque verò te, Maſſilia,
prætereo, quæ L. Flaccum militem, quæſtorém-
que cognoſti: cuius ego ciuitatis diſciplinā, at-
que grauitatem non ſolùm Græciæ, ſed haud
ſcio [30] an cunctis gentibus [p] anteponendā iure
dicā. quæ tam procul à Græcorum omnium re-
gionibus, diſciplinis, linguáque diuiſa, cùm in
vltimis terris cincta Gallorum gentibus, barba-
riæ fluctibus alluatur, ſic optimatum conſilio
gubernatur, vt omnes eius inſtituta laudare fa-
64 cilius poſſint, quàm æmulari. || Hiſce vtitur lau-
datoribus Flaccus, his innocentiæ teſtibus, vt
Græcorum cupiditati, Græcorum auxilio reſiſta
mus. Quamquā quis ignorat, qui modò vmquam
mediocriter res iſtas ſcire curauit, quin tria Grę
corū genera ſint verè: quorū vni ſunt Atheniē-
ſes, quæ gēs Ionū habebatur: Aeoles alteri: Do-
res tertij nominabātur. Atque hæc [q] cūcta Grę-
cia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plu
rimis artibus, quæ etiam imperio, & bellica lau-
de floruit, paruum quendam locum, vt ſcitis, Eu-
ropæ tenet, ſempérque tenuit. Aſiæ maritimā
oram bello ſuperatam, cinxit vrbibus, non
vt munitam coloniis [31] illam gentem auge-
65 ret, ſed vt obſeſſam teneret. || Quamob-
rem quæſo à vobis Aſiatici teſtes, cùm verè

* Neptunū & Mineruā o for. tanta, vt iā ſr.

p L. anteponendam dicam. quæ t.

q al. cuncta Græcia, quę gloria, q. f.

r L. illam augeret, a' lij illum gene raret.

s v.c.in iudicio desertis, & ita L.

recordari voletis, quantum auctoritatis s in iudiciũ afferatis, vosmetipsi describatis Asiam: nec quid alienigenæ de vobis loqui soleat, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis, memineritis. Námque, vt opinor, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia; Caria, Lydia. Vtrùm igitur nostrũ est,[32] an vestrũ, hoc vetus prouerbiũ, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota

t L.in Care id pot.

Caria? nónne hoc vestra voce vulgatum est, siquid cum periculo experiri velis,[33 t] in Caria id potissimùm esse faciendũ? Quid porro in Græco sermone tam tritũ, atque celebratũ est, quàm, si quis despicatui ducitur, vt Mysorũ vltimus esse dicatur? Nã quid ego dicam de Lydia? quis vmquã Græcus Comædiã scripsit, in qua seruus primarum partiũ non Lydus esset? Quamobrẽ quæ vobis sit iniuria si statuimus vestro nobis iudi-

*CONTENTIONIS pars secũda. DE AVRO IVDAICO,

cio standũ esse de vobis? || Equidẽ* mihi iã satis, 66
supérque dixisse videor de Asiatico genere testiũ: sed tamen vestrum est, iudices, omnia, quæ dici possunt in hominum leuitatẽ, inconstantiã, cupiditatem, etiãsi à me minùs dicuntur vestris animis, & cogitatione cõprehendere. Sequitur auri illa inuidia Iudaici. Hoc nimirũ est, illud, quod non longè à gradibus Aureliis hæc causa dicitur.[34] ob hoc crimen hic locus abs te, Læli, atque illa turba quæsita est. Scis, quanta sit ma-

v L. Sic sũmissa voce agam,

x L. atque in opt.

* Aurum Iudaicum Hierosolymam quot annis exportari solebat.

* vide l.2. C. de commerciis,

nus, quanta concordia, quantum valeat in concionibus.[u] Summissa voce agam, tantum vt iudices audiãt. neque enim desunt, qui istos in me, [x] atque optimũ quẽque incitent: quos ego quo 67
id facilius faciant, non adiuuabo. || Cùm aurum, * Iudæorum nomine, quotannis ex Italia, & ex omnibus vestris prouinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret. Quis est, iudices, qui hoc non verè laudare possit? *Exportari * aurũ nõ oportere*, cũ sæpe antea senatus, tum me consule, grauissimè

iudi

iudicauit.Huic autẽ barbaræ superstitioni resi-
stere seueritatis:multitudinem Iudæorum, fla-
grantem nonnumquã in contionib. pro rep.cõ-
temnere,grauitatis summæ fuit.At Cn.Pŏpeius,
captis Hierosolymis,victor ex illo fano nihil
68 attigit.|| In primishoc,vt multa alia sapienter,ꝙ
in tam suspiciosa,ac maledica ciuitate locum
sermoni obtrectatorem non reliquit. non enim
credo,religionem & Iudæorum,& hostiũ impe-
dimento præstantissimo imperatori,sed pudorẽ,
fuisse.Vbi ergo crimen est?quoniam quidẽ fur-
tum nusquam reprehendis,edictum probas, iu-
dicatum fateris,35 y quæsitum,& probatũ palàm
non negas actum esse per viros primarios res
ipsa declarat:Apaméæ z manifestè comprehen-
sum, ante pedes prætoris in foro a expen-
sum est auri pondo centũ paulo minùs per Sex.
Cæsium,equitem Ro.castissimum hominẽ, atq;
integerrimũ:Laodiceæ viginti pŏdo paulo am-
pliùs per hunc ipsum L.Peducæum, iudicẽ no-
strum:Adrymeti per Cn. Domitium, legatum.
69 || 36 b Pergami non multum auri. ratio constat:
aurum in ærario est:furtum non reprehenditur:.
inuidia quæritur à iudicibus oratio * auertitur
vox in coronã,turbãque effunditur.Sua cuique
ciuitati religio,Læli est,nŏstra nobis.Stătibus
Hierosolymis,pacatisque Iudęis,tamen istorum
religio sacrorum à splẽdore huius imperij,gra-
uitate nominis nostri maiorum institutis, ab-
horrebat:nunc verò hoc magis,quòd illa gens,
quid de imperio nostro sentiret,ostẽdit armis:
quàm cara diis immortalibus esset,docuit,quòd
70 est victa,quòd elocata.quod * seruata.|| Quam-
obrem,* quoniam,quod crimen esse voluisti,
id totum vides in laudem esse conuersum:
veniamus iam ad ciuium Romanorum que-
relas. Ex quibus sit sanè prima Deciani.Quid
tibi tandem, Deciane, injuriæ factum est?ne-
gotiatis in libera ciuitate primũ patere me es-

y L. quæsitum & prolatum pal.

z L. manifesto depr.

a v.c. expensum esse.

b L. Pergami nõ multum auri rat.c.

* al. conuertitur.

* al. eneruata al. seruata.

*CONTENTIONIS pars tertia de querelis ciuium Romanorum, Deciani Audronis Sextilij, Falcidi.

se curiosum. quouíque negotiabere? præsertim
cùm sis isto loco natus, annos iam triginta in
foro versaris:[36] sed tamen Pergameno, longo
interuallo, siquando tibi peregrinari commodũ
c L. Romã venis.
est,[c] Romam aduenis: affers faciem nouam, no-
men vetus, purpuram Tyriam. in qua tibi inui-
deo, quòd vnis vestimentis tamdiu lautus es.
|| Verùm esto: negotiari libet: cur non Pergami? 71
[d] Smyrnę? Trallibus? vbi & multi ciues Romani
d v. cod. Zmyrnæ?
sunt, & ius à nostro magistratu dicitur? otium
e L. turbæ, prætor R. odio est.
te delectat: lites,[e] turba,[37] prætor, odiosi:[38]
Græcorum libertate gaudes. Cur ego vnus tu
[39] [f] Apollonidenses amantissimos populi Ro.
f L. Apollonidienseis am.
fidelissimósque socios, miseriores habes, quàm
aut Mithridates, aut etiam pater tuus [g] habue-
g L. habuit vmquam?
rit vmquã? cur his per te frui libertate sua, cur
denique esse liberis non licet? homines sunt to-
ta ex Asia frugalissimi, sanctissimi, à Græcorum
luxuria, & leuitate remotissimi, patresfamilias
suo contenti, aratores, rusticani: agros habent
& natura perbonos, & diligentia, culturáq; me-
liores. In hisce agris tu prædia habere voluisti.
h al. magis erat tuum: si iam te.
Omnino mallem, & [h] magis erat tuum.[40] Si iã
te crassi agri delectabant, hîc alicubi in Crustu-
mino, aut in Capenati parauisses.|| Verùm esto: 72
Catonis est dictum, *Pedibus compensari pecuniam.*
Longè omnino à Tiberi ad Caicum: quo in lo-
co etiam Agamemnon cum exercitu errasset, ni-
si ducem Telephum inuenisset. Sed concedo id
quoque: placuit oppidum: regio delectauit. e-
misses. Amyntas est genere, honore, existima-
tione, pecunia, princeps illius ciuitatis. cuius
socrum, mulierem imbecilli consilij, satis locu-
pletem, pellexit Decianus ad sese: &, cùm illa,
quid ageretur, nesciret, in possessione prædiorũ
eius familiam suam collocauit: vxorem abduxit
ab Amynta prægnanté: quæ peperit apud Decia-
nũ filiã hodiéque apud Decianũ est vxor Amyn
tæ, & filia.|| Numquid harum rerũ à me fingitur, 73
De-

Decianæ? sciunt hæc omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt denique nostri homines, sciunt mediocres negotiatores. Exsurge Amynta: repete à Deciano, non pecuniam, non prædia: socrum denique sibi habeat: restituat vxorē: reddat misero patri filiam. nam membra, quæ debilitauit lapidibus, fustibus, ferro, manus, quas contudit: digitos, quos confregit: neruos, quos concidit, restituere non potest. filiam, filiam, inquam, ærumnoso patri, Deciane, redde.

74 [i] Hæc Flacco te non probasse miraris? cui, quæso, tandem probasti? emtiones falsas, prædiorum proscriptiones [k] cũ mulierculis, aperta circumscriptione, fecisti: [l] tutor his rebus Græcorum legibus adscribendus fuit. [m] Polemocratem scripsisti, [n] mercenarium, & administrum consiliorum tuorum adductus est in iudicium [o] Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione, huius ipsius tutelæ nomine. Qui concursus ex oppidis finitimis vndique? qui dolor animorũ? quæ querela? Condēnatus est Polemocrates sententiis omnib. irritæ venditiones: irritæ proscriptiones. Non restituis. defers ad Pergamenos, vt illi reciperent in suas literas publicas, præclaras proscriptiones, & emtiones tuas repudiant, [p] reiiciunt. At qui homines? Pergameni laudatores tui. Ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorũ, quasi honorē maiorum tuorũ assecutus esses: & hoc te superiorem putabas esse, quā Lælium, quòd te ciuitas Pergamena laudaret. Num honestior est ciuitas Pergamena, [q] quàm Smyrnæ? At ne ipsi quidē dicunt.

75 Vellem tantum habere otij, vt possem recitare [r] psephismata Smyrnæorum, quæ fecerunt in Castriciũ mortuũ: primùm vt in oppidũ introferretur: quod aliis non cōceditur: deinde, vt ferrent ephebi: postremò vt imponeretur aurea corona mortuo. Hæc P. Scipioni clarissimo viro, cũ esset Pergami mortuus, facta non sunt. At Castricium quibus ver-

i q.li.v. Hęc Flacco non probasse te miraris?
k al. cum mulieribus
l L. tutor his morib. Græcorum adscribendus fuit.
m L. Ptolemocratem scr.
n v.c mercenarium,
o L. Ptolemocrates.
p v.c. reiiciunt.
q L. quàm Smyrnæa? quidá v.c. Zmyrnæa?
r L. psephisma Smyrnæorum, quod fec.

bis, dij immortales!decus patriæ ornamentum populi Rom.florem iuuentutis appellant!Quare,Deciane,si cupidus es gloriæ, alia ornamenta censeo, quæras. || Pergameni te deriserunt. 76
Quid?tu ludi te non intelligebas?cùm tibi hæc verba recitabant.Clarissimum virum,præstātissima sapientia, singulari ingenio:[41] mihi crede,*ludebant,cùm verò coronam auream literis imponebant:re vera non plus aurum tibi?quàm monedulæ committebant.Ne tum quidem hominum venustatem, & facetias perspicere potuisti,Isti igitur,isti Pergameni[s] perscriptiones, quas tu afferebas,repudiauerunt.P. Orbius?homo & prudens, & innocens, contra te omnia decreuit.[t] in P. Globulum, meum necessarium fuisti gratiosior. Vtinam neque ipsum, neque me pœniteret.[42] Flaccum in curia decreuissent.
||Veridicas adiungis causas inimicitiarum,ꝙpatri L.Flacci,ædili curuli,pater tuus tribunus pl. 77
diē dixerit.At istud,ne ipsi quidem patri Flacci valdè molestū esse debuit:præsertim cùm ille, cui dies dicta est,prætor posteà factus sit,& cōsul:ille,qui diem dixit,non potuerit priuatus in ciuitate consistere.Sed,si iustas inimicitias putabas,cur cùm tribunus militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti,cùm tibi per leges militareis effugere liceret iniquitatem tribuni? [43] [u] Cur autem per te inimicum paternum in concilium vocauit?quæ quidē quàm sanctè solita sint obseruari,scitis omnes.||Nunc accusan- 78
tur ab iis,qui in consilio nobis [x] fauerunt. Decreuit Flaccus,Num aliud,atque oportuit? In liberos. Num aliter,ac sensuit senatus?[y] In absentem decreuit,Cùm ibidem esses,cùm prodire nolles. non est hoc in absentem reum.SENATVS CONSVLTVM, ET DECRETVM FLACCI.
[z] Quid,si non decreuisset: sed edixisset? quis posset verè reprehendere? Num etiam fratris mei

* al. illudebant.
s L. proscriptiones, q. tu aff. repudiarunt.
t for. apud P.Globulū meū necess.
t L. Flaccū clarum iracandia decreuisse dicis.Et verò adiungis causas inimicit.al. Flaccus vi & iniuria decreuit motus paternis odiis veréque adiungis causas Pā.Flaccum in curia iniuriā decreuisse dicis.adiungis causas inimicitiarum.
t li vul.nec ipsi quidem p.mendosè
v L.cur autem prætor te, inimicū pat.
x L.fuerūt.
z L.in absētem.Cū ibi.
z L.Quid,si non decreuisset,sed dixisset:] quis p.

mei literas,pleniſſimas humilitatis, & æquita-
tis, reprehenſurus es?44 quas eaſdem [a] mulieri
à me datas,apud Pataranos requiſiuit.Recita li-
teras Quint. Ciceronis. LITERAE QVINT. CI-
CERONIS.‖Quid?hæc [b] Apollonidenſes, occa-
79 ſione facta,ad Flaccum detulerunt?apud Orbiũ
acta non ſunt?ad Globulum delata nõ ſunt? Ad
ſenatum noſtrum,me conſule,nónne legati Ap-
polonidiẽſes omnia poſtulata de iniuriis vnius
Deciani detulerunt?45 [c] Ad hæc prædia etiam
in cenſu *dedicauiſti. Mitto, quòd aliena:mit-
to,quòd poſſeſſa per vim : mitto quòd conuicta
ab Appollonidenſibus : mitto, quòd à Perga-
menis repudiata : mitto etiam, quòd à noſtris
magiſtratibus in integrũ reſtituta:mitto, quòd
* nullo iure,neque in re, neque in poſſeſſione
80 tua. ‖ Illud quæro. ſíntne iſta prædia,cenſui cẽ-
ſendo : habeant ius ciuile:ſint,nécne ſint,man-
cipi : ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem
poſſint:in qua tribu denique iſta prædia cen-
ſuiſti? * Commiſiſti, ſi tempus aliquod gra-
uius * accidiſſet,vt ex iiſdem prædiis [d] & Apo-
loniæ & Romæ imperatum eſſet tributum. Ve-
rum eſto. glorioſus fuiſti. voluiſti magnum a-
gri modum cenſeri,& eius agri,qui diuidi ple-
bi Romanæ non poteſt. Cenſus es præterea nu-
meratæ pecuniæ centum triginta LLS. millia.
Eam opinor tibi numeratam non eſſe abs te.Sed
hæc omitto. Cẽſus es mancipia Amyntæ:neque
huic vllam in eo feciſti iniuriam. poſſidet enim
ea mãcipia Amyntas.ac primò quidẽ pertimuit,
cũ te audiſſet ſeruos ſuos eſſe cẽſum.Retulit ad
iuriſconſultos. Conſtabat inter omneis,[e] ſi a-
liena cenſendo,Decianus ſua facere poſſet.[f] eũ
46 maxima habiturum eſſe. *
‖ Ha

a L.mulierib. ad me datas,apud Patara nos requiſiuiſti. R. al. eadẽ mulieres ad me datas, apud Patara nos requiſierãt. Pant. queis eaſdem mulieres amãdaras,apud patronos requiſiuit.

b L.Apollonidienſes non,cenſione facta,ad Flaccũ det.

c L. At hæc prædia etiã in cenſu dicaſti. M.

* al. iudicaſti. vid. l. 4. ff. de cenſibus tua:

* Pantag. nullo more, neque iure,neque poſſeſſione

* al. num cauiſti,

* al. incideret,

d L. & Apollonide, & R.

e fort. ſi aliena emancipia cenſendo, f L.eum maximam habiturum eſſe familiam. Reſponſum eſt, eius facta non videri. Idem viſum eſt poſtea Flacco, eùm rem cognoſceret:itáqque decreuit Hab.

* *

* ||Habetis, 81
causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus,ad Lælium detulerit hãc opimam accusationem. Num ita questus est Lælius,cùm de perfidia Deciani diceret: Qui mihi auctor fuit, qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus:is à Flacco corruptus est, is me deseruit, ac prodidit. Siccine tu auctor tandem eum, [g] cui tu in consilio fauisses, apud quem omneis gradus dignitatis tuæ retinuisses,* pudentissimum hominem, nobilissima familia natum, optimè de rep. meritum,in discrimen omnium fortunarum vocauisti?47 [h] Scilicet defendam Decianũ: qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit.
||Nõ est,mihi crede, corruptus. Quid enim fuit, 82
quod ab eo redimeretur?vt*duceret iudicium? cui * sex horas omnino lex dedit.Quantũ tandẽ ex his horis detraheret, [i] si tibi morem gerere voluisset?Nimirum illud est,quod ipse suspicatur. Inuidisti ingenio subscriptoris tui. 48 [k] quòd ornabat facilè locum,quem prehenderat, & acutè testeis interrogabat, aut circumueniebat:fortasse fecisti. [l] & tu, & populi sermo, ne exciperes. Idcirco Decianum vsque ad * coronam applicuisti. [m] Sed, vt hoc verisimile est, ita haud verisimile, Decianum à Flacco esse corruptum.|| Ita scitote, iudices,esse cetera:vel 83
quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertiûm vicies. Et eum tu accusas auaritiæ, quem dicis sestertiûm vicies voluisse perdere? nam quid emebat, [n] cùm te emebat?vt ad se transires? [o] quam partem causæ tibi daremus?an vt enuntiares consilia Lælij? quid testes ab eo prodirent? quid? nos nõ videbamus habitare vnà? [p] quis hoc nescit?tabulas in Lælij potestate fuisse,non dubiũ est.

g L.cui tu in consilio fuisses.
* al. prudentissimũ
h Lab.Sed defendam Decianum.
Ducere, iudicium est protrahere.
* in iudicio repetundarum tres horæ reo, & totidem defensori dabantur.
i al.nisi tibi mor.
k L. quòd ornabat facetè loc.
l L. & vt populi sermonem excipere, idcirco Decianum.
* Ant. Au. coronidem applic.
m L. Sed, vt hoc verissimile est, ita haud verisimile est, Decia. al. Sed, vt hoc verum est,ita haud verisim.
n v.c. cùm abs te emebat?
o L. quas parteis causæ ibi d.
p fort. quis hoc nescit, tabulas in Lælij potestate fuisse? non dubium est.

est. an ne vehementer, ne copiosè accusares?
49 Nunc facis suspicionem. ita enim dixisti vt
84 nescio quid abs te impetratū esse videatur. || At
enim Androni Sextilio grauis iniuria facta est,
& non ferenda: quòd, cùm esset [q] vxor eius Va- q L. eius vxor.
leria, [r] intestata mortua, sic egit eam rem Flac-
cus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. In quo r al. intestato.
quid reprehendas, scire cupio. quòd falsum in-
tenderit? qui doces? Ingenua, inquit, fuit. O peri-
tum iuris hominem. Quid? ab ingenuis mulieri-
bus hereditates lege non veniunt? In manum,
inquit, conuenerat. Nunc audio: sed quæro, v-
trùm vsu, an coemtione, vsu non potuit. nihil s L. sed quęro, vsu, an
enim potest de tutela legitima sine omniū tuto-
rū auctoritate deminui. coemtione? [t] omnibus
ergo auctoribus, in quibus certè Flaccum fuisse t for. omnibus ergo tutoribus auct.
85 non dices. || Relinquitur illud, quod vociferari [x]
non desistit, non debuisse, cùm prætor esset, suū
negotium agere, aut mentionem facere heredi- x L. nō destitit,
tatis. Maximas audio tibi, L. Luculle, qui de L.
Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia li-
beralitate, maximisq; beneficiis in tuos, venisse
hereditates, cùm Asiam prouinciam consulari
imperio obtinere, si quis eas, suas esse dixisset,
concessisses? [y] Tu, T. Vecti, si qua tibi in Africa y L. Tu T. Vetti,
venerit hereditas, vsu amittes? an tuum, nulla
auaritia, salua dignitate, retinebis? At istius he-
reditatis, iam Globulo prætore, Flacci nomine,
petita possessio est. non igitur impressio, nō oc-
casio, non vis, non tempus, non imperiū, non se-
cures ad iniuriam faciendam Flacci animū im-
86 pulerunt: || Itaque eodem etiam M. Lurco, vir
optimus, meus familiaris, conuertit aculeum te-
stimonij sui. negauit, à priuato pecuniā in pro-
uincia prætorem petere oportere. Cur tandem
M. Lurco, non oportet? eripere, extorquere, [z] ac- z L. capere cōtra leges
cipere contra leges non oportet: petere non o-
portere, numquam ostendes, nisi docueris non
licere. An legationes sumere liberas exigendi

cau

causa, sicut & tu ipse nuper, & multi viri boni
sæpe fecerunt, rectum est: quod ego non repre-
hendo: socios video quæri: prætorem, [a] si he-
reditatem in prouincia non reliquerit, nõ solùm
reprehendum, verùm etiam condemnandũ pu-
tas? Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem suã
dixerat. Nihil istorum explicari potest, nisi o-
stenderis, illam in tutela Flacci non fuisse, si
fuit, quæcũque sine hoc * auctore est dicta dos,
nulla est.|| Sed tamen Lucronem, quãquam pro 87
sua dignitate moderatus est in testimonio di-
cendo religioni suæ, tamen iratum Flacco esse
vidistis. neque enim occultauit causam iracun-
diæ suæ, neque reticendam putauit. quæstus est,
libertum suum, Flacco prætore, esse damnatum.
O conditiones miseras administrandarum pro-
uinciarum? in quibus diligentia, plena simulta-
tum est: negligentia, vituperationum: vbi se-
ueritas periculosa est. liberalitas, ingrata: ser-
mo, insidiosus: assentatio, perniciosa: frons om-
nium, familiaris: multorum animus, iratus: ira-
cundiæ occultæ, blanditiæ apertæ: venienteis
prætores exspectant, præsentibus inseruiunt,
abeunteis deserunt. Sed omittamus querelas, ne
nostrum consilium [b] in prætermittendis pro-
uinciis laudare videamur.||Literas misit de vil- 88
lico P. Septimij, hominis ornati, qui villicus
cædem fecerat. Septimium ardentem iracundia
videre potuistis. In Lurconis libertum iudicium
ex edicto dedit. hostis est Lurco. Quid igitur?
hominum gratiosorum, splẽdidorũmque liber-
tis fuit Asia tradenda? an simultates nescio quas
cum libertis vestris Flaccus [c] exercuit? an vobis
in vestris, vestrorũque causis seueritas odio est:
eandem laudatis, cùm de nobis iudicatis? At iste
Andro, spoliatus bonis, vt dicitis, ad dicendum
testimoniũ non venit. Quid, si veniat? Decisionis
arbiter C. Cæcilius fuit. quo splendore vir? qua
fide? qua religione? obsignator C. Sextilius, Lur-
conis

[a] L. si hereditatem in prouincia creuerit, nõ sol.

* tutore sine legitimo enim tutore dicta dos nulla erat.

[b] al. in omittendis pr.

[c] L. exercet?

conis sororis filius: [d] homo & prudens,& constans, & grauis. [e] Si vis erat, si fraus, si metus, si circumscriptio: quis pactionem fieri, quis adesse

89 istos coegit? || Quid, si ista omnis pecunia, huic adolescentulo, L.Flacco, reddita est? si petita, [e] si redacta? si per hunc Antiochum, paternũ huius adolescentis libertum, seni illi Flacco probatissimum? videmúrne non solùm auaritiæ crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudẽ asse qui singularem? communẽ enim hereditatẽ, quæ æqualiter ad vtrumque lege venisset, concessit adolescenti propinquo suo: nihil ipse attigit de Valerianis bonis. quod statuerat facere, adductus huius pudore, & nõ amplissimis patrimonij copiis, id non solùm fecit, sed etiam prolixè, cumulatéque fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepisse, qui tã fuerit

90 in hereditate concedenda liberalis. || At Falcidianum crimen est ingens. Talenta quinquaginta se Flacco dicit dedisse. Audiamus hominem, Non adest. Quomodo igitur dicit? Epistolam mater eius profert, & alteram soror: scriptũ ad se dicunt esse ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is, * *qui si aram tenens iuraret*, crederet nemo, per epistolam, quod volet, iniuratus probabit? At qui vir? quàm non amicus suis ciuibus? qui patrimonium satis lautum, quod hîc nobiscum conficere potuit, Græcorum conui-

91 uiis maluit dissipare. || Quid attinuit relinquere hanc vrbem? libertate tam præclara carere? adire periculum nauigandi? quasi bona comesse Romæ non liceret. nunc denique materculæ suæ festiuus filius, aniculæ minimè suspiciosæ, purgat se per epistolam, vt eam pecuniam, [51] quam * confecerat, non consumsisse, sed Flacco dedisse videatur. At fructus isti Trallianorum, Globulo pr. [f] venierant: Falcidius emerat LLS. nongentis millibus. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, vt rata sit emtio.

d L. homo & prudens. &c.

e L. si redacta per hunc.

* mos veterum iurãdi. vide Liu. l. 20. Plutarc. in Annibale.

* vet. traiecerat, al. contraiecerat,

f L. venierunt.

emtio. emit igitur aliquid, quod certè multò pluris esset: dat de lucro: nihil detrahit de viuo, minus igitur lucri facit. || Cur Albanum venire 91
iubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis, & sororis, & matris imbecillitatem aucupatur? postremò cur non audimus ipsum? Retinetur, credo, in prouincia: mater negat. venisset, inquit, si esset denuntiatum. Tu certè coegisses, si vllum firmamentum in illo teste posuisses. sed hominem ab negotio abducere noluisti. magnũ erat ei certamen propositum, magna cum Græcis contentio: qui tamen, vt opinor, iacent victi. nam iste vnus totam Asiam magnitudine poculorum, bibendóque superauit. Sed tamẽ quis tibi, Læli, de epistolis istis indicauit? mulieres negant se scire. [g] quis? is ipse? igitur ille tibi, se ad matrem & sororem scripsisse narrauit? an etiam 53 scripsit [h] rogatu tuo? || At verò M. Ae- 93
butium, & constantissimum, & [i] pudentissimum hominem, Falcidij affinem, nihil interrogas? nihil eius generum, pari fide præditum, [k] C. Manlium? qui profectò, de tanta pecunia, si esset data, nihil audisse [l] nõ posset. His tu igitur epistolis, Deciane, recitatis, his mulierculis productis, illo absente auctore laudato: tantũ te crimẽ probaturum putasti: præsertim, cùm ipse non deducendo Falcidium, iudicium feceris, plus falsam epistolã habiturã ponderis, quàm ipsius præsentis fictam vocẽ, & simulatum dolorẽ? || Sed* quid 94
ego de epistolis Falcidij, aut de Androne Sextilio, aut de Deciani censu tamdiu 53 [m] disputo, postulo? de salute omnium nostrûm, de fortunis ciuitatis, de summa reip. taceo? quam vos vniuersam in hoc iudicio vestris humeris, vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis. videtis, in quo motu temporum, quanta in conuersione rerũ, ac perturbatione versemur. Cùm alia multa certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur, vt vestræ quoque mentes, vestra iudicia, vestræ senten-

g L. quis is est igitur? ille tibi,
h L. oratu tuo?
i al. prudẽtissimum hom.
k L. C. Manilium?
l L. nõ possent.

* PERORATIO.
m L. disputo, & expostulo?
n L. de sũma rep.

sentẽtiæ,optimo cuique infestissimæ,atquæ inimicissimæ reperiantur. grauia iudicia pro reip. dignitate,multa de coniuratorum scelere fecistis.non putant satis conuersam esse remp. nisi in eandem impiorum pœnam optimè meritos
95 ciueis detruserint. || Oppressus est C.Antonius. esto:habuit quandam ille infamiam suam:neq; tamen ille ipse,pro meo iure dico,vobis iudicibus damnatus esset:cuius dãnatione sepulchrũ L.Catilinæ,floribus ornatum , hominum audacissimorum,ac domesticorum hostium conuẽtu, epulisque celebratum est:iusta Catilinæ facta sunt. Nunc à Flacco Lentuli pœnæ per vos,expetuntur.Quam potestis P. Lentulo,qui vos in complexu [p] liberorum,coniugúmque vestrarum trucidatos, incẽdio patriæ sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem,quàm si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos omneis odium
96 saturaueritis?[q] ||Litemus * igitur Lẽtulo,parentemus Cethego, reuocemus eiectos:nimiæ pietatis:& summi amoris in patriã vicissim [54] nos pœnas,[r] si ita diis placet,sufferamus.nos iam ab indicibus nominamur : in nos crimina finguntur, nobis pericula comparantur : quæ si per alios agerent:si denique per populi nomen,ciuiũ imperitorum multitudinem concitassent : æquiore animo ferre possemus. illud verò ferri non potest , quòd per senatores , & per equites Ro.qui hæc omnia pro salute omniũ, communi consilio [s] vna mente,atque virtute gesserũt,harum rerũ auctores,duces,principes,spoliari omnibus fortunis,ac de ciuitate expelli posse arbitrantur.[55] Etenim populi Ro.[u] perspiciunt eam mentẽ,& voluntatẽ:omnibus rebus,quibus potest populus R.significat,quid sentiat:nulla varietas est inter homines opinionis , nulla volũ-
97 tatis,nulla sermonis.||Quare,si quis illuc me vocat,venio:populum Romanum disceptatorẽ nõ modò non recuso,sed etiam deposco. Vis absit:

o V.c.satis conuersam remp.

p al.liberũ,

q L.in nos omneis od. al. in omneis nos od.

* vide Festum in litãtum.

r L. si ita pl.

s L.vna mẽte , ac virtute,

t L.atque è ciuitate ex.

v L.perspiciant mentem , & vol.

ferrum,ac lapidē remoueantur:operæ facessant: seruitia sileant.nemo erit tam iniustus, qui me audierit,sit modò liber,& ciuis,quin potius de præmiis meis,quàm de pœna cogitādum putet. O dij immortales!quid hoc miserius? nos, qui P.Lentulo ferrum,& flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus:lectissimorum ciuium, & amplissimorum sententias pertimescimus.||[x] M. Aquilinum pa- 98
tres nostris multis auaritiæ criminibus,testimoniisque conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat,iudicio [y] liberauerunt. Consul ego nuper defendi C.Pisonem : qui quia consul fortis,cōstansque fuerat,incolumis est reip.cōseruatus.defendi item consul L.Murænam,consulem designatum.nemo illorum iudicium,clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi de ambitu putauit,cū,bellū iā gerēte Catilina,omnes,me auctore,duos cōsules kal.Ian.scirēt esse oportere.Innocens,& bonus vir,& omnibus rebus ornatus,bis hoc anno,me defendente,absolutus est A.Thermus.[56]*Quanta, reip.causa lætitia populi Ro.quanta gratulatio cōsecuta est? Semper graues,& sapientes iudices.in rebus iudicandis,quid vtilitas ciuitatis,quid communis salus,quid reip.tēpora poscerent,[z] cogitauerūt. ||Cū*tabella vobis dabitur,iudices,nō deFlacco 99
dabitur solū:dabitur de ducibus,auctoribusque conseruādæ ciuitatis:dabitur[a] de omnib9 bonis ciuibus:dabitur de vobismetipsis:dabitur de liberis vestris,de vita,de patria,de salute cōmuni. nō iudicatis in hac causa de exteris nationibus, nō de sociis:[b] de vobis,ac vestra rep. iudicatis. ||Quòd si prouinciarum vos ratio magis mouet, 100
quā vestra:egoverò nō modò nō recuso,sed etiā postulo,vt prouinciarū auctoritate moueamini. Etenim opponemus Asiæ prouinciæ primū magnam partem eiusdem prouinciæ,quæ pro huius periculis legatos, laudatorésque misit : deinde pro

x L.M. Aquillium.

y for.liberarunt.

* al.Quāta reip. lætitia, quanta P.R.gratulatione cōseruatus est.

z for.cogitarunt.

* Tabellæ iudicibus, vel ampliationis, vel cōdēnationis,vel absolutionis dabantur.

a v. c. de omnibus bonis: dab. & ita L.

b L.de vobis, & de vestra

uinciam Galliam, prouinciam Ciliciam, prouinciam Hiſpaniam, prouinciam Cretam. Gręcis autem, Lydis, & Phrygibus, & Myſis obſiſtēt Maſſilienſes, Rhodij, Lacedæmonij, Athęnienſes, cūcta Achaia, Theſſalia, Bœotia. Septimio,[c] & Cælio, teſtibus, L. Seruilius, & Quint. Metellus, huius pudoris, integritatiſque teſtes repugnabūt: Aſiaticæ iuriſdictioni vrbana iuriſdictio reſpōdebit. annui tēporis criminationem omnis ætas
101 L. Flacci, & perpetua vita defendet. || Et, ſi prodeſſe L. Flacco, iudices, debet, quòd ſe tribunū militum, quòd quæſtorem, quòd legatum imperatoribus clariſſimis, exercitibus ornatiſſimis, prouinciis grauiſſimis, dignum ſuis maioribus præſtitit: proſit, quod hic, vobis videntibus, in periculis communibus omnium veſtrûm, ſua pericula cum eis coniunxit: proſint honeſtiſſimorum municipiorum, coloniarūque laudationes: proſit etiam ſenatus, populiq́ue Rom. præclara,
102 & vera laudatio. || O nox illa, quæ pænè æternas huic vrbi tenebras attuliſti, cū Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrū, & flammam vocabātur: cùm ego te, Flacce, cælum, noctémque conteſtans, flens flentem obteſtabar: cùm tuæ fidei optimæ, & ſpectatiſſimæ, ſalutem vrbis, & ciuiū cōmendabā. Tu, tu, Flacce prætor, cōmunis exitij nūtios cepiſti: tu incluſam in literis reip. peſtē deprehendiſti: tu periculorū indicia, tu ſalutis auxilia, ad me, & ad ſenatū attuliſti. Quæ tibi tum gratiæ ſunt à me actæ? quæ ab ſenatu? quæ à bonis omnibus? quis tibi, quis[d] C. Pomtinio, fortiſſimo viro, quemquam bonum putaret vmquā non ſalutē, verùm honorem vllū denegaturū? O nonæ illæ Decēbres, quæ, me cōſule, fuiſtis: quē ego diem verè natalē huius vr-
103 bis, aut certè ſalutarem appellare poſſum. || O nox iſta, quam iſte eſt dies conſecutus, fauſta huic vrbi: miſerum me, metuo ne funeſta nobis. Qui tū animus L. Flacci? ([e]nihil dicam enim de

c al. & Cœlio,

d al. C. Pōtino,

e L. (nihil dicam de me.

me) qui amor in patriam? quæ virtus? quæ grauitas exstitit? Sed quid ea commemoro, quæ tum, cùm agebantur, vno consensu omnium, vna voce populi Rom. vno orbis terræ testimonio, in cælum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modò non prosint, verùm etiã aliquid obsint. Etenim multò acriorem improborum interdum memoriam esse sentio, quàm bonorum. Ego te, si quid grauius acciderit, ego te, inquã, Flacce, f perdidero: mea dextera illa, mea fides, mea promissa, cùm te, si rempub. conseruaremus, omnium bonorum præsidio, quoad viueres, non modò munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar. putaui, speraui, etiam si honos noster vobis vilior fuisset, salutem certè caram futuram. || At, L. Flaccum quidẽ, iudices, si (quod dij immortales omen auertant) grauis iniuria afflixerit: numquam tamẽ prospexisse vestræ saluti, consuluisse vobis, liberis, coniugibus, fortunis vestris, pœnitebit, semper ita sentiet, talem se animum & generis dignitati, & pietati suæ, & patriæ debuisse: vos ne pœniteat tali ciui non pepercisse, per deos immortaleis iudices, prouidete. Quotus enim quisque est, qui hanc in repub. sectam sequatur? qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi, atque amplissimi cuiusque hominis, atque ordinis auctoritatem magni h putet? illam viam sibi vident expeditiorem ad honores, & ad omnia, quę concupiuerunt. Sed cetera sint eorum: sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates. || Liceat iis, qui hæc salua esse voluerũt, ipsis esse saluis. nolite, iudices, existimare, eos, quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserunt, nõ exspectare huius exitum iudicij. Si L. Flacco tantus amor in bonos omneis, i tantum in republica studium calamitati fuerit: quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, 104

f v.c. prodidero.

g L. Ac, L. Flacc.

h L. putet, cùm illam viam sibi videant. exp. ad bon. & ad omn. q. cõcupiuerũt? S.

i L. tantum in remp. st.

vitæ, quam antè præcipitem, & lubricam e[illegible] ducebat, huic planæ, & stabili præponendā esse arbitretur? Quòd si talium ciuium vos, iudices, tædet: ostendite: mutabunt sententiam, qui potuerint: constituent, quid agant, quibus integrum est. nos, qui iam progressi sumus, hunc exitum nostræ temeritatis feremus. sin hoc animo quàm plurimos esse vultis, declarabitis hoc
106 iudicio, quid sentiatis.|| k Præclara illi hæc oratio quidem. si huic, huic misero puero, vestro, ac liberorũ vestrorum supplici, iudices, hoc iudicio, viuendi præcepta dabitis. cui si patrem conseruatis: qualis ipse debeat esse ciuis, præscribetis. sin eripitis: ostendetis, bonæ rationi, & constanti, & graui nullum à vobis fructum esse propositum. qui vos, quoniam est id ætatis, vt sensum iam percipere possit ex mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre possit: orat, ac suum luctum, patris lacrymis, patris mœrorem, suo fletu augeatis, qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat: ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spoponderim, dignitatem. Miseremini familiæ, iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filij: nomen clarissimum, & fortissimum, vel generis, vel vetustatis, vel hominis causa, reipub. reseruate.

k L. Hoc totum, Præcl. illi h. or. q. si ex v.c.



PRO P. SYLLA.

ORATIO VICESIMA QVINTA.

P.Cornelius Sylla, L.Syllæ dictatoris propinquus, Consul designatus cum P. Autronio Pæto damnatus erat cum collega de ambitu, & in eorum locum accusatores. Accusatores L.Cotta & L. Torquatus legis beneficio successerant. Eundem Syllam accusauit aliquanto post de coniuratione L.Torquatus filius. Defendit Hortensius primùm, deinde Cicero. QVAESTIO *ergo est. an P.Sylla cum Catilina coniurauerit.* DELATOR, *L. Torquatus.* REVS, *P. Sylla.* PATRONI *Syllæ, Hortensius, Cicero.* EVENTVS, *absolutus est Sylla. Acta anno vrbis 687. vt Sigonio, siue 692. vt Græcis multis placet, non antè 691. (quo anno Cicero Consulatũ gerebat) vt Godefredo Iurisconsulto videtur.*

* EXORDIVM.



AXIME* vellem, iudices, vt P.Sylla & antea dignitatis suæ splendorem obtinere, &, post calamitatem acceptam, modestiæ fructum aliquem potuisset percipere. sed, quoniam ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore cùm cõmuni ambitionis inuidia, tum singulari 1*Autronij odio euerteretur, & in his pristinæ fortunæ reliquiis miseris, & afflictis, tamen haberet quosdam, quorũ animos ne supplicio quidem suo satiare posset: quãquam ex huius incõmodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facilè patior oblatum mihi tẽpus, in quo boni viri lenitatem meã, misericordiámque, notam omnibus quondam, nunc, quasi intermissam, agnoscerent: improbi, ac perditi ciues, edomiti, atque victi, præcipitãte rep. vehementẽ me fuisse, atq; fortẽ: conseruata, mitẽ, ac misericordem faterẽtur. Et, quoniã L.Torqua- 2

* al: Antonij.

tus,meus familiaris, ac necessarius,iudices,existimauit, si nostram in accusatione sua necessitatem, familiaritatémque violasset, aliquid se de auctoritate meæ defensionis posse detrahere:cum huius periculi propulsatione coniūgam dēfēsionē officij mei quo quidē genere nō vterer orationis,iudices,hoc tēpore, si mea solùm interesset.multis enim mihi locis,& data facultas est, & sæpe dabitur de mea laude dicendi. sed,vt ille,iudices,quātum [2] de mea auctoritate [a] diripuisset,tantū se de huius præsidiis [b] diminuturum sperauit: sic hoc ego sentio, si mei facti rationē vobis,constantiamq;huius officij,ac dēfēsionis probauero, causā quoq; me P. Syllæ

a L.deripuisset,
b L. deminuturum sp.

3 probaturū.|| Ac primùm abs te illud, L.Torquate, quæro. cur me à ceteris clarissimis viris, ac principib. ciuitatis, in hoc officio,atq; in dēfēsionis iure secernas. quid enim est,quamobrem abs te Q.Hortēsij factū clarissimi viri, atq; ornatissimi ciuis, nō reprehēdatur, reprehendatur meū?nā si initū est consiliū à P.Sylla inflāmādæ ciuitatis,huius exstinguēdi imperij, delēdæ vrbis:mihi maiorē [c] hæc res dolorē,quā Q.Hortēsio, mihi maius odiū afferre [d] debet?meū deniq; grauius esse iudiciū,qui adiuuandus in his caussis,qui oppugnādus,qui defendēdus,qui deserē-

c L.hæres
d L.debent?

4 dus esse videatur? || Ita, inquit. tu enim inuestigasti,tu patefecisti coniurationē.Quod cùm dicit,nō attēdit,eū,qui patefecerit,hoc curasse,vt id omnes viderēt,quod antea fuisset occultum. Quare ista coniuratio, si patefacta per me est,tā patetHortēsio,quā mihi.quē cùm videas honore hoc,auctoritate,virtute,cōsilio præditū, non dubitasse, quin innocentē P. Syllā defenderet: quæro,cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit. quæro illud etiam,si me,qui defendo, reprehendēdum putas esse, quid tandem existimes de his summis viris, & clarissimis ciuibus, quorum stu-

se curiosum. quovique negotiabere? præsertim cùm sis isto loco natus. annos iam triginta in foro versaris:36 sed tamen Pergameno, longo interuallo, siquando tibi peregrinari commodũ est,[c] Romam aduenis: affers faciem nouam, nomen vetus, purpuram Tyriam. in qua tibi inuideo, quòd vnis vestimentis tamdiu lautus es. ‖ Verùm esto: negotiari libet: cur non Pergami? 71
[d] Smyrnę? Trallibus? vbi & multi ciues Romani sunt, & ius à nostro magistratu dicitur? otium te delectat: lites,[e] turba, 37 prætor, odiosi: 38 Græcorum libertate gaudes. Cur ego vnus tu 39 [f] Apollonidenses amantissimos populi Ro. fidelissimósque socios, miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus[g] habuerit vmquã? cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberis non licet? homines sunt tota ex Asia frugalissimi, sanctissimi, à Græcorum luxuria, & leuitate remotissimi, patresfamilias suo contenti, aratores, rusticani: agros habent & natura perbonos, & diligentia, culturáq; meliores. In hisce agris tu prædia habere voluisti. Omnino mallem, &[h] magis erat tuum. 40 Si iã te crassi agri delectabant, hîc alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. ‖ Verùm esto: 72
Catonis est dictum, *Pedibus compensari pecuniam*. Longè omnino à Tiberi ad Caicum: quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum inuenisset. Sed concedo id quoque: placuit oppidum: regio delectauit. emisses. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia, princeps illius ciuitatis. cuius socrum, mulierem imbecilli consilij, satis locupletem, pellexit Decianus ad sese: &, cùm illa, quid ageretur, nesciret, in possessione prædiorũ eius familiam suam collocauit: vxorem abduxit ab Amynta prægnantẽ: quæ peperit apud Decianũ filiã hodiéque apud Decianũ est vxor Amyntæ, & filia. ‖ Numquid harum rerũ à me fingitur, 73
De-

c L. Romã venis.
d v. cod. Zmyrnæ?
e L. turbæ, prætor R. odio est.
f L. Apollonidienseis am.
g L. habuit vmquam?
h al. magis erat tuum: si iam te.

Decianæ? ſciunt hæc omnes nobiles, ſciunt boni viri, ſciunt denique noſtri homines, ſciunt mediocres negotiatores. Exſurge Amynta: repete à Deciano, non pecuniam, non prædia: ſocrum denique ſibi habeat: reſtituat vxorẽ: reddat miſero patri filiam. nam membra, quæ debilitauit lapidibus, fuſtibus, ferro, manus, quas contudit: digitos, quos confregit: neruos, quos concidit, reſtituere non poteſt. filiam, filiam, inquam, æ-

74 rumnoſo patri, Deciane, redde.‖[i] Hæc Flacco te non probaſſe miraris? cui, quæſo, tandem probaſti? emtiones falſas, prædiorum proſcriptiones [k] cũ mulierculis, aperta circumſcriptione, feciſti: [l] tutor his rebus Græcorum legibus adſcribendus fuit. [m] Polemocratem ſcripſiſti, [n] mercenarium, & adminiſtrum conſiliorum tuorum adductus eſt in iudicium [o] Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione, huius ipſius tutelæ nomine. Qui concurſus ex oppidis finitimis vndique? qui dolor animorũ? quæ quærela? Condẽnatus eſt Polemocrates ſententiis omnib. irritæ venditiones: irritæ proſcriptiones. Non reſtituis. defers ad Pergamenos, vt illi reciperent in ſuas literas publicas, præclaras proſcriptiones, & emtiones tuas repudiant, [p] reiiciunt. At qui homines? Pergameni laudatores tui. Ita enim mihi gloriari viſus es laudatione Pergamenorũ, quaſi honorẽ maiorum tuorũ aſſecutus eſſes: & hoc te ſuperiorem putabas eſſe, quã Lælium, quòd te ciuitas Pergamena laudaret. Num honeſtior eſt ciuitas Pergamena, [q] quàm Smyr-

75 næ? At ne ipſi quidẽ dicunt.‖ Vellem tantum habere otij, vt poſſem recitare [r] pſephiſmata Smyrnæorum, quæ fecerunt in Caſtriciũ mortuũ: primùm vt in oppidũ introferretur: quod aliis non cõceditur: deinde, vt ferrent ephebi: poſtremò vt imponeretur aurea corona mortuo. Hæc P. Scipioni clariſſimo viro, cũ eſſet Pergami mortuus, facta non ſunt. At Caſtricium quibus ver-

i q. li. v. Hęc Flacco non probaſſe te miraris?
k al. cum mulieribus
l L. tutor his morib. Græcorum adſcribendus fuit.
m L. Ptolemocratem ſcr.
n v. c. mercenarium,
o L. Ptolemocrates.
p v. c. reiiciunt.
q L. quàm Smyrnæa? quidã v. c. Zmyrnæa?
r L. pſephiſma Smyrnæorum, quod fec.

bis, dij immortales!decus patriæ ornamentum populi Rom.florem iuuentutis appellant!Quare,Deciane,si cupidus es gloriæ, alia ornamenta censeo, quæras. || Pergameni te deriserunt. 76
Quid?tu ludi te non intelligebas?cùm tibi hæc verba recitabant.Clarissimum virum,præstātissima sapientia , singulari ingenio:41 mihi crede,*ludebant,cùm verò coronam auream literis imponebant:re vera non plus aurum tibi?quàm monedulæ committebant.Ne tum quidem hominum venustatem , & facetias perspicere potuisti,Isti igitur,isti Pergameni[s] perscriptiones, quas tu afferebas,repudiauerunt.P. Orbius?homo & prudens , & innocens , contra te omnia decreuit.[t] in P. Globulum , meum necessarium fuisti gratiosior. Vtinam neque ipsum , neque me pœniteret.42 Flaccum in curia decreuissent.
||Veridicas adiungis causas inimicitiarum,quod pa- 77
tri L.Flacci,ædili curuli,pater tuus tribunus pl. diē dixerit.At istud,ne ipsi quidem patri Flacci valdè molestū esse debuit:præsertim cùm ille, cui dies dicta est,prætor posteà factus sit,& cōsul:ille,qui diem dixit,non potuerit priuatus in ciuitate consistere.Sed,si iustas inimicitias putabas,cur cùm tribunus militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti,cùm tibi per leges militareis effugere liceret iniquitatem tribuni? 43 [u] Cur autem per te inimicum paternum in concilium vocauit?quæ quidē quàm sanctè solita sint obseruari,scitis omnes.||Nunc accusan- 78
tur ab iis,qui in consilio nobis [x] fauerunt. Decreuit Flaccus,Num aliud,atque oportuit ? In liberos. Num aliter,ac sensuit senatus?[y] In absentem decreuit,Cùm ibidem esses,cùm prodire nolles. non est hoc in absentem reum.SENATVS CONSVLTVM , ET DECRETVM FLACCI. [z] Quid,si non decreuisset : sed edixisset? quis posset verè reprehendere ? Num etiam fratris mei

* al. illudebant.
s L. proscriptiones, q. tu aff. repudiarunt.
t for. apud P.Globulū meū neces.
t L.Flaccū clarum iracandia decreuisse dicis.Et verò adiungis causas inimicit.al. Flaccus vi & iniuria decreuit motus paternis odiis veréque adiungis causas Pā.Flaccum in curia iniuriā decreuisse dicis.adiungis causas inimicitiarum.
t li vul.nec ipsi quidem p.mendosè
v L.cur autem prætor te, inimicū pat.
x L.fuerūt.
z L.in absētem.Cū ibi.
z L.Quid,si non decreuisset,sed dixisset :] quis p.

mei literas,pleniſſimas humilitatis , & æquitatis, reprehenſurus es?44 quas eaſdem [a] mulieri à me datas,apud Pataranos requiſiuit.Recita literas Quint. Ciceronis. LITERAE QVINT. CI-
79 CERONIS.‖Quid?hæc [b] Apollonidenſes , occaſione facta,ad Flaccum detulerunt?apud Orbiũ acta non ſunt?ad Globulum delata nõ ſunt? Ad ſenatum noſtrum,me conſule,nónne legati Appolonidiẽſes omnia poſtulata de iniuriis vnius Deciani detulerunt?45 [c] Ad hæc prædia etiam in cenſu *dedicauiſti. Mitto, quòd aliena:mitto,quòd poſſeſſa per vim : mitto quòd conuicta ab Appollonidenſibus : mitto, quòd à Pergamenis repudiata : mitto etiam , quòd à noſtris magiſtratibus in integrũ reſtituta:mitto , quòd * nullo iure,neque in re , neque in poſſeſſione
80 tua. ‖ Illud quæro. ſintne iſta prædia,cenſui cẽſendo : habeant ius ciuile:ſint,nécne ſint,mancipi : ſubſignari apud ærarium , apud cenſorem poſſint:in qua tribu denique iſta prædia cenſuiſti ? * Commiſiſti , ſi tempus aliquod grauius * accidiſſet,vt ex iiſdem prædiis [d] & Apoloniæ & Romæ imperatum eſſet tributum. Verum eſto. glorioſus fuiſti. voluiſti magnum agri modum cenſeri,& eius agri,qui diuidi plebi Romanæ non poteſt. Cenſus es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta LLS. millia. Eam opinor tibi numeratam non eſſe abs te.Sed hæc omitto. Cẽſus es mancipia Amyntæ.neque huic vllam in eo feciſti iniuriam. poſſidet enim ea mãcipia Amyntas.ac primò quidẽ pertimuit, cũ te audiſſet ſeruos ſuos eſſe cẽſum.Retulit ad iuriſconſultos. Conſtabat inter omneis,[e] ſi aliena cenſendo,Decianus ſua facere poſſet.[f] eũ 46 maxima habiturum eſſe. *

‖ Ha

a L.mulierib. ad me datas,apud Patara nos requiſiuiſti. R. al. eadẽ mulieres ad me datas , apud Patara nos requiſierãt. Pant. queis eaſdem mulieres amãdatas,apud patronos requiſiuit.

b L.Apollonidienſes non,cenſione facta,ad Flaccũ det.

c L. At hæc prædia etiã in cenſu dicaſti. M.

* al. iudicaſti. vid. l. 4. ff. de cenſibus tua:

* Pantag. nullo more , neque iure,neque poſſeſſione

* al. num cauiſti,

* al. incideret,

d L. & Apollonide, & R.

e fort. ſi aliena emancipia cenſendo, f L.eum maximam habiturum eſſe familiam. Reſponſum eſt , eius facta non videri. Idem viſum eſt poſtea Flacco , eùm rem cognoſceret:itáqque decreuit Hab.

* * *

Habetis, 81 causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus,ad Lælium detulerit hāc opimam accusationem. Num ita questus est Lælius,cùm de perfidia Deciani diceret: Qui mihi auctor fuit, qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus:is à Flacco corruptus est, is me deseruit, ac prodidit. Siccíne tu auctor tandem eum, g cui tu in consilio fauisses, apud quem omneis gradus dignitatis tuæ retinuisses,* pudentissimum hominem, nobilissima familia natum, optimè de rep. meritum,in discrimen omnium fortunarum vocauisti?47 h Scilicet defendam Decianū: qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit.

Nō est,mihi crede, corruptus. Quid enim fuit, 82 quod ab eo redimeretur?vt*duceret iudicium? cui * sex horas omnino lex dedit.Quantū tandē ex his horis detraheret, i si tibi morem gererē voluisset?Nimirum illud est,quod ipsę suspicatur. Inuidisti ingenio subscriptoris tui. 48 k quòd ornabat facilè locum,quem prehenderat, & acutè testeis interrogabat, aut circumueniebat:fortasse fecisti. l & tu, & populi sermo, ne exciperes. Idcirco Decianum vsque ad * coronam applicuisti. m Sed, vt hoc verisimile est, ita haud verisimile, Decianum à Flacco esse corruptum.

Ita scitote, iudices,esse cetera:vel 83 quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertiūm vicies. Et eum tu accusas auaritiæ, quem dicis sestertiūm vicies voluisse perdere? nam quid emebat, n cùm te emebat?vt ad se transires? o quam partem causæ tibi daremus?an vt enuntiares consilia Lælij? quid testes ab eo prodirent? quid? nos nō videbamus habitare vnà? p quis hoc nescit?tabulas in Lælij potestate fuisse,non dubiū est.

g L.cui tu in consilio fuisses.

* al. prudentissimū

h Lāb. Sed defendam Decianum. Ducere iudicium est protrahere.

* in iudicio repetundarum tres horæ reo, & totidem defensori dabantur.

i al. nisi tibi mor.

k L. quòd ornabat facetè loc.

l. L. & vt populi sermonem excipere, idcirco Decianum.

* Ant. Au. coronidem applic.

m L. Sed, vt hoc verissimile est ita haud verisimile est, Decia.

al. Sed, vt hoc verum est,ita haud verisim.

n v.c. cùm abs te emebat?

o L. quas parteis causæ ibi d. p fort. quis hoc nescit, tabulas in Lælij petestate fuisse? non dubium est.

eſt. an ne vehementer, ne copioſè accuſares?
49 Nunc facis ſuſpicionem. ita enim dixiſti vt
84 neſcio quid abs te impetratũ eſſe videatur. || At
enim Androni Sextilio grauis iniuria facta eſt,
& non ferenda: quòd, cùm eſſet [q] vxor eius Va- q L.eius vxor.
leria, [r] inteſtata mortua, ſic egit eam rem Flac-
cus, quaſi ad ipſum hereditas pertineret. In quo r al.inteſtato.
quid reprehendas, ſcire cupio. quòd falſum in-
tenderit? qui doces? Ingenua, inquit, fuit. O peri-
tum iuris hominem. Quid? ab ingenuis mulieri-
bus hereditates lege non veniunt? In manum,
inquit, conuenerat. Nunc audio: ſed quæro, v-
trũm vſu, an coemtione, vſu non potuit. nihil s L. ſed
enim poteſt de tutela legitima ſine omniũ tuto- quęro, vſu,
rũ auctoritate deminui. coemtione? [t] omnibus an
ergo auctoribus, in quibus certè Flaccum fuiſſe t for. om-
85 non dices. || Relinquitur illud, quod vociferari [x] nibus ergo tutoribus
non deſiſtit, non debuiſſe, cùm prætor eſſet, ſuũ auct.
negotium agere, aut mentionem facere heredi- x L.nõ de-
tatis. Maximas audio tibi, L. Luculle, qui de L. ſtitit,
Flacco ſententiam laturus es, pro tua eximia li-
beralitate, maximiſq; beneficiis in tuos, veniſſe
hereditates, cùm Aſiam prouinciam conſulari
imperio obtinere, ſi quis eas, ſuas eſſe dixiſſet,
conceſſiſſes? [y] Tu, T. Vecti, ſiqua tibi in Africa y L. Tu T.
venerit hereditas, vſu amittes? an tuum, nulla Vetti,
auaritia, ſalua dignitate, retinebis? At iſtius he-
reditatis, iam Globulo prætore, Flacci nomine,
petita poſſeſſio eſt. non igitur impreſſio, nõ oc-
caſio, non vis, non tempus, non imperiũ, non ſe-
cures ad iniuriam faciendam Flacci animũ im-
86 pulerunt: || Itaque eodem etiam M. Lurco, vir
optimus, meus familiaris, conuertit aculeum te-
ſtimonij ſui. negauit, à priuato pecuniã in pro-
uincia prætorem petere oportere. Cur tandem
M. Lurco, non oportet? eripere, extorquere, [z] ac- z L. capere
cipere contra leges non oportet: petere non o- cõtra leges
portere, numquam oſtendes, niſi docueris non
licere. An legationes ſumere liberas exigendi
cau

causa,sicut & tu ipse nuper , & multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est:quod ego non reprehendo:socios video quæri:prætorem,50 [a] si hereditatem in prouincia non reliquerit,nō solùm reprehendum, verùm etiam condemnandū putas? Doti,inquit, Valeria pecuniam omnem suã dixerat. Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis, illam in tutela Flacci non fuisse, si fuit, quæcũque sine hoc * auctore est dicta dos, nulla est.|| Sed tamen Lucronem, quãquam pro 87
sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ, tamen iratum Flacco esse vidistis. neque enim occultauit causam iracundiæ suæ,neque reticendam putauit. quæstus est, libertum suum,Flacco prætore, esse damnatum. O conditiones miseras administrandarum prouinciarum? in quibus diligentia, plena simultatum est:negligentia , vituperationum : vbi seueritas periculosa est. liberalitas, ingrata : sermo,insidiosus:assentatio, perniciosa:frons omnium, familiaris:multorum animus, iratus: iracundiæ occultæ , blanditiæ apertæ : venienteis prætores exspectant , præsentibus inseruiunt, abeunteis deserunt. Sed omittamus querelas,ne nostrum consilium [b] in prætermittendis prouinciis laudare videamur.||Literas misit de vil- 88
lico P.Septimij , hominis ornati , qui villicus cædem fecerat. Septimium ardentem iracundia videre potuistis.In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit.hostis est Lurco. Quid igitur? hominum gratiosorum,splẽdidorũmque libertis fuit Asia tradenda?an simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus[c] exercuit?an vobis in vestris,vestrorũque causis seueritas odio est: eandem laudatis,cùm de nobis iudicatis?At iste Andro,spoliatus bonis,vt dicitis,ad dicendum testimoniũ non venit.Quid,si veniat?Decisionis arbiter C.Cæcilius fuit.quo splendore vir? qua fide? qua religione?obsignator C.Sextilius,Lurconis

a L.si hereditatem in prouincia creuerit,nō sol.

* tutore sine legitimo enim tutore dicta dos nulla erat.

b al. in omittendis pr.

c L. exercet?

conis sororis filius:[d] homo & prudens,& con- [d] L.homo
stans, & grauis. [e] Si vis erat,si fraus,si metus, si pudens. &c.
circumscriptio:quis pactionem fieri, quis adesse [e] L. si re-
89 istos coegit?|| Quid,si ista omnis pecunia, huic dacta per
adolescentulo,L.Flacco, reddita est?si petita,[e] hunc.
si redacta?si per hunc Antiochum, paternū hu-
ius adolescentis libertum, seni illi Flacco pro-
batissimum?videmúrne non solùm auaritiæ cri-
men effugere, sed etiam liberalitatis laudē asse
qui singularem?communē enim hereditatē,quæ
æqualiter ad vtrumque lege venisset, concessit
adolescenti propinquo suo:nihil ipse attigit de
Valerianis bonis. quod statuerat facere, addu-
ctus huius pudore,& nō amplissimis patrimonij
copiis, id non solùm fecit, sed etiam prolixè,
cumulatéque fecit. Ex quo intelligi debet,eum
contra leges pecunias non cepisse, qui tā fuerit
90 in hereditate concedenda liberalis. || At Falci-
dianum crimen est ingens.Talenta quinquagin-
ta se Flacco dicit dedisse. Audiamus hominem,
Non adest. Quomodo igitur dicit? Epistolam
mater eius profert,& alteram soror: scriptū ad
se dicunt esse ab illo,tantam pecuniam Flacco
datam.Ergo is,**qui si aram tenens iuraret*,crederet * mos ve-
nemo, per epistolam,quod volet,iniuratus pro- terum iurā
babit?At qui vir?quàm non amicus suis ciui- di. vide
bus? qui patrimonium satis lautum, quod hîc Liu. l. 20.
nobiscum conficere potuit, Græcorum conui- Plutarc. in
91 uiis maluit dissipare.|| Quid attinuit relinquere Annibale.
hanc vrbem?libertate tam præclara carere?adire
periculum nauigandi? quasi bona comesse Ro-
mæ non liceret. nunc denique materculæ suæ
festiu[9] filius, aniculæ minimè suspicioæ,purgat
se per epistolam,vt eam pecuniam, [51] quam * * vet. tra-
confecerat, non consumisisse,sed Flacco dedis- iecerat, al.
se videatur. At fructus isti Trallianorum,Glo- contraiece]
bulo pr. [f] venierant: Falcidius emerat LLS. rat,
nongentis millibus. Si dat tantam pecu- [f] L. venie-
niam Flacco, nempe idcirco dat, vt rata sit runt.
emtio.

sentétiæ,optimo cuique infestissimæ,atquæ inimicissimæ reperiantur. grauia iudicia pro reip.
dignitate,multa de coniuratorum scelere feci- o V.c.satis
stis.non putant satis conuersam esse remp. nisi conuersam
in eandem impiorum pœnam optimè meritos remp.
95 ciueis detruserint. || Oppressus est C.Antonius.
esto:habuit quandam ille infamiam suam:neq;
tamen ille ipse,pro meo iure dico,vobis iudicibus damnatus esset:cuius dãnatione sepulchrũ
L.Catilinæ,floribus ornatum, hominum audacissimorum,ac domesticorum hostium conuẽtu,
epulisque celebratum est:iusta Catilinæ facta
sunt. Nunc à Flacco Lentuli pœnæ per vos,expetuntur.Quam potestis P. Lentulo,qui vos in
complexu [p] liberorum,coniugúmque vestrarum p al.liberũ,
trucidatos, incẽdio patriæ sepelire conatus est,
mactare victimam gratiorem,quàm si L. Flacci
sanguine illius nefarium in vos omneis odium
96 saturaueritis?[q] || Litemus * igitur Lẽtulo,parentemus Cethego, reuocemus eiectos:nimiæ pie- q L.in nos omneis od.
tatis:& summi amoris in patriã vicissim 54 nos al. in om-
pœnas,[r] si ita diis placet,sufferamus.nos iam ab neis nos
indicibus nominamur : in nos crimina fingun- od.
tur, nobis pericula comparantur : quæ si per alios agerent:si denique per populi nomen,ciuiũ * vide Festum in litátum.
imperitorum multitudinem concitassent : æ- r L. si ita
quiore animo ferre possemus. illud verò ferri pl.
non potest, quòd per senatores, & per equites
Ro.qui hæc omnia pro salute omniũ, communi
consilio [s] vna mente,atque virtute gesserũt,ha- s L.vna mẽ
rum rerũ auctores,duces,principes,spoliari om- te, ac vir-
nibus fortunis,ac de ciuitate expelli posse arbi- tute,[t]
trantur.55 Etenim populi Ro.[u] perspiciunt eam t L.atque è ciuitate
mentẽ,& voluntatẽ:omnibus rebus,quibus po- ex.
test populus R.significat,quid sentiat:nulla va- v L.perspi-
rietas est inter homines opinionis, nulla volũ- ciant men-
97 tatis,nulla sermonis.|| Quare,si quis illuc me vo tem, & vol.
cat,venio:populum Romanum disceptatorẽ nõ
modò non recuso,sed etiam deposco. Vis absit:

ferrum,ac lapidē remoueantur:operæ facessant: seruitia sileant.nemo erit tam iniustus, qui me audierit,sit modò liber,& ciuis,quin potius de præmiis meis,quàm de pœna cogitādum putet. O dij immortales!quid hoc miserius? nos, qui P.Lentulo ferrum,& flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus:lectissimorum ciuium, & amplissimorum sententias pertimescimus.||[x] M. Aquilinum patres nostris multis auaritiæ criminibus,testimoniisque conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat,iudicio[y] liberauerunt. Consul ego nuper defendi C.Pisonem: qui quia consul fortis,cōstansque fuerat,incolumis est reip.cōseruatus.defendi item consul L.Murænam,consulem designatum.nemo illorum iudicium,clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi de ambitu putauit,cū,bellū iā gerēte Catilina,omnes,me auctore,duos cōsules kal.Ian.scirēt esse oportere.Innocens,& bonus vir,& omnibus rebus ornatus,bis hoc anno,me defendente,absolutus est A.Thermus.[56]*Quanta, reip.causa lætitia populi Ro.quanta gratulatio cōsecuta est? Semper graues,& sapientes iudices.in rebus iudicandis,quid vtilitas ciuitatis,quid communis salus,quid reip.tēpora poscerent,[z] cogitauerūt. ||Cū*tabella vobis dabitur,iudices,nō de Flacco dabitur solū:dabitur de ducibus,auctoribusque conseruādæ ciuitatis:dabitur[a] de omnib9 bonis ciuibus:dabitur de vobismetipsis:dabitur de liberis vestris,de vita,de patria,de salute cōmuni. nō iudicatis in hac causa de exteris nationibus, nō de sociis:[b] de vobis,ac vestra rep.iudicatis. ||Quòd si prouinciarum vos ratio magis mouet, quā vestra:ego verò nō modò nō recuso,sed etiā postulo,vt prouinciarū auctoritate moueamini. Etenim opponemus Asiæ prouinciæ primū magnam partem eiusdem prouinciæ,quæ pro huius periculis legatos, laudatoresque misit: deinde pro

98 (margin, at "M. Aquilinum"); 99 (margin, at "Cū tabella"); 100 (margin, at "Quòd si prouinciarum")

x L.M. Aquillium.

y for.liberarunt.

* al.Quāta reip. lætitia, quanta P.R.gratulatione cōseruatus est.

z for.cogitarunt.

* Tabellæ iudicibus, vel ampliationis, vel cōdēnationis,vel absolutionis dabantur.

a v. c. de omnibus bonis: dab. & ita L.

b L.de vobis, & de vestra

uinciam Galliam,prouinciam Ciliciam,prouin-
ciam Hispaniam,prouinciam Cretam.Gręcis au-
tem,Lydis,& Phrygibus,& Mysis obsistēt Mas-
silienses,Rhodij,Lacedæmonij,Athęnienses,cū-
cta Achaia,Thessalia, Bœotia.Septimio,[c] & Cæ- c al.& Cœ-
lio,testibus,L.Seruilius, & Quint.Metellus,hu- lio,
ius pudoris,integritatisque testes repugnabūt:
Asiaticæ iurisdictioni vrbana iurisdictio respō-
debit.annui tēporis criminationem omnis ætas
101 L.Flacci,& perpetua vita defendet. || Et,si pro-
desse L.Flacco, iudices, debet, quòd se tribunū
militum,quòd quæstorem,quòd legatum impe-
ratoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis,
prouinciis grauissimis, dignum suis maioribus
præstitit:prosit,quod hic,vobis videntibus, in
periculis communibus omnium vestrûm, sua pe
ricula cum eis coniunxit:prosint honestissimo-
rum municipiorum,coloniarūque laudationes:
prosit etiam senatus,populique Rom. præclara,
102 & vera laudatio.||O nox illa,quæ pænè æternas
huic vrbi tenebras attulisti,cū Galli ad bellum,
Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrū,& flam-
mam vocabātur:cùm ego te,Flacce,cælum, no-
ctémque contestans, flens flentem obtestabar:
cùm tuæ fidei optimæ,& spectatissimæ, salutem
vrbis,& ciuiū cōmendabā.Tu,tu,Flacce prætor,
cōmunis exitij nūtios cepisti:tu inclusam in li-
teris reip.pestē deprehendisti:tu periculorū in-
dicia,tu salutis auxilia,ad me,& ad senatū attu-
listi.Quæ tibi tum gratiæ sunt à me acta?quæ ab
senatu?quæ à bonis omnibus?quis tibi, quis [d] d al.C.Pō-
C.Pomtinio,fortissimo viro,quemquam bonum tino,
putaret vmquā non salutē,verùm honorem vllū
denegaturū?O nonæ illæ Decēbres,quæ,me cō-
sule,fuistis:quē ego diem verè natalē huius vr-
103 bis,aut certè salutarem appellare possum. || O
nox ista,quam iste est dies consecutus, fausta e L.(nihil
huic vrbi:miserum me,metuo ne funesta nobis. dicam de
Qui tū animus L.Flacci?([e]nihil dicam enim de me.

me) qui amor in patriam? quæ virtus? quæ grauitas exstitit? Sed quid ea commemoro, quæ tum, cùm agebantur, vno consensu omnium, vna voce populi Rom. vno orbis terræ testimonio, in cælum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modò non prosint, verùm etiã aliquid obsint. Etenim multò acriorem improborum interdum memoriam esse sentio, quàm bonorum. Ego te, si quid grauius acciderit, ego te, inquã, Flacce, [f] perdidero: mea dextera illa, mea fides, mea promissa, cùm te, si rempub. conseruaremus, omnium bonorum præsidio, quoad viueres, non modò munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar. putaui, speraui, etiam si honos noster vobis vilior fuisset, salutem certè caram futuram. || At, L. Flaccum quidẽ, iudices, si (quod dij immortales omen auertant) grauis iniuria afflixerit: numquam tamẽ prospexisse vestræ saluti, consuluisse vobis, liberis, coniugibus, fortunis vestris, pœnitebit, semper ita sentiet, talem se animum & generis dignitati, & pietati suæ, & patriæ debuisse: vos ne pœniteat tali ciui non pepercisse, per deos immortaleis iudices, prouidete. Quotus enim quisque est, qui hanc in repub. sectam sequatur? qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi, atque amplissimi cuiusque hominis, atque ordinis auctoritatem magni [h] putet? illam viam sibi vident expeditiorem ad honores, & ad omnia, quę concupiuerunt. Sed cetera sint eorum: sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates. || Liceat iis, qui hæc salua esse voluerũt, ipsis esse saluis. nolite, iudices, existimare, eos, quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserunt, nõ exspectare huius exitum iudicij. Si L. Flacco tantus amor in bonos omneis, [i] tantum in republica studium calamitati fuerit: quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, 104

f v.c. prodidero.

g L. Ac, L. Flacc.

h L. putet, cùm illam viam sibi videant. exp. ad bon. & ad omn. q. cõcupiuerũt? S.

i L. tantum in remp. st.

vitæ, quam antè præcipitem, & lubricam esse
ducebat, huic planæ, & stabili præponendā esse
arbitretur? Quòd si talium ciuium vos, iudices,
tædet: ostendite: mutabunt sententiam, qui po-
tuerint: constituent, quid agant, quibus inte-
grum est. nos, qui iam progressi sumus, hunc e-
xitum nostræ temeritatis feremus. sin hoc ani-
mo quàm plurimos esse vultis, declarabitis hoc
106 iudicio, quid sentiatis. ‖ [k] Præclara illi hæc ora-
tio quidem. si huic, huic misero puero, vestro,
ac liberorū vestrorum supplici, iudices, hoc iu-
dicio, viuendi præcepta dabitis. cui si patrem
conseruatis: qualis ipse debeat esse ciuis, præ-
scribetis. sin eripitis: ostendetis, bonæ rationi,
& constanti, & graui nullum à vobis fructum
esse propositum. qui vos, quoniam est id ætatis,
vt sensum iam percipere possit ex mœrore pa-
trio, auxilium nondum patri ferre possit: orat, ac
suum luctum, patris lacrymis, patris mœrorem,
suo fletu augeatis, qui etiam me intuetur, me
vultu appellat, meam quodammodo flens fidem
implorat: ac repetit eam, quam ego patri suo
quondam pro salute patriæ spoponderim, di-
gnitatem. Miseremini familiæ, iudices, misere-
mini fortissimi patris, miseremini filij: no-
men clarissimum, & fortissimum, vel
generis, vel vetustatis, vel
hominis causa, reipub.
reseruate.

k L. Hoc totum, Præcl. illi h. or. q. si ex v.c.



PRO P. SYLLA.

ORATIO VICESIMA QVINTA.

P.Cornelius Sylla, L.Syllæ dictatoris propinquus, Consul designatus cum P. Autronio Pæto damnatus erat cum collega de ambitu. & in eorum locum accusatores. Accusatores L.Cotta & L.Torquatus legis beneficio successerant. Eundem Syllam accusauit aliquanto post de coniuratione L.Torquatus filius. Defendit Hortẽsius primùm, deinde Cicero. QVAESTIO *ergo est. an P.Sylla cum Catilina coniurauerit.* DELATOR, *L. Torquatus.* REVS, *P. Sylla.* PATRONI *Syllæ, Hortẽsius, Cicero.* EVENTVS, *absolutus est Sylla. Acta anno vrbis 687. vt Sigonio, siue 692. vt Græcis multis placet, non autẽ 691. (quo anno Cicero Cõsulatũ gerebat) vt Godefredo Iurisconsulto videtur.*

* EXORDIVM.



AXIME* vellem, iudices, vt P.Sylla & antea dignitatis suæ splendorem obtinere, &, post calamitatem acceptam, modestiæ fructum aliquem potuisset percipere. sed, quoniam ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore cùm cõmuni ambitionis inuidia, tum singulari 1*Autronij odio euerteretur, & in his pristinæ fortunæ reliquiis miseris, & afflictis, tamen haberet quosdam, quorũ animos ne supplicio quidem suo satiare posset: quãquam ex huius incõmodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facilè patior oblatum mihi tẽpus, in quo boni viri lenitatem meã, misericordiámque, notam omnibus quondam, nunc, quasi intermissam, agnoscerent: improbi, ac perditi ciues, edomiti, atque victi, præcipitãte rep. vehementẽ me fuisse, atq; fortẽ: conseruata, mitẽ, ac misericordem faterẽtur. Et, quoniã L.Torqua- 2

* al: Antonij.

tus,meus familiaris, ac necessarius,iudices,existimauit, si nostram in accusatione sua necessitatem, familiaritatémque violasset, aliquid se de auctoritate meæ defensionis posse detrahere:cum huius periculi propulsatione coniũgam dẽfẽsionẽ officij mei quo quidẽ genere nõ vterer orationis,iudices,hoc tẽpore, si mea solùm interesset.multis enim mihi locis,& data facultas est, & sæpe dabitur de mea laude dicendi. sed,vt ille,iudices,quãtum [a] de mea auctoritate [a]diripuisset,tantũ se de huius præsidiis [b] diminuturum sperauit: sic hoc ego sentio, si mei facti rationẽ vobis,constantiamq;huius officij,ac dẽfẽsionis probauero, causã quoq; me P. Syllæ probaturũ.|| Ac primùm abs te illud, L.Torquate, quæro. cur me à ceteris clarissimis viris, ac principib. ciuitatis, in hoc officio,atq; in defẽsionis iure secernas. quid enim est,quamobrem abs te Q.Hortẽsij factũ clarissimi viri, atq; ornatissimi ciuis, nõ reprehẽdatur, reprehendatur meũ?nã si initũ est consiliũ à P.Sylla inflãmãdæ ciuitatis,huius exstinguẽdi imperij, delẽdæ vrbis:mihi maiorẽ [c] hæc res dolorẽ,quã Q.Hortẽsio, mihi maius odiũ afferre [d] debet?meũ deniq; grauius esse iudiciũ,qui adiuuandus in his caussis,qui oppugnãdus,qui defendẽdus,qui deferẽdus esse videatur? || Ita, inquit. tu enim inuestigasti,tu patefecisti coniurationẽ.Quod cùm dicit,nõ attẽdit,eũ,qui patefecerit,hoc curasse,vt id omnes viderẽt,quod antea fuisset occultum. Quare ista coniuratio, si patefacta per me est,tã patet Hortẽsio,quã mihi.quẽ cùm videas honore hoc,auctoritate,virtute,cõsilio præditũ, non dubitasse, quin innocentẽ P. Syllã defenderet: quæro,cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit. quæro illud etiam,si me,qui defendo, reprehendẽdum putas esse, quid tandem existimes de his summis viris, & clarissimis ciuibus, quorum stu-

3 (margin, at "probaturũ. Ac primùm")
4 (margin, at "dus esse videatur? Ita")

[a] L. deripuisset,
[b] L. deminuturum sp.
[c] L. hæres
[d] L. debent?

dio,& dignitate celebrari hoc iudicium, & ornari, causam defendi huius innocenteis vides? non enim vna est ratio defensionis ea,quæ posita est in oratione.omnes,qui adsunt, qui laborant,qui saluum volunt,pro sua parte,atque auctoritate defendunt.‖An verò,in quibus subsel- 5
liis hæc ornamenta, ac lumina reip.viderem,in

* al. ope

his me apparere nollem.? quorum ego * opera illum in locum, atque in hanc celsissimam sedẽ dignitatis,atque honoris, multis meis, ac magnis laboribus,& periculis,adscendissem?Atq;, vt intelligas,Torquate, quẽ accuses, si te id offendit,quòd ego,qui hoc genere questionis defenderim neminem,nõ desimP.Syllæ:recordare deceteris,quos adesse huc vides,intelliges,&de hoc;& de ceteris iudicium meum,& horũ, par,

c L. Vargũteio?

atq; vnum fuisse.‖Quis nostrûm adfuit[c] Vargũ- 6
teo?nemo:ne hic quidem Q.Hortensius,præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. non enim iam se vllo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cùm ille, tanto scelere commisso, omnium officiorum societatem diremisset.Quis nostrûm Ser.Syllam?quis P.Len-

f L. quis C. Cornelium,def.

tulum?quis M.Leccam?[f] quis Cornelium defẽdendum putauit? quis his horum adfuit?nemo. quid ita?quia ceteris in causis, etiam nocentes, viri boni,si necessarij sunt, nõ defendendos esse non putant.in hoc crimine, non solùm leuitatis est culpa, verùm etiam quædam contagio sceleris, si defendas eum, quem obstrictum esse

g L. Quid? Autronio non sodales,

patriæ suspicère.‖ [g] Quid Antronio? nónne so- 7
dales,non collegæ sui,non veteres amici,quorũ ille quopia quondam abundarat,non hi omnes, qui sunt in rep.principes,defuerunt? immò etiã testimonio plerique læserunt? Statuerunt,tan-

h fort. vt non modò

tum illud esse maleficium, [h] quod non modò non occultari per se,sed etiam aperiri,illustrariq; deberet.Quamobrẽ quid est,quòd mirere,si cum iisdem me in hac causa vides adesse, cum qui

quibus in ceteris intelligis[i] abfuisse? nisi verò i L. afuisse?
me vnum vis ferum præter ceteros, me asperum,
me inhumanum existimâri: me singulari imma-
8 nitate, & crudelitate præditum. || Hanc mihi tu
si, propter res meas gestas, imponis in omni vita
mea personam, Torquate, vehementer erras. me
natura misericordem, patria seuerum: crudelem
nec patria, nec natura esse voluit. denique istã
ipsam personam vehementem, & acrem, quam
mihi tum tempus, & resp. imposuit, iam volun-
tas, & natura ipsa detraxit. illa enim ad breue
tempus seueritatem postulauit? hæc in omni vi-
9 ta misericordiam, lenitatémq; desiderat. || Qua-
re nihil est, quòd ex tanto comitatu virorũ am-
plissimorum me vnum adstrahas. simplex officiũ,
atque vna est[k] omnium bonorum causa, nihil k L. bono-
erit, quod admirere posthac, si in ea parte, in rum om-
qua hos animaduerteris, me videbis. nulla est e- nium
nim in reip. causa mea propria. tẽpus agendi fuit
magis mihi propriũ, quàm ceteris: doloris verò,
& timoris, & periculi fuit illa causa communis.
neque enim princeps tũc[l] ad salutẽ esse potuis- l fort. ad
sẽ, si esse alij comites noluissent. Quare necesse salutẽ aliis
est, quod mihi consuli præcipuum fuit præter esse pot.
alios, id iam priuato cum ceteris esse commu-
ne. Neque ego hoc partiendæ inuidiæ, sed com-
municandæ laudis causa loquor. oneris mei par-
tem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus.
10 || In* Antronium testimonium dixisti, inquit: Syl- * L. Autro-
lam defendis. Hoc totum eiusmodi est, iudices, nium
vt, si ego sim inconstans, ac leuis, nec testimo-
nio fidem tribui conuenerit, nec defensioni au-
ctoritatem. sin est in me ratio reip. religio pri-
uati officij, studium retinendæ voluntatis bo-
norum: nihil minùs accusator debet dicere, quã
à me defendi Syllã testimonio læsum esse An-
tronium. videor enim non solùm studium ad
defendendas causas, verùm opinionis aliquid,
& auctoritatis afferre: qua & moderatè ego
vtar,

vtar, iudices, & omnino non vterer, si ille me nõ
coëgisset. || Duæ coniurationes abs te, Torqua- 11
te, cõstituũtur: vna, [s] quæ [m] Lepido, & L. Tullo,
coss. patre tuo cõsule designato, facta esse dici-
tur: altera, quæ me consule. Harũ in vtraq; Syllã
dicis fuisse. Patris tui, fortissimi viri, atq; opti-
mi consulis, scis, me consiliis nõinterfuisse: scis,
me, cùm his summus tecum vsus esset, tamen il-
lorum expertẽ temporũ, & sermonũ fuisse: cre-
do, quòd nondum penitus in rep. versabar, quòd
nondũ ad propositũ mihi finẽ honoris perue-
neram, quòd mea me ambitio, & forensis labor
ab omni illa cogitatione abstrahebat. || Quis 12
ergo intererat vestris consiliis? omnes hi, [n] quos
vides hîc adesse, & in primis Q. Hortensius: qui
cùm propter honorẽ, ac dignitatẽ, atq; animum
eximium in remp. tum propter summam fami-
liaritatem, summúmque amorem in patrẽ tuum,
tum communibus, tum præcipuis patris tui pe-
riculis commouebatur. Ergo istius coniuratio-
nis crimen, defensũ ab eo est, qui interfuit, qui
cognouit, qui particeps & cõsilij vestri fuit, &
timoris, cui [9] in hoc crimine propulsãdo cũ esset
copiosissima, atq; ornatissima oratio, tamẽ non
minus inerat auctoritatis in ea, quàm facultatis.
Illius igitur coniurationis, quæ facta cõtra vos,
delata ad vos, à vobis prolata esse dicitur, ego
testis esse nõ potui. nõ modò enim nihil cõpe-
ri, sed vix ad aureis meas istius suspicionis famã.
peruenit. || [o] Qui vobiscũ in consilio fuerũt, qui 13
vobiscũ illa cognorunt, quib. ipsis periculũ tum
cõflari putabatur, qui Antronio non adfuerunt,
qui in illũ testimonia grauia dixerũt, hũc defẽ-
dũt, huic [p] adsũt, in hui [9] periculo declarãt, se nõ
crimine cõiurationis, ne adessẽt ceteris, sed ho-
minũ maleficio, deterritos esse. Mei consulatus
autẽ tẽpus, & crimẽ [q] maximè cõiurationis à me
defẽdetur. Atq; inter nos partitio nõ est fortui-
tò, iudices, nec temerè facta: sed, cùm viderem [9],

m L. Lepido, & Tullo, al. Lepido & Volcatio Coss.

n L. quos vides huic adesse,

o L. Qui vobis in cõsilio fuerũt

p L. assunt,

q L. maximę coniur.

eorum criminũ nos patronos adhiberi, quorum teſtes eſſe poſſemus, vterq; noſtrûm id ſibi ſuſcipiendum putauit, de quo aliquid ſcire ipſe
14 atq; exiſtimare potuiſſet.|| Et, quoniã de criminib. ſuperioris coniurationis Hortenſiũ diligẽter audiſtis, de hac coniuratione, quæ, me conſule, facta eſt, hoc primũ attendite. Multa, cùm eſſem conſul, [r] de ſummis reip. periculis audiui, multa quæſiui, multa cognoui. nullus vmquam de Sylla nuntius ad me, nullum indicium, nullæ literæ peruenerũt, [s] nulla ſuſpicio. Multũ hæc vox fortaſſe deberet valere eius hominis, qui conſul inſidias reip. conſilio inueſtigaſſet, veritate aperuiſſet, magnitudine animi vindicaſſet, cùm ipſe [t] nihil audiſſe de P. Sylla, nihil ſuſpicatum eſſe diceret. ſed ego nondum vtor hac voce ad hunc defendendum: ad purgandum me potiùs vtor: vt mirari Torquatus deſinat, me [v] qui Antronio abfuerim, Syllam defendere.
15 ||Quæ enim Antronij fuit cauſa? quæ Syllæ eſt? ille ambitus iudicium tollere, [x] ac diſturbare primùm conflato voluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: deinde, id quod vidimus, omnes, lapidatione, atque concurſu. [y] Sylla, ſi ſibi ſuus pudor, ac dignitas non prodeſſet, nullum auxilium requiſiuit. Ille damnatus ita ſe gerebat non ſolùm conſiliis, & ſermonibus, verùm etiam adſpectu, atq; vultu, vt inimicus eſſe ampliſſimis ordinibus, infeſtus bonis omnibus, hoſtis patriæ videretur. hic ſe ita fractũ illa calamitate, atque afflictum putauit, vt nihil ſibi ex priſtina dignitate ſupereſſe arbitraretur, niſi
16 quod modeſtia retinuiſſet.||Hac verò in coniuratione, quid tã coniunctũ, quàm ille cũ Catilina, cum Lẽtulo? quæ tãta ſocietas vllis inter ſe rerũ optimarũ, quanta ei cum illis, ſceleris, libidinis audaciæ? quod flagitium Lentulus nõ cum Antronio concepit? quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit? cum interim Sylla [z] cum

eiſdem

r fort. de ſummę rei. periculis

s al. nulla denique ſuſpicio.

t L. nihil audiſſe ſe de P.

v L. qui Autronio abfuerim,

x fort. ac diſturbare voluit primùm, conflato ad

y al. Sylla, cum ſibi ſuus pudor, &c.

z L. cum eiſdem illis non m.

eisdem ipsis non modò noctem, solitudinémq; nō quæreret, sed ne mediocri quidem sermone, & cōgressu coniūgeretur.|| Illū Allobroges, ma- 17
ximarum rerum verissimi indices, illum multorum literæ, nuntij coarguerunt: Syllam interea nemo insimulauit, nemo nominauit. Postremò, eiecto, siue emisso iam ex vrbe Catilina, ille armamisit, cornua, tubas, *falceis, *signa, legiones: ille relictus intus, exspectatus foris, Lētuli pœna compressus, conuertit se aliquando ad timorem, numquam ad sanitatem. hic cōtrà ita quieuit, vt eo tempore omni Neapoli fuerit, vbi neque homines fuisse putantur huius affines suspicionis, [b] & locus est ipse non tam ad inflāmandos calamitosorū animos, quàm ad consolādos accommodatus. Propter hanc igitur tantā dissimilitudinem hominum, atque causarum, dissimilem me in vtroque præbui. || Veniebat enim 18
ad me, & sæpe veniebat Antronius, multis cum lacrymis, supplex, vt se defenderem: & se meum condiscipulum in pueritia, familiarē in adolescentia, collegā in quæstura cōmemorabat fuisse: multa mea in se: nōnulla etiā sua in me proferebat officia. Quib⁹ ego rebus, iudices, ita flectebar animo, atq; frangebar, vt etiā ex memoria, quas ipse mihi fecerat insidias, deponerem: vt iam immissum esse ab eo C. Cornelium, [c] qui me in sedibus meis, in conspectu vxoris meæ, ac liberorum meorū trucidaret, obliuiscerer. Quæ si de vno me cogitasset: qua mollitia sū animi, ac lenitate, nūquam mehercule illius lacrymis, ac precibus restitissem.|| Sed cū mihi patriæ, cùm 19
vestrorū periculorum, cùm huius vrbis, cùm illorum delubrorum, atque templorum, cùm puerorum infantium, cùm matronarum, ac virginū veniebat in mentem: & cùm illæ infestæ, ac funestæ faces, vniuersúmque totius vrbis incendium, cùm tela, cùm cædes, cùm ciuium cruor, cùm cinis patriæ versari ante oculos, atque animum

mum

a al. faceis, * al. signa legionis:

b al. & locus ipse est non tam

c l. qui me in ædib. meis,

mum memoria refricare cœperat: tum denique
ei resistebam, neque solùm illi hosti, [d] ac parri- d L. ac pa-
cidæ, sed his etiam propinquis illius Marcellis, ricidæ,
patri, & filio, quorũ alter apud me parentis gra-
uitatem, alter filij suauitatem obtinebat: neque
me arbitrabar sine summo scelere posse, quod
maleficium in aliis vindicassem, idem in illorũ
20 socio, cùm scirem, defendere.|| Atque idem ego
neque P. Syllam supplicem ferre, neque eosdem
*Marcellos, neque huius M. Messallæ, hominis * eosdem
necessarij, preces sustinere potui. neque enim est Marcellos
caussa aduersata naturæ: nec homo, nec res mi- pro huius
sericordię meæ repugnauit. nusquam nomẽ, nus- periculis
quam vestigium fuerat: nullum crimen, * nullũ lacrymantes adspice
indicium. Suscepi causam, Torquate, suscepi, & re.
feci libenter, vt me, quem boni constantẽ sem- *al. nullum
per, vt spero, existimassent, eundem ne improbi iudicium,
21 quidem crudelem dicerent.|| Hîc ait se ille, iu- nulla suspi
dices, regnum meum ferre nõ posse. Quod tan- cio.
dem, Torquate, regnum? consulatus, credo,
mei: in quo ego imperaui nihil, sed contrà pa-
tribus conscriptis, & bonis omnibus parui. quo
in magistratu non institutum est à me, iudices,
regnum, sed non permissum. Quem tum in tan-
to imperio, tanta potestate, non dicis fuisse re-
gem, nunc priuatum, regnare dicis? quo tan-
dem nomine? Quòd, in quos testimonia di-
xisti, inquit, damnati sunt: quem defendis,
sperat se [e] absolutum iri. Hîc tibi ego de testi- e v.c. abso-
moniis meis hoc respondeo: si falsum dixerim, lutum iri.
[f] te in eos dixisse. sin verum: non esse hoc re- f L. te in
gnare, 7 [g] cùm verum iuratos dicas probare. hos dix.
22 ||De huius spe tantùm dico, nullas à me opes P. g L. cũ ve-
Syllam, nullam potentiam, nihil denique, præ- rum dicas,
ter fidem defensionis, exspectare. Nisi tu, inquit, iuratis pro
causam recepisses, numquam mihi restitisset: bare.
sed, indicta causa, profugisset. Si iam hoc tibi
concedam, Qu. Hortensium, tanta grauita-
te hominem, si hos taleis viros non suo sta-
re

re iudicio,sed meo: si hoc tibi dem, quod credi non potest, nisi ego huic adessem, hos adfuturos non fuisse: vter tandem rex est,isne cui innocentes homines non resistunt,an is,qui calamitosos non deserit? At hîc etiam,id quod tibi necesse minimè fuit, facetus esse voluisti, cùm Tarquinium,& Numam, & me tertium peregrinum regem, esse dixisti. Mitto iam de rege quęrere:illud quæro,peregrinum cur me esse dixeris.nam,si ita sum,non tam est admirandum, regem esse me, quia,vt tu vis, etiam peregrini,reges Romæ fuerunt,quàm consulem Romę fuisse peregrinum.||Hoc dico,inquit,te esse ex mu- 23
nicipio.Fateor,& addo etiam,ex eo municipio, vnde iterum iam salus huic vrbi,imperióq; missa est.Sed scire ex te peruelim,qnamobrem,qui ex municipiis veniāt,peregrini tibi esse videātur.nemo enim istuc M. illi Catoni seni,cū plurimos haberet inimicos,nemo h T.Coruncano,

h L.T.Coruncanio,

8 nemo Curioni, nemo huic ipsi nostro C. Mario, cùm ei multi inuiderent, obiecit vmquam. Equidem vehementer lætor eum esse me,in quē tu, cùm cuperes nullam contumeliā iacere potueris,quæ non ad maximam partem ciuiū conueniret. Sed tamen te à me, pro magnis caussis nostræ necessitudinis,monendum esse etiam atque etiam puto. non possunt omnes esse patricij. i si verum quæris, ne curant quidem: nec se æquales tui,propter istam causam,abs te anteiri putāt.||k At,si tibi nos peregrini videmur, quo- 24
rum iam & nomē, & honos inueterauit & huic vrbi,& hominū famæ,ac sermonibus:quàm tibi illos competitores tuos, peregrinos videri necesse erit,qui iam ex tota Italia l delecti,tecum de honore, & de omni dignitate contendunt? quorum caue tu quemquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare. qui si attulerint neruos,& industriam,mihi crede,excutient tibi istam verborum iactationem; & te

i al. & si verum quæris,

k L.Ac,si tibi

l v.c. dilecti,

ex

ex somno sæpe excitabunt:nec patientur,se abs
25 te,nisi virtute vincentur, honore superari.|| Ac,
si,iudices,ceteris patriciis me,&vos peregrinos
videri oporteret,à Torquato tamen hoc vitium
sileretur. est etenim ipse à materno genere,
municipalis, honestissimi, ac nobilissimi gene-
ris,sed tamen Asculani. Aut igitur doceat,Picē-
teis solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo
generi me meũ non anteponere. Quare neq; me
peregrinum posthac dixeris, ne grauiùs refute-
re : neq; regem,ne derideare, nisi fortè regium
tibi videtur,ita viuere, vt nō modò homini ne-
mini,sed ne cupiditati quidem vlli seruias : cō-
temnere [m] omneis libidines: non auri,non ar- m V.C. om
genti,non ceterarum rerum indigere:in senatu nis
sentire liberè: populi vtilitati magis cōsulere,
quã voluntati:nemini cedere, multis obsistere.
si hoc putas esse regium, me regem [n] confiteor n L. esse cō
esse. sin te potentia mea, si dominatio,si deniq; fiteor. &
aliquod dictum arrogans,aut superbum mouet: ita V.C.
quin tu id potiùs profers, quàm verbi inuidiã,
26 contumeliámque maledicti ? || Ego tantis à me
beneficiis in rep. positis, si nullum aliud mihi
præmium à senatu,populóque Rom. nisi hone-
stum otium postularẽ,quis non concederet?[o] si- o L. sibi ha
bi haberent honores, sibi imperia, sibi prouin- berent alij
cias,sibi triumphos,sibi alia præclaræ laudis in- honores,
signia:mihi liceret eius vrbis, quam conseruas-
sem,cōspectu,tranquillo animo,& quieto frui?
Quid si hoc non postulo?si ille labor meus pri-
stinus si sollicitudo,si officia,si operæ,si vigiliæ
deseruiunt amicis,præstò sunt omnibus?si neq;
amici in foro requirunt studium meũ,neq;resp.
in curia?si me non modò rerum gestarum vaca-
tio,sed neque honoris, neque ætatis excusatio
[p] vendicat à labore?si voluntas mea,si industria, p L. vindi
si domus, si animus, si aures patent omnibus? cat
si mihi ne ad ea quidem, quæ pro salute om-
nium gessi, recordanda, & cogitanda quid-
quam

quam relinquitur temporis?[q] tamen hoc regnū appellabitur? [r] cuius vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest. longè abest regni suspicio. ‖[s] Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex 27
domesticis imaginibus inuenies. Res enim gestæ, credo, meæ, me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, iudices, hoc possum dicere, me, qui è summis eripuerim periculis, vrbem hanc, & vitam omnium ciuiū, satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omneis mortaleis beneficio nullum in me periculum redundabit. ‖Etenim, in qua ciuitate res tantas 28
gesserim, memini, & in qua vrbe, intelligo. plenum forum est eorū hominum, quos ego à vestris ceruicibus[t] depuli, iudices, à meis non remoui. nisi verò paucos fuisse arbitramini, qui conari, aut sperare possent, se tantum imperium posse dolere. Horum ego faceis eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates verò consceleratas, ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius, quanto periculo viuam in tanta multitudine improborum, cū mihi vni cum omnibus improbis æternū videam bellū esse susceptum. ‖Quòd si illis meis præsidiis fortè inuides: &, si 29
ea tibi regia videntur, quòd omnes boni omniū generum, atque ordinum, suam salutem cum mea coniungunt: consolare te, quòd omnium mētes improborū mihi vni maximè sūt infēsæ, & aduersæ. qui me nō solū idcirco oderūt, quòd eorū conatus impios, & furorē consceleratum repressi: sed eò etiā magis, quòd nihil iā se simile, me viuo, conari posse arbitrantur. ‖ At verò quid ego miror, si quid ab improbis de me improbè dicitur, cū L. Torquatus, primū ipse his fundamentis adolescentiæ iactis, ea spe proposita amplissimæ dignitatis, deinde L. Torquati,

fortis

q al. tamén ne hoc reg.
r L. cuius vicarius, qui velit esse, inueniri nemo potest, longè abest, ab eo regni susp.
s al. Et, si quæris, qui sint
t L. iudices, depuli, à meis
v al. repuli iudices, à m.

fortissimi cõsulis, constantissimi senatoris, semper optimi ciuis, filius interdum efferatur immoderatione verborum? qui cùm suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, tantummodò, vt vos, qui ea probatis, exaudire possetis: de supplicio P. Lentuli, de carcere magna, & queribunda voce
31 dicebat.|| In quo primùm illud erat absurdum, quòd, [x] cùm ea, quæ leuiter dixerat, vobis probare volebat: eos autem, qui circum iudicium stabant, audire nolebat. nõ intelligebat, ea, quæ clarè diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, vt vos quoque audiretis, qui id non probabatis. Deinde alterum iam oratoris vitiũ, non videre, quid quæque causa postulet. Nihil est enim tam alienum ab eo, qui alterum cõiurationis accuset, quàm videri accusatorum pœnam, mortémque lugere. [10] [y] Quod cùm is tribunus pl. facit, qui vnus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, non mirum est. difficile est enim tacere, cùm doleas. te, si quid eiusmodi facis, non modò talem adolescentem, sed in ea causa, in qua te vindicem coniuratio-
32 nis velis esse, vehementer miror.|| Sed reprehẽdo tamen illud maximè, quòd isto ingenio, & prudentia præditus causam reip. non tenes, qui arbitrere, plebi Romanæ res eas non probari, quas me consule, omnes boni pro salute cõmuni gesserunt. Ecquem tu horum, qui adsunt, quibus te contra ipsorum voluntatem venditabas, aut tam sceleratum statuis fuisse, vt hæc omnia perire voluerit, aut tam miserum, vt & se perire cuperet, ꝙ saluũ esse vellet? An verò clarissimũ virum generis vestri, ac nominis, nemo reprehẽdit, qui filium suum vita priuauit, vt in ceteris firmaret imperium: tu rempublicam reprehendis, quæ domesticos hosteis, ne ab iis ipsa
33 necaretur, necauit?|| Itaque attende iam, Torquate, [11] [z] quàm ego non defugiam auctori-

x L. cũ ea, quæ leniter

y L. Quod tamen tribunus pl. facit, is, quis vnus vid. ex ill. ad lug. coniur. relictus: nec mirum est.

z L. quàm ego defugiã auctoritatem consi.

tatem consulatus mei.maxima voce, vt omnes exaudire possint,dico,sempérque dicã:adestote omnes animis,qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor:erigite menteis,aureísq;'vestras,& me de inuidiosis rebus, vt ille putat,dicentem attendite. Ego consul,cũ exercitus perditorum ciuium, clandestino scelere conflatus,crudelissimum & luctuosissimum exitium patriæ comparasset, cùm ad occasum, interitumque reip. Catilina in castris, in his autem templis,atque tectis dux Lentulus esset constitutus:meis consiliis,meis laboribus,meis capitis periculis,sine tumultu,[a] sine delectu, sine armis,sine exercitu,quinque hominibus cõprehensis,atque confossis,incensione vrbẽ,[b] internecione ciueis,vastitate Italiam interitu rẽp. liberaui:ego vitam omnium ciuium,statum orbis terræ,vrbem hanc denique,sedem omnium nostrûm,arcem regum,ac nationum exterarum, lumen gentium,domicilium imperij,quinq;hominum amentium,ac perditorum pœna redemi.

34 ‖ An me existimasti hæc iniuratum in iudicio non esse dicturũ,quæ iuratus in maxima cõcione dixissem? Atque etiam illud addam,[c] ne qui fortè incipiat improbus subitò te amare, Torquate,& aliquid sperare de te:atque,vt idẽ omnes exaudiant,clarissima voce dicam. Harũ omnium rerũ,quas ego in consulatu [d] pro cõmuni salute suscepi,& gessi,L.ille Torquatus,cùm esset [e] meus contubernalis in consulatu,cũ signifer esset iuuentutis,[15] atque in prætura fuisset auctor,adiutor,particeps exstitit:cùm princeps, cũ auctor,cũ signifer esset iuuentutis,parens eius,homo amantissimus patriæ, maximi animi, summi consilij,singularis constantiæ,cùm esset æger,tamen omnibus rebus illis interfuit:numquam est à me [f] digressus,studio, consilio, auctoritate vnus adiuuit plurimũ:cùm infirmitatẽ corporis animi virtute superaret. ‖ Vidésne, 35

a L.sine dilectu,

b al.internecione al. interitione

c al.nequis

d L.pro salute communi

e L.meus contubernalis in consulatu,atq; in prætura fuisset:cùm princeps, cùm signifer esset iuuentutis:auctor,adiutor,particeps exstitit:parens eius h.

f L.degressus,stud.

vt eripiam te ex improborum ſubita gratia, &
reconciliem bonis omnibus? qui te & diligunt,
& retinent, retinebuntque ſemper: nec, ſi à me
fortè deſciueris, idcirco te à ſe, & à rep. & à tua
dignitate deficere patientur.* Sed iam redeo ad
cauſã: atq; hoc vos, iudices, teſtor: mihi de me
metipſo tam multa dicendi g neceſſitas quædã
impoſita eſt ab illo. Nam ſi Torquatus Syllã ſo-
lùm accuſaſſet: ego quoque hoc tempore nihil
aliud agerẽ, niſi eũ, qui accuſatus eſſet, defẽde-
47 rem: ſed cùm ille tota illa oratione in me eſſet
inuectus, & cùm initio, vt dixi, defenſionem meã
auctoritate ſpoliare voluiſſet: etiam ſi dolor
meus reſpondere non cogeret, tnmen ipſa cau-
ſa hanc à me orationem flagitaſſet. || h Allobro-
gibus nominatum Syllam eſſe dicis. 14 i Quis
negat Syllæ indicium? At vide quemadmodum
nominatus ſit. L. Caſſium dixerunt commemo-
raſſe, cum ceteris Antroniũ ſecum facere. Quæ
ro, num Syllã dixerit Caſſius. Numquã ſeſe aiũt
quæſiſſe de Caſſio, quid Sylla ſentiret. Videte
48 diligentiam Gallorum, qui vitam hominum, na-
turamq; non noſſent, ac tantum audiſſent, eos,
pari calamitate qui fuerant, eſſe in eadem volũ-
tate. Quid tum? Caſsius ſi reſpondiſſet idẽ ſen-
tire, & ſecum facere Syllam, tamen mihi nõ vi-
deretur in hũc id criminoſum eſſe debere. Quid
ita? quia qui barbaros homines ad bellũ impel-
leret, non debebat minuere illorum ſuſpicionẽ,
k & purgare eos, de quibus illi aliquid ſuſpi-
carentur. || non reſpondit tamen vnà facere Syl-
lam. Etenim eſſet abſurdũ, cũ ceteros ſua ſpõte
nominaſſet, mẽtionem Syllæ facere nullam, niſi
admonitũ, & interrogatũ. niſi fortè veriſſimile
eſt, P. Syllæ nomẽ in memoria Caſsio nõ fuiſſe.
Si nobilitas hominis, ſi afflicta fortuna, ſi reli-
quiæ priſtinæ dignitatis, non tam illuſtres fuiſ-
ſent: tamen Antronij commemoratio memo-
riam Syllæ retuliſſet. etiam, vt arbitror, cùm

• Defendit Syllam & in hac parte agit de criminibus Syllæ obiectis ab Allobrogib. de literis pub. &c.

g L. neceſſitatem quãdam impoſitam eſſe ab illo.

h L. ab Allobrogibus n.

i L. Quis negat? At vide q.

k fort. & eos purgare, de quib.

auctoritates principum coniurationis ad inci-
tandos animos Allobrogum colligeret Cassius,
& cùm sciret exteras nationes maximè nobili-
tate moueri, non prius Antronium, quàm Syllā 38
nominasset. || Iā verò illud probari minimè po-
test, Gallos Antroniono minato putasse, propter
calamitatis similitudinem, sibi aliquid de Sylla
esse quærendum, Cassio, si hic esset in eodē sce-
lere, ne cùm appellasset quidem Antroniū, hu-
ius in mentem venire potuisse. Sed tamen quid
respondit de Sylla Cassius? Se nescire certū. Nō
purgat, inquit. Dixi antea: ne si argueret quidem
tum denique, cū esset interrogatus, id mihi cri-
minosum videretur. ||[15] Sed ego [l] in iudiciis, & 39
quæstionibus non hoc quærendum arbitror, nū
purgetur aliquis: sed num arguatur. etenim cùm
negat se scire Cassius, vtrùm subleuat Syllam, an
satis probat se nescire? Subleuat apud Gallos.
Quid ita? ne indicent? Quid? si periculū esse pu-
tasset, [m] ne illi vmquam indicarent, de ipso cō-
fessus esset? [n] nesciunt? Credo, iudices, celatum
esse Cassium de Sylla vno. nam de ceteris certè
sciebat. & ea domi eius pleraque conflata esse
constabat. Qui negare noluit esse in eo nume-
ro Syllam, quo plus spei Gallis daret: dicere au-
tem falsum non ausus est: [o] nescire dixit. Atqui
hoc perspicuū est, cùm is, qui de omnibus scie-
rit, de Sylla se scire negarit: [16] eandem vim esse
[p] negationis huius, quàm si extra coniurationē
hunc esse, se scire dixisset. *Nam, cuius scientiam de
omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purga-
tio debet videri.* Sed iam nō quæro, purgetne Cas-
sius Syllam nihil esse in indicio. || Exclusus hac 40
criminatione Torquatus, rursus in me irruit, me
accusat. [17] ait me aliter, [q] ac dictum est, in ta-
bulas publicas retulisse. O dij immortaleis! (vo-
bis enim tribuam, quæ vestra sunt: nec verò pos-
sum meo tantùm ingenio dare, vt tot res, tan-
tas,

l L. in indiciis: & quæ.
m L. ne vlli vmquam.
n L. nesciuit. Cr.
o L. nescire se dixit.
p for. negationis huius, atque si extra.
q for. atque indicatum est.

tas,tam varias,tam repentinas,in illa turbulen-
tissima tempestate reipublicæ mea sponte dis-
pexerim) vos profectò animum meum tum con-
seruandæ patriæ cupiditate incendistis:vos me
ab omnibus ceteris cogitationibus [18] ad vnam
salutem reipublicæ[r] contulistis:vos denique in
tantis tenebris erroris,insciētiæ clarissimū lu-
41 men [s] prætulistis menti meæ.||Vidi ego hoc,iu-
dices,nisi recenti memoria senatus, auctoritatē
huius indicij monumentis publicis testatus es-
sem,fore,vt aliquando nō Torquatus,neq; Tor-
quati quispiā similis(nam id me multùm fefel-
lit) sed vt aliquis patrimonio naufragus inimi-
micus otij,bonorum hostis,aliter indicata hæc
esse diceret,quò faciliùs,vento aliquo in opti-
mum quemq; excitato,posset in malis reip.por-
tum suorum malorum aliquem inuenire. Itaque
introductis in senatum indicibus: constitui se-
natores,qui omnia indicum dicta, interrogata,
42 responsa perscriberent.||At quos viros?non so-
lū summa virtute,& fide,[t] cuius generis in se-
natu facultas maxima:sed etiam quos sciebam
memoria,scientia, consuetudine, & celeritate
scribendi,facillimè, quæ dicerentur, persequi
posse:C.Cosconium, qui tunc erat prætor: M.
Messalam,qui tum præturam petebat:P.Nigidiū
App.Claudium credo esse neminem,qui his om-
nibus,[19] [u] aut verè referendis, aut etiam scri-
bendis,putet ingenium defuisse. Quid deinde?
qui[illegible]ci? cùm scirem,ita indicium in tabulas
publicas relatum,vt illæ tabulæ priuata tamē
custo[illegible] more maiorum, continerentur,nō oc-
culta[illegible]n cōtinui domi,sed describi ab om-
nibus statim librariis,[x] diuidi passim,& peruul-
gari,atque edi populo Romano imperaui. diuisi
toti Italiæ,[20] [y] diuisi in omneis prouincias: e-
ius indicij,è quo salus oblata esset omnibus,ex-
43 pertem esse neminem volui.||Itaque dico,locum
in orbe terrarum esse nullū,quo in loco populi

r for. transtulistis al. cōpulistis:
s for. menti meæ prætulistis.
t L. cuius generis est in senatu fac.
u L. aut scribendis fidē putet, aut etiam ingenium defuisse. al. fidem putet, aut diligentiam defuisse. al. aut referendis fidem, aut rectè scriben dis. Vrs. Qui his omnib. verè, referendis, aut memoriam putet, aut ingenium defuisse.
x for. didi pass.
y L. dimisi in omneis prouincias:

R.nomen ſit,quin eodem ſperſcriptum hoc in indicium peruenerit. In quo ego tam ſubitò,& exiguo,& turbido tempore multa diuinitùs, ita vt dixi,non mea ſponte, prouidi primùm, ne qui poſſet tantū aut de reip.aut de alicuius periculo meminiſſe,quantum vellet deinde,necui liceret vmquam reprehendere illud indicium, aut temerè creditum criminari: poſtremò, ne quid iam à me,ne quid ex meis commentariis quæreretur:ne aut obliuio mea, aut memoria, videretur nimia: ne denique aut negligentia, turpis: aut diligentia, crudelis putaretur. || Sed tamen abs te, Torquate,quæ- 44
ro: cùm indicatus tuus inimicus eſſet, & eſſet eius rei frequens ſenatus, & recens memoria teſtis, tibi meo familiari, & contubernali,prius etiā [a] edituri fuerint indiciū ſcribæ mei,ſi voluiſſes,quàm in codicem retuliſſēt: cùm videres aliter fieri, cur tacuiſti?paſſus es? non mecum,aut cum familiari meo queſtus es? aut quoniam tam facilè inueheris in amicos, iracundius,aut vehemētiùs expoſtulaſti?Tu, cū tua vox numquā ſit audita:cùm indicio lecto, deſcripto,diuulgato,quieueris,tacueris, repentè tantam rem enuntiare audeas?& in eum locū te deducas,vt antè,quàm me commutati indicij coargueris,te ſummæ negligentiæ, tuo iudicio conuictum eſſe fateare?||Mihi cuiuſquam ſalus 45
tanti fuiſſet,vt meā negligerē?per me ego veritatem factā contaminarē aliquo menda[illegible]? quēquam deniq; ego iuuarē,[b] à quo crudele[illegible] inſidias in rēp.factas,& in me potiſſimùm [illegible]onſulē, putarem?Quòd ſi iam eſſem oblitus [illegible]itatis & conſtantiæ meæ,támne amens erā,vt,cùm literæ poſteritatis cauſa repertæ ſint, quæ ſubſidio obliuioni eſſe poſſent,ego recentē putarem memoriā cuncti ſenatus cōmentario meo poſſe ſuperari?||Fero ego te,Torquate,iādudum fero: 46
& nonnumquā animū incitatum ad vlciſcendā orationem tuā,reuoco ipſe,& reflecto.permitto

a L. edituri indicium fuerint ſcr.

b L. à quo & crudeles inſid.

aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti, sed nisi tibi aliquē modū vitæ constitueris: coges oblitū me nostræ amicitiæ, habere rationē meæ dignitatis.[c] Nemo vnquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem nō præuerterim. Sed mihi hoc credas velim non iis libentissimè soleo respondere, quos
47 mihi videor facillimè posse superare.|| Tu, quoniā minimè ignoras consuetudinē dicēdi meā, noli hac noua lenitate abuti mea. noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari: noli id putare omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum, atque concessum. cùm illę valent apud me excusationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra: tū nondū statuo, te virium satis habere, vt ego tecum luctari, & congredi debeā. quòd si esses vsu, atque ætate robustior: essem idem, qui soleo, cū sum lacessitus. nunc tecum sic agam, tulisse vt potius iniuriam,[20] quàm retulisse gratiā videar.
48 ||Neque verò, quid mihi irascare, intelligere possum si, quòd eum defendo, quem tu accusas: cur tibi quoque ipse non succenseo', qui accuses eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meum. Et amicum ego defendo meum. Non debes tamen quemquam in coniurationis quæstione defendere. Immo nemo magis eum, de quo nihil est suspicatus, quàm is, qui de aliis [21] multa cogitauit. Cur dixisti testimonium in alios? Quia coactus. Cur damnati sunt? Quia creditum est. Regum est dicere, in quem velis, ac defendere quem velis. Immo seruitus est non dicere in quem velis [22] [d] ac defendere quem velis. Ac, si considerare cœperis, vtrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an
49 tibi: intelliges, honestiùs te inimicitiarum modum statuere potuisse, quàm me humanitatis. [23]|| [e] An verò cùm honos agebatur amplissimus familiæ vestræ, hoc est consulatus

c L. nemo vnquam me ne tenuissima quidem suspic. perstrinxit, quæ nō peruerterim.

d L. nec defendere, quem velis al. ac non defendere quem velis

e L. At verò cùm honos agebatur amplissim. familiæ vestræ, hoc est, consulatus parentis tui sapientissimus vir familiarissimis suis suc censuit pater tuus. cū Syll. & defend. & laudarent?

parentis tui, sapientissimus vir familiarissimis
suis non succensuit pater tuus,cũ Syllam & de-
fenderent,& laudarent.Intelligebat, hanc no-
bis à maioribus esse traditam disciplinã,vt nul-
lius amicitia ad propulsanda pericula impedi-
remur.Et erat huic iudicio longè dissimilis illa
contentio.tum,afflicto, P.Sylla consulatus vo-
bis pariebatur, sicuti partus est. honoris erat
certamen:ereptum repetere vos clamitabatis,
vt victi in campo, in foro vinceretis. tum qui
contra vos pro huius salute pugnabant,amicis-
simi vestri,quibus non irascebamini, consulatũ
vobis eripiebant,honori vestro repugnabant,&
tamen id inuiolata vestra amicitia, integro of-
ficio,veteri exemplo,atq; instituto optimi cu-
iusque faciebant.||Ego verò quibus ornamentis 50
aduersor tuis?aut cui dignitati vestrę repugno?
Quid est,f quod iam ab hoc exspectas? honor
ad patrem,insignia honoris ad te delata sunt.
Tu ornatus ærumnis,venis ad eum lacerandum,
quem interemisti:ego iacentem, & spoliatum
defendo,& protego.Atque hîc tu & reprehen-
dis me,quia defendam,& irasceris. Ego autẽ nõ
modò tibi non irascor, sed ne reprehendo
quidem factum tuum. Te enim existimo ti-
bi statuisse,quid faciẽdum putares,& satis ido-
neum?24 officij iudicem g posuisse.||At * accu- 51
sat C.Cornelij filius,idémque valere debet,ac si
pater indicaret. O patrem Cornelium sapientẽ:
qui,quod præmij solet esse in indicio, relique-
rit:quod turpitudinis in confessione, id per ac-
cusationẽ filij susceperit.Sed quid est tandemq;
indicat per istum puerũ Cornelius? h Si est cau-
sa mihi ignota,cũ Hortensio communicata.re-
spondeat Hortensius 25 i Sin tu ais illum comi-
tatũ Antronij & Catilinæ,cũ in cãpo consulari-
bus comitiis,quæ à me habita sunt, cædem fa-
cere voluerunt:Antroniũ tum in capo vidimus:
&,quid dixi vidisse nos?ego vidi.vos enim tum,
iudices nihil laborabatis,neque suspicabamini,

f L. quod iam ab eo exp.

g L. posui te Att.

* De gladiatoribus emptis.

h al. si est causa mihi ignota,neque mihi cum Hortensio communicata.

i I. sin tu ais Syllam in illo comitatu Antronij, & Catilinæ, fuisse cùm &c.

ego tectus præsidio firmo amicorum, Catilinæ
52 tum,& Antronij copias,& conatū repressi. || Nū
quis est igitur,qui tum dicat in campum adspirasse Syllā?Atqui si tum se cum Catilina societate sceleris coniunxerat,cur ab eo discedebat? cur cum Antronio non erat? cur in pari causa non paria signa [k] criminis?reperiūtur?Sed quoniā Cornelius ipse etiā nunc de indicando dubitat,vt dicitis,informat ad hoc adumbratū indicium,filium:quid tandem de illa nocte[l] dicit, cùm inter Falcarios ad M.Leccam nocte ea,quę consecuta est posterum diem Nonarum Nouēb. me consule Catilinæ denuntiatione conuenit? quæ nox omnium temporū coniurationis acerrima fuit,atque acerbissima.Tum Catilinæ dies exeundi,tum ceteris manendi conditio,tum descriptio totam per vrbem cædis, atque incendiorum constituta est:tunc tuus pater Corneli, id quod tandem aliquando confitetur,illam sibi officiosam prouinciā depoposcit:vt cùm prima luce consulem salutatum veniret,intromissus meo more,& iure amicitiæ, me in meo lectulo trucidaret.||Hoc tempore,cùm arderet acerrimè coniuratio: cùm Catilina egrederetur ad exercitum:Lentulus in vrbe relinqueretur: Cassius incendiis,Cethegus cædi præponeretur: Antronio,vt occuparet Etruriam, præscriberetur:26 cùm omnia [m] ordinarentur,instituerentur,pararentur: vbi fuit Sylla,Corneli?num Romæ?Immò longè abfuit. num in iis legionibus, quò se Catilina referebat?multò etiā lōgiùs.nū in agro Camerti Piceno,Gallico,quas oras maximè quasimorbus quidā illius furoris peruaserat?nihil verò minùs.fuit.n.vt antè dixi,Neapoli:fuit in ea parte Italiæ,quæ maximè ea suspicione caruit. || Quid ergo indicat,aut quid
54 affert?aut ipse Cornelius,aut vos, qui ab eo hæc mandata defertis?Gladiatores emtos esse, Fausti simulatione, ad cædem ac tumulū.Ita prorsus

k L. reperiuntur criminis.

l al.dixit.

m L. ornarentur, instruerentur par.

n L Immò lōgè afuit.

sus

sus interpositi sunt gladiatores,quos testamēto patris[o] videmus deberi. [27].Arrepta est familia: quæ si esset prætermissa,posset alia familia Fausti munus præbere.Vtinam quidem hæc ipsa nō modò [28] iniquorum inuidiæ,sed & æquorū exspectationi satisfacere posset. Properatū vehementer, cùm longè tempus muneris abesset. Quasi verò tempus dandi muneris non valdè appropinquaret. Nec opinante Fausto, cùm is neque sciret,neque vellet,familia est cō- 55
parata.|| At literæ sunt Fausti, per quas ille precibus à P.Sylla petit,vt emat gladiatores,& vt hos ipsos emat:neque solùm ad Syllam missæ, sed ad L. Cæsarem,Quintum Pompeiū,C.Memmium : quorum de sententia tota res gesta est: [29] [p] At præfuit familiæ Cornelius.Iam si in cōparanda familia suspicio est nulla:quòd præfuit nihil ad rem pertinet.Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta[q] prospicienda:præfuit verò numquam:eaque res per Bellum,Fausti li- 56
bertum, omni tempore administrata est.|| At enim Cincius est ab hoc in vlteriorem Hispaniā missus,vt eam prouinciam perturbaret.Primùm Cincius,iudices, L.Iulio,C. Figulo,consulibus, profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ, & ante suspicionem huius coniurationis:deinde est profectus non tum primùm , sed cùm in iisdem locis aliquantò antè eadem de causa aliquot annos fuisset.ac profectus est non modò ob causam,sed etiam necessariā causām [29] [r] magna ratione cū Mauritaniæ rege contracta.Tum autē illo profecto,Sylla procurante eius rem,& gerente,plurimis & pulcherrimis P.Cincij prædiis venditis,æs alienū eiusdem dissolutum est: vt,quæ causa ceteros ad facinus impulit,cupiditas retinendæ possessionis,ea Cincio non fuerit 57
prædiis[s] diminutis.||Iam verò illud quàm incredibile?quàm absurdum?qui Romæ cædē facere,qui hanc vrbem inflammare vellet, [t] eum fa-

o L. deberi videmus.
At emta est fam.

p L. At præfuit familiæ Iam si in c.
q L.perspicienda:

r L.magnæ pecuniæ ratione.

s L.deminutis.
t L.eum tū famil.

familiarissimum suum dimittere ab se, [u] & mā-
dare in vltimas terras?vtrùm quo faciliùs Ro-
mæ ea,quæ conabatur.efficeret,[30] [x] si in Hispa-
nia turbatum esset?At hæc ipsa per se [31] sine vlla
[y] coniunctione agebantur.An in tātis rebus, tā
nouis consiliis,tam periculosis, tam turbulētis,
hominem amantissimum sui, familiarissimū,cō-
iunctissimum officiis,vsu,consuetudine,[z] dimit-
tendum esse arbitraretur?[32] verisimile nō est,vt,
quem in secundis rebus,quem in otio secū sem-
per habuisset,hūc in aduersis,& in eo tumultu,
58 quem ipse comparabat, ab se dimitteret. || Ipse
autem Cincius (non enim mihi deferenda est
causa amici veteris,atque hospitis) is homo est,
aut ea familia,ac disciplina,vt hoc credi possit,
eum bellum reipublicæ facere voluisse?vt,cuius
pater,cùm ceteri deficerent finitimi ac vicini,
singulari exstiterit in rempublicā nostrām offi-
cio,&fide,is sibi nefarium bellum contra patriā
suscipiendum putaret? cuius æs alienum vide-
mus,iudices, non libidine,sed negotij gerendi
studio esse contractum:qui ita Romæ debuit,vt
in prouinciis, & in regnis maximæ ei pecuniæ
deberentur:quas cùm peteret,non cōmisit vt sui
procuratores quidquam oneris,absente se,susti-
nerent:venire omneis suas possessiones,& patri-
monio se ornatissimo spoliari maluit, quàm vl-
59 lam morā cuiquam fieri creditorum suorum.||A
quo quidem genere,iudices,ego numquā timui,
cùm in illa reipublicæ tempestate versarer. Il-
lud erat genus hominū horribile, & pertimes-
cendum, qui tanto amore suas possessiones [a]
amplexi tenebant,vt ab his membra diuelli ci-
tius,ac distrahi posse diceres.Cincius numquam
sibi cognationem cum prædiis esse existimauit
suis.Itaque se non modò ex suspicione tanti
sceleris, verùm etiam ex omni omnium sermo-
ne, non armis, sed patrimonio suo vindicauit.
60 [33] || Iam verò, quod subiicit, Pompeianos es-
se

v L. & a. mandare in vlt.
x v. c. si in Hispaniam turbatum isset?
y for. coitione ageb.
z L. dimittendum à se arbitraretur? vt. quem in sec. reb. q. in ot. se. semp. hab. h. in aduer. &c. dimitteret?
a al. cōplexi tenebāt,

se à Sylla impulsos,vt ad istam coniurationem, & ad hoc nefarium facinus accederét:id cuiusmodi sit,intelligere non possum. An tibi Pompeiani coniurasse videntur? quis hoc vmquam dixit? aut quæ fuit istius rei vel minima suspicio? Disiunxit,inquit, eos à colonis, 34 vt hoc dissidio,ac dissentione facta,oppidum in sua potestate posset,& Pompeianos habere. Primùm omnis Pompeianorum, colonorumque dissentio,delata ad patronos est, cùm iam inueterasset,ac multos annos esset exagitata:deinde à patronis res cognita est,vt nulla in re à ceterorum sentētiis Sylla dissenserit: postremò coloni ipsi sic intelligunt,non Pompeianos à Sylla magis quàm sese,esse defensos. Atque hoc, iu- 61

dices,ex hac frequentia colonorum, honestissimorum hominum intelligere potestis:[b] qui adsunt,laborant:hunc patronum,defensorem, custodem illius coloniæ,si in omni fortuna,atque omni honore incolumē habere non potuerūt,in hoc tamen casu,quo afflictus iacet,per vos tutari,conseruaréque cupiunt.[c] Adsunt pari studio Pompeiani,qui ab illis etiam in crimē vocātur: 35qui ita de ambitione,& de suffragiis suis cum colonis dissenserūt,vt idem de communi salute sentirent. Ac ne hæc quidem P.Syllæ mihi vide- 62

tur silentio prætereunda esse virtus, quòd cùm ab hoc illa colonia deducta sit,& cùm cōmoda colonorum à fortunis Pompeianorum populi Romani fortuna diuiserit, ita carus vtrisq; est, atque iucundus,vt non alteros [d] dimouisse, sed vtrosque constituisse videatur. At enim & gladiatores,& omnis ista vis, rogationis Cæciliæ causa comparabantur. atque in hoc loco in L. Cæcilium[e] prudentissimum,atque ornatissimum virū,vehementer inuectus est; cuius ego de virtute,& constantia,iudices,tantū dico:talē hunc in ista rogatione,quā promulgauit non de tollēda,sed de leuāda calamitate fratris sui, fuisse,

vt

b L.qui assunt,lab.

c Assunt p.

d L.demouisse.

e L.pudentissimum, atque.

vt consultum esse voluerit fratris [f] tamen cum
rep. pugnare noluerit: promulgarit impulsus a-
more fraterno, destiterit fratris auctoritate de-
63 ductus. || Atq; in ea re per L. Cæciliũ Sylla accu-
satori, in qua re est vterque laudandus. 36 [g] primũ
Cæcilius, qui id promulgarit, in quo res iudica-
tas] videbatur voluisse rescindere, vt statueretur
Sylla rectè reprehendit. Status enim reipublicæ
maximè [h] iudicatis rebus cõtinetur. neque ego
tantum fraterno amori dandum arbitror, 37 vt
quisquam de salute suorum consulat, communẽ
relinquat. Nihil de iudicio ferebat: 38 [i] sed pœnã
ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper superio-
ribus legibus constituta. Itaque hac rogatione,
nõ indicum sententiam, sed legis vitium corri-
gebat. Nemo iudicium reprehẽdit, cùm de pœ-
na queritur, sed legem. Damnatio enim est iudi-
cum, quæ manebat: pœna legis, quæ leuabatur.
64 || Noli igitur animos eorum ordinũ, qui præsunt
iudiciis summa cum grauitate & dignitate, a-
lienare à causa. nemo labefactare iudicium est
conatus: nihil est eiusmodi promulgatum. sem-
per Cæcilius in calamitate fratris sui, iudicum
potestatem perpetuandam, legis acerbitatem
mitigandam putauit. Sed quid ego de hoc plura
disputem? Dicerem fortasse, & facilè, & libẽter
dicerem. Si paulò etiam lõgiùs, quàm fi*is quo-
tidiani officij postulat, pietas, & fraternus a-
mor L. Cæcilium protulisset: implorarem sensus
vestros: vniuscuiusque indulgentiam in suos te-
starer: peterem errato veniam L. Cæcilij ex inti-
mis vestris cogitationibus, atq; ex humanitate
65 communi. || Lex dies fuit proposita paucos: [k] ferri
cœpta numquam: [l] posita est in senatu, populũ
Romanum latuit. cùm in Capitoliũ nos senatum
conuocassemus, nihil est actum priùs: & id man-
dato Syllæ Q. Metellus prætor se loqui dixit;
Syllam illam rogationẽ de se nolle ferri. Ex illo
tẽpore L. Cæcilius 39 [m] multa de republica egit:

f L. cum rep. tamen pug.

g L. primũ Cæcilius, qui fratris calamitatẽ leuare, pœna legis mitigãda voluerit laudem meretur: deinde Cæcilium, quid id pr. in quo res iud. videb. vol. rescindere, vt Sylla restitueretur, Sylla rectè repr.

h L. reb. iudicatis cõt.

i L. sed pœnam ambitus auferebat, quæ f.

k L. proposita est in sen.

l L. & in mandatu Syllæ

m L. multa è rep. egit.

Agrariæ legi,quæ tota à me reprehensa & ab-
iecta est,[n] intercessorem fore[o] professus est:im
probis largitionibus restitit:senatus auctoritatẽ
numquã impediuit:ita se gessit in tribunatu, vt,
onere deposito domestici officij, nihil postea
nisi de reipublicæ commodis cogitarit.‖ Atque 66
in ipsa rogatione,[p] ne per vim quid ageretur,[q]
quis tamen vestrûm Syllam,aut Cæcilium vere-
batur?nónne[r] omnis seditionis timor, atque
opinio,ex Autronij improbitate pendebat?eius
voces,eius minæ ferebantur:eius adspectus, cõ-
cursatio,stipatio,greges hominum perditorum,
metum[s] nobis, seditionésque afferebant.Itaque
P.Sylla,hoc importunissimo tum honoris, tum
etiam calamitatis socio,atque comite,& secun-
das fortunas amittere coactus est,& in aduersis
sine vllo remedio atque alleuamento permane-
re.‖Hic tu epistolam meam sæpè recitas, quam 67
ego ad Cn.Pompeium de meis rebus gestis,&[t]
de summa reipublicæ misi:& ex ea crimen ali-
quod in P. Syllam quæris:&,si furorem incredi-
bilem biennio antè conceptum,erupisse in meo
consulatu scripsi, me hoc demonstrasse dicis,
Syllam in illa fuisse superiore coniuratione.Sci-
licet is sum, qui existimem, Cn. Pisonẽ,& Cati-
linam,& Varganteium,& Autronium nihil sce-
leratè,nihil audacter ipsos per sese sine P. Sylla
facere potuisse.‖de quo etiam si quis dubitasset 68
antea,num,id quod tu arguis cogitasset, inter-
fecto patre tuo,consule, descendere Kalendis
Iãuariis cum lictoribus:sustulisti hanc suspicio-
nẽ,cùm dixisti, hunc, vt Catilinam consulẽ ef-
ficeret,contra patrem tuum operas,& manũ cõ-
parasse.Quod si tibi ego confitebor,tu mihi cõ-
cedas necesse est,hunc, cum Catilinæ suffraga-
retur, nihil de suo cõsulatu,quem iudicio ami-
serat,per vim recuperando[x] cogitauisse.neque
enim istorum facinorum tantorum,tã atrocium
crimen,iudices, P. Syllæ persona suscipit.‖ Iam 69
enim

n L.intercessorem se fore
o al.perfessus est:mẽdosè.
p L.ab. ne quid per vim.
q L. quis tandem vestrum Syll.
r L.nónne omnis ille terror,omnis timor,
s al. vobis,
t L.de sũma rep.
v al.confiteor,
x fort. cogitusse.

enim faciam, criminibus omnibus ferè diſſolutis, contrà, atque in ceteris cauſis fieri ſolet, vt nunc denique de vita hominis, ac de moribus dicam.[y] Etenim de principio ſtuduit animus occurrere magnitudini criminis, ſatisfacere exſpectationi hominũ, de me aliquid, & de ipſo, qui accuſatus eſt, dicere, nunc iã reuocandi eſtis eò, quò vos ipſa cauſa, etiã tacẽte me, cogit, animis. Omnibus in rebus, iudices, quæ grauiores, maioréſque ſunt, quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus eius, qui arguitur, eſt ponderandum. Neque enim poteſt quiſquam noſtrum ſubitò fingi, neque cuiuſquam repente vita mutari, aut natura cõuerti.

y al. Etenim à principio

70 Circumſpicite pauliſper mentibus veſtris, vt alia omittamus, hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Catilina contra rempub. coniurauit: 40 cuius aures vmquam hoc reſpuerunt* conatum eſſe, hominem vſque à pueritia non ſolùm intẽperantia, & ſcelere, ſed etiã cõſuetudine, & ſtudio in omni flagitio, ſtupro, cæde verſatũ? Quis eum contra patriam pugnantẽ periiſſe miratur, quem ſemper omnes ad ciuile latrociciũ natum putauerunt? Quis Lentuli ſocietates[z] cum indicibus, quis inſaniam libidinũ, quis peruerſam, atque impiam religionẽ recordatur, qui illum aut nefariè, aut ſtultè cogitaſſe miretur? Quis de C. Cethego, atque eius in Hiſpaniã profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pij cogitat, cui non ad illius pœnã carcer ædificatum eſſe videatur?

* al. contaminatam

z L. cum audacibus,

71 omitto ceteros, ne ſit infinitum: tantum à vobis peto, vt taciti de omnibus, quos cõiuraſſe cognitum eſt, cogitetis. intelligetis, vnũquẽque illorũ priùs à ſua vita, quã noſtra ſuſpicione eſſe dãnatum. Ipſum illum Autronium, quoniã eius nomen finitimũ maximè eſt huius periculo, & crimini, non ſua conſuetudo, ac vita conuincit? ſemper audax, petulans, libidinoſus, quem in ſtuprum * defenſionibus nõ ſolùm verbis

* Pât. de terſionib.

verbis vti improbissimis solitum esse scimus, verùm etiam pugnis, & calcibus: quem exturbare homines, è possessionibus, cædem facere vicinorum, spoliare fana sociorum, [a] vi conatum & armis disturbare iudicia, in bonis rebus omneis contēnere, in malus pugnare contra bonos, non reipublicæ cedere, non fortunæ ipsi succumbere. huius si causa non manifestissimis [b] rebus teneretur, tamen eum mores ipsius, ac vita cōuincerent. || Agedū, conferte nunc cum illius vita 72 vitam P. Syllæ, vobis, populóque Rom. notissimam, iudices, & [d] eam ante oculos vestros proponite. Ecquod huius factum, aut commissum non dicam audaciùs, sed 4° quod cuiquā paulò minùs [e] consideratum videretur factum, quæro. verbum ecquod vmquam ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offendi? At verò in illa graui L. Syllæ victoria, turbulētáque, quis P. Sylla mitior, quàm multorum hic vitā est à L. Sylla deprecatus. quàm multi sunt summi homines, & ornatissimi, & nostri, & equestris ordinis, quorū pro salute se hic Syllæ obligauit! quos ego nominarem: neque enim ipsi nolūt, & huic, animo gratissimo, adsunt: sed quia maius est beneficium, quàm posse debet ciuis ciui dare, ideò à vobis peto, vt, quod potuit, tempori tribuatis: quod fecit, ipsi. | Quid reliquam constantiā vitæ 73 commemorem? dignitatem? liberalitatem? moderationem in priuatis rebus? splendorem in publicis? quæ ita à fortuna deformata sunt, vt tamen à natura inchoata compareant. Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas? quæ studia amicorum? quæ ex quoque ordine multitudo? Hæc diu, multùm, & multo labore quęsita vna eripuit hora. Accepit P. Sylla, iudices, [f] vehemens vulnus, & mortiferum: verumtamen eiusmodi, quod videretur eius vita, & natura accipere potuisse. Honestatis, & dignitatis habuisse nimis magnam iudicatus est cu

a L. vi & armis disturbare iudic. al. vel vi, conatu, & armis

b L. in rebus

c L. Agite dum,

d al. ante oculos vestros ponite

e L. considerate

f L. vulnus vehemens, & mortif.

cupiditatem:quam si nemo alius habuit in consulatu petendo,cupidior iudicatus est hic fuisse,quàm ceteri.sin etiam in aliis nonnullis fuit iste cõsulatus amor:fortuna in hoc fuit fortasse
74 grauior,quàm in ceteris. || Postea verò quis P. Syllam,nisi mærentem, demissum, afflictúmque vidit?quis vnquam est suspicatus, hunc magis odio,quàm pudore,hominũ adspectum lucémque vitare? g Qui dũ multa haberet inuitaméta vrbis, & fori,propter summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis restiterunt.h absfuit ab oculis vestris:&,cùm lege retineretur,ipse se exsulio pænè multauit.In hoc vos pudore iudicij,& in hac vita,tãto sceleri locum fuisse creditis?Adspicite ipsum : contuemini os:conferte crimen cum vita vsque ad hoc tempus explicata:tum crimen recognoscite. || mitto rempubli-
75 cam,quæ fuit semper Syllæ carissima:hósne amicos,taleis viros,tam cupidos sui, per quos res eius secundæ quondã erant ornatæ,nunc subleuantur,aduersæ,crudelissimè perire voluit,vt cũ Lentulo,& Catilina,& Cethego fœdissimã vitam,ac miserrimã, turpissima morte proposita, degeret?4 i Non, inquam, cadit in hos mores, non in hunc pudorem,non in hanc vitam,nõ in hunc hominem ista suspicio.noua quædam illa immanitas exorta est:incredibilis fuit,ac singularis furor:ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitiis repentè tanta ista
76 importunitas inauditi sceleris exarsit.|| Nolite, iudices,arbitrari, hominum illum impetum, & conatum fuisse neque enim vlla gens tã barbara,aut tam immanis vnquam fuit,in qua nõ modò tot,sed vnus tã crudelis hostis patriæ sit inuẽtus.belluæ quædã illę ex portentis immanes, ac feræ,forma hominum indutæ, exstiterũt.perspicite etiam atque etiã,iudices.nihil enim est, quod in hac causa dici possit vehementiùs. penitus introspicite Catilinæ, * Antronij,Cethe-

g I. Qui cùm multa hab.

h I. afuit ab oculis

i I.Nõ cadit,non inquã, cadit

* Autronij,

gi,Lentuli,ceterorúmque menteis.quas vos in his libidines,quæ flagitia , quas turpitudines, quantas audacias :quàm incredibileis furores, quas notas scelerum,quæ indicia [k] parricidiorũ, quantos aceruos facinorum reperietis? ex magnis, & diuturnis,& iã desperatis reipublicæ morbis ista repentè vis erupit,vt,ea cõfecta, & eiecta,conualescere aliquando,& sanari ciuitas possit.Neque enim est quisquam,qui arbitretur, illis inclusis in republica pestibus, 42 diutiùs [l] hoc imperium stare potuisse.Itaque eos non ad perficiendum scelus,sed ad luendas reipublicæ pœnas furiæ quædam incitauerunt.|| In hũc igitur gregẽ vos nunc P.Syllam,iudices,ex his,qui cum hoc viuunt,atque vixerunt,honestissimorũ hominũm gregibus, reiicietis?ex hoc hominũ numero, ex hac familiari dignitate, in impiorũ partem,atque in [m] parricidarum cœtum,ac numerum transferetis.Vbi erit igitur illud fortissimũ [n] præsidium pudoris? quo in loco nobis vita antè acta proderit? quo ad tempus existimationis partæ fructus reseruabitur, si in extremo discrimine, ac dimicatione fortunæ [o] deseruerit?si nõ aderit?si nihil adiuuabit?|| Quæstiones nobis seruorum, ac tormenta accusator minitatur:in quibus quamquam nihil periculi suspicamur:tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi,tũ corporis,regit quæsitor , flectit libido , corrumpit spes,infirmat metus,v in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur. Vita P.Syllæ torqueatur:ex ea quæratur, [p] num quæ occultetur libido, nũ quod lateat facinus, [q] num quæ crudelitas, num quæ audacia. nihil erroris erit in causa,nec obscuritatis,,iudices,si à vobis vitæ perpetuæ vox,ea,quæ grauissima* esse debet,audietur.|| Nullũ in hac causa testẽ timemus:nihil quemquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur.Sed tamen,si nihil vos P.Syllæ fortu-

77 78 79

k L. parricidiorum,
l L.hæc stare potuisse,
m L.parricidarum
n L.firmissimum.
o L. deseret?
p al. numqua occ.
q al. num qua crud. nũ qua audac.
* al. debet esse,

na* mouet, iudices, vestra moueat. vestra enim, qui cum summa elegantia, atque integritate vixistis, hoc maximè interest, non ex libidine, aut simultate, aut leuitate testium causas honestorũ hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisque periculis vitam vniuscuiusque esse testem. Quam vos, iudices, nolite armis suis spoliatam, atque nudatã obiicere inuidiæ, dedere suspicioni. munite communem arcem bonorum, [r] obstruite perfugia improborum. [s] valeat ad pœnam, & ad salutem plurimùm, quam solam videtis ipsam ex vi sua, naturáque facillimè perspici: subitò flecti, fingique nõ pos
80 se.|| [t] Quid verò hæc auctoritas (semper enim de ea dicendum est: quamquam à me timidè, modicéque dicetur) quid, inquam, hæc auctoritas nostra? qui à ceteris coniurationis causis abstinuimus, P. Syllam defendimus: nihil hunc tandem iuuabit? Graue, si appetimus aliquid: si, cùm ceteri de nobis silent, non etiam nosmetipsi tacemus, graue. Sed, si lædimur, si accusamur, si in inuidiam vocamur: profectò [u] conceditis, iudices, vt nobis libertatem retinere liceat, si mi-
81 nùs liceat dignitatẽ.|| Accusati sunt vno nomine consulares: vt iam videatur honoris amplissimi nomen plus inuidiæ, quàm dignitatis afferre. Affuerunt, inquit, Catilinæ, illúmque laudarunt. Nulla tum patebat, nulla erat cognita coniuratio: defendebant amicum, aderant supplici, vitæ eius turpitudinem in summis eius periculis non insequebantur. Quinetiam parẽs tuus, Torquate, consul reo de pecuniis repetundis Catilinæ fuit aduocatus: Improbo homini: At supplici: Fortasse audaci: At aliquando amico. Cui cùm [x] adfuit post delatam ad eum primam illam coniurationem: indicauit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non adfuit alio in iudicio, cùm adessent ceteri. Si postea cognorat ipse aliquid, quod in consulatu

* Pantag. acta vita mouet,

r L. obstrui te perfugio improb.

s L. valeat hæc ad pœn.

t L. Quid verò? hæc auctoritas, (semp. e. de ea d. est: q. à me t. m. q. d.) qu'd? inquam? hæc auct. nostra, qui à cet. coniur. c. abst. P. Syll. defẽd. &c.

v L. concedetis,

x L. affuit.

mámque restinxerim, eiusdem nunc causam, vitámque defendere? Si mediusfidius, iudices, non ipsa respublica meis laboribus, & periculis cõseruata, ad grauitatem animi, & constantiam sua dignitate reuocaret, tamen hoc natura est insitum, vt quem timueris, quicum de vita, fortunísque contenderis, cuius ex insidiis euaseris, hunc sẽper oderis. Sed, cùm agatur honos meus amplissimus, gloria rerum gestarum singularis: cùm, [d] quoties quisquam est in hoc scelere conuictus, toties renouetur memoria per me inuentæ salutis: ego sim tam demens, ego committam, vt ea, quæ pro salute omnium gessi, casu magis, & felicitate à me, quàm virtute, & consi-

d L. quoties quisquam est hoc sceleres conuict.

84 lio gesta esse videantur. || Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam, vt, quia tu defenderis, innocens iudicetur? Ego verò, iudices, nõ modò nihil mihi assumo, in quo quispiam repugnet: sed etiam si quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto. non in ea republica versor, non iis temporibus caput meum obtuli pro patria periculis omnibus, non aut ita sunt exstincti, quos vici, aut ita grati, quos seruaui, [e] vt ego mihi plus appetere coner, quàm quantum

e al. vt eo mihi plus ap.

85 omnes inimici, inuidique patiantur. || Graue* esse eum, videretur, qui inuestigarit coniurationem, qui patefecerit, qui oppresserit, cui senatus singularibus verbis gratias egerit, cui vni togato supplicationẽ decreuerit, dicere in iudicio: non defenderem, si coniurasset. nõ dico id, quod graue est: dico illud, quod in his causis coniurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo. Ego ille coniurationis inuestigator, atque vltor, certè non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer. Ego, iudices, de tantis omnium periculis cùm quærerem omnia, multa audirem, non crederem omnia, cauerem omnia, dico hoc, quod initiò dixi, nullius indicio, nulli⁹ suspicione, nullis f literis, 47 de re P. Syllę

* L. esse videretur eum

fal. nullius literis, de P. Sylla rẽ vll.

rem vllam ad me esse delatam. || Quamobrem 86
* vos, dij patrij, ac penates, qui huic vrbi, atque huic imperio præsidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populúmque Romanum, qui hæc tecta, atque templa, me consule, vestro numine auxilióque seruastis, testor, integro me animo, ac libero P. Syllæ causam defendere: nullum à me sciente facinus occultari, nullum scelus susceptum contra salutem omnium, defendi, ac tegi. nihil de hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audiui || g Itaque idem ego 87
ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum, persolui patriæ quod debui: reliqua iam à me meę perpetui consuetudini, naturæque debentur. tam sum misericors, iudices, quàm vos: tam mitis, quàm qui lenissimus. In quo vehemens fui vobiscum, nihil feci, nisi coactus: reipublicæ præcipitanti subueni: patriā demersam extuli: misericordia ciuium adducti, tunc fuimus tā vehementes, quàm necesse fuit. salus esset omnium amissa vna nocte, nisi esset seueritas illa suscepta. Sed vt ad sceleratorum pœnam amorē reipublicæ sum adductus: sic ad salutem innocentium voluntate deducor. || Ni- 88
hil video esse in hoc P. Sylla, iudices, odio dignū, misericordia digna multa. Neq; enim nūc propulsandæ calamitatis suæ causa supplex ad vos, iudices, confugit: sed ne qua generi, ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Nā ipse quidē, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ vitę, quibus lætari, & perfrui possit? domus erit, credo, exornata: aperientur maiorum imagines: ipse ornatum, ac vestitum recuperabit. omnia, iudices, hæc amissa sunt: omnia generis, nominis, honoris insignia, atque ornamenta vnius iudicij calamitate h occiderunt. sed exstinctor patriæ, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc, 48 labē i tāti generis in familia relinquat, id laborat

* PERORATIO.

g L. itaque ego idem ille, q.

h al. conciderunt.

i L. tanti sceleris infam.

borat, id metuit, cui honoris integros fructus nõ ei traditurus,[k] ne ęternã memoriam dedecoris relinquat.
89 ris relinquat.|| Hic vos orat, iudices, paruus, vt se aliquãdo, si nõ integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis. huic misero notiora sũt iudiciorum itinera, & fori,[l] quã disciplinarum. Non iam de vita P. Syllæ, iudices, sed de sepultura contenditur. vita erepta est superiore iudicio: nunc, ne corpus eiiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui, quod eum[m] in vita hac teneat? aut quid est, quamobrem hæc cuiquam vita videatur? Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se neque honore, neq; gratia,[n] nec fortunis anteferret. nunc spoliatus omni dignitate, quæ erepta sunt, nõ repetit: quod fortuna in malis reliqui fecit, vt cum parẽte, cũ liberis, cum fratre, cum his necessariis lugere suã calamitatẽ liceat, id sibi ne eripiatis,[o] vos,
90 iudices, obtestatur.|| Te ipsũ iã, Torquate+9 expletũ esse huius miseriis[p] pateat: etsi nihil aliud Syllæ, nisi consulatũ abstulissetis, tamen eo vos contentos esse oportebat. honoris enim contẽtio vos ad causam, non inimicitiæ deduxerunt. Sed cùm huic omnia cum honore detracta sint, cùm in hac fortuna[q] misera, ac luctuosissima destitutus sit: quid est, quod expetas ampliùs?[r] lucísne hanc vsuram eripere vis, plenam lacrymarum, atque mæroris, in qua cũ maximo cruciatu, atque dolore retinetur? libenter reddiderit, ademta ignominia fœdissimi criminis. an verò inimicum vt expellas? cuius ex miseriis, si esses crudelissimus, videndo, fructum caperes maio-
91 rem, quàm audiendo.|| O miserum, & infelicem illum diẽ, quo consul omnibus centuriis P. Sylla renuntiatus est: ô falsam spem: ô volúcrem fortunam: ô cæcam cupiditatem: ô præposteram gratulationem! Quàm citò illa omnia ex lætitia, & voluptate ad luctum & lacrymas reciderunt, vt, qui paulò antè consul designatus

k L. ne sit æternam, &c.

l L. quàm scholæ, & disciplinarum. al. quã disciplinarum, & scholæ.

m L. in hac vita ten.

n al. neque fortunis

o L. iudices, vos ob.

p L. pareat: vel, pigeat:

q L. miserrima ac luctuosissima d.

r L. lucísne huius vsuram.

fuiſſet, retineret repentè nullum veſtigium priſtinę dignitatis? Quid enim erat mali, quod huic ſpoliato honore, fama, fortunis, deeſſe videretur? aut cui nouæ calamitati locus vllus relictus

s L. reperit nouum mærorem

eſſet? vrget eadem fortuna, quæ cœpit:[50][s] repetit nouum mærorem: non patitur, hominem calamitoſum vno modo afflictum, vno in luctu perire.|| Sed iam impedior egomet, iudices, do- 92
lore animi, ne de huius miſeria plura dicam. veſtræ iam ſunt partes, iudices, in veſtra manſuetudine, atque humanitate cauſam totam repono. vos & reiectione interpoſita, nihil ſuſpicantibus nobis, repentini in nos iudices conſediſtis, ab accuſatoribus[t] delecti ad ſpem acerbitatis, à fortuna nobis ad præſidium innocentiæ conſtituti. Vt ego, quid de me populus Romanus exiſtimaret, quia ſeuerus in improbos fueram, laboraui, &, quæ prima innocentiæ mihi defenſio eſt oblata, ſuſcepi: ſic vos ſeueritatem iudiciorum, quæ per hos menſeis in homines audaciſſimos[51] facta eſt, lenitate ac miſericordia mitigare.|| Hoc cùm impetrare à vobis ipſa cau- 93
ſa cauſa debet: tum eſt veſtri animi, atque virtutis declarare, non eſſe eos vos, ad quos potiſſimùm, interpoſita reiectione, deuenire conuenerit. In quo ego, iudices, vos, quãtum meus amor in vos poſtulat, tãtum hortor, vt communi ſtudio, quoniam in rep. coniuncti ſumus, manſuetudine, & miſericordia * noſtra falſam à nobis crudelitatis famam repellamus.

t L. dilecti ad ſpem

L. veſtra

PRO



PRO A. LICINIO. ARCHIA POETA,

ORATIO VICESIMASEXTA.

Gracchus quidam Archiæ litem de ciuitate ea, quam Syluanus & Carbo tribuni plebis tulerant lege, intendit. QVAESTIO *est ergo, an Archias ciuis Romanus sit habendus. Accusat Gracchus.* REVS *Archias.* PATRONVS *Archiæ, Cicero. Habitam orationem puto (cum Manutio) D. Iunio Silano, & L. Licinio Murana* COSS. EVENTVS, *causam probauit Cicero.*

1 I quid est in me ingenij, iudices, * quòd sentio quàm sit exiguum aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatũ: aut, si huiusce rei ratio aliqua, ab optimarum artium studiis, & disciplina profecta, à qua ego nullum cõfiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo iure debet. Nã quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimã, inde vsque repetens, hunc * video mihi principẽ, & ad suscipiendã, & ad ingrediendã rationẽ horum studiorũ exstitisse. Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit: à quo id accepimus, quo ceteris opitulari, & alios seruare possem9, huic profectò ipsi[a] quantum est situm in nobis
2 & opem, & salutem ferre debemus.||Ac, ne quis

* EXORDIVM.

* L. vindico

a al. quãtũ situm est in n.

à nobis hoc ita dici fortè miretur, ꝙ alia quędã in hoc facultas sit ingenij, neq; hæc dicendi ratio, aut disciplina: [b]ne nos quidem huic *cũcti studio penitus vnquã dediti *fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculũ, & quasi cognatione quadam inter se continentur. ‖ Sed 3
necui vestrûm mirum esse videatur, me in quæstione *legitima, & in iudicio publico, cũ res agatur apud prætorem populi Romani lectissimũ virum, & apud seuerissimos iudices, tanto conuentu hominum, ac frequentia, hoc vti genere dicendi, ꝙ nõ modò à consuetudine iudiciorũ, verùm etiã à forensi sermone abhorreat: quæso à vobis, vt in hac causa mihi detis hãc veniam, accommodatã huic reo, vobis, queẽadmodũ spero, non molestã: vt me pro summo poëta, atque eruditissimo homine, dicentem, hoc concursu hominũ literatissimorũ, hac vestra humanitate, hoc deniq; prætore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac literarum, paulò loqui liberiùs: & in eiusmodi persona, quæ propter otium, ac studium minimè in iudiciis, periculisque tractata est, vti propè nouo quodam, & inusitato genere dicẽdi. ‖ Quod si mihi à vobis 4
tribui, cõcediq; sentiã: perficiã profectò, vt hũc A. Licinium non modò non segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium: verùm etiam, si non esset, putetis [c]asciscendum fuisse.* Nã vt primũ ex pueris excessit Archias, atq, ab iis artib⁹, quibus ætas puerilis ad humanitatẽ informari solet, se ad scribendi studiũ contulit primùm Antiochiæ (nã ibi natus est, [d]loco nobili, celebri quondã vrbe, & copiosa, atq; eruditissimis hominibus, liberalissimisq; studiis affluenti) [e]celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit. pòst in ceteris Asiæ partibus, cũctaq; Græcia, sic eius aduentus celebrabatur, vt famã ingenij, exspectatio hominis: exspectationẽ ipsius aduen

b L. ne nos quidẽ huic vni studio pen.
* al. iuncti al. vni
* al. fuerimus.
* lege Plotia.

c al. fuisse asciscendũ.
* NARRATIO.
d L. loco nobili, & celebri quõd.
e L. celeriter ei, vt antecelleret omnib. ing. gl.

5 aduẽtus,admiratioq; superaret.|| Erat Italia tũc
plena Græcarũ artium,ac disciplinarũ: studiaq;
hæc & in Latio vehementiùs tum colebantur,
quàm nũc iisdem in oppidis: & hic Romæ,pro-
pter tranquillitatem reip. non negligebantur.
Itaque hunc & Tarentini,[f] & Rhegyni,& Nea- f L.& Rhegini,
politani,ciuitate,ceterisq; præmiis donarunt:&
omnes,qui aliquid de ingeniis poterant iudica-
re, cognitione, atque hospitio dignum existi-
marunt. Hac tanta celebritate famæ, cùm esset
iam absentibus notus,Romam venit,Mario cõ-
sule,& Catulo.nactus est primùm consules eos,
quorum alter res ad scribendum maximas,alter
cũ res gestas,tũ etiã studiũ, atq; aureis adhibe-
re posset.Statim Luculli,cũ prætextatus etiã tũ
Archias esset,eũ domũ suã receperũt.[g]Sed enim g al.Etenim hoc non s.
hoc nõ solũ ingenij,ac literarũ, verũ etiã natu-
ræ,atq; virtutis fuit,vt domus, quæ eius adole-
scẽtiæ prima fuerit,eadẽ esset familiarissima se-
6 nectuti.||Erat tẽporib. illis iucũdus Q. Metello
illi,Numidico, [h] & eius Pio filio.audiebatur[i] à h L.& Pio, eius filio. i v.c.à M. Aemilio:
M.Aemilio:viuebat cũ Q.Catulo,& patre,& fi-
lio:àL.Crasso colebatur:Lucullos verò,&Dru-
sũ,& Octauios, & Catonẽ, & totã Hortensiorũ
domũ,deuinctã consuetudine cùm teneret,affi-
ciebatur summo honore,quod cũ non solùm cole-
bant, qui aliquid percipere,[k] aut audire stude- k L. atque audire st.
bãt,verũ etiam, si qui fortè simulabãt. Interim
[l]lõgo satis interuallo,cùm esset cum L.Lucul- l L.satis lõgo interuallo,
lo in Ciciliã profectus, & cùm ex ea prouincia
cum eodem Lucullo decederet,venit Heracleã:
quæ cũ esset ciuitas æquissimo iure, ac fœdere
adscribi se in eã ciuitatẽ voluit: idq;,cùm ipse
per se dignus putaretur,tũ auctoritate,& gratia
7 Luculli ab Heracliensibus impetrauit.||[m] Data m L. Data est ciuitas Siluani lege,&Carb.
* est ciuitas [2] Silani lege, & Carbonis, SI QVI
FOEDERATIS CIVITATIBVS ADSCRIPTI FVIS-
SENT: SI TVM, CVM LEX FERREBATVR, IN * CONFIRMATIO.
ITALIA DOMICILIVM HABVISSENT: [3] &,
SI SEXAGINTA DIEBVS APVD PRAETO-

REM ESSENT PROFESSI. Cùm hic domicilium
Romæ multos iam annos haberet, professus est
apud prætorem, Q. Metellum, familiarissimum
suum.+ || Si nihil aliud, nisi de ciuitate, ac lege 27
dicim⁹, nihil dico ampliùs, causa dicta est. Quid
enim horum infirmari, Gracche, potest? Hera-
cleæ ne esse eum adscriptum negabis? Adest vir
summa auctoritate, & religione, & fide [n] L. Lu-
cullus, qui se non opinari, sed scire: [o] non audi-
uisse, sed vidisse: nō interfuisse, sed egisse dicit.
adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homi-
nes, qui huius iudicij causa, cum mandatis, &
cum publico testimonio venerunt, [p] qui hunc
adscriptū Heracliēsē dicūt. Hìc tu tabulas desi-
deras. Heracliēsiū publicas, quas Italico bello,
incēso* tabulario, interisse scimus omnes. Est ri-
diculū, ad ea, quæ habemus, nihil dicere: quærere
quę habere nō possumus: & de hominū memoria
tacere, literarum memoriam flagitare: &, cū ha-
beas amplissimi viri religionē, integerrimi mu-
nicipij iusiurandum, fidémque: ea, quæ deprauа-
ri nullo modo possunt, repudiare: tabulas, quas
idem dicis solere corrūpi, desiderare. || [q] At do- 28
micilium Romæ non habuit is, [6] qui tot annis
ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum, ac
fortunarū suarum Romæ collocauit. At non est
professus. Immò verò iis tabulis professus, quæ
solæ ex illa professione, collegióque prętorum,
obtinent publicarum tabularum auctoritatem.
Nam cùm Appij tabulæ, negligentiùs asseruatæ
dicerentur, * Gabinij, quādiu incolumis fuit, le-
uitas post damnationem, calamitas, omnem ta-
bularū fidē resignasset: Metellus, homo sanctis-
simus, [r] modestissimúsque omnium, tanta dili-
gentia fuit, vt ad L. Lentulum prætorem, & ad
iudices venerit, & vnius nominis litura se com-
motum esse dixerit. His igitur tabulis nullā li-
turā [s] in nomē A. Licinij videtis. || Quæ cùm ita 29
sint, quid est, quod de eius ciuitate dubitetis,

n v. c. M. Lucullus,
o al. non audisse,
p L. qui hunc adscriptum Heracliæ esse dicunt.
* locus vbi tabulæ publicæ asseruabantur Ascon.
q L. At domicilium in Italia nō habuit is, &c. al. An domiciliū Italiæ non hab. is, &c. collocauit? quam lectionem æquè probo.
* al. trabij,
r L. omniūque modestiss.
s L. in nomine A. Licinij vid.
t L. cum aliis quoque ciuitatib. fuerit adscriptus!

præ

præsertim[s] cùm aliis quoque in ciuitatibus fuerit adscriptus?* Etenim cùm mediocrib. multis & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis, gratuitò ciuitatẽ in Græcia homines[u] impertiebãtur, Rheginos credo, aut Locrenseis, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod[x] scenicis artificibus largiri solebant, id huic, summa ingenij prædito gloria, noluisse? Quid? cùm ceteri non modò post ciuitatem datam, sed etiam post legem* Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic, [y] qui nec vtitur quidem illis, in quib. est scriptus, quòd semper

11 se Heracliensem esse voluit, reiicietur? [z] Census nostros requiris scilicet. Est enim obscurũ, proximis censorib. hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum fuisse: superioribus, cũ eodẽ quæstore fuisse in Asia. primis, Iulio, & Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed, quoniã census non ius ciuitatis cõfirmat, ac tantummodò indicat,[a] eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue: [b] iis tẽporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eũ in ciuiũ R. iure esse versatũ: & testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adiit hæreditates ciuiũ R. & in beneficiis ad ærariũ delàtus est à L. Lucullo prætore, & consule. Quære argumẽta, siqua potes numquã enim hic neque suo, ne-

12 que amicorum iudicio[c] reuincetur. [d] Quæres à nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuitio defessæ conquiescãt. An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerũ, nisi animos nostros doctrina excolamus: aut ferre animos tantã posse contentionẽ, nisi eos doctrina eadẽ relaxemus? Ego verò fateor, me his studiis esse deditũ. ceteros pudeat,[e] siqui se ita literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neq; ad cõmunẽ afferre fru-

ctum,

s vide Vict. 9. var. lect. c. 2.
u L. impertiebant.
x v. c. scænicis
* quia peregrini ex vrbe submoti.
y L. qui nec vtitur quidem illis,
z L. Census nostros requiris Scilicet est obs. &c.
a L. eum, qui sit census, se iam tum g.
b L. iis temporibus, per quæ tu criminaris, ne ipsius is quidem iudicio eum in ciuium R. iure esse vers.
c L. conuincetur,
d L. Quæris à n.
e L. siqui ita se lit.

ctum,neq; in adſpectum,lucémque proferre.Me
autẽ quid pudeat, qui tot annos ita viuo, iudi-
ces, f vt ab illis nullo me vmquam tempore aut
commodum aut otiũ meum abſtraxerit,aut vo-
luptas auocarit, aut deniq; ſomnus retardarit?
‖Quare quis tandẽ me reprehẽdat,aut quis mi- 13
hi iure ſuccenſeat, ſi, quantum ceteris ad ſuas
res obeũdas,quãtum ad feſtos dies ludorũ cele-
brãdos, quantũ ad alias voluptates,& ad ipſam
requiẽ animi,& corporis conceditur temporis:
g quantũ alij tribuunt intempeſtiuis conuiuiis:
quantum deniq; aleæ,quantum pilæ:tantũ mihi
egomet ad hæc ſtudia recoléda ſum ſero? h At-
que hoc adeò mihi concedendũ eſt magis,quòd
ex his ſtudiis, hæc quoque creſcit oratio,& fa-
cultas:quæ quantacumq; in me eſt, numquam
amicorũ periculis defuit. Quæ ſi cui leuior vi-
detur,illa quidẽ certè,quæ ſumma ſunt, ex quo
fonte hauriã,ſentio.‖Nam, niſi multorum præ-
ceptis, multiſq; literis i mihi ab adoleſcentia 14
ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita magnopere expetẽ-
dum,niſi laudem, atque honeſtatem: in ea autẽ
perſequenda omneis cruciatus corporis, omnia
pericula mortis,atque exſilij, parui eſſe ducen-
da:numquã me pro ſalute veſtra in tot,ac tãtas
dimicationes, atque in eos profligatorum ho-
minum quotidianos impetus obieciſſem. Sed
pleni omnes ſunt libri,plenæ ſapientum voces,
plena exemplorum vetuſtas:quæ iacerent in te-
nebris omnia, niſi literarum lumen accederet.
Quàm multas nobis imagines, nõ ſolùm ad in-
tuendum,verùm etiã admirandum,fortiſſimo-
rum virorum, expreſſas, ſcriptores & Græci, &
Latini reliquerunt? quas ego mihi ſẽper in ad-
miniſtranda republica proponens, animum, &
mẽtem meã ipſa cogitatione hominum excel-
lentium cõformabam.‖Quæret quiſpiam,quid?
illi ipſi ſummi viri,quorum virtutes literis pro-
ditæ ſunt,iſtáne doctrina,quam tu effers,laudi- 15
bus

f L. vt ab nullius vmquam me tempore aut

g L. quantũ alij tribuũt tempeſtiuis conuiu.

h L. Atque hoc eò mihi conced. eſt mag. quòd ex his ſtud. hæc quoque creſcet or.

i L. mihi ab adoleſcentia perſuaſiſſem;

bus eruditi fuerunt: Difficile est hoc de omnibus confirmare. sed tamẽ est certũ, quid respõdeã. Ego multos* homines [8] excellenti animo, ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos, & graueis exstitisse fateor. etiam illud adiungo, sæpius ad laudem, atque virtutem, naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Atq; idẽ ego contendo, cùm ad naturam eximiam, atq; illustrẽ accesserit [9] ratio quædam, [k] confirmatioq; doctrinæ: tum illud nescio quid
16 præclarũ, ac singulare solere exsistere. || Ex hoc esse hunc numero, quẽ patres nostri viderunt, diuinum hominẽ, Africanum: ex hoc C. Lælium, L. Furium, modestissimos homines, & continentissimos: ex hoc fortissimum virum, & illis temporib. doctissimum, M. Catonẽ illum senem: qui profectò si nihil ad percipiendã, colendamque virtutem, literis adiuuarẽtur, numquã se ad earum studium contulissent. Quòd si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studiis delectatio sola peteretur: tamen, vt opinor, [l] hanc animi* remissionem, humanissimam, ac liberalissimam iudicaretis. Nã ceteræ neque tẽporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum; hæc studia [10] [m] adolescentiã alunt, senectutem oblectãt, secundas res ornãt, aduersis perfugiũ, ac solatiũ præbẽt, delectãt domi, nõ impediunt foris, pernoctãt nobiscũ, peregrinãtur, rusticantur.
17 || Quòd si ipsi hæc neq; attingere, neq; sensu nostro gustare possemus, tamẽ ea mirari deberemus, etiã cũ in aliis videremus. [n] Quis nostrũ tã animo agresti, ac duro fuit, vt Roscij morte nuper nõ cõmoueretur? qui cũ esset senex mortuus, tamẽ propter excellẽtẽ artẽ, ac venustatẽ, videbatur omninò mori nõ debuisse. Ergo ille corporis motu tãtũ amorẽ sibi cõciliarat à nobis omnib. nos animorũ incredibileis mot', celeritatẽq; ingeniorũ negligemus?
18 || Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, (vtar enim vestra beni-

* al. fuisse sine doctrina & post, & per seipsos

k L. confor matioque doctrinę:

l v. c. hanc animaduer sionem, & ita I.

* Muret. auersionẽ, var. lect. li. 12. c. 15.

m v. c. adolescentiam agunt, senect.

n L. Quis nostrum animo tam agr.

gnitate,quoniã me in hoc nouo genere dicendi tã diligenter attẽditis (quoties ego hũc vidi,cũ literam scripsisset nullam,magnũ numerũ optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tũ agerentur,dicere ex tempore? quoties* reuocatum eandem rem dicere, commutatis verbis, atque sententiis? Quæ verò accuratè, ° cogitatéque scripsisset:ea sic vidi probari, vt ad veterũ scriptorum laudem peruenirent. [p] Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare: poëtam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari,& quasi diuino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas,quòd quasi deorum aliquo dono,atque munere commendati nobis esse videantur.|| Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, 19
humanissimos homines,hoc poëtæ nomẽ,quod nulla vmquam barbaria violauit. Saxa & solitudines [q] voce respondent,bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur,atque consistunt:nos institutis reb. optimis nõ poëtarũ voce moueamur? Homerum Colophonij ciuem esse dicũt suũ,[r] Chij suum vẽdicãt,Salamini repetunt, [s] Smyrnæi verò suum esse * confirmant.[t] Itaq; etiam delubrũ eius in oppido dedicauerunt permulti alij præterea pugnant inter se, atque contendunt.Ergo illi alienum,quia poëta fuit,post mortem etiam expetunt:nos hunc viuum,*& qui voluntate,& legibus noster est, repudiabimus? præsertim cũ omne olim studiũ, atque omne ingenium contulerit.Archias ad populi Romani gloriam,laudémque celebrandam? nam & Cimbricas res adolescens attigit,& ipsi illi C.Mario,qui durior ad hæc studia videbatur iucundus fuit.|| Neque 20
enim quisquam est tam auersus à Musis, qui nõ mandari versibus [u] æternum suorum laborum facilè

* al.reuocatam
° al.cogitatóque scr.
p L. Hunc ego non diligam?
q L.voci
q L.respondent,
r L.Chij,vt suum vendicant,
s v.c.Zmyrnæi
t L. itaque etiam delubrum ei in op.
* confitentur.
* L. & qui volunt.
v L.æternũ suorum laborum præconium facilè patiatur.

facilè præconium patiatur. * Themiſtoclem il-
lum, ſummum Athenis virum, dixiſſe aiunt, cùm
ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocē
libentiſſimè audiret: eius à quo ſua virtus opti-
mè prædicaretur.ˣ Itaque ille Marius item exi-
mie ʸ L. Plotium dilexit: cuius ingenio puta-
21 bat, ea, quæ geſſerat, poſſe celebrari. Mithrida-
ticum verò bellum magnum atque difficile, &
multa varietate, terra, mariq; verſatum, totum
ab hoc expreſſum eſt: qui libri ᶻ non modò L.
Lucullum, fortiſſimum, & clariſſimum virū, ve-
rū etiam populi R. nomen illuſtrant. Populus e-
nim R. aperuit, Lucullo imperante, Pontum, &
regiis quondam opibus, & ipſa natura regionis
vallatum: populi R. exercitus, eodem duce non
maxima manu innumerabileis Armeniorum co-
pias fudi populi R. laus eſt, vrbem amiciſſimam
Cyzicenorum, eiuſdē conſilio, ex omni impetu
regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptā eſſe,
atque conſeruatam: noſtra ſemper feretur, &
prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cùm inter-
fectis ducibus depreſſa hoſtium claſſis, & incre-
dibilis apud Tenedum pugna illa naualis no-
ſtra ſunt ᵃ trophæa noſtra * monimenta noſtri
triumphi. Quare, quorum ingeniis hæc feruntur,
22 ab iis populi R. fama celebratur. Carus fuit A-
fricano ſuperiori noſter Ennius. itaque etiam
in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe con-
ſtitutus,* è marmore. At iis laudibus certè ᵇ
non ſolùm ipſi, qui laudantur, ſed etiam populi
Romani nomen ornatur. In cælum huius proa-
uus Caio tollitur. magnus honos populi Roma-
ni rebus adiungitur omnes denique illi Maxi-
mi, Marcelli, Fuluij, non ſine communi omnium
noſtrûm laude decorantur. Ergo illum, qui hæc
fecerat, Rudium hominem maiores noſtri in ci-
uitatem receperunt: nos hunc Heraclienſem, ᶜ
multis ciuitatibus expetitum, in hac autem le-
gibus conſtitutum, de noſtra ciuitate ᵈ eiicie-

*vide Plut. lib de ſenis officio.
x L. Itaque Marius ille item exim.
y al. L. Plautium.
z for non modò L. Luculli, fortiſſimi, & clariſsimi viri, verùm etiam &c.
a L. tropæa.
* L. monumenta,
* ex.
b for non ſolùm ipſi, qui l.
c L. à multis.
d v.c. eiiciemus.

mus.‖Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi, quàm ex Latinis, vehemẽter errat, propterea quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus : Latina suis finibus, exiguis sanè, continentur. [e] Quare si res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur: cupere debemus, [12] [f] quò minus manuũ nostrarum tela peruenerint, eodem gloriam, famámque penetrare: quòd cùm ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt: tum iis certè, qui de vita, gloriæ causa, dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum.‖Quàm multos scriptores rerum suarum. Magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen, cùm in Sigæo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. Et verè. nam, nisi Ilias exstitisset illa: idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomẽ etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit, nónne Theophanem Mytilenæum, scriptorem rerum suarũ, in concione militum ciuitate donauit? & nostri illi, fortes viri, sed rustici, ac milites, dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore [g] approbauerunt?‖Itaq; credo, si ciuis Romanus Archias legibus non esset, vt ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit. Sylla, cùm Hispanos, & Gallos donaret: credo, hunc petentem repudiasset: quem nos in cõcione vidimus, cùm ei libellum malus poeta de populo subiecisset, quòd epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tunc vendebat, iubere ei premiũ tribui sub ea conditione, nequid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, huius ingenium, & virtutem in scribendo, & copiam non expetisset?

24 (beside "laborum.‖Quàm multos scriptores rerum sua-")

25 (beside "runt?‖Itaq; credo, si ciuis Romanus Archias le-")

e L. Quare si res eæ, q.

f L. quo manuũ nostrarum tela peruenerint. vide Vict. 1. Var. c. 14.

g L. approbarunt.

26 set?|| Quid? à Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui ciuitate multos donauit, neque per se, neq; per Lucullos impetrauisset? qui presertim vsque eò de suis rebus scribi cuperet, vt etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aureis suas dederet. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest: sed præ nobis ferendum: trahimur omneis laudis studio: & optimus quisque maximè gloria ducitur. Ipsi illi Philosophi, etiam in illis libellis, quos de cōtemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo, ipso, in quo prædicationem, nobilitatémque despiciunt, [h] prædicari de se, ac nominari volunt. h L. prædicari e ac.

27 ||[i] Decius quidem Brutus, summus ille vir, & imperator, Attij, amicissimi sui, carminibus tēplorum, ac monumentorum aditus exornauit suorum. Iam verò ille, qui cum Aetolis, Ennio comite bellauit, Fuluius non dubitauit Martis manubias Musis consecrare. Quare, in qua vrbe imperatores prope armati, poëtarum nomē, & Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices à Musarum honore, & à poetarum i L. decimus quidem.

28 salute abhorrere.|| Atque, vt id libentiùs faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri, fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nā, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius vrbis, atque imperij, & pro vita ciuium, proque vniuersa republica gessimus, attigit hic versibus, atque inchoauit: quibus auditis, quòd mihi magna res, & iucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorúmque desiderat, præter hanc laudis: & gloriæ: qua quidē detracta, iudices, quid est quod in hoc tā exiguo vitę curriculo, & tā breui, [k] tātis k L. tantis nos laboribus exerceamus?

29 nos in laboribus exerceamus?|| Certè, si nihil animus præsentiret in posterum, & si, quibus re-

regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, eiſdem omneis cogitationes terminaret ſuas: [l] nec tantis ſe laboribus frangeret, neq; tot curis, vigiliiſque [m] angeretur, neque toties de vita ipſa dimicaret. nunc inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ nocteis, & dies animũ gloriæ ſtimulis concitat, atque admonet.[13] non cum vitæ tempore [n] eſſe dimittendam cõmemorationem nominis noſtri. ſed cum omni poſteritate adæquandam.‖ 30
An verò tam parui animi videamur eſſe omnes, [o] qui in republica, atque in his vitæ periculis, laboribuſque verſamur, vt, cùm vſque ad extremum ſpatium, nullũ tranquillum, atque otioſum ſpiritum duxerimus, nobiſcum ſimul moritura omnia arbitremur? An, cùm ſtatuas, & imagines, non animorũ ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſè multi ſummi homines [p] reliquerunt, conſiliorum relinquere, ac virtutum noſtrarum effigiem [q] nónne multò malle debemus, [14] [r] ſummis ingeniis expreſſam, & politam? Ego verò omnia, quæ gerebam iam tum in gerẽdo ſpargere me, ac diſſeminare arbitrabar in orbis terræ memoriam ſempiternam. [15] Hæc verò ſiue à meo ſenſu poſt mortem [s] abfutura ſunt, ſiue, vt ſapientiſſimi homines putauerunt, ad aliquam animi mei partem [t] pertinebunt: nunc quidem certè cogitatione quadã, ſpéque delector.‖ 31
Quare conſeruate, iudices, hominem pudore eo [16] quẽ [u] amicorum ſtudiis videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venuſtate, ingenio autem tanto, quantum id conuenit exiſtimari, [x] quod ſummorum hominum ingeniis expetitum eſſe videatis: cauſa verò eiuſmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipij, teſtimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cùm ita ſint: petimus à vobis, iudices, ſi qua non modò humana, verùm etiam diuina in tantis negotiis commendatio debet eſſe: vt eum, qui vos, qui veſtros imperatores

l L. neque tantis ſe lab.
m for. angeret.
n L. eſſe dimetiendã comm.
o al. qui in hac rep.
p L. reliquerint,
q L.[a] non multùm,
r for. à ſummis ingeniis.
s L. afutura eſt? ſiue, vt ſ.
t L. pertinebit:
* PERORATIO.
u L. amicorum videtis comprobari tum dignit. tum de iuſt. al. amicorum viribus cõprobari, tũ dignitate, tũ venuſt.
x L. quod à ſummorum homin.

res, qui populi Ro. res geſtas ſemper ornauit: qui etiam his recentibus noſtris, veſtríſque domeſticis periculis æternum ſe teſtimonium laudum daturum eſſe profitetur: [17] quique eſt eo numero, qui ſemper apud omneis ſancti ſunt habiti, atque dicti. [18] ſic in veſtram [y] accipiatis fidem, vt humanitate veſtra leuatus potius, quàm acerbitate violatus eſſe videatur.
32 ¶Qua de cauſa pro mea conſuetudine, breuiter, ſimplicitérque dixi, iudices, ea confido probata eſſe omnibus: [16] quæ non [z] fori, neque iudiciali conſuetudine, & de hominis ingenio, * & communiter de ipſius ſtudio locutus ſum, ea, iudices, à vobis ſpero eſſe in bonam partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certè ſcio.

y L. fidem accipiatis, z for. forenſi. * L & communiter de meo, atque ipſius ſtud. a in v c. duobus hæc oratio ſequitur, eã, quam habuit in ſenatu, & pręterea habet hanc inſcriptionem, CVM POPVLO GRATIAS EGIT.



[a] AD QVIRITES * POST REDITVM,

ORATIO VICESIMA SEPTIMA.

Poſt exſulium ſexdecim menſiũ P. Lentulo Qu. Metello cos. reſtitutus gratum ſe & officiũ memorem populo Romano oſtendit. Atque in prima huius, orationis parte, beneficij magnitudinem, & reditus honorem commemorat. In ſecunda parte non modò ſibi ademptam calamitatem, ſed auctam etiam dignitatem oſtendit. Poſtremò ſummam & perpetuam erga populum Rom. pietatem, pro referenda gratia pollicetur.

1 VOD precatus à Ioue Optimo, Maximo, ceteriſq; diis [b] immortalib. ſum, Quirites, eo tempore, cùm me, fortunáſque meas pro veſtra incolumitate, otio, cõcordiaq; deuoui, vt, ſi meas rationes vmquã veſtræ ſaluti antepo-

* Orationes (inquit Manut.) quæ ad Quirites inſcribitur, ſuſpicor interdũ ſcriptam eſſe, nõ habitam: eius enim ſi habita eſſet, videtur mẽtionem facturus fuiſſe ep. 1. l. 4. ad Att. vt mentionẽ fecit orationis in ſenatu habitæ. b v. c. immortalib.

fuissem:sempiternã pœnã sustinerẽ,mea volũtate susceptã. sin & ea,quæ antè gesserã, conseruandæ ciuitatis causa gessissem,& illam miserã profectionem vestræ salutis gratia suscepissem: vt quod odiũ scelerati homines, & audaces in remp.[c] & in omneis bonos conceptũ iãdiu continerent,[1] id in me vnũ potius,quã in optimum quemque,& in vniuersam remp.deflecterẽt:hoc si animo in vos,liberósque vestros fuissem, vt aliquãdo vos,patres conscriptos,Italiámque vniuersam memoria mei,misericordia,desideriũque teneret:[2] eius deuotionis me esse conuictũ iudicio deorum immortalium,testimonio senatus,consensu Italiæ,confessione inimicorũ,beneficio diuino,immortalique vestro,maximè lætor, Quirites. || [d] Et si homini nihil est magis 2
optandũ,quàmprospera,æquabilis,perpetuáque fortuna,[e] secũdo vitæ sine vlla offensione cursu:tamen,si mihi tranquilla, & placata omnia fuissent:incredibili quadã,& pænè diuina, qua nunc,vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruissẽ.Quid dulcius hominũ generi à natura datum est,quã sui cuiq; liberi?mihi verò & propter indulgentiã meã & propter excellens eorũ ingenium,vita sunt mea cariores.tamen nõ tãta voluptate erant; suscepti,quãta nunc sunt restituti.||Nihil cuiquã fuit vmquã iucundiùs,quàm 3
mihi meus frater.nõ tã id sẽtiebã,cùm fruebar, quã tunc cùm carebã:& posteaquã vos me illi, &mihi eum reddidistis:Res familiaris sua queq; delectat:4*reliquę meę fortunę recuperatæ, pl' mihi nunc voluptatis afferunt,[5]quã tunc: incolumi afferebant.Amicitiæ cõsuetudines,vicinitates,cliẽtelæ,ludi deniq;& dies festi, quid haberent voluptatis,carẽdo magis intellexi,quàm fruẽdo.||Iã verò honos,dignitas,locus, ordo,beneficia vestra,quãquã mihi sẽper clarissima visa 4
sunt,tamẽ ea nunc renouata,illustriora vidẽtur, quã si obscurata nõ essent.Ipsa autẽ patria, dij im-

c v.c.& in omnis.

d Et si nihil est homini mag.

e L. secundus vitæ sine vlla offensione cur sis:

*L.reliquię

f L.incolumi totæ afferebant.v.c.incolumitatis afferebant. mendosè.

immortales,[g] dici vix poteſt,quid caritatis,quid voluptatis habet?quæ ſpecies Italiæ?quæ celebritas oppidorũ?quę forma regionum?qui agri? quæ fruges,quæ pulchritudo vrbis? quæ humanitas ciuiũ?quæ reip.dignitas? quæ veſtra maieſtas?quibus ego omnib. antea rebus ſic fruebar,vt nemo magis.Sed tanquã bona valetudo iucundior eſt eis,qui è graui morbo recreati ſunt,quã qui numquã ægro corpore fuerunt:ſic ea omnia deſiderata magis,quàm aſſiduè percepta,delectant.

5 Quorſum igitur [h] hæc diſputatio? quorſum?vt intelligere poſſitis,neminẽ vmquã tanta eloquentia fuiſſe;neq;tã diuino,atque incredibili genere dicendi,qui veſtrorũ magnitudinẽ,multitudineq; beneficiorũ,quæ in me,fratrẽq; meũ:liberóſq;noſtros cótuliſtis nõ modò augere,aut ornare oratione,ſed enumerare, aut conſequi poſſit.* A parentibus,id q; neceſſe erat,paruus ſum procreatus: à vobis natus ſum conſularis.Illi mihi fratrem,incognitum,qualis futurus eſſet,dederunt:vos ſpectatũ & incredibili pietate cognitũ reddidiſtis.Rẽp. his accepi tẽporibus eã,quæ pænè amiſſa eſt:à vobis eã recuperaui,quã aliquãdo omnes vnius opera ſeruatã [i] iudicauerunt Dij immortales [k] mihi liberos dederunt:vos reddidiſtis. multa præterea à diis immortalibus optata cõſecuti ſumus,[5] niſi veſtra volũtas fuiſſet omnibus diuinis munerib. [l] caruiſſemus. veſtros deniq; honores,quos eramus gradatim ſingulos aſſecuti,nunc à vobis vniuerſos habemus:vt,quantũ anteà parentibus, quantũ diis immortalib.quãtum vobiſmetipſis, tantũ hoc tẽpore,[6] [m] vniuerſo cũcta populo R. debeamus.

6 Nã cũ in ipſo beneficio veſtro tanta magnitudo eſt,vt eã cõplecti oratione nõ poſſim:tũ in ſtudiis veſtris tãta animorũ declarata eſt volũtas,vt nõ ſolũ calamitatẽ mihi detraxiſſe,ſed etiã dignitatẽ auxiſſe videamini.Nõ enim pro meo reditu, vt pro P. Popilij, nobiliſſimi ho

[g] for.dicī vix poteſt, quid voluptatis habeat,

[h] L. hæc diſputatio?

* CONFIRMATIO.

[i] al. iudicarunt.

[k] L.liberos mihi.

[l] L.careremus.

[m] L.vniuerſim cuncto populo R. d.

hominis, adoleſcentes filij, & multi præterea cognati, atque affines deprecati ſunt, nõ, vt pro Q. Metello, clariſſimo viro,[n] iam ſpectata ætate filius: non 7 L. Dalmaticus conſularis, ſumma auctoritate vir, non Qu. Metellus cenſorius, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui cum conſulatum petebat, non ſororum filij, Luculli, Seruilij, Scipiones: permulti enim tum Metelli, [8] aut [o] Metellorum liberi pro Q. Metelli reditu vobis, ac patribus veſtris ſupplicauerunt. quòd ipſius ſumma dignitas, maximéq; res geſtæ non ſatis valerent: tamen filij pietas, propinquorũ preces, adoleſcentium ſqualor, maiorum natu lacrymæ populum R. mouere potuerunt.|| Nam C. Marij, qui poſt illos veteres clariſſimos conſulareis,[p] veſtra patrũq; memoria, 7
tertius ante conſularis, ſubiit indigniſſimã fortunam præſtantiſſima ſua gloria, diſſimilis fuit ratio. Non enim ille deprecatione rediit,[9] ſed in * diſſenſu ciuium, exercitu ſe, armiſque reuocauit.[q] Me autẽ nudum à propinquis, nulla cognitione munitum, nullo armorum, ac tumultus metu, C. Piſonis generi mei, diuina quędam, & inaudita auctoritas: atque virtus, fratriſque mei miſerrimi, atque optimi quotidianæ lacrymæ, ſordéſq; lugubres à vobis deprecatę ſunt.|| Fra- 8
ter erat vnus, qui ſuo ſqualore veſtros oculos inflecteret: qui ſuo fletu deſiderium mei, memoriámq; renouaret: qui ſtatuerat, Quirites, ſi vos me ſibi non reddidiſſetis, eandem ſubire fortunã: & tanto in me amore exſtitit, vt negaret fas eſſe non modò domicilio, ſed ne ſepulchro quidem ſe à me eſſe ſeiunctum. Pro me pręſente ſenatus, hominúmque præterea viginti millia veſtem mutauerunt:[10] [r] pro eodem me abſente vnius ſqualorem, ſordeiſque vidiſtis.[11] Vnus hic [s] qui domi, qui in foro poſſet eſſe mihi pietate filius, inuentus eſt beneficio parens, amore idẽ qui ſemper fuit, frater. Nam coniugis miſeræ,

ſqua

n L. iā ſpectata ætate filius L. Metellus Diadematus, conſularis, ſ. a. v. Q. Metellus cenſ. eorum lib. Q. Met. Nepos, qui t. conſ. pet. ſororum fil.
o L. Metellarum lib.
p v. c. hac veſtra, patrúmque.
* al. diſcidiu al. diſceſſu.
q v. c. At me nudum propinquis
r L. pro eodem abſente vn.
s L. qui domi poſſet eſſe mihi ætate filius in foro pietate, item filius inuentus eſt, beneficio parẽs, amore.

ſqualor,& luctus,atque optimæ filiæ mæror aſſiduus,filiique parui deſiderium mei, lacrymæq; pueriles,aut itineribus neceſſariis,[12] aut [t] magna parte tectis,ac tenebris cõtinebantur.Quare hoc maius eſt veſtrum in nos promeritum, q non multitudini propinquorum, ſed nobiſmet

t L. magnã partem.

9 ipſis nos reddidiſtis.|Sed quemadmodum propinqui quos ego parare non potui,mihi ad deprecandam calamitatem meam non affuerunt: ſic,illud,quod mea virtus præſtare debuit,adiutores,auctores,hortatoreſque ad me reſtituendum ita multi [u] fuerunt,vt longè ſuperiores [x] omneis hac dignitate,copiáque ſuperarem.Nũquam de P.Popilio,clariſſimo, atque fortiſſimo viro:numquam de Q.Metello, nobiliſſimo, & conſtantiſſimo ciue:numquã de C.Mario cuſtode ciuitatis,atque imperij veſtri, in ſenatu

u v.c.fuere.
x v.c.omnis h.

10 mentio facta eſt.|Tribunitiis ſuperiores illi rogationibus,nulla auctoritate ſenatus ſunt reſtituti.Marius verò non modò non à ſenatu,ſed etiam oppreſſo ſenatu eſt reſtitutus : nec rerum geſtarum memoria in reditu C.Marij,ſed exercitus,atque arma valuerunt. at de me, vt valeret,ſemper ſenatus flagitauit:vt aliquando perficeretur,cùm primùm licuit,frequentia, atque auctoritate perfecit.[13] nullus in eorum reditu motus municipiorum,& coloniarum factus eſt. at me in patriam ter ſuis decretis Italia cuncta reuocauit.Illi inimicis interfectis,magna ciuiũ cæde facta,reducti ſunt.ego iis,à quibus eiectus ſum,prouincias obtinẽtibus,[14] inimico [y]autem optimo viro,& mitiſſimo,altero conſule referente reductus ſum:cùm is inimicus,qui ad meã perniciem vocẽ ſuam cõmunibus hoſtibus præbuiſſet,ſpiritu duntaxat viueret, re quidem in-

y L.autẽ altero conſule optimo viro, & mitiſſ.altero referente red.

11 fra omneis mortuos amandatus eſſet.|Numquã * de Popillio L.Opimius, fortiſſimus conſul, numquam de Qu.Metello non modò C.Marius, qui erat inimicus,ſed ne is quidem,qui ſecutus

* L.P.Popilio.

est, M. Antonius, homo eloquentissimus, cum A. Albino collega senatum, ant populum est cohortatus. At pro me superiores cõsules semper, vt referrẽt, efflagitati sũt, sed veriti sunt ne gratiæ causa facere viderẽtur, ꝙ: alter mihi affinis erat: alteri[9] causã capitis receperã: quis prouinciarum fœdere* irretiti totũ illum annũ[a] querelas senatus, luctum bonorum, Italiæ gemitum pertulerunt. Kal. verò Ian. posteaquã orba resp. consulis fidẽ, tanquã legitimi tutoris, implorauit P. Lentulus consul [16] parens, deus salus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, simul ac de solẽni religione retulit, nihil humanarũ rerũ sibi prius quàm de me agendum iudicauit. Atq; 12
eo die confecta res esset,[17] nisi* is tribunus pl. quẽ ego maximis beneficiis quæstorẽ cõsul ornauerã, cùm & cunctus ordo, & multi eũ summi viri orarent, & Cn. Oppius socer, optimus vir ad eius pedes flens iaceret: noctẽ sibi ad deliberandũ postulasset: quę deliberatio non in reddenda, quẽadmodum nonnulli arbitrabantur: sed, vt patefactũ est, in augenda mercede cõsumta est. Postea res acta est in senatu alia nulla:[a] & cùm variis rationibus impediretur, voluntate tamen perspecta senatus, causa ad vos mẽse Ian. deferebatur. Hîc tantũ interfuit inter me, & inimicos 13
meos. Ego cùm homines in tribunali Aurelio palã cõscribi, centuriarique vidissẽ: [b] cùm intelligerẽ, veteres ad spẽ cædis, Catilinæ copias esse reuocatas: cùm viderẽ, ex ea parte homines, cuius partis nos vel principes numerabamur, partim quòd mihi inuiderent, partim ꝙ sibi timerent, aut proditores esse aut desertores salutis meæ: cùm duo consules emti pactione prouinciarum auctores se inimicis reip. tradidissent, cũ egestatẽ, auaritiã, libidines suas viderent expleri non posse, nisi me constrictum domesticis hostibus dedidissent: cùm senatus, equitésq; Rom. flere

*al. irritati.
z q. v. c. querellas.

* Sex. Attilius Serranus.

a q. v. c. non habent co pul. &

b for. cùm intelligerẽ ad spem cædis veteres Catilinæ cop.

flere pro me,ac mutata veſte, vobis ſupplicare edictis,atque imperiis vetarentur,cùm omnium prouinciarum pactiones,cùm omnia cum omnibus fœdera,reconciliationes gratiarum, ſanguine meo ſancirentur:cùm omnes boni nõ recuſarent,quin vel pro me, vel mecum perirent armis decertare pro mea ſalute * nolui,quod & vincere.& vinci luctuoſum reip.fore putaui.

14 ‖At inimici mei menſe Ian.cùm de me ageretur corporibus ciuium trucidatis, flumine ſanguinis meum reditum intercludendum putauerunt. Itaque [c] cùm ego abfui,eam remp.habuiſtis, vt æquè me,atque illã reſtituendam putaretis.ego autem,in qua ciuitate nihil valeret ſenatus,omnis eſſet impunitas,nulla iudicia, vis & ferrum in foro verſarẽtur:cùm priuati ſe parietum præſidio,non legum tuerentur:tribuni pl.vobis inſpectantibus, vulnerarentur ad magiſtratuum domos cum ferro, & facibus iretur, conſulis faſces frangerentur,deorum immortalium templa incenderentur:remp.[d] nullam eſſe putaui. Itaque neque rep. exterminata mihi locum in hac vrbe eſſe duxi:nec,ſi illa reſtitueretur, dubitaui,quin me ſecum ipſa reduceret.

15 ‖ An ego cùm mihi eſſet exploratiſſimum, P. Lentulum proximo anno conſulem futurum,qui illis ipſis reip. periculoſiſſimis temporibus ædilis curulis,me conſule, omnium meorum conſiliorum particeps, periculorúmque ſocius fuiſſet: dubitarem, quin is me, confectum conſularibus vulneribus,conſulari medicina ad ſalutem reduceret?Hoc duce,collega autem eius,clementiſſimo,atque optimo viro,primò non aduersãte,pòſt etiam adiuuante reliqui magiſtratus pæne omnes fuerunt defenſores ſalutis meæ. ex quibus excellenti animo, [18] virtute [e] auctoritate, præſidio,T. Annius,& P. Sextius,præſtãti in me beneuolentia, & diuino ſtudio exſtiterunt.eodémque P. Lentulo auctore, & pariter

* al.nolui quod potui quod & vincere.

c L. cùm ego afui, al. cũ ego abſum.

d L.eſſe nullam p. & ita v.c.

e for. auctoritate prædit,T. Annius,& P. Sextius.

refe

refetente collega,frequentiſſimus ſenatus, vno diſsentiente,nullo intercedente , [f] dignitatem meam quibus potuit verbis ampliſſimis ornauit:ſalutem vobis,municipiis coloniiſque omnibus cõmendauit.|| Ita me [g] nudũ à propinquis, 16
nulla cognatione munitũ,cõſules,prætores,tribuni pl.ſenatus,Italia cuncta , ſemper à vobis deprecata eſt·denique omnes,qui veſtris maximis benficiis,honoribuſque ſunt ornati,[19] producti ad vos ab eodem non ſolùm ad me conſeruandũ vos cohortati ſunt,ſed etiã rerũ mearũ geſtarũ auctores,teſtes,[20] [h] laudatoréſq;fuerunt. Quorum princeps ad cohortandos vos, & ad rogandos fuit Cn.Pompeius,vir omniũ , qui ſunt,fuerunt,erunt virtute,[i] ſapientia, ac gloria princeps:qui mihi vnus vni priuato amico eadẽ omnia dedit,quæ vniuerſæ reip.ſalutem , otiũ, dignitatẽ. cuius oratio fuit, quemadmodũ accepi:[k] tripartita. primùm vos docuit,meis cõſiliis remp.eſſe ſeruatã:cauſámque meam cũ cõmuni ſalute cõiunxit:hortatuſq; eſt,vt auctoritatẽ ſenatus,ſtatũ ciuitatis,fortunas ciuis bene meriti defenderetis:tum in perorando poſuit, vos rogari à ſenatu,rogari ab equitibus R. rogari ab Italia cuncta:denique ipſe ad extremũ pro mea vos ſalute non rogauit ſolũ, verũ etiã obſecrauit.|| Huic ego homini,Quirites,tantum 17
debeo,quantum hominẽ homini debere vix fas eſt.Huius conſilia,P.Lentuli ſententiã, ſenatus auctoritatẽ vos ſecuti,in eo me loco, [l] in quo veſtris beneficiis fuerã,iiſdẽ centuriis,quib. collocaratis,repoſuiſtis. Eodẽ tẽpore audiſtis eodem ex loco ſummos viros,ornatiſſimos, atque ampliſſimos homines,principes ciuitatis,[m] omneis conſulareis,omneis prætorios eadem dicere,vt omniũ teſtimonio per me vnum remp.cõſeruatam eſſe conſtaret.Itaque cùm P.Seruilius, grauiſſimus vir,& ornatiſſimus ciuis , dixiſſet, opera mea rempub. incolumem magiſtratibus dein-

f L.dignitatem meam quàm potuit verbis ampl. orn.
g v.c. nudũ propinquis

h L. laudatores fuerunt. & ita v.c.
i L.ſapientia, gloria, pt.al. virtute , gloria, ſapientia, princ.
k al.tripartita.

l L. in quo veſtris beneficiis collocatus fueram,iiſdem cent.
m v.c.omnis conſularis,omnis præt.

deinceps traditam,dixerunt in eandẽ sentẽtiam ceteri.Sed audistis eo tempore clarissimi viri nõ solùm auctoritatem,sed etiam testimonium L. Gellij,qui,quia suam classem attẽtatam magno cum suo periculo pænè sensit: dixit in contione vestra:si ego consul,cùm fui,non fuissem, remp.
18 funditus interituram fuisse. ‖ En ego tot testimoniis, Quirites,hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiæ. tanto studio bonorum omnium,agente.P.Lentulo,consentientibus ceteris magistratibus,deprecante Cn.Pompeio omnibus hominibus fauẽtibus,[n] diis denique immortalibus,frugũ vbertate, copia,vtilitate , reditum meũ comprobantibus,mihi meis,reip.restitutus,tantum vobis,quantum facere possum, Quirites, pollicebor:primũ,qua sanctissimi homines pietate erga deos immortaleis esse solẽt, eadem me erga populũ R.semper fore:numénq; vestrum æquè mihi graue,&sanctum,ac deorum immortalium in omni vita futurũ:deinde , quoniam me in ciuitatẽ resp.ipsa reduxit,nullo me
19 loco reip.defuturum. ‖ Quod si quis existimat, me aut volũtate esse mutata, aut debilitata virtute,aut animo fracto vehementer errat,mihi ꝙ potuit vis,& iniuria , [29] & sceleratorũ hominũ furor detrahere. [o] eripuit , abstulit , dissipauit: quod viro forti adimi non potest,id manet , & permanebit.Vidi ego fortissimum virũ, municipem meũ, C.Mariũ,quoniã nobis quasi aliqua fatali necessitate,non solùm cũ his,qui hæc delere voluissent,sed etiam cum fortuna belligerandũ fuit:eum tamen vidi,cùm esset summa senectute,non modò non infracto animo propter magnitudinem calamitatis,sed cõfirmato atq;
20 renouato.‖ quẽ egomet dicere audiui,tũ se fuisse miserũ,cùm careret patria,quam obsidione liberauisset:cũ sua bona possideri ab inimicis, ac diripi audiret:cùm adolescentẽ filium videret eiusdem socium calamitatis : cùm in paludibus demer

n v.c.diis denique

o L.id eripuit, ast.

demersus,concursu,ac misericordia Minturnen-
sium corpus,ac vitam suam conseruasset:[21] [p] cū
parua nauicula traiectus in Africam,quibus re-
gna ipse dederat, ad eos inops,supplexque ve-
nisset:recuperata verò sua dignitate,se non cō-
missurum,vt cùm ea quæ amiserat,sibi restituta
essent,virtutem animi non haberet,quam num-
quam perdidisset.|| Sed hoc inter me,atque illū 21
interest:quòd ille, qua re plurimùm pŏtuit, ea
ipsa re inimicos suos vltus est [22] armis:ego,qua
consueui vtar,pietate:quoniam illi arti in bel-
lo,ac seditione locus est:huic in pace,atque o-
tio.Quamquam ille animo irato nihil nisi de
inimicis vlciscendis agebat,ego de ipsis inimi-
cis tantum,quantum mihi resp.permittet,cogi-
tabo. Denique,Quirites,quoniā me [q] quatuor
omnium genera hominum violarunt:vnū eorū,
qui odio reip.quòd eam ipsis inuitis conserua-
tam,mihi inimicissimi fuerunt:alterum,qui per
simulationem amicitiæ , nefariè prodiderunt:
tertium,qui cùm propter inertiam suam, eadem
assequi non possent,inuiderunt laudi, & digni-
tati meæ:quartum,qui cùm custodes reip. esse
debuerunt,salutem meā,statum ciuitatis,digni-
tatē eius imperij, quod erat penes ipsos, vendi-
derunt:sic vlciscar[23] [r] genera singula,quēadmo-
dum à quibusque sum prouocatus:malos ciueis
remp.benè gerendo:perfidos amicos , [24] nihil
credēdo,atque omnia cauēdo:inuidos, virtuti,
& gloriæ seruiendo:mercatores prouinciarum,
reuocando domū,atque ab iis prouinciarum ra-
tionem repetēdo.|| [s] Quāquam mihi maiori cu- 22
ræ est,quemadmodum vobis,qui de me
estis optimè meriti, gratiā referam,quam, quē-
admodum inimicorum iniurias,crudelitatémq;
persequar. [t] Etenim vlciscendæ iniuriæ facilior
ratio est,quàm beneficij remunerādi, propterea
quòd superiorem esse contra improbos , minus
est negotij,quàm bonis exæquari. [u] tū etiā nec

tam

p L. cùm parua nauicula traiectus in Afr.

q L. quatuor omnino homin. gen. & ita v.c.

r L. singula genera,

s L. Quamquam mihi quidem maiori curæ est, quēadmodum vobis, qui

t L. Etenim cùm vlciscēdæ, &c. & ita v. c.

v L. tum etiam ne tā necessariū quidē est,

tam necessarium quidem est, malè meritis, quàm optimè meritis referre quod debeas.

23 Odiũ vel precibus x mitigari potest, vel temporibus reip. communique vtilitate deponi, vel difficultate vlciscendi teneri, vel vetustate sedari. bene meritos quin colas, nec exorari fas est, y nec id reip. repetere vtcumque necesse est, neque est excusatio difficultatis, neque æquum est tẽpore, & die memoriam beneficij definire. Postremò qui in vlciscendo remissior fuit, 25 mox apertè laudatur: at grauissimè vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior: neque solũ ingratus, quod ipsum graue est, verũ etiam impius appelletur, necesse est. 26 z Atque in officio persoluendo dissimilis est ratio, & pecunia debita: propterea quòd pecuniã qui retinet, nõ dissoluit, qui reddidit, nõ habet: gratiam, & qui retulit, habet: & qui habet, dissoluit.

24 Quapropter memoriã vestri beneficij colã beneuolentia sempiterna, 27 non solùm dum anima * superabo mea, a sed etiã cùm mortuo monumenta vestri in me beneficij permanebunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, sempérque præstabo, mihi neque in consiliis de rep. capiendis, diligentiã, neque in periculis à rep. propulsandis, animum b neque in sententia simpliciter referenda, fidem, neque in hominum voluntatibus pro rep. lædẽdis, libertatem, nec in perferendo labore industriam, nec in vestris commodis augendis, gratã animi c beneuolentiam defuturã. * Atque hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna, vt, cùm vobis, qui apud me deorum immortalium vim, & numen tenetis, tum posteris vestris, cunctisque gentibus dignissimus ea ciuitate videar, quæ suam dignitatem non posse d tenere se, nisi me recuperasset, 28 cunctis suffragiis iudicauit.

x v. c. mea dicari por. al. medicari potest,

y L. nec id reip. repetere vtque necesse est, neque

z L. Atque in officij persoluẽdi dissimilis est ratio, & pecuniæ debitæ, propt.

* L. spirabo

a L. sed etiam dum, me mortuo, vlla monum.

b L. neque in sentẽtia simpliciter dicẽda, fid.

c v. c. beniuolentiam

* PERORATIO.

d L. se tenere, & ita v. c.

POST



a Hæc oratio, in libris manu scrip. duobus ante superiorẽ collocatur præterea hanc habet inscriptionem, CVM SENATVI GRATIAS EGIT. & superior hãc, CVM POPVLO GRATIAS EGIT.

a POST REDITVM IN SENATV,

ORATIO VICESIMA OCTAVA.

In hac oratione, qua senatui gratias agit commemorat atque amplificat eius ordinis erga se merita. Laudat COSS. *P. Lentulum & Q. Metellum: octo Tribunos plebis, & in iis præcipuè Milonem & Sextium: septem prætores & Cn. Pompeium. Habita est L. Lentulo & Metello* Coss.



I, PATRES conscripti, pro vestris b immortalibus in me, fratrémq; meum, liberósque nostros meritis parũ vobis cumulatè gratias egero, quæso, obtestórq;, ne meæ naturæ potius, quàm magnitudini vestrorũ beneficiorum, c id tribuendũ putetis. d Quę enim tãta potest exsistere vbertas ingenij, quæ tãta dicẽdi copia, quod tã diuinũ, atque incredibile genus orationis, quo quisquã possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando? qui mihi fratrẽ optatissimũ, me fratri amantissimo, liberis nostris e parenteis, nobis liberos, qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam rẽp. qui patriã, qua nihil potest esse iucundius, qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. Quod si parenteis carissimos habere debemus, quód ab iis nobis vita patrimoniũ, libertas, ciuitas tradita est: si deos f immortaleis, quorũ beneficio & hæc tenuimus, & ceteris rebus aucti sumus. si populũ R. cuius honoribus in amplissimo consilio, & in altissimo gradu dignitatis, atque in hac omniũ terrarũ arce collocati sumus: si hũc ipsum ordinem, à quo sæpè magnificentissimis decretis sumus

b v.c. inmortalibus

c v.c. attribuendum

d v.c. Quæ tánta enim exsist.

e v.c. parentes,

f v.c. inmortaleis.

mus honeſtati immẽſum quiddã & infinitũ eſt,
[g]quod vobis debeamus, qui veſtro ſingulari ſtu
dio, atque cõſenſu parentũ beneficia, deorum [h]
immortaliũ munera, populi Ro. honores, veſtra
de me multa iudicia nobis omnia vno tempore
reddidiſtis: vt, cùm multa vobis, magna populo
Ro. innumerabilia parẽtibus, omnia diis immor
talibus debeamus, quòd hæc antea ſingula per
illos habuerimus, nunc vniuerſa per vos [i] recu-
perauerimus.|| Itaq;, P.C. quod ne optãdũ quidẽ
3 eſt homini, [k]immortalitatẽ quãdã per vos ade-
pti videmur. quod enim tẽpus erit vmquã, quo
veſtrorum in nos beneficiorũ memoria, ac fama
moriatur, qui illo ipſo tẽpore, cùm vi, ferro, me-
tu, minis obſeſſi teneremini, nõ multò poſt diſ-
ceſſum meũ [l] vniuerſi me reuocauiſtis, [1][m] refe-
rente L. Mũmio, fortiſſimo, atque optimo viro? [n]
quẽ habuit ille peſtifer annus & maximè fidelẽ,
& minimè timidũ, [n] ſi dimicare placuiſſet, defẽ-
ſorẽ ſalutis meæ. poſteaquàm vobis [o] poteſtas
decernendi non eſt permiſſa per eum tribunum
pleb. qui cùm per ſe remp. lacerare non poſſet, [2] [p]
ſub alieno ſcelere*deleuit: numquã de me ſilui-
ſtis, *nũquam meam ſalutem non ab his conſu-
libus, qui vendiderant, flagitauiſtis.|| Itaque ve-
4 ſtro ſtudio, atque auctoritate perfectũ eſt, [p] vt
ille ipſe annus, quẽ ego mihi, quàm patriæ ma
lueram eſſe fatalem, [q] octo tribunos haberet, [r]
qui & promulgarent de ſalutẽ mea, & ad vos ſę-
penumero referrent. nam conſules modeſti, le-
gúmque metuentes, impediebantur lege, nõ ea,
quæ de me, ſed ea, quæ de ipſis lata erat, cũ meus
inimicus promulgauit, vt, ſi reuixiſſent ij, qui
hæc pænè deleerunt, tum ego redirẽ: quo facto
vtrũque confeſſus eſt, & ſe illorum vitã deſide-
rare, & magno in periculo remp. futuram, ſi aut
hoſtes, atque interfectores reip. reuixiſſent, aut
ego non reuertiſſem. [s] Itaque illo ipſo tũ anno,
cum ego ceſſiſſem: princeps autem ciuitatis,

g for. quod vobis debemus,
h v. c. inmortalium
i L. recuperarimus, & ita v. c.
k v.c. immortalitatẽ
l L. me vniuerſi reuocauiſtis.
m L. referẽtẽ L. Ninnio, fortiſſ.
n lib. vul. & ſi dim. mendosè.
o L. decernendi poteſtas nõ eſt p.
* al. deleuit:
* al. nũquã nõ meam ſ.
p al. vt ipſe ille annus,
q L. hos tribunos
r L. qui promulgarent de ſalute m. & ita v. c. al. qui, & de ſalute mea promulg.
s v. c. Itaq; illo ipſo tamen anno, cũ ego, &c.

non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tueretur: si respub. sine consulibus esset, neque solùm parentibus perpetuis, verùm etiam tutoribus annuis esset orbata: sententias dicere prohiberemini: caput meæ proscriptionis recitaretur: numquam dubitastis meam salutem cum cõmuni salute coniungere. 5 Posteà verò quã singulari, & præstantissima virtute P. Lentuli consulis, ex superioris anni caligine, & tenebris 4 lucem in rep. Kalendis Ian.[t] respicere cœpistis: cùm Q. Metelli, nobilissimi hominis, atque optimi viri, summa dignitas, cùm prætorũ, [v] trib. pl. penè omnium virtus, & fides reip. subuenisset: cùm vritute, gloria, rebus gestis Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium [x] sæculorum, omnis memoriæ facilè princeps, tutò se in senatum venire arbitraretur: tantus vester consensus de salute mea fuit, [y] vt, licet corpus abesset meum, dignitas iam in patriã reuertisset. Quo quidem mense, qui inter me, & meos inimicos interesset, existimare potuistis. ego meam salutẽ deserui, ne propter me, ciuiũ vulneribus resp. cruentaretur. Illi meũ reditum non populi R. suffragiis, sed flumine sanguinis intercludẽdum putauerũt. Itaque postea nihil vos ciuibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis: nihil iudices sentẽtiis, nihil populus suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declarauit: mutum forũ, elinguẽ curiã, tacitam & fractam ciuitatẽ videbatis. 6 Quo quidem tẽpore, cùm is excessisset, qui cædi & flammæ vobis auctoribus restiterat: cum ferro & facibus homines tota vrbe volitanteis, magistratuũ tecta [z] oppugnata, deorum tẽpla inflammata, summi viri & clarissimi cõsulis fasceis fractos, fortissimi, atque optimi viri, tribuni pl. sanctissimum corpus. 6 [a] non solũ tactum, ac violatũ manu, sed vulneratum ferro, cõfectúmque vidistis. Qua strage nonnulli permoti magistratus, partim metu mortis, partim desperatione reip.

pan

t L. dispicere cœp.
v L. tribunorũ pænè
x v. c. sæclorum,
y L. vt corpus abesset meum, dignitas iam in patr. & ita v. c.
z v. c impugnata,
a L. nõ tactum, ac violatum

paululùm à mea causa recesserũt.reliqui fuerũt,
quos neque terror,[b]neque vis,nec spes,nec me-
tus,nec promissa,nec minæ,nec tela,nec faces à
vestra auctoritate,à populi Romani dignitate,à
7 mea salute depellerent.|| Princeps P. Lẽtulus,pa-
rens,ac deus nostræ vitæ,fortunæ,memoriæ,no-
minis,hoc[c] specimẽ virtutis,hoc indiciũ animi,
hoc lumẽ cõsulatus sui fore putauit,si me mihi,
si meis,si vobis,si reip.reddidisset, qui vt est de-
signatus, nũquã dubitauit sententiã de salute
mea,se,& rep.dignã,dicere. Cùm à tribuno pl.
vetaretur,cùm præclarum caput recitaretur, ne
quis ad vos referret,ne quis decerneret,ne dis-
putaret,ne loqueretur,ne pedibus iret,ne scribẽ
do adesset:[7] [d]totam illam clausulã,vt antè dixi,
proscriptionem,non legẽ putauit,qua ciuis op-
timè de rep.meritus,nominatim,sine iudicio,v-
nà cum senatu reip.esset ereptus. Vt verò iniit
magistratũ,nõ dicã,[e]quid egerit prius,sed quid
omnino egit aliud,nisi,vt,me conseruato,vestrã
in posterum dignitatẽ,auctoritatẽmque san-
8 ciret?|| Dij*immortales, quantũ mihi beneficiũ
dedisse videmini,quòd hoc anno P.Lẽtulus cõ
sul fuit?quãto maius dedissetis,si superiore an-
no fuisset?nec enim eguissem medicina cõsula-
ri,nisi consulari vulnere concidissem.Audieram
ex sapientissimo homine,atque optimo[f]ciue &
viro,Q.Catulo, non sæpè vnum consulem im-
probũ,duos verò nũquã,excepto illo Cinnano
tempore,fuisse.quare meam causam semper fore
firmissimã dicere solebat.dum vel vnus in rep.
[g]esset cõsul.Quod verè dixerat,si illud de duo-
bus consulibus,quod antè in repub.non fuerat,
peremne, ac proprium manere potuisset. Quòd
si Q.Metellus illo tẽpore [h] consul fuisset, vni-
cus:dubitatis,quo animo fuerit in me conser-
uãdo futurus,cũ in restituendo auctorem fuisse,
9 adscriptorẽmque videatis?[8]|| [i] Sed fuerunt duo
consules, quorum mentes angustæ, humiles,

b al. nec vis,

c δεῖγμα

d L.totam illam causam

e L.quid egit prius, sed &c. & ita v.c.

* Digressio contra eos quorum inuidia pulsus fuit.

f L.ciui & & viro, & ita v.c.

g L.consul. esset. & ita v.c.

h L consul. fuisset, inimicus:dub. & ita v.c.

i L.sed fuerunt duo, quorum m,

prauæ, oppletæ tenebris, ac sordibus, nomen ip-
sum consulatus, splendorem illius honoris, ma-
gnitudinem tanti imperij nec intueri, nec susti-
nere,[k] nec capere potuerunt: non consules, sed
mercatores prouinciarum, ac venditores vestræ
dignitatis. quorum alter à me Catilinam, ama-
torem suum, multis audientibus: alter Cethegũ,
consobrinum [l] suum, reposcebat: qui me duo
sceleratissimi post hominum memoriam, non
consules, sed latrones, non modò deseruerunt,
in causa præsertim publica, & cõsulari, sed pro-
diderunt, oppugnarunt, omni auxilio nõ solùm
suo, sed etiam vestro, ceterorúmque ordinum,
spoliatum esse voluerunt: quorum alter tamen
neque me, neque quemquã fefellit.‖ Quis enim 10
vllam vllius boni spem haberet in eo, cuius pri-
mum tempus ætatis palàm fuisset [m] ad omneis
libidines diuulgatum? qui ne à sanctissima qui-
dem parte corporis potuisset hominum impurã
intemperantiam propulsare? qui cùm suam rem
non minùs strenuè, quàm postea publicã confe-
cisset: [n] egestatem & luxuriam domestico leno-
cinio sustentauit? qui nisi in aram tribunus cõ-
fugisset: neque vim prætoris, [o] nec multitudinẽ
creditorum, [p] nec bonorum proscriptionem ef-
fugere potuisset. [q] quo in magistratu nisi roga-
tionem de piratico bello tulisset: [r] profectò &
egestate, & improbitate coactus piraticam ipse
fecisset, ac minore quidem cum reipublicæ de-
trimento, quàm quòd intra mœnia nefarius ho-
stis, prædóque versatus est: quo inspectante, ac
sedente, legem tribunus plebis tulit, ne auspi-
ciis obtemperaretur: ne obnuntiare concilio,
aut comitiis: ne legi intercedere liceret: vt lex
Aelia, [s] & Fusia ne [t] valerent: quæ nostri maio-
res certissima subsidia reipublicæ contra tribu-
nitios furores esse voluerunt.‖ Idemque postea, 11
cùm innumerabilis multitudo bonorum de Ca-
pitolio supplex ad eum sordidata venisset, cum-
que

k οὐδὲ χωρεῖν.

l vox, suũ, abest à v. c. nec eam agnoscit L.

m v. c. ad omnis

n L. egestatem, & luxuriẽ dom.

o al. neque

p al. neque

q L. qui in magistr.

r L. profectò egestate, & impr.

s L. & Fusia ne val.

t al. valeret.

q́ue adolescentes nobilissimi, cunctique equites Romani se 7 ad lenonis* impurissimi pedes abiecissent: quo vultu cincinnatus ganeo non solùm ciuium lacrymas, verùm etiam patriæ preces repudiauit? Neque eo contentus fuit, sed etiam in concionem adscendit: eáque dixit, quæ, si eius vir Catilina reuixisset, dicere non esset ausus: se nonarum Decembr. quæ, me consule fuissent, cliuique Capitolini pœnas ab equitibus Rom. esse repetiturum: neq; solùm id dixit, sed quos ei commodū fuit, compellauit: L. verò Lamiam, equitem Romanum præstanti dignitate hominem, & saluti meæ,[8] pro familiaritate reipublicæ, pro fortunis suis, amicissimum, consuli imperiosus [x] exire vrbe iussit: & cùm vos vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem omnes boni iam antè fecissent, ille vnguentis oblitus, cum toga prætexta, quam omnes prætores ædiléſque tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum, & luctum * gratissimæ ciuitatis: fecitque quod nemo vmquam tyrannus, vt quo minùs occultè vestrum malum gemeretis, nihil diceret: ne apertè incommoda patriæ lugeretis, ediceret.

12 || Cùm verò in Circo Flaminio, non à tribuno plebis consul in concioné, sed à latrone archyparata, productus esset: primùm processit, qua auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, & temulenta: quòd in ciueis[y] indemnatos esset animaduersum, id sibi dixit grauis auctor vehementissimè displicere. Vbi nobis hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in lustris, & helluationibus huius calamistrati saltatoris tā eximia virtus tamdiu cessauit? Nam ille alter Cesoninus Caluentius, ab adolescentia versatus est in foro, cùm eum, præter simulatam, versutámque tristitiam, nulla rès commendaret: 9 [z] non consulis studium, non discendi initia rei

* al. impudicissimi

v L. neque contentus, fuit,

x al. exire ex vrbe

*]L. grauissimæ

y v.c. in dēpnatos, &c. mendose,

z L. nō consilium, non dicendi facultas, non scientia rei militaris, non cognoscendorum hominum studiū, non liberalitas.

militaris, non cognoscendorum hominum, non
liberalitas, quem præteriens cùm incultũ, hor-
ridum, mæstúmque vidisses, etiamsi agrestẽ, &
inhumanum existimares, tamen libidinosum,[a]
& perditum nõ dubitares [10]. ‖ [b] Cum hoc homi- 13
ne, aut cum stipite Æthiope si in foro cõstitis-
ses, nihil crederes interesse. sine sensu, sine sapo-
re, elinguem, tardum, inhumanum, [c] neglectũ,
Cappadocem modò abreptum de grege venaliũ
diceres. Idẽ domi quàm libidinosus? quàm im-
purus? quàm intemperans, non ianua receptis,
sed pseudothyro intromissis voluptatibus? cùm
verò etiã[c] literas studere incipit,[11] [d] & helluó
immanis cum Græculis philosophari, tum est
Epicureus, nõ penitus illi disciplinæ, quæcũque
est, deditus: sed captus vno verbo voluptatis.
Habet autẽ magistros non ex istis ineptis, qui
dies totos de officio, ac de virtute disserũt: qui
ad laborem, ad industriã, ad pericula pro patria
subeunda [e] adhortantur: sed eos, qui disputent,
horam nullam vacuam voluptate esse debere: in
omni parte corporis semper oportere aliquod
gaudium, delectationémque versari. ‖ His vtitur 14
quasi præfectis libidinum suarum, hi voluptates
omneis vestigant, atque odorantur: hi sunt con-
ditores, instructorésque cõuiuij: iidẽ expẽdunt,
atque æstimãt voluptates, sententiãque dicũt, &
iudicant, quantũ cuique libidini tribuẽdum esse
videatur. horũ ille artibus eruditus, ita contẽsit
[f] hanc prudẽtissimam ciuitatẽ, [g] vt omneis suas
libidines, omnia flagitia latere posse arbitrare-
tur. si modò vultum importunum in forum de-
tulisset. [h] Is non me [12] (quamquam equidẽ non
cognoram eum, propter Pisonum affinitatem,
quã longè hinc ab hoc genere cognatio mater-
na Trãsalpini sanguinis abstulisset) sed vos, po-
pulúmque Romanum, non consilio, neque elo-
quentia, quod in multis sæpè accidit, sed rugis,
superciliòq; decepit. ‖ L. Piso, túne ausus es isto
oculo,

a L. & perditum esse non dubitares.
b L. Cũ hoc homine an cũ Aethiope in foro constitisses, &c.
c L. vecordem,
d al. literis studere incip.
d L. & bellua immanis c.
e L. cohortantur, sed eos, qui disputãt hor.
f al. hãc pudentissimã ciuit.
g v. c. vt omnis f.
h L. Is non me, nãque equidem cognoram propter Pis.

oculo,non dicam isto animo:ista fronte,nõ vita:tanto supercilio, non enim possum dicere [i]tantis gestis,cũ* Gabinio consociare consilia pestis meæ?non te illius vnguentorum odor,nõ vini anhelitus,non frons calamistri notata vestigiis, [k] in eam cogitationem adducebat,vt,cũ illius re similis fuisses, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutiùs vti non liceret? cum hoc coire ausus es, vt consularem dignitatem, vt reip.statum, vt senatus auctoritatem,vt ciuis optimè meriti fortunas prouinciarum fœdere addiceres? te consule, tuis edictis,& imperiis,senatui,populóque R. nõ est licitũ,non modò sentẽtiis,atque auctoritate sua, sed ne luctu quidem, ac vestitu reip.subuenire.

i L. tantis reb.gest.
*L. cum A. Gabinio
k L.in eam cognition. add.& ita v.c.

16 [l]Capuæne te putabas, in qua vrbe domicilium quondã superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tẽpore:an Romæ,in qua ciuitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? tu es ausus in Circo Flaminio productus, cũ tuo illo pari dicere,te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum,atq; omneis bonos tũ, cùm à patria pestem depulissent,crudeleis demonstrabas fuisse. Tu misericors me affinẽ tuum, quem comitiis, prærogatiuæ primũ custodẽ præfeceras, quẽ Kalẽdis Ian.tertio loco sententiã rogaras,constrictũ inimicis reip.tradidisti: tu meũ generũ,propinquum tuum: tu affinem tuam, [m] meã filiam, superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti:idémque tu clementia,ac misericordia singulari,cùm ego vnà cũ rep. nõ tribunitio,sed cõsulari ictu cõcidissem: tãto scelere, tantáq; in[illegible]rantia fuisti,vt ne vnã quidẽ horã interesse pat[illegible] inter meam pestẽ, & tuam prædam, saltem dum c[illegible]nticesceret illa lamentatio,& gemitus vrbis.

l L. cùm à patria pestẽ expellerẽt. al.depellerent,
m L.filiam meam,sup.

17 [13]Nondum palàm factũ erat [n] concidisse remp. cùm tibi arbitria funeris soluebantur. vno, eodémque tempore domus [o] mea diripiebatur,ardebat: bona ad vici

n L.occidisse remp.
o v. c. non habet pronocabulũ, mea

 num

num consulem de Palatio: de Tusculano, ad itē vicinum alterum consulem deferebantur: cùm, [p] iisdem operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo nō modò à bonis, sed etiam à liberis, atque inani foro, ignaro populo Rom. quid ageretur, senatu verò oppresso, & afflicto, duobus impiis, nefariisque consulibus, ærarium, prouinciæ, legiones, imperia donabantur.* Horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis, summa tribunorum plebis, prætorúmque fide, 14 & diligentia [q] subleuastis.

p v. c. iisdē operis

* Extollit amicorum beneficia.

q L. subleuati. Q.

18 Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio, dicā? aut quis de tali ciue satis dignè vmquā loquetur? qui cùm videret, sceleratum ciuem, aut domesticum potiùs hostem, si legibus vti liceret, iudicio esse frangendum: sin ipsa iudicia vis impediret, ac tolleret, audaciā virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, manūmanu, vim vi esse superandam: primò de vi postulauit. Posteaquàm ab eodē iudicia sublata esse vidit: ne ille omnia vi posset efficere, curauit: qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forū, neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus, & copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus post meū discessum, metum [r] bonis, timorē huic ordini, seruitutem depulit ciuitati.

r L. à bonis, timorem ab hoc ordine, seruitutem depulit, à ciuitate.

19 Quā rationē pari virtute, animo, fide, P. Sextius secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu ciuitatis nullas sibi inimicitias, nullā vim, nullos impetus, nullū vitę discrimē vitandū vmquam putauit: qui causā senatus exagitatā concionibus improborū, sic sua diligētia multitudini commēdauit, vt nihil tā populare, quàm vestrū nomen: nihil tam omnibus carū aliquando, quàm vestra auctoritas videretur: qui me cū omnib. rebus, quib. tribunus plebis potuit, defēdi, tū reliquis officiis iuxta, ac si meus frater esset, sustentauit: cuius ego clientibus, libertis, familia, copiis, literis ita sum su-

stea

ſtentatus,vt meæ calamitatis non adiutor ſolũ,
20 verùm etiam ſocius videretur. || Iam ceterorum officia,[s] ſtudiáque vidiſtis : quàm cupidus meis [t] C. Seſtilius, quàm ſtudioſus veſtri, quàm non varius fuerit in cauſa.[15] [u] Quid Moſopius? cui ego ipſi,parenti,fratrique eius,ſentio quantum debeam:cui cùm à me voluntas eorum in priuato iudicio eſſet offenſa, publici mei beneficij memoria priuatam offenſionem [x] obliterauerũt. Iam T.Fadius,qui mihi quæſtor fuit, [y] M. Curtius,cuius ego patri quæſtor fui ſtudio , amore, animo,huic neceſſitudini non defuerunt.Multa de me [z] C.Meſſinius, & amicitiæ, & reip. cauſa dixit legẽ* ſeparatim initiò de ſalute mea promulgauit.Qu.Fabricius,ſi,quæ de me agere conatus eſt,ea contra vim, & ferrum perficere potuiſſet:menſe Ianuario noſtrum ſtatum recuperaſſemus,quem ad ſalutem meã voluntas impulit, vis retardauit , auctoritas veſtra reuocauit.

21 ||Iam verò prætores quo animo in me fuerint, vos exiſtimare potuiſtis,cùm L.Cæcilius priuatim me ſuis omnibus copiis ſtuduerit ſuſtentare:[a] publicè promulgarit de mea ſalute cũ collegis pęnè omnibus:direptoribus autẽ meorum bonorum in ius adeundi poteſtatem non fecerit.M.autem Calidius,ſtatim deſignatus,ſententia ſua,quàm eſſet cara ſibi mea ſalus , declarauit.Omnia officia C.Septimij,Q.Valerij,P.Craſſi,Sex.Quinctilij,C.Cornuti,ſumma & in me, & in remp.conſtiterũt.quæ cùm libẽter cõmemoro,tum non inuitus nonnullorum in me nefariè commiſſa prætereo.non eſt mei tẽporis iniurias meminiſſe:quas ego etiã ſi vlciſci poſſem,tamẽ obliuiſci mallẽ.aliò transferenda mea tota vita eſt,vt bene de me meritis referam gratiam:cum apertis hoſtibus bellum geram : timidis amicis ignoſcam: proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meæ : defenſores reditus
22 dignitate conſoler. || Quòd ſi mihi nullum

[s] v. c. ſtudia vidiſtis.
[t] L.C. Sextilius,
[u] al. Quid M.Ciſpius?
L.Quid m. Olbius?
[x] for. obliterarunt.
[y] L.M.Curius,
[z] al. C.Meſcinius,
* al.ſpeclatim.
[a] L. publicè de ſalute mea cum collegis pæne omnib. promulgarit : direpť. al. public. promulgarit de mea ſalute cum collegis pæne omnib. & ita v.c.

aliud esset officium in omni vita reliquum, nisi vt erga duces ipsos, & principes, atque auctores salutis meæ, satis gratus iudicarer: tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modò ad referendam, verùm etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quādo enim ego huic homini, ac liberis eius, quādo omnes mei gratiam referent? quæ memoria, quæ vis ingenij, quæ magnitudo obseruantiæ, tot, tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus afflicto, & iacenti consularem fidem, [b] dexterámque porrexit: qui me à morte ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem reuocauit. qui tanto amore in me, studio in rempub. fuit, vt excogitaret, queadmodum calamitatem meam non modò leuaret, sed etiam honestaret.

b L. dextrámque porr.

23 ||quid enim magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quòd, [c] illo petente, vos decreuistis, vt cuncti ex omni Italia, qui rēpublicam saluam vellent, ad me vnum, hominē fractum, & propè dissipatum, restituendum, & defendendū venirent? 16 [d] vt, qua voce à te, Romule, post Romam conditam consul vsus esset pro vniuersa republica apud eos solùm, qui eius vocem exaudire possent: eadem voce senatus omnibus agris, vicis, atq; oppidis, ciueis, totámq; Italiam ad vnius salutem defendendam excitaret. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quā hoc senatū iudicasse, qui ciuis me non defendisset, eum rēp. saluā noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantū eximia consulis dignitas valuit, vt omne is flagitium se cōmittere putaret, si quis nō veniret.

c v. c. illo suffragium ferente, &c. non placet.

d L. vt, qua voce ter omnino post R. cōd.

24 ||Ideéq; cōsul, cū illa incredibilis multitudo, Romā, & pæne Italia ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitoliū cōuocauit. quo tēpore quantā vim [e] haberet aut vera bonitas, aut vera nobilitas intelligere potuistis. nam Q. Metellus, & inimicus, & frater inimici, perspecta vestra voluntate, omnia priuata

e L. vim naturæ bonitas haberet aut v. no.

uata odia depoſuit: quem P. Seruilius, vir cùm
clariſſimus,tum verò optimus, mihiq; amiciſſi-
mus,&auctoritatis,& orationis ſuæ diuina qua-
dam grauitate,ad ſui generis,cōmuniſq;ſangui-
nis facta,virtuteſq; reuocauit,[17] vt haberet in
cōſilio[f] & fratrē ab inferis,ſociū rerū mearum,
&[g] omneis Metellos præſtātiſſimos[h] ciueis pæ-
nè ex Archeronte excitatos:in quibus Numidi-
cum illum,cuius quōdā de patria diſceſſus, ho-
neſtus ipſi,[i] bonis omnib. luctuoſus tandē viſus
eſt.[17] Itaq; fuit is nō modò ſalutis defenſor,qui
ante hoc vnum beneficium fuerat inimicus,ve-
25 rùm etiā adſcriptor dignitatis meæ. || Quo qui-
dē die[19] [k] cū cccc x.ſenatores eſſetis, magiſtra-
tuſque omnes adeſſent,diſſenſit vnus,is,qui ſua
lege coniuratores etiā ab inferis excitādos pu-
tarat.[20] Atq;illo die,quo rēp.meis cōſiliis con-
ſeruatā grauiſſimis verbis, & plurimis iudicaſ-
ſetis,idē cōſul curauit,vt eadē à principibus ci-
uitatis in cōcione,poſtero die,dicerentur: cùm
quidē ipſe egit ornatiſſimè cauſam meam, per-
fecitque,adſtāte,atq;audiente Italia tota,vt ne-
mo cuiuſquā conducti, aut perditi vocem acer-
26 bā,atque inimicā bonis,poſſet audire.|| Adhæc
non modò adiumenta ſalutis, ſed etiā ornamē-
ta dignitatis meæ, reliqua vos iiſdē addidiſtis:
decreuiſtis,ne quis vlla ratione rem impediret:
qui id impediſſet,[l] grauiter, moleſtéq; laturos.
illum contra remp.ſalutémque bonorum, con-
cordiámque ciuium facturum, & vt ad vos eā
ſtatim referrentur:méque etiā,ſi diutius[m] calū-
niarentur,redire iuſſiſtis.[n] Quid? vt agerentur
gratiæ,qui è municipiis veniſſēt?[21] quid, vt ad
illā diē,rei cùm rediſſent rogarētur,vt pari ſtu-
dio cōuenirēt?Quid denique illo die, quem P.
Lentulus mihi, fratrique meo, liberiſque no-
ſtris natalem conſtituit, non modò ad no-
ſtram, verùm etiam ad ſempiterni memoriam
15 tēporis?[o] quo die nos comitiis centuriatis,quæ
maxi

f L. & fratrem ſocīū rerū mear. &c.
g v. c. omnis
h v.c.ciuis.
i L. omnib. luct.
k v. c. cùm ccccxvII.
l al. id vos grauiter, moleſtéq;
m v.c. Kalumniarentur,
n L. Quia quòd vt iis agerentur
o L. illo,in quam, die nos comitiis

maximè [p] maiores iusta dici. haberique volue-
runt, arcessiuit in patriã : vt eædẽ centuriæ, quæ
me consulem fecerant, consulatum meum com-
probarent. || Quo die qui ciuis fuit, qui fas esse 27
putaret, quacumque aut ætate, aut valetudine
esset, non se de salute mea sententiam ferre?
quando tantam frequentiam in campo, tantum
splendorem Italiæ totius, ordinúmque omniũ:
quando illa dignitate rogatores, diribitores,
custodésque vidistis? Itaque P. Lentuli benefi-
cio excellenti, atque diuino, non solùm reducti
sumus in patriam, sicut nonnulli [q] clarissimi vi-
ri, sed equis insignibus, & curru aurato reporta-
ri. || Possum ego satis in Cn. Pompeium vmquam 28
gratus videri, qui non solùm apud vos, qui om-
nes idem sentiebatis, sed etiam apud vniuersum
populum Romanum salutem reipublicæ, & cõ-
seruatam per me, & coniectam esse cum ea di-
xerit? qui causam meam prudentibus cõmenda-
rit, imperitos edocuerit, eodémque tẽpore im-
probos auctoritate sua compresserit? bonos ex-
citarit? qui populũ Romanum pro me, tanquam
pro fratre, aut pro parente, non solùm hortatus
sit, verùm etiã obsecrarit? qui ipse cùm propter
metum dimicationis, & sanguinis, [r] domo se te-
neret, etiam à superioribus tribunis petierit, vt
de salute mea & promulgarent, & referrent? qui
in colonia nuper cõstituta, cũ ipse gereret ma-
gistratum, [22] in qua nemo erat emtus [s] intercess-
sorum, vim & crudelitatem priuilegij, auctori-
tate honestissimorũ hominum, & publicis lite-
ris [t] consignarit, principésque Italiæ totius præ-
sidium [u] ad nostrã salutem implorandum [x] puta-
rit? qui, cùm ipse mihi sẽper amicissimus fuisset,
etiã vt suos necessarios mihi amicos redderet,
[y] elaborarit? || Quibus autẽ officiis T. Annij be- 29
neficia remunerabor? cuius omnis [z] actio, ratio,
cogitatio, totius deniq; tribunatus, nihil aliud
fuit, nisi constans, perpetua, fortis, inuicta defẽ-
sio

p L. maiores comitia iusta dici, hab.
q al. clarissimi ciues, sed equ.
r al. domi se teneret,
s For intercessor,
t al. consignauit,
v L. ad meã salutem
x al. putauit?
y al. elaborauit?
z vox, actio, abest à libris man. & nonnullis vulg.

ſio ſalutis meæ? Quid de P. Sextio loquar? qui
ſuam erga me beneuolentiam, & fidem non ſo-
lùm animi dolore, ſed etiam in corporis vulne-
ribus oſtendit? Vobis verò, P.C. ſingulis, & egi,
agam gratias vniuerſis. egi initiò, quantũ potui:
ſatis ornatè agere nullo modo poſſum. Et quã-
quã ſunt in me præcipua merita multorum, quę
fieri modò poſſunt, tamen huius temporis, ac
timoris mei nõ eſt, conari cõmemorare benefi-
cia in me ſingulorum. nam difficile eſt non ali-
quem: nefas quemquam præterire. Ego vos vni-
uerſos, patres cõſcripi, deorum numero colere
debeo. Sed, vt in ipſis diis immortalibus non
ſemper eoſdẽ, atq; aliàs alios ſolemus & vene-
rari, & precari: ſic in hominibus de me diuinitus
meritis omnis erit ætas mihi ad eorum erga me
30 merita prædicanda, atq; recolenda. ‖ Hodierno
autem die[a] nominatim à me magiſtratib. ſtatui — a for. nominatim à me & magiſtr.
gratias eſſe agendas, & de priuatis vni, qui pro
ſalute mea municipia, coloniáſq; adiſſet, popu-
lũ R. ſupplex obſecraſſet, ſententiã dixiſſet eã,
quam vos ſecuti, mihi dignitatem meã reddidi-
ſtis. vos me florentẽ ſemper ornaſtis: laborantẽ,
mutatione veſtis, & propè luctu veſtro, quoad
licuit, defendiſtis. Noſtra memoria ſenatores ne
in ſuis quidẽ periculis mutare veſtem ſolebant:
in meo periculo ſenatus veſte mutata fuit, quo-
ad licuit per eorũ edicta, qui mea pericula non
modò ſuo præſidio, ſed etiã veſtra deprecatio-
31 ne nudarũt. ‖ Quibus ego rebus obiectis, cũ mi-
hi priuato confligendum viderem, cum eodem
exercitu, quẽ conſul non armis, ſed veſtra au-
ctoritate ſuperaram: multa mecũ ipſe reputaui.
Dixerat in contione conſul, ſe cliui Capitolini
pœnas ab equitib. Romanis repetiturum. no-
minatim alij cõpellabãtur, alij citabantur, alij re-
legabantur: aditus tẽplorum erant non ſolùm
præſidiis & manu, verũ etiam demolitione ſu-
blati.[22] Alter[b] conſul, vt me, & rẽp. non modò — b I. conſules, vt me,
deſe

deſererent, ſed etiã hoſtib. reip. proderent, pa-
ctionib. eos ſuorum præmiorum obligarat. Erat
alius ad portas cũ imperio in multos annos, ma-
gnóq; exercitu: quẽ ego inimicũ mihi fuiſſe nõ
dico: tacuiſſe, cùm diceretur eſſe inimicus, ſcio.
Duæ partes eſſe in rep. cùm putarentur: altera 32
me depoſcere, propter inimicitias: altera timi-
dè defendere, propter ſuſpicionem cædis puta-
batur. Qui autẽ me depoſcere videbãtur, in hoc
auxerũt dimicationis metũ, quòd numquã infi-
ciando ſuſpicionem hominũ, curamq; minue-
runt. Quare cùm viderẽ ſenatũ ducibus orbatũ,
me à magiſtratibus partim oppugnatum, partim
proditum, partim derelictũ: ſeruos ſimulatione
collegiorum nominatim eſſe conſcriptos, [c] co-
pias omneis Catilinæ penè iiſdem ducib. ad ſpẽ
cædis, & incendiorũ eſſe reuocatas: Equites Ro.
proſcriptionis: municipia, vaſtitatis: omnéis, cę-
dis metu eſſe permotos: potui, potui, P.C. mul-
tis auctoribus fortiſſimis viris, me vi, armiſque
defendere: nec mihi ipſe ille animus idẽ meus,
vobis non incognitus defuit. ſed videbam, ſi vi-
ciſſem præſentẽ aduerſariũ, nimiùm multos mi-
hi alios eſſe vincendos. [d] ſi victus eſſem: multis
bonis & pro me, & mecum, etiam poſt me eſſe
pereundum: tribunitiiq; ſanguinis vltores, eſſe
[e] præſenteis: meæ mortis pœnas, iudicio, & po-
ſteritati reſeruari. Nolui, cùm conſul commu- 33
nem ſalutem ſine ferro defendiſſem, meam pri-
uatus armis defendere: bonóſque viros lugere
malui meas fortunas, quam ſuis deſperare, ac, ſi
ſolus eſſem interfectus, mihi turpe: [f] ſi cum mul-
tis reip. funeſtum fore videbatur. Quòd ſi mihi
æternam [g] eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer:
morte me ipſe potiùs, quàm ſempiterno dolore
multaſſem. ſed cùm viderem, me non diutiùs,
quàm ipſam remp. ex hac vrbe [h] abfuturum:
neque ego illa exterminata mihi remanendum
putaui: & illa, ſimulátq; reuocata eſt, me ſecum
pari

c v. c. copias omnis

d L. ſin victus eſſem:

e v. c. præſenteis:

f al. ſin cum mult.

g L. eſſe ærumnam propoſitam arb.

h L. afuturum:

pariter reportauit. Mecum leges, mecum quæstiones,mecum iura magistratuũ, mecũ senatus auctoritas,mecum libertas,mecum etiã frugum vbertas,mecum deorum,& hominum sãctitates omnes,& religiones[i] abfuerunt. Quæ si semper abessent:magis vestras fortunas lugerem,quàm desiderarẽ meas.sin aliquando reuocarentur:intelligebam,mihi cum illis vnà esse redeundum.
34 |Cuius mei sensus certissimus testis est hic idẽ, qui custos capitis fuit.Cn.Plancius,qui omnib. prouincialib. ornamentis. cõmodisque depositis,totam suã quæsturam in me sustentando,& conseruãdo collocauit. qui si mihi quæstor imperatori fuisset:in filij loco fuisset. nunc certè erit in parentis, cùm fuerit quæstor nõ imperij,
35 sed doloris mei.||Quapropter,* patres conscripti,quoniã in rẽp. sum pariter cum rep. restitutus:non modò in ea defendenda nihil minuam de libertate mea pristina,sed etiã adaugebo:etenim,si eã tum defendebam,[k] cùm aliquid mihi illa debebat:quid nunc me facere oportet,cùm ego illi plurimum debeo?nã quid est,quod animum meum frangere,aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatẽ non modò nullius delicti, sed etiã diuinorum in rẽp.beneficiorum testem esse videatis?[l] nã & importata est,quia defẽderã ciuitatem:& mea voluntate suscepta est,ne à me defensa resp.per eundẽ me extremum in di-
36 scrimẽ vocaretur.|| Pro me nõ, vt pro P.Popillio,nobilissimo homine,adolescentes filij, non propinquorum multitudo populum Ro. est deprecata,nõ,vt pro Q.Metello,[m] sũmo & clarissimo viro,[n] spectata iã adolescentia filius : non L.& C.Metelli cõsulares,nõ[o] eorũ liberi,non Q. Metellus Nepos,qui tũ consulatũ petebat, non Luculli,Seruilij,Scipiones,Metellorũ filij,flentes,ac sordidati,populo R.supplicauerunt : sed vnus frater,qui in me pietate,filius:cõsiliis, parens:amore(vt erat)frater inuentus est:squalore,&

i L.afuerunt.

*Pollicetur Cicero suũ studium in remp.

k L. cùm mihi aliquid illa debebat.& ita v.c.

l al. nã importata est.

m v. c.sum mo,ac clariss.

n q. libr. vul.spectatæ iam adolescentiæ fil.

o L. filius: L. & C. Met. consulares: eorũ lib.Q.Met. Nepos, qui tum cons. pet. Luculli Seruil. &c.

re,& lacrymis; & quotidianis precibus, desiderium mei nominis renouari, & rerum gestarum memoriam vsurpari coëgit. qui cùm statuisset, p nisi per vos me recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium & vitæ, q & mortis deposceret: numquam nec magnitudinem negotij, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela pertimuit.|| Alter fuit 37
propugnator mearum fortunarum, & defensor assiduus, summa virtute r & pietate C. Piso, gener: qui minas inimicorum meorum: qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis: qui Pontum, & Bithyniam quæstor pro mea salute neglexit. Nihil vmquam senatus de P. Popillio decreuit, numquam in hoc ordine Qu. Metelli mentio facta est. Tribunitiis sunt illi rogationibus, interfectis inimicis, denique nulla auctoritate senatus, restituti, cùm alter eorum senatui paruisset, alter vim, cædémque fugisset. Nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis, tempestate ciuili, expulsus est, non modò à senatu non est restitutus: sed reditu suo senatum cunctum pæne deleuit, nulla de illis magistratuũ consensio, nulla ad remp. defendendam populi R. conuocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorum, & coloniarum exstiterunt.||Quare cùm 38
me vestra auctoritas arcessierit, populus Ro. reuocarit, resp. implorarit, Italia cuncta pæne suis humeris reportarit: non committam, P. C. vt, cùm ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quæ ipse præstare s possim, præsertim cùm illa amissa recuperarim; virtutem, & fidem numquam amiserim.

p al. nisi me per vos

q al. & mortis deposcere.

r L. ac pietate & ita v.c.

s v.c. possum,

PRO



PRO DOMO SVA, AD PONTIFICES.

ORATIO VICESIMANONA.

Restitutus in patriam Cicero XVI. mense postea quam in exsilium lege Clodia pulsus esset, statim habuit hanc orationem ad Pontifices in qua omnes intendit neruos vt domum suam eadem lege euersam & publicatam, deinde ne profana vnquam fieri posset, libertati consecratam, ne publicari, neque consecrari potuisse ostenderet. Habita est oratio iisdem consulibus quibus restitutus est Cicero Lentulo & Metello, prid. Kal Octobris. Euentus aream sibi restitui persuasit.

1 VM *multa diuinitus, pōtifices,[a] à maioribus nostris inuēta, atque instituta sunt: tum nihil præclarius, quàm quòd [b]vos eosdē & religionibus deorum immortalium, & summæ reip. præesse voluerunt: vt amplissimi, & clarissimi ciues remp. bene gerendo, [1] [c] religiones sapienter interpretādo, rēp. conseruarent. Quòd si vllo tēpore magna causa in sacerdotum populi R. iudicio, ac potestate versata est: hæc profectò tanta est, vt omnis reip. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona fortunæ, domicilia vestræ sapientiæ, fidei, [d] potestatique cōmissa, creditaque esse videantur.

2 || Vobis hodierno die constituendum est, vtrùm posthac [e] amenteis, ac perditos magistratus improborum, ac sceleratorum ciuium præsidio nudare, an etiā deorum immortalium religione armare malitis. Nā si illa labes, ac flamma reip. suum illum pestiferum, & funestum tribunatum, quē æquitate humana tueri non potest,

* EXORDIVM.
a duo v.c. non habent præp. à.
b duo v.c. non habēt, vos.
c L. religiosissimi religiones sap.
d L. potestati comm. & ita v c.
e v.c. amentis.

diuina religione defenderit: aliæ cæremoniæ nobis erant, alij antistites deorum immortaliū, alij interpretes religionum requirendi. sin autē vestra auctoritate, sapientiaque, pontifices, ea, quæ furore improborum [e] in rep. ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita, gesta sunt, rescinduntur: erit causa, cur consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia [f] deligendis, iure, ac meritò laudare possimus. || Sed quoniā ille demens, si ea, quæ ego per hos dies in senatu de rep. sensi, vituperasset, aliquem se aditum ad aureis vestras esse habiturum putauit: omittam ordinem dicendi meū: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille vti nō potest, sed conuicio, cuius exercitationem cùm intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate muniuit. *Ac primùm illud à te, homine vesano, ac furioso, requiro, quæ te tanta pœna tuorum scelerum, flagitiorúmque vexet, vt hoc taleis viros, qui nō solùm consiliis suis, sed etiam specie ipsa, dignitatem reip. sustinēt, quòd ego in sententia dicenda salutē ciuium cū honore Cn. Pompeij coniunxerim, mihi esse iratos, & aliud [g] de summa hoc tempore religione sensuros, ac me absente censerint, arbitrere. || Fuisti tu, inquit, apud pontifices superior: sed iam, [2] quoniam te [h] ad populum contulisti, sis inferior, necesse est. Itáne verò? quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas, & inconstantia, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia grauitas, à libidinosa sententia certum & definitum ius religionum, vetustas exemplorum, auctoritas literarū, monumentorúmque deterret? Túne es ille, inquit, quo senatus carere non potuit? quem boni luxerunt? quem resp. desiderauit? quo restituto, senatus auctoritatem restitutam putabamus? quam primùm adueniens prodidisti? Nondum

e al. improborū rep. oppressa.

f v. c. diligēdis ser. diligendis, al. eligendis.

3

*CONTENTIONIS pars prima de Claudij conuiciis.

g L. de summa religione hoc tempore sens. & ita v. c.

h L. ad Pōpeiū cont.

4

dum de mea sententia dico. impudentiæ primũ
5 respondebo tuæ.|| Hunc igitur funesta reip. pestis, hunc tu ciuem ferro, & armis, & exercitus terrore, & consulum scelere, & audacissimorum hominum minis,[i] seruorum delectu, obsessione templorum, occupatione fori, oppressione curiæ, domo, & patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent,[k] cedere curasti, quem à senatu, quem à bonis omnibus, quem à cuncta Italia desideratum,[l] accersitum, reuocatum, conseruãdæ reip. causa, confiteris? At enim in Senatum venire, in Capitolium intrare turbulento illo
6 die non debuisti.|| Ego verò neque veni, & domi me tenui, quandiu turbulentum tempus fuit: cùm seruos tuos [m] ad rapinam, ad bonorum cędem paratos, cum illa tua consceleratorum, ac perditorum manu, armatos, in Capitolium tecũ venisse constabat, quod cùm mihi nuntiaretur, scio me domi mansisse, & tibi, & gladiatoribus tuis instaurandæ cædis potestatem non fecisse. posteaquam mihi nuntiatum est, populum Ro. in Capitolium, propter metum, atque inopiam rei frumentariæ, conuenisse: ministros autẽ scelerũ tuorum perterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis diffugisse: veni nõ solùm sine vllis copiis, ac manu, verùm etiam cum paucis a-
7 micis.|| An ego, cùm P. Lentulus consul, optimè de me, ac de rep. meritus, cùm Q. Metellus, qui, cũ meus inimicus esset, frater tuus, & dissensioni nostrę, & precibus tuis salutem, ac dignitatem meam prætulisset, me arcesserent in senatum: cũ tanta multitudo ciuium tam recenti officio suo me ad referendam gratiã nominatim vocarent: non venirem, cùm præsertim te iam illinc cum tua fugitiuorum manu discessisse constaret? Hîc tu me etiam custodem, defensorémque Capitolij, templorumque omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quòd, cùm in Capitolio senatum duo con-

i L. seruorũ delectu, & ita v.c.

k L. cedere coegisti. quem à sen.

l L. arcessitum, & ita v.c.

m L. à te iampridem ad bonorũ cæd. & ita v.c.

ſules haberent, eò venirem? vtrúmne eſt tempus
aliquod, quo in ſenatum veniſſe turpe ſit? an res
illa talis erat, de qua agebatur, vt rem ipſam re-
pudiare, & eos, qui agebant, [n] condemnare de-
berê? ||Primum dico ſenatoris eſſe boni, ſemper 8
in ſenatum venire: nec cum his ſentio, qui ſta-
tuunt minus bonis temporibus in ſenatum ipſi
non venire: non intelligentes, hanc ſuam ni-
miam perſeuerantiam vehementer iis, quorum
animum offendere voluerunt, gratam, & iucun-
dam fuiſſe. At enim nonnulli propter timorem,
quòd ſe in ſenatu tutò non eſſe arbitrabantur,
diſceſſerunt. Non reprehendo: nec quæro, fue-
rítne, aliquid pertimeſcendum. puto, [o] arbitrio
ſuo quemque timere oportere, cur ego non ti-
muerim, quæris. Quia te illinc abiiſſe cõſtabat.
Cur, cùm viri boni nonnull [p] putarint, tutò ſe
in ſenatu eſſe non poſſe, cur ego non idem ſen-
ſerim? Cur, cùm ego me exiſtimaſſem tutò om-
nino in ciuitate eſſe non poſſe, illuc irem? an a-
liis licet: & rectè licet in meo metu ſibi nihil ti-
mere: mihi vni neceſſe erit, & meam, & aliorum
vicem pertimeſcere? ||An, quia non condemna- 9
ui ſententia mea duos conſules ſum reprehen-
dendus? eos igitur ego potiſſimum [q] damnare
debui, quorum lege perfectum eſt, ne ego [r] in-
demnatus atque optimè de rep. meritus, damna-
torum pœnam ſuſtinerem? quorum etiam deli-
cta propter eorum egregiam in me conſeruando
voluntatem non modò me, ſed omneis bonos
ferre oporteret eorum optimum conſilium. ego
potiſſimum per eos in meam priſtinã dignitatẽ
reſtitutus, [s] cõſilio repudiare meo? At quam ſen-
tentiam dixi? Primùm eam, quã populi ſermo in
animis noſtris iam antè defixerat: deinde eam,
quæ erat ſuperioribus diebus agitata in ſenatu:
deinde eam, quã ſenatus frequens, tum cùm mi-
hi eſt aſſenſus, ſecutus eſt: vt neque allata ſit à
me res inopinata, ac recens: nec, ſi quod in ſen-

tentia

n v.c. condempnare mendosè.

o v.c. ſuo quemque arbitratu timere oport. & ita L.

p q. v.c. putarent.

q v.c. dampnare deb. in mendosè.

r v.c. indepnatus, mendosè.

s. v.c meo conſilio repudiarem? & ita L.

tentia vitium est,magis sit eius,qui dixerit,quā
10 omnium,qui probarint.||At enim liberum sena-
tus iudicium,propter metum,nō fuit.Si timuis-
se eos facis,qui discesserunt:cōcede,nō timuis-
se eos,qui remanserunt:sin autem sine iis.[t] qui
tum abfuerunt,nihil decerni liberè potuit:cùm
omnes adessent,cœptum est referri de inducen-
do S.C. Ab vniuerso senatu reclamatum est.Sed
quæro,in ipsa sententia,quoniam princeps ego
sum eius,atque auctor,quid reprehendatur.Vtrū
causa [u] capiendi noui consilij non fuit?an meę
partes in ea causa non pręcipuæ fuerunt?an aliò
potius cōfugiendum fuit?[x] quæ res,quæ causa [y]
maior esse,quàm fames potuit? quàm seditio?
quàm consilia tua,tuorumque,qui facultate o-
blata,ad imperitorum animos incitandos,reno-
uaturum te tua illa funesta latrocinia ob anno-
11 næ causam [z] putarunt?||Frumentum prouinciæ
frumentariæ partim non habebant, partim in a-
lias terras, credo, propter varietatem vendi-
torum miserant,partim,quo gratius esset, tum,
cùm in ipsa fame subuenissent, custodiis suis
clausum continebant,vt subitò nouum mitte-
rent.Res erat non in opinione dubia,sed in præ
sentia atque [a] ante oculos proposito periculo:
neque id coniectura prospiciebamus, sed iā ex
perti videbamus: nam cùm ingrauesceret anno-
na,vt iam planè inopia,ac fames,non caritas ti-
meretur:concursus est ad templum Concordiæ
factus,senatum illuc vocante Metello consule:
[b] qui si verus fuit ex dolore hominum,& fame:
certè consules causam suscipere, certè senatus
[c] aliquid consilij capere potuit, [d] sin in causa
fuit annona,seditionis quidem stimulator, &
concitator tu fuisti:nonne id agendum nobis
omnibus fuit,vt materię subtraheremus furori
12 tuo?||Quid,si vtrumque fuit,& vt fames stimu-
laret homines,& tu in hoc vlcere,tanquam vn-
guis exsisteres?nonne fuit eo maior adhibenda

t L.qui tum afuerunt,

v v.c. noui consilij capiendi.

x L. quæ vis,quæ c.

y L.maior, quàm fames,esse potuit:& ita v.c.

z L.putauerunt?

a for.ante oculos posito peric.

b L. qui sic verus timor fuit ex dol.hom.

c for. aliquid consilij capere debuit.fin.

d v.c. instimulator.

medicina, quæ & illud natiuum,[e] & hoc delectum malũ sanare posset? Erat igitur & præsens caritas,[f] & futuras fames: inde saxis facta lapidatio est. Si ex dolore [g] plebeio, nullo incitãte: magnum malum. si P. Clodij impulsu; vsitatum hominis facinorosi scelus. si vtrumque, vt & res esset ea, quæ sua spõte multitudinis animos incitaret, & parati, atque armati seditionis duces: videtúrne ipsa resp. & consulis auxilium implorasse, & senatus fidem? Atqui vtrumque fuisse perspicuũ est, difficultatem annonæ, summãque inopiam rei frumentariæ, vt homines non iam diuturnam caritatẽ,[h] sed vt famem planè timerẽt,[i] nemo negat, hãc istũ otii, & pacis hostẽ,[*] causam arrepturũ fuisse ad incendia, cædẽ, rapinas, nolo, pontifices suspicemini, nisi videritis.

13 Qui sunt homines à Qu. Metello, fratre tuo, consule, in senatu palàm nominati, à quibus ille se lapidibus appetitum, [k] & percussum esse dixit? L. Sergium, & M. Lolliũ nominauit. Quis est iste Lollius? qui sine ferro ne nunc quidem tecũ est: qui te tribuno pl. nihil de me dicã, sed qui Cn. Pompeium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? armiger, Catilinæ stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorũ, damnatus iniuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ. His, atque huiusmodi ducibus, cũ tu in annonæ caritate in consules, in senatũ, in bona, fortunásq; [l] locupletum, per causam inopum,[m] atque peregrinorũ, repentinos impetus cõparares: cũ tibi salus esse in otio nulla posset, cùm desperatis ducibus decuriatos, ac descriptos haberes exercitus perditorum: nónne prouidendum senatui fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret? Fuit igitur causa capiẽdi[n] noui cõsilij

14 Videte nunc fuerintne partes meæ pænè præcipuæ. Quẽ tũ Sergius ille tuus, quẽ ceteræ pestes in lapidatione illa nominabant?

e L. & hoc delatum mal
f L. & futura fames.
Non est satis: facta lapidatio est.
g v.c. plebeij, & ita L.
h L. sed famem planè t.
i al. fuisse nemo n.
* al. ansam. arrepturũ.
k L. etiam percussum.
l v.c. locuplotium, & ita L.
m L. atque imperitorũ & ita v.c. & nonnulli li. vul.
n q.v.c. consilij noui.

bant?quem annonā præſtare oportere dicebāt?
nónne me?quid puerorū illa concurſatio no-
ɞturna?° num à teipſo inſtituta,à me frumētum o L.nonā
flagitabant?Quaſi verò ego aut rei frumentariç teipſo inſt.
præfuiſſem,compreſſum aliquod frumentum te- & ita v.c.
nerē,aut in iſto genere omnino quidquam, aut
curatione,aut poteſtate valuiſſem.Sed homo ad
çædem imminens,meū nomen operis ediderat,
imperitis iniecerat.Cū de mea dignitate in tē-
plo Iouis Optimi Maximi ſenatus frequentiſſi-
mus,vno iſto diſſentiente,decreuiſſet:ſubitò il-
lo ipſo die,cariſſimā annonā nec opinata vtili-
15 tas conſecuta eſt.‖Erant qui deos immortaleis
(id quod ego ſentio) numine ſuo reditū meum
dicerent comprobaſſe. nonnulli autem illā rē
ad illam rationē,coniectūrāque reuocabāt:qui,
quod in meo reditu ſpes otij & concordiæ ſita
videbatur,in diſceſſu autem quotidianus ſedi-
tionis timor,iam pęnè belli depulſo metu,p cō- p v.c.com-
mutatā eſſe annonā dicebant:quç quia rurſus in mutatam annonam
meo reditu facta erat durior,à me,cuius aduen- eſſe d.
tu fore vtilitatem boni viri dictitabant,annona
flagitabatur.Ego denique non ſolùm ab operis
tuis impulſu tuo nominabar,ſed etiā q depulſis, q for.diſpul
ac diſſipatis tuis copiis à populo Ro. vniuerſo, ſis,
qui tum in Capitoliū cōuenerat.cū illo die mi-
16 nus valerem,nominatim in ſenatū vocabar.‖Ve-
ni exſpectatus,r multis ſententiis iā dictis, ro-
gatus ſum ſententiā.dixi reip.s ſaluberrimā, ac r L. multis
mihi neceſſariā. Petebatur à me frumēti copia, iam ſenten
annonę vtilitas,quaſi poſſē aliquid in ea re t ge- tiis dictis.
renda: non habebatur. flagitabar bonorum ex- s L.ſaluber
poſtulatione. improborum conuicia ſuſtinere rimā,mihi
non poterā delegaui amico locupletiori, non neceſſariā.
quo illi,ita de me merito,onus illud imponerē t L.in ea re.*mei ra-
(ſuccubuiſſē.n.potius ipſe)ſed quia videbā id, tio.*non ha
quomnes:quod nos de Cn.Pōpeio polliceremur, bebatur.
id illū fide,cōſilio,virtute,auctoritate, felicita- al.meæ per
17 te denique ſua facillimè perfecturum.‖Itaque ſonæ ratio non habe-batur.

siue hunc dij immortales fructum mei reditus populo R. tribuunt, vt, quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, cædes incẽdia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset: sic reditu meo vbertas agrorũ, frugum copia, spes otij, trãquillitas animorum, iudicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas mecum simul reducta videantur: siue egomet aliquid aduentu meo, consilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio [u] populi R. præstare debui: præsto: promitto: spondeo: nihil dico ampiius: hoc, quod satis est huic tempori, dico rẽp. annonæ nomine, in id discrimen, quò vocabatur, non esse venturam. Num igitur in hoc
18
officio, quod fuit præcipuè meum, sentẽtia mea [x] reprehenditur? [8] Rem maximam eripui è peste summi periculi, non solùm eam, sed etiã vos à cęde, incendiis, vastitate: nemo negat: cùm ad causam caritatis accederet iste speculator communium miseriarum, qui semper in reipu. malis, sceleris sui faceis [y] inflammarit. Negat oportuisse quidquam vni extra ordinem decerni. Nõ iam tibi hoc respondebo, vt ceteris: Cn. Pompeio plurima, periculosissima, maxima, terra, marique bella extra ordinem esse commissa: quarũ rerum si quem pœniteat, eum victoriæ populi R. [z] pœnitere, non ita tecum ago. Cùm his, hæc à
19
me haberi [a] oratio potest, qui ita disputant, se, si qua res ad vnum deferenda sit, ad Cn. Pompeium delaturos potissimum: sed se extra ordinẽ nihil cuiquam dare: cũ Pompeio datum sit, id se pro dignitate hominis ornari, ac tueri solere. [b] Horum ego sententiam ne laudem, impeditor Cn. Pompeij triumphis: quibus ille, cùm esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Ro. imperiúmque honestauit: constantiam probo, qua mihi quoque vtẽdum fuit, [9] quo ille auctore extra ordinẽ bellum cum Mithridate, Tigranéque gessit. Sed cũ
20
illis

u al. populo R.

x v.c. reprẽditur.

y I. inflammaret.

z al. pœnitere necesse esse.

a v.c. oratio, est, &c. non placet.

b v.c. Horũ autem sentent.

illis tamen possum aliquid disputare : tua verò
quæ tanta impudentia est.vt audeas dicere ex-
tra ordinem dari nihil cuiquam oportere ? qui
cũ lege nefaria * Ptolemæum,regem Cypri,fra-
trem regis Alexandrini,eodem iure regnantem,
causa incognita.publicasses,populúmque Rom.
scelere obligasses:cũ in eius regnum,bona, for-
tunas,latrocinium huius imperij immisisses,cu-
ius cum patre,auo,maioribus societas nobis, &
amicitia fuisset:huius pecuniæ deportandæ , [c]
&,siquis sum ius defenderet,bello gerendo M.
21 Catonem præfecisti.¶Dices,Quem virum ? San-
ctissimũ,prudentissimũ,fortissimũ, amicissimum
reip. virtute,consilio,[d]ratione vitæ mirabili ad
laudem,& propè singulari.Sed quid ad te,[10]qui
negas [e] esse iuris,quemquam vlli reip.extra or
dinem præfici ? Atque in hoc solum inconstan-
tiam redarguo tuam:qui in ipso Catone[f] quem
tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro
tuo scelere subduxeras?quem tuis Sergiis,Lol-
liis,Titiis,ceterisque,cędis & incendiorum du-
cibus,obieceras:quem carnificem ciuium,quem
indemnatorem necis principem,quem crudeli-
tatis auctorem fuisse dixeras:ad hunc honorem,
& imperiũ extra ordinem nominatim rogatio-
ne tua detulisti:& tanta fuisti intemperantia,
vt illius tui sceleris rationem occultare non
22 posses.¶Literas in concione recitasti, quas tibi
à C.Cæsare missas diceres.[g] CAESAR P. CLODIO,
cũ etiam es argumentatus,amoris esse hoc [h] si-
gnum,[11] cũ * nominibus tantũ vteretur, neque[k]
adscriberet,[i] proconsuli,aut tribuno pl.[k] dein-
de gratulari,ꝙ idẽ in posterũ M.Catonẽ tribu-
natu tuo remouisses,& ꝙ * idẽ in posterũ de ex-
traordinariis potestatib. libertatem ademisses.
Quas aut numquã tibi ille literas misit: aut , si misit , in concione recitari noluit:aut siue ille
misit,siue tu finxisti:certè consiliũ tuũ de Cato-
nis honore illarũ literarũ recitatione patefactũ
est.

* Ptolomæi Auletis Aegypti regis fratrem.
c L.&,si is suum ius defend.
d L.ratione vita mirabili ad l.
e L.esse verum, quem quem, &c.
f v.c. quem tu in eo nõ pro ill.
g L.CAESAR PVLCHRO.Cũ.
h L.signum quod cognominib. tantum vteretur:
* L.cùm cognominib.
i al.proconsule.
k L. deinde gratulari tibi,quòd M. Catonẽ à tribunatu tuo remouisses, & quod idem in posterũ. &c.
* al.eidem

est. Sed omitto Catonem, cuius eximia virtus,
dignitas, & in eo negotio, quod gessit, fides, &
continentia tegere videntur improbitatẽ & le- 23
gis, & actionis tuæ. || Quis prouinciã homini post
homines natos turpissimo, sceleratissimo, cõtami
natissimo: quis illã opimã, fertilémq; Syriã, [l] quis
bellũ pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad e-
mendos agros constitutam [m] ereptã vi ex Cæ-
saris rebus actis, quis imperium infinitum dedit?
Cui quidem cùm Ciliciam dedisses, mutasti pa-
ctionem, & Ciliciam ad prætorem item extra
ordinem transtulisti Gabinio, pretio amplifica-
to, Syriam nominatim dedisti? Quid? homini te-
terrimo, crudelissimo, fallacissimo, omniũ sce-
lerum, libidinúmque maculis notatissimo, L. Pi-
soni, nónne nominatim populos liberos, multis
senatusconsultis, etiam recenti lege [n] soceri
ipsius liberatos, vinctos, & cõstrictos tradidisti?
nónne cùm ab eo merces tui beneficij, pretiũq;
prouinciæ, meo sanguine tibi esset persolutũ,
tamen ærarium cum eo partitus es? || Itáne verò? 24
tu prouincias consulareis, quas C. Gracchus,
qui vnus maximè popularis fuit, non modò nõ
abstulit [o] ab senatu, sed etiam, vt necesse esset
quotannis constitui, [p] per [12] senatum decreta
lege sanxit: eas lege * Sempronia per Senatum
decretas rescidisti? extra ordinem, sine sorte, no-
minatim dedisti, non consulibus, sed reip. pesti-
bus? nos, quòd nominatim rei maximæ pænè iã
desperatæ, summum virum sæpe ad extrema rei-
pub. discrimina [q] delectum, præfecimus, à te re-
prehenderemur? Quid tandem? si, [r] quæ tum illis
reip. tenebris, cæciq; nubibus, & procellis cùm
senatũ à gubernaculis deiecisses, populũ è naui
exturbasses, ipse archipirata, cũ grege prædonũ
impurissimo plenissimis velis nauigares: si quæ
tum promulgasti, cõstituisti, promisisti, vẽdidisti,
[13] [s] perficere potuisses, qui loc⁹ in orbe terrarũ
va-

l L. quis bellum pacatissimis gentib. inferendum, quis pec.
m L. vi ereptam.
n L. generi ipsius lib.
o v.c. à senatum
p L. per senatum decretas, lege sanxit: al. per senatus
* Vide li. 1. Fam. ep. 7. Orat. pro Corn. Balbo. & de prouinciis Consul.
q L. delectũ & ita v. c.
r L. quæ tũ in illis.
s L. perferre potuisses & ita v. c.

vacuus extraordinariis fascibus, atque imperio
25 Clodiano fuisset?|| Sed excitatus aliquando Cn.
Pōpeij dicā ipso audienti quod sensi & sentio,
[t] quoque animo me auditurus est) excitatus, in- *t L. quoquo me animo auditurus est.*
quam, aliquando Cn. Pompeij nimiū diu recō-
ditus. & penitus abstrusus animi dolor, subuēnit
subitò reipublicæ, ciuitatémque fractam malis,
mutam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquā
spē libertatis, & pristinæ dignitatis erexit. Hic
vir extra ordinem rei frumentariæ præficiendus
non fuit? Scilicet tu [14] heluoni spurcissimo, prę-
gustatori libidinum tuarum, homini egentissi-
mo, & facinorosissimo, Sex. Clodio, socio tui
sanguinis, [15] qui sua lingua etiam sororē tuam, à
te abalienauit, omne frumentum priuatū, & pu-
blicum, omneis prouincias frumētarias, omneis
mancipes, [u] omneis horreorū claueis lege tua *v v. c. omnis horreorum clauis.*
tradidisti, quā ex re primū caritas nata est: dein-
de inopia: impendebat fames, incendia, cæ-
26 des, direptio, imminebat tuus furor omniū for-
tunis & bonis.|| Queritur etiam importuna pe-
stis, ex ore impurissimo Sex. Clodij rem frumē-
tariam esse ereptam, summísque in periculis, e-
ius viri auxilium implorasse remp. à quo sæpe se
& seruatam, & amplificatam esse meminisset. Ex-
tra ordinem ferri nihil placet Clodio. Quid? de
me quod tulisse te dicis patricida, fratricida, so
roricida, nónne extra ordinē tulisti? An de peste
ciuis, quēadmodū omnes iam dij, atq; homines
iudicauerunt, conseruatoris reipublicæ, quēad-
modum autem tute ipse confiteris, non modò,
indēnati, sed ne accusati quidē, licuit tibi ferre
non legem, sed nefarium priuilegium, lugente
senatu, mærentibus bonis omnibus, totius Italiæ
precibus repudiatis, oppressa, captáque repub.
mihi, populo Rom. implorante, senatu poscen-
27 te, temporibus reip. flagitantibus, non licuit
de salute populi Rom. sententiam dicere?|| Qua
quidem in sententia, si Cn. Pompeij dignitas
aucta

x L.coniuncta vtilitate communi, certè l. auĉta eſt,[x] coniunĉta cum vtilitate cõmuni,certè laudandus eſſem,ſi eius dignitati ſuffragatus viderer,qui meæ ſaluti opem,& auxilium tuliſſet.Deſinant,deſinant, homines iiſdem machinis ſperare me reſtitutum poſſe labefaĉtari,quibus anteà ſtantem perculerunt. Quid enim par amicitiæ conſularis fuit vmquam in hac ciuitate coniũĉtius,quã fuimus inter nos, ego, & Cn.
y L.de illius dignitate illuſtriùs, quis ſen. v.c. de ill.dign. illuſtriùs,q. Pompeius?quis apud populũ Ro.[y] de illius dignitate induſtriùs,qui ſenatui ſæpius dixit? qui tantus fuit labor,quæ ſimultas, quæ contentio, quã ego non pro illius dignitate ſuſceperim? qui ab illo in me honos,quę prędicatio de mea laude, quæ remuneratio beneuolentiæ prætermiſſa eſt?‖Hanc noſtram coniunĉtionem, hanc 28
conſpirationẽ in rep.bene gerenda, hanc iucũdiſſimã vitæ,atque officiorũ omniũ ſocietatem, certi homines fiĉtis ſermonibus, & falſis criminib.diremerunt:cùm iidẽ illũ, vt me metue-
z L. ſibi à me caueret, ret,[z] me caueret,monerent:iidẽ apud me, mihi illum[a] eſſe vni inimiciſſimum,dicerent: vt neq;
a v.c.vni eſſe in. ego,ab illo,quæ mihi petẽda eſſent,[15]ſa.[15][b]au-
b L.audacter pet. & ſta v.c. daĉter petere poſſem:neque ille,tot ſuſpicionibus certorum hominum:& ſcelere exulceratus, quæ meũ tempus poſtularet, ſatis prolixè mihi polliceretur. ‖ Data merces eſt erroris mei ma- 29
gna,põtifices, vt me non ſolùm pigeat ſtultitiæ meæ,ſed etiam pudeat:qui, cùm me non repen-
c v. c.tempus meum, tinũ aliquod[c] meũ tẽpus,ſed veteres multò antè ſuſcepti,& prouiſi labores,cũ viro fortiſſimo,&
d al. paſſus ſim clariſſimo cõiunxiſſent, [d] ſim paſſus à tali amicitia diſtrahi:neque intellexerim,quibus aut vt
e L.q.li. v. apertiſſimis [e] apertis inimicis obſiſterẽ, aut vt inſidioſis amicis non crederẽ. Proinde deſinant aliquan-
f L. inflare verbis: do[16]me iiſdem[f] inflammare verbis: Quid ſibi iſte vult?neſcit,quantũ auĉtoritate valeat, quas res geſſerit,qua dignitate ſit reſtitutus. cur ornat eum, à quo deſertus eſt?‖ Ego verò neque 30
g al. pœnæ me tum deſertum puto,ſed [g] pænè deditum:nec,

quæ

quæ sint in illa reip. flamma gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, [h] patefaciũdum mihi esse arbitror. Si vtile reip. fuit, haurire me vnum pro omnibus illam indignissimã calamitatem: etiam hoc vtile sit, quorum id scelere conflatum sit, me occultare, & tacere. Illud verò est hominis ingrati, tacere. Itaque libentissimè prædicabo, Cn. Pompeium studio, & auctoritate æquè, vt vnumquemque vestrûm, opibus, contẽtione, precibus, [i] periculis denique, præcipuè pro salute mea laborasse. Hic tuis, P. Lentule, cũ tu nihil aliud dies, & nocteis, nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit: hic tibi grauissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit: hic municipia, coloniásque adiit. hic Italiæ totius auxilium cupientis implorauit: hic in senatu princeps sentẽtiæ fuit: 17 idémque cùm dixisset, tum etiam pro salute

31 mea populum Rom. obsecrauit. || Quare istam orationem, qua es vsus, omittas licet: post illam sententiam, quam [k] dixeram de annona, pontificũ animos esse mutatos: [l] perinde, quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter, atque ego existimo, sentiãt: aut, quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cuius fortè pontificis animũ, quod certò scio aliter esse, mea sentẽtia offendit, alio modo sit cõstituturus aut de religione pontificum, aut de rep. quàm eum aut cæremoniarum

32 ius, aut ciuitatis salus coegerit. || Intelligo, * põtifices, me plura extra causam dixisse, quàm aut opinio tulerit, aut volũtas mea: sed cùm me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. Sed hoc compensabo breuitate eius orationis, quæ pertinet [m] ad ipsam cognitionem vestram: quæ cùm sit in ius religionis, &

h L. patefaciendum mihi, &c. & ita v.c.

i v.c. periclis den.

k L. dixerim

l L. proinde, quasi

* CONTENTIONIS pars altera de cognitione pontificum in v.c. ad causam, cognitionémque vestrã: & ita L.

& in ius reipublicæ distributa religioni partem,
quæ multò est verbosior, [n] prætermittens, de
iure reipublicæ dicam. || Qui est enim aut tã ar- 33
rogans, quàm de religione, de rebus diuinis,
cæremoniis, sacris pontificum collegium doce-
re conari: aut tam stultum, [o] quàm, si quis quid
in vestris libris inuenerit, id narrare vobis: aut
tam curiosum, quàm ea scire velle, de quibus
maiores nostri vos solos & consuli, & scire vo-
luerũt? Nego potuisse iure publico, legibus iis,
quibus hæc ciuitas vtitur, quemquam ciuẽ vlla
eiusmodi calamitate affici, sine iudicio: hoc iu-
ris in hac ciuitate, [p] etiã tum, cùm reges essent,
dico fuisse: hoc nobis esse à maioribus traditũ:
hoc esse denique proprium liberæ ciuitatis, vt
nihil de capite ciuis, aut de bonis, sine iudicio
senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque
re constituti iudices sint, detrahi possit. || [q] Vi- 34
désne me non radicitus euellere omneis actio-
nes tuas? [r] neque illud agere quod apertum est,
te omnino nihil gessisse iure, non fuisse tribu-
num pleb. [18] hoc dico, [s] esse parricidium: dico
apud põtifices: augures adsunt, versor in medio
iure publico. Quod est, pontifices, ius adoptio-
nis? nempè vt is adoptet, qui neque procreare
iam liberos possit, &, cùm potuerunt, sit exper-
tus. Quæ deinde causa cuiq; sit adoptionis, quæ
ratio * generum ac dignitatis, quę sacrorũ, quęri
à Pontificum collegio solet. Quid est horum in
ista adoptione quæsitũ? Adoptat annos viginti
natus, etiã minor, senatorẽ. Liberorúmne causa?
At procreare potest. habet vxorem, suscepit etiã
liberos. Exheredabit igitur pater filium. Quid?
sacra Clodiæ gẽtis cur intereunt, quod in te est?
quæ omnis notio põtificum, [19] cùm [t] adoptaret,
esse debuit. || Nisi fortè ex te ita quæsitum est, 35
non perturbare remp. seditionibus velles: & ob
eã causam adoptari, non vt filius esses, sed vt
tribunus plebis fieres, [u] & funditus euerteres
ciui

n L. prætermittam, de iure &c. & ita v.c.
o al. quàm, quod quis in vestr.
p v.c. etiã cũ reges essent,
q L. Vidésne me radicitus
r L. me illud
s L. te esse patricium: & ita v. c.
* al. generis malè.
t L. adoptarere,
v L. & funditus ciuitatem euertores.

uitatem. Respondisti, credo, te ita velle Pōtificibus bona causa visa est: [x] approbauerunt. non ætas eius, qui adoptabat, quæsita est, vt in Cn. Aufidio, M. Puppio: quorum vterque nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonē adoptauit. quas adoptiones, sicut alias innumerabileis, hereditates nominis, pecuniæ sacrorum secutæ sunt. Tu neque Fōteius es, qui esse debebas: neque patris heres: neque, amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti. Ita perturbatis sacris, cōtaminatis gentibus, & quam deseruisti, & quam polluisti, iure [y] Quiritum legitimo tutelarū, & hereditatum [z] relicto, factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisti.

36 Dico apud pontifices. nego, istam adoptionē pontificio iure esse factā: primùm, quòd [a] hæ vestræ sint ætates, vt is, qui te adoptauit, [20] [b] vel tibi loco filij per ætatē esse potuerit: deinde quòd causa quæri [c] soleat adoptādi, vt & is adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, & legitimo, & pōtificio iure quærat: & ita adoptet, vt nequid aut de dignitate genere, aut de sacrorū religione minuatur. illud in primis, nequa [d] calūnia, nequa fraus, ne quis dolus adhibeatur: vt hæc simulata adoptio filij, quàm maximè veritatem illā suscipiendorum liberorum imitata esse videatur.

37 Quæ maior calumnia est [21] quàm venire [e] imberbem adolescentulū benè valētē, ac maritum: dicere, filium senatorū populi Ro. sibi velle adoptare: id autem scire, & videre omneis non vt ille filius instituatur, sed vt è patriciis exeat, & tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscurè. nam adoptatū emācipari statim, ne sit eius filius, qui adoptarit. [22] Cur ergo * adoptatur? probate genus adoptionis. iam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis, patricius nemo relinquetur. [23] cur enim quisquam * vellet tribunum plebis se fieri non licere? angustiorem sibi

[x] verbum, approbauerunt, non habent tres libri veteres.

[y] v.c. Quiritium

[z] L. de relicto, & ita v.c.

[a] L. ex

[b] L. vel filij tibi loco per ætatem &c.

[c] al. solet

[d] v.c. Kalumnia,

[e] al. imberbum.

* al. adoptabat

* al. vollet

ſibi eſſe petitionem conſulatus? in ſacerdotium cùm poſſit venire, quia patricio nõ ſit locus, nõ venire? Vt cuique aliquid acciderit, quare commodius ſit eſſe plebeium, ſimili ratione adoptabitur. 38
|| Itaque populus Romanus breui tẽpore, neque regẽ ſacrorum, neque flamines, f nec ſalios habebit, nec ex parte dimidia reliquos ſacerdotes: neque auctores centuriatorũ, & curiatorum comitiorũ: auſpiciáque populi Romani, ſi magiſtratus patricij, creati non ſint, intereant neceſſe eſt, cùm interrex nullus ſit, quòd & ipsũ, patricium eſſe, & à patricio prodi neceſſe eſt. Dixi apud pontifices, iſtam adoptionem nullo decreto huius collegij probatam, contra omne pontificium ius factam, pro nihilo eſſe habendam: qua ſublata, intelligis, totum tribunatum tuum concidiſſe. 39
|| Venio ad augures, quorũ ego libros, ſiqui ſunt reconditi, non ſcrutor: nõ ſum in exquirendo iure augurũ curioſus. hæc, quæ vnà cum populo didici, quæ ſæpè in concionibus reſponſa ſunt, noui. Negant fas eſſe agi cum populo, cùm de cælo ſeruatũ ſit. Quo die de te lex curiata lata eſſe dicatur, audes negare de cælo eſſe ſeruatũ? Adeſt præſens vir ſingulari virtute, conſtantia, grauitate præditus, M. Bibulus. hunc conſulem illo ipſo die contẽdo ſeruaſſe de cælo. g Infirma ſunt igitur acta, tua ſententia, C. Cæſaris viri fortiſſimi? Minimè. neque enim mea iam quidquã intereſt, exceptis his telis, quæ ex illius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt. 40
||Sed hæc de auſpiciis, quę ego nunc perbreuiter attingo, acta ſunt à te. tu, tuo præcipitante iam, & debilitato tribunatu, auſpiciorum patronus ſubitò extitiſti: tu M. Bibulum in contionem, tu augures produxiſti. te interrogante augures reſponderũt, cùm de cælo ſeruatum ſit, cùm populo agi non poſſe. tibi M. Bibulus quærenti, ſe de cælo ſeruaſſe reſpondit, idémque in cõcione dixit, ab Appio, fratre tuo, productus te omninò, quòd

f L. neque ſalios hab.

g L. Infirma ſunt igitur, tua sẽtentia, acta C. Cæſ. viri fortiſſ.

quòd contra auspicia adoptatus esses, tribunum plebis non fuisse. Tua denique omnis actio posterioribus mensibus fuit: omnia, quæ C. Cæsar egisset,[24] quæ contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere, quod si fieret, dicebas te tuis humeris me custodem vrbis in vrbē relaturum. Videte hominis [h] amentiam, vbi per suum tribunatum Cæsaris actis [i] alligatus teneretur.

41 Si & sacrorum iure pōtifices, & auspiciorum religione augures totum euertunt tribunatum tuum, quid quæris ampliùs? an etiam apertiùs aliquod ius populi, atque legū? [k] Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio, cùm C. Antonium, collegam meum defenderem, quædam de republica, quæ mihi visa sunt, ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros forteis longè aliter, atque à me dicta erant, detulerūt. Hora nona illo ipso die, tu es adoptatus. Si, quod in ceteris legibus trinûm nundinûm esse oportet, id in adoptione satis est, trium esse horarum: nihil reprehendo. sin eadem obseruanda sunt: [25] decreuit senatus, M. Drusi legibus, quæ contra legē* Cæciliam, & Didiam latæ essent, populum non teneri.

42 Iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse? [l] Atque ego hoc totū non sine causa relinquo, video enim quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse, te cum plebe iure agere potuisse: qui etiam de me ipso, cum tua rogatione funere elatam rempublicam esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, iure in lictum esse dicebant, [m] quod de me ciue, ac de republica bene meritò tulisses, funestum funus te indixisse reipublicæ: quod salutis auspiciis tulisses, iure egisse dicebant. Quare licebit, vt opinor, nobis eas actiones infirmare, quibus illi actionibus con-

h L. amentiam, qui perire suū tribunatum tū demum voluerit, vbi per s. trib.

i L. illigatus

k L. Hora circiter sexta diei

*Lex hæc à Q. Cæcilio Metello, & T. Didio Coss. lata, vide 2. Aer. ep. 10. & 5. Philip.

l q. v. c. At ego hoc totum, &c.

m L. quod de me ciui, ac de rep. bene merito ciui, tulisses: vnus te indix.

ſtitutum tribunatum tuum comprobauerunt.

* CONTENTIONIS pars tertia de actionibus Clodij

¶Fueris* ſanè tribunus plebis [26] tam iure [n] quã 43
lege,quã fuit hic ipſe Rullus,vir omnibus rebus
clariſſim⁹,atq; ampliſſimus:quo iure quo more,
quo exemplo legem nominatim de capite ciuis
indemnati tuliſti?Vetant leges ſacratæ, vetant
XII.tabulæ,[o] leges priuatis hominibus irroga-
ri:id eſt enim priuilegium.nemo vmquam tulit:
nihil eſt crudelius,nihil pernicioſus,nihil quod
minùs hæc ciuitas ferre poſſit. Proſcriptionis
miſerrimũ nomen illud,& omnis acerbitas Syl-
lani temporis,quid habet quod maximè ſit inſi-
gne ad memoriam crudelitatis?opinor,pœnã in
ciueis Romanos nominatim ſine iudicio cõſti-
tutam.¶Hanc vos igitur, pontifices,iudicio, at- 44
que auctoritate veſtra tribuno plebis poteſtatẽ
dabitis,vt proſcribere poſſit, quos velit? quæro
n.quid ſit aliud proſcribere. VELITIS,IVBEA-
TIS,VT M.TVLLIVS IN CIVITATE NE SIT,BO-
NAQVE EIVS VT MEA SINT.Ita .n. fecit,etſi a-
liis verbis tulit.Hoc[p] plebiſcitũ eſt?hæc lex?hęc
rogatio eſt?hoc vos pati poteſtis?hoc ferre ci-
uitas,vt ſinguli ciues ſingulis verſiculis è ciui-
tate tollantur?Equidẽ iam perfunctus ſum: nul-
lam vim,nullum impetum metuo : expleui ani-
mos inuidorum:[q] placaui odia improborum:ſa-
turaui etiam perfidiam , & ſcelus proditorum:
denique de mea cauſa , quæ videbatur perditis
ciuibus ad inuidiam eſſe propoſita , iam omnes
vrbes,omnes ordines,omnes dij,atque homines
[r] iudicauerunt. ¶ Vobiſmetipſis, pontifices , & 45
veſtris liberis,ceteriſque ciuibus,pro veſtra au-
ctoritate,& ſapientia conſulere debetis.nã,cùm
tam moderata iudicia populi ſint à maioribus
conſtituta:primùm, vt ne pœna capitis cum pe-
cunia coniungatur:deinde,[27] ne,niſi [s] prodicta
die, quis accuſetur:[28] vt ter ante [t] magiſtratus
accuſet, intermiſſa die,quã multã irroget, aut
iudicet:quarta ſit accuſatio trinûm nundinûm[v]
pro

n L. tã lege
o L. leges priuatas hominib.
p v.c. plebeiſcitum eſt?
q hoc totum , plac. od. impr. non eſt in 3. lib. ver.
r L. iudicarunt.
s al. prædicta die , al. prodita d.
t L. magiſtratus citet,interm.
v al. prodita al. prædicta.

prodicta die, qua die iudicium sit futurum: tum multa etiam ad placandum, atque ad misericordiam reis concessa sunt: deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute: deniq; etiã
92 siqua res illum diem aut auspiciis,[x] aut excusatione sustulit: tota causa, iudiciúmque sublatum est.[y] Hæc cùm ita sint in re, vbi crimen est? vbi accusator? vbi testes? Quid indignius, quàm qui neque adesse sit iussus, neque citatus, neque accusatus, de eius capite, liberis, fortunis omnibus, conductos, & sicarios, egenteis, & perditos suffragium ferre, & eam legem putare? At, si hoc de me potuit, quem honos, quẽ dignitas quẽ causa, quem respublica tuebatur, cuius denique pecunia non expetebatur, cui nihil oberat præter conuersionem status, & inclinationẽ communium temporum: quid tandem futurum est iis, quorũ vita remota ab honore populari, & ab hac illustri gratia est: pecuniæ autem tantę sunt, vt eas nimiùm multi, egentes, sumtuosi,
47 nobiles cõcupiscant? Date hanc tribuno plebis licentiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, & eos, maximè, qui imminere iam cupiditate videntur in tribunitiam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota reperientur, hoc iure firmato, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari, & spe largitionis oblata. At quid tulit legum scriptor, peritus, & callidus? VELITIS, IVBEATIS, VT M. TVLLIO [a] AQVA, ET IGNI INTERDICATVR? crudele, nefarium, ne in sceleratissimo quidem [b] ciue ferendum sine iudicio. Non tulit, vt interdicatur. quid ergo? vt interdictum sit. O cœnum, ô portentum, ô scelus! hanc tibi legem [c] Clodius scripsit, spurciorem lingua sua, vt interdictum sit, cui non sit interdictum? [d] Sexte noster, 30 bona venia dic, quoniam iam dialecticus es, [d] & hoc quoque

x L. aut recusatione sust.

y L. Hæc cũ ita sint constituta iure, vbi cr.

a v. c. aqua & ignis

b L. ciui sine iudicio ferendum, & ita v. c.

c L. Sex. Clodius

d L. Sexte noster, bona venia. dic, quon.

e al. & hoc quoque Ligurris: & ita v. c.

Liguris:quod factum non eſt, vt ſic factum,ferri ad populum,aut verbis vllis,ſanciri,aut ſuffragiis confirmari poteſt? || Hoc tu ſcriptore,hoc 48
conſiliario, hoc miniſtro,omnium non bipedũ ſolùm,ſed etiam quadrupedum impuriſſimo,rẽpublicã perdidiſti. neque tu eras tam excors,tã-que demens,vt neſcires,hunc Clodium eſſe, [f] qui cõtra leges faceret:[31] & alios eſſe,qui leges ſcribere ſolerent:ſed neque eorum, neque ceterorum,in quibus eſſet aliquid modeſtiæ, cuiuſquã tibi poteſtas fuit:neque tu legum [g] ſcriptoribus iiſdem potuiſti vti, quibus ceteri, neque operum architectis:neque pontificem adhibere quem velles:poſtremò ne in prædæ quidẽ ſocietate mancipem,aut prædæ ſocium,extra tuorũm gladiatorũ numerum:aut denique ſuffragij latorem in iſta tua proſcriptione quemquã, niſi furem,[h] aut ſicarium,reperire potuiſti.|| Itaque cũ 49
tu florens,ac potens [32] per mediũ forum[i] popularis volitares:amici illi tui,te vno amico tecti, & beati,qui ſe populo commiſerant,ita repellebantur, vt etiam Palatinam tuam perderẽt. qui in iudicium venerant:ſiue accuſatores erãt,ſiue rei:te deprecante damnabantur. denique etiam ille nouitius Ligur,venalis adſcriptor,[k] & ſubſcriptor tuus,cũM.Papirij,ſui fratris,eſſet teſtamento,& iudicio improbatus, mortem eius ſe velle perſequi dixit:nomen Sexti Propertij detulit,accuſare alienæ damnationis,[l] ſceleríſque ſocius, propter calumniæ metum,non eſt auſus.
||De hac igitur lege dicimus, quæ iure rogata 50
videatur:cuius quã quiſque partem tetigit, digito,voce,præda,ſuffragio: quocumque venit, repudiatus,cõuictúſque diſceſſit.Quid,ſi iis verbis ſcripta eſt iſta proſcriptio,vt ſe ipſa diſſoluat?eſt enim,QVOD M. TVLLIVS FALSVM SENATVSCONSVLTVM RETVLERIT. Si igitur retulit falſum Senatuſconſultum, tum eſt rogatio. ſi non retulit, nulla eſt. Satíſne tibi videtur à ſena

f L.qui cõtra leges faceret: alios, qui leg.

g L.ſcriptoribus iiſdem pet.

h L.aſicariũ, & ita v.c.

i L ſcortũ populare volitares.

k copula, &, abeſt à v.c.

l v.c.ſceleríſque ſocios,prot.

natu iudicatum, me non modò non ementitum esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam vnum post vrbem conditam diligentissimè senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid, si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti? taménne arbitraris, id, quod M. Drusus in legibus suis plerisque, 33 bonus ille vir, M. Scaurus, & L. Crassus consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum, & stuprorum [m] omnium Decumis, & [n]
51 Clodiis auctoribus obtinere? || Tulisti de me, ne reciperer, non vt exirem: quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romæ. Quid enim diceres? damnatum? Certè non. Expulsum? quî licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum, vt exirem. pœna est, qui receperit: quam omnes neglexerunt. eiectio nusquam est. Verùm sit. quid? operum publicorum exactio: quid? nominis inscriptio, tibi num aliud videtur esse, ac meorũ bonorum direptio: præterquã quòd ne id quidem per legem Liciniam, vt ipse tibi curationẽ ferres, facere potuisti? Quid hoc ipsum, quod nunc apud pontifices agis, te meam domũ consecrasse, te monumentum fecisse, [o] in meis ædibus te signum dedicasse, eáque te ex vna rogatiuncula fecisse. vnum, & idem videtur esse, atque id, quòd de me ipso nominatim tulisti?
52 || Tam hercule est vnum, quàm quòd idem tu lege vna tulisti: vt Cyprius rex, cuius maiores huic populo socij, atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub præcone subiiceretur, & exsules Byzantium reducerẽtur. Eidem, inquit, vtraque de re negotium [q] dedi. sed quid, si eidem negotium dedisses, vt in Asia Cistophorum flagitaret, inde iret in Hispaniam: [r] cùm Roma decessisset: consulatum ei petere liceret: cùm factus esset, prouinciam Syriam obtineret? quoniam de vno homine scriberes, vna
53 res esset? || [s] Quòd si iam populus Romanus 34

m al. abest hinc vox, omnium.

n al. Cloeliis

o L. te in meis ædibus signum dedicasse,

p L. & exsules Byzantii reduce.

q L. dedi Scilicet. Quid, si ei.

r Lam. cùm inde decessisset, cons.

s L. Quòd si iam populus R. de ista leg. cô.

de ista re consultus esset, & non omnia per seruos, latronesque gessisses, nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret,[t] de exulibus Byzantinis displiceret? [u] Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis, & Didiæ, nisi hæc, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare? Quid, si per vim tulisti? taménne lex est? [x]aut quidquam iure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? an, si in ipsa latione tua, capta iam vrbe, lapides iacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis, sine summa vi peruenire potuisti? Cùm in tribu- 54
nali Aurelio conscribebas palàm non modò liberos, sed etiam seruos, ex omnibus vicis concitatos, vim tum videlicet non parabas. cùm edictis tuis tabernas claudi iubebas, non vim imperitæ multitudinis: sed hominum honestorum modestiam, prudentiámque quærebas. cū arma in ædem Castoris comportabas. nihil aliud nisi vti ne quid per vim agi posset, machinabare. cū verò gradus Castoris conuellisti, ac rempuisti: tum, vt modestè tibi agere liceret, [y] homines audaceis ab eius templi aditu, atque adscensu repulisti. cùm eos, qui in conuentu virorū bonorum verba de salute mea [z] fecerāt, adesse iussisti, eorúmque aduocationem, manibus, ferro, lapidibus discussisti: tū profectò ostendisti, vim tibi maximè displicere. Verùm hæc curiosa vis 55
vesani tribuni plebis facilè superari, frangique potuit virorum bonorum vel virtute, vel multitudine. Quid? cùm Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, vtrique infinitum imperium, ingens pecunia, vt tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias, 33 [a] tibi suos paratos centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te suis sceleratis cōtionibus subleuarent, senatus auctoritatem irriderent, equi

t L. de exsulibus Byzātiis disp.
v L. Quæ est enim alia v. al. Quæ est, quæso, alia v.
x al. an
y L. homines ab eius templi
z v. c. facerent,
a L. tibi separatos cētur. al. paratos.

equitibus Romanis mortem, proſcriptionémq; minitarentur:me terrerent minis: mihi cædem, & dimicationem denuntiarent:[36]meam domũ, refertã viris bonis,per amicos ſuos*complerẽt: proſcriptionis metu [b] me frequentia nudarent, virorum bonorum me præſidio ſpoliarent: ſenatum pro me[c] non modò propugnare, ampliſſimum ordinem,ſed etiam plorare, & ſupplicare,mutata veſte prohiberent: ne tum quidẽ vis
56 erat?|| Quid igitur ego geſſi, aut qui timor fuit? [d]non dicam in me quidem: fac me timidum eſſe natura: quid illa tot virorum fortiſſimorum millia,quid illi equi,illi equites Romani: quid? ſenatus,quid?denique omnes boni,ſi nulla[f] vis erat cur me flentes potiùs proſecuti ſunt,quàm aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerũt?An hoc timebam, ſi mecum ageretur more, inſtitutóque maiorum, vt poſſem præſens ſuſti-
57 nere? || Verùm ſi dies dicta eſſet, iudicium mihi fuit pertimeſcendum: an ſine iudicio priuilegium? iudicium in cauſa tam turpi? ſcilicet is homo ſum,qui etiã ſi cauſa eſſet ignota,dicendo non poſſem explicare.an eã cauſam probare non poteram,cuius tãta bonitas eſt,[h]vt ea ipſa non modò ſe, ſed etiã me abſentem per ſe probarit? an ſenatus, an ordines ij, qui cuncta ex Italia ad me reuocandũ conuolauerunt,ſegniores me præſente ad me retinendũ,& conſeruandum fuiſſent in ea cauſa, [i] quam ipſe iam parricida talẽ dicat fuiſſe,vt me ab omnibus ad meã priſtinã dignitatẽ exſpectatũ,atq;reuocatũ que-
58 ratur?|| [k] An verò in iudicio periculi nihil fuit: priuilegium pertimui,ne,mihi præſenti ſi multa irrogaretur,nemo intercederet? Tam inops autem ego erã ab amicis,aut tã nuda reſpublica à magiſtratibus? [l] Quid? ſi vocatæ tribus eſſent, proſcriptionem non dicam in me, ita de ſua ſalute meritò,ſed omninò in vllo [m] ciue comprobauiſſent? An, ſi ego præſens fuiſſem, ve-

*al.compilarent:
b L.me frequentia nudarent virorum bonorum, me præſ.
c v. c. non modò pugnare,
d L. non dicam in me: fac me
e v.c.cod. Quid noſtri equites R.
f v.c. erat vis,
g L.ſi iam cauſa &c. & ita v.c.
h for. vt ea ipſa ſe non modò præſente me, ſed etiam abſente per ſe probarit?
i L. quam ipſe etiam patricida
k al. At verò in iud. peric. n.f. priu. pert. ne, mihi præſ.ſi multa irr.nemo intercederet.
l al.Quid ſi vocatæ tribus eſſent, proſ.&c.
m v. c.ciui & ita L.

teres illæ copiæ coniuratorum, tuique perditi
milites, atque egentes, & noua vis sceleratissi-
morum consulum corpori meo pepercissent?
qui cùm eorum omnium crudelitati, scelerique
cessissem, ne absens quidem luctu meo [n] menteis
illorũ satiare potui. || Quid enim vos vxor mea 59
misera violarat? quam vexauistis, raptauistis, o-
mni crudelitate [o] lacerauistis. Quid? mea filia:
cuius fletus assiduus, sordésque lugubres, vobis
erant iucundæ, ceterorum omnium menteis, o-
culósque flectebant: quid? paruus filius: quem
[p] quamdiu absui, nemo nisi lacrymantem, con-
fectúmque vidit: quid fecerat, quòd eum [q] toties
per insidias interficere voluistis? Quid? frater
meus: qui cùm aliquanto post meũ discessum ex
prouincia venisset, neque sibi viuendum, nisi me
restituto, putaret, cùm eius mæror, [r] squalor in-
credibilis, & inauditus, omnibus mortalibus
miserabilis videretur: [s] quoties ex vestro ferro,
ac manibus est elapsus? || Sed quid ego vestram 60
crudelitatem expromo? quam in ipsum me, ac
meos adhibuistis: qui parietibus, qui tectis, qui
columnis, ac postibus meis[37] horrificum quod-
dam, [t] & nefarium, omni imbutum odio bellum
intulistis? non enim te arbitror, cùm post meum
discessum, omnium [u] locupletum fortunas, om-
niũ prouinciarũ fructus, & tetrarcharum, ac re-
gũ bona. [x] spe & auaritia deuorasses, argenti, &
suppellectilis meę cupiditate esse cæcatum: non
existimo, Campanum illum consulẽ cũ saltato-
re collega, cùm alteri totam Achaiã, Thessaliã,
Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnémque
Barbariam, bono ciuium Romanorũ condonas-
ses: alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerri-
mas, pacatissimásque genteis ad diripiendum
tradidisses: illos tam cupidos liminum meorũ,
& columnarum, & valuarum fuisse. || Neque 61
porrò illa manus, copiæque Catilinæ, cæmen-
tis [y] ac tegulis meorum tectorũ se famem suam
expl

n v.c. menteis eorum f. & ita L.

o L. lacerastis

p L. quandiu afui,

q v.c. totiens, mendosè.

r L. squalorq; incr.

s v.c. quotiens, mendosè.

t L. & nefarium omnique

v v.c. locupletium for. & ita L.

x v.c. spe atque auaritia & ita L.

y L. ac tignis v.c. ac tectis

expleturas putauerũt. Sed vt hostium vrbes, nec omnium hostium, verùm eorum, quibuscũ acerbum bellum,[38] intestinúmque suscepimus, non prȩda adducti, sed odio solem[92] excidere, quòd, in quos propter eorũ crudelitatẽ inflãmatȩ mẽtes nostræ fuerunt, cum horum etiã tectis, [a] ac sedibus residêre aliquod bellũ semper videtur:

* * *

* * *

62 * ||Nihil erat latum de me: non adesse [b] eram iussus: non citatus fueram: eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis, cùm domus in Palatio, villa in Tusculano,[39] [c] altera ad alterum consulẽ, transferebatur.[40] senatum consules vetabant: [d] colũnæ marmoreæ ex ædibus meis, inspectante populo Romano [e] ad socerum consulis portabantur: in fundum autem vicini consulis nõ modò instrumentũ, aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur: cùm ipsa villa non prædæ cupiditate (quid enim erat prædæ?) sed odio, & crudelitate funditus euerteretur. domus ardebat in palatio non fortuito, sed oblato incendio: [f] consules epulabantur, & in coniuratorum gratulatione versabantur, cùm alter se Catilinæ delicias, alter Cethegi conso-
63 brinum fuisse diceret.||Hanc ego vim, põtifices hoc scelus, hunc furorem meo corpore opposito, [g] à bonorũ omnium ceruicibus depuli, omnémque impetũ discordiarum, omnem diu collectã vim improborũ, quæ inueterata, cõpresso odio, atque tacito,[41] [h] iã erumpebat in actum, tã audaceis duces excepi meo corpore. in me vno consulares faces iactæ manib. tribunitiis: in me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæserunt. Quòd si, vt multis fortissimis viris placuit, vi & armis contra vim decertare voluissem: aut vicissem cum magna internecione improborum, sed tamen ciuium: aut, interfectis bonis omnibus, quod illis

a L. exscindere,
a v.c. & sedibus
b for. iussus eram.
c L. altera ad alterũ, altera ad alterum cõsulem trãsferebatur
senatũ consules pro me deprecari, & populo supplicare, edictis, atque imperio vetabant, col.
d v.c. colũnæ, mendosè.
e L. ad socrum consul s port.
f v. c. consul epulabatur, & in coniura. gra. versabatur,
g v.c. ab omnium bonorum
h L. iam erumpebat nacta tam audaceis duces, exc.

optatissimum erat, vnà cum republica concidissem.||Videbam, viuo senatu, populóque Roma- 64
nol celerem mihi summa cum dignitate reditũ:
nec intelligebam fieri diutius posse, vt mihi nõ
liceret esse in ea republica, quam ipse seruassẽ.
quod si non liceret, audieram, & legeram, clarissimos nostræ ciuitatis viros, se in medios hosteis ad perspicuam mortem pro salute exercitus [k] iniecisse: ego pro salute reipublicæ vniuersæ dubitarem?[l] Hoc meliore conditione esse, quàm Decij, quòd illi ne auditores quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem. Itaque infractus furor tuus [m] inaneis faciebat impetus. omnem enim vim omnium sceleratorum, acerbitas mei casus exceperat. nõ erat in tã [n] immani iniuria, tantisq; ruinis nouæ crudelitati locus.|| [o] Cato fuerat proximus. 42 65
(quid ageres, non erat,) vt qui modus omnibus moribus fuerat, idem esse iniuriæ. Quid? posses extrudere ad Cypriam pecuniam. Præda perierit. Alia non deerit: hunc modò amandum esse. Sic M. Cato, [p] inuisus, quasi per beneficium Cyprum relegatur. eiiciuntur duo, [q] quos improbi videre non poterant: alter per honorem turpissimũ:
alter per honestissimam calamitatem.|| Atque, vt 66
sciatis, non hominibus istũ, sed virtutibus hostẽ semper fuisse: me expulso, Catone amandato, in eum ipsũ se conuertit, quo auctore, quo adiutore, in cõtionibus, ea, quæ gerebat, omnia, quæq; gesserat, se fecisse, & facere dicebat. Cn. Põpeiũ, quem omniũ iudicio longè principẽ esse ciuitatis videbat, diutius furori suo veniã daturum non arbitrabatur. qui ex eius custodia, per insidias regis amici filium, hostem, captiuum, surripuisset, & ea iniuria virum fortissimum lacessisset: sperauit iisdem se copiis cum illo posse cõfligere, quibuscum ego noluissem, bonorum periculo, dimicare: & primò quidem, adiutoribus consulibus, postea fregit fœdus Gabinius:

[r] Piso

l L. celerem mihi fore summa cũ dign.

k L. obiecisse:

l L. Hoc meliore conditione essẽ, quàm D. & ita v. c.

m v. c. inanis

n v. c. immani

o L. Cato mihi fuerat proximus quod ageres, non erat, nisi, vt qui mihi dux omnib. in rebus fuerat, idẽ esset iniuriæ socius.

Quid

p for. inuitus.

q v. c. quos videre improbi non p. & ita v. c.

67 [r] Piso tamen in fide mansit.|| Quas iste tum cædeis, quas lapidationes, quas fugas fecerit: quàm facilè ferro, quotidianisque insidiis, cùm iam à firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompeium foro, curiáque priuarit, domúmque cõiecerit, vidistis. ex quo iudicare potestis, quanta vis illa fuerit oriens, & congregata, cùm hæc Cn. Pompeium terruerit iam distracta,
68 & extincta.|| Hoc vidit in sententia dicenda Kalendis Ianuariis vir prudentissimus, & cùm reipublicæ, tum mihi, [s] tũ etiã veritati amicissimus, L. Cotta, qui legẽ de meo reditu ferendam non censuit: qui me consule reipublicæ cessisse tempestati: amicioré vobis, ceterisque ciuibus, quàm mihi, ac meis extitisse: vi, armis, dissensione hominum ad cædem instituta, nouóque dominatu pulsum esse dixit: nihil de meo capite potuisse ferri: [t] nihil esse inscriptum, aut posse valere: omnia contra leges, [u] moréfque maiorũ, temerè, turbulentè, per vim, per furoré esse gesta. quòd si illa lex esset, nec referre ad senatum [x] consules, nec sententiã dicere sibi licere: quorum vtrumque cùm fieret, non oportere, vt de me lex ferretur, decerni. ne illa, quæ nulla esset, esse lex iudicaretur. [y] Sententia verior, grauior, vtilior, melior reipublicæ nulla esse potuit. hominis enim scelere, & furore notato, similis à
69 republica labes in posterũ [z] dimouebatur.|| Neque hoc Cn. Pompeius, qui ornatissimam de me sententiam dixit, vósque, pontifices, qui me vestris sententiis, auctoritatibúsque defendistis, non vidistis, [a] illam esse nullam, atque esse potiùs flammam tẽporis, interdictum sceleris, vocem furoris: sed prospexistis, nequa popularis in vos aliquando inuidia redundaret, si sine populi iudicio restituti videremur. eodémque consilio M. Bibuli fortissimi viri, senatus sententiam secutus est, vt vos de mea domo statueretis: non quòd dubitaret, quin ab isto nihil legi

r L. Piso autem in f.

s for. tum etiam libertati amic.

t L. nihil esse iure scriptum, aut

v L. moréque maiorum, & ita v.c.

x L. consulibus, nec f.

y v.c. Sentẽtia grauior, verior, melior, vtilior

z L. demouebatur.

a L. illam legem esse nullam,

legibus,nihil religionibus,nihil iure esset actũ:
sed nequis orireturaliquando in tanta vberta-
te improborum,qui in meis ædibus aliquam re-
ligionem residêre diceret. nam legem quidem
istam, nullam esse quotiescunque de me se-
natus sententiam dixit,toties iudicauit:[b] quo-
niam quidẽ scripto illo istius,sententiam dice-
re[c] vetabatur.|| Atque hanc rem par illud simile, 70
Piso, & Gabinius vidit. Homines legum,iudi-
ciorúmque[d] metuentes, cùm frequẽtissimus se-
natus eos,vt de me referrent, quotidie flagita-
ret, non se rem improbare dicebant, sed lege
istius impediri. Erat hoc verum. nam impedie-
bantur,verùm ea lege,quam idem iste de Mace-
donia,Syriáque tulerat.Hanc tu P.Lentule,ne-
que priuatus:neque consul legẽ esse vmquã pu-
tasti.nam tribunus plebis referentibus, senten-
tiã de me designatus consul sæpe dixisti: ex Ka-
lendis Ianuariis, quoad perfecta res est, de me
retulisti:legẽ promulgasti,tulisti:quorũ tibi, si
esset illa lex, nihil liceret. At etiã Q. Metellus,
collega tuus,[e] vir clarissimus, quã legẽ esse ho-
mines alienissimi à P.Clodio, iudicarant, Piso,
& Gabinius,eã nullã esse frater P. Clodij, cùm
de me ad senatum tecum vnã retulit, iudicauit.
|| Sed isti,qui Clodij leges timuerunt, quemad- 71
modũ ceteras obseruarunt?Senatus quidẽ,cuius
est grauissimũ iudicium de iure legum,quoties-
cumque de me consultus est,toties eam nullam
esse iudicauit.quod idem tu,Lentule, vidisti in
ea lege,quam de me tulisti.nã nõ est ita latum,
vt mihi Romã venire liceret,sed vt venirem.non
enim voluisti,id,quod licebat, ferre,vt liceret:
sed me ita esse in republica magis vt arcessitus
imperio populi Romani viderer, quàm ad ad-
ministrandã ciuitatẽ restitutus.44|| Hunc,tu et- 72
iã perniciosa pestis,exsulem appellare ausus es,
cùm tantis sceleribus esses,& factis notatus, vt
omnem locum,quò adisses, exsulij simillimum

b al. quando quidem
c v.c. videbatur. for. quoniam quidem ex præscripto istius sententiam dicere iubebatur.
d v.c. timentes,
e v.c. clarissimus vir.

redderes? quid est enim exsul? ipsum per se nomen,f calamitatis,non turpitudinis, Quando igitur est turpe? Rè vera, g quando est pœna peccati?opinione autem hominum,etiam si est pœna dānati.Vtrùm igitur peccato meo exsulis nomē subeo,an re iudicata h Peccato? Iā neque tu id dicere audes,quem isti satellites tui felicem Catilinam nominant:neque qusquam eorū, qui solebant,non modò iā nemo est tam imperitus, qui ea,quæ gessi in consulatu, peccata esse dicat : sed nemo est tam inimicus patriæ,qui non meis consiliis patriā conseruatam esse fateatur.

f L. calamitatis est,nō turpitud.
g L. cum est,&c. & ita L.
h al. Peccato. iam neque tu id. d.

73 Quod enim est in terris cōmune tātū,tātulúmve consilium, quod nō de meis rebus gestis ea, quæ mihi essent optatissima,& pulcherrima,iudicarit? 45 i Summū populi Romani,populorúmque,& gentium omnium, ac regum consilium, senatus decreuit, vt omnes qui rempublicā saluam esse vellent, ad me vnum defendendū venirent : ostenditque, nec stare potuisse rempublicam, 46 si ego non fuissem restitutus, nec fu-

74 turam esse vllam,si non rediissem. Proximus est huic dignitati ordo equester. omnes omnium k publicanorum societates de meo consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima, atque ornatissima decreta fecerunt Scribæ, qui nobiscum in rationibus,monumentisque publicis versantur,non obscurum de meis in rempublicam beneficiis suum iudicium, decretúmque esse voluerunt. Nullum est in hac vrbe collegium,nulli pagani,aut montani (quoniam l plebi quoque vrbanæ maiores nostri conuenticula, & quasi m consilia quædam esse voluerunt) qui non amplissimè non modò de salute mea, sed etiam de

i L. Summum est populi R. populorúmque,& gét. omn. ac reg.consilium. senatus.Decreuit,vt, &c.
k v.c.publicorum
l al. plebei q.
m al.concilia

75 dignitate decreuerint. Nam quid ego illa diuina, atque immortalia municipiorum, & coloniarum,totius Italiæ decreta cōmemorē,quibus tanquam gradibus, mihi videor in cælum adscendisse, non solùm in patriam reuertisse ? Ille

n v.c. qui fuit,
o v.c. esse? for. esset?
p v.c. in omnis mortalis
q v.c. reprendere
r meam illustras:

le verò dies [n] quis fuit, cùm te, P. Lentule, legem de me ferentem populus Romanus ipse vidit, sensitque, quantus, & quanta dignitate [o] esses? constat nullis vnquam comitiis, campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Omitto ciuitatum, nationum, prouinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis [p] in omneis mortaleis meritis, vnum iudicium, vnúmq; consensum: aduentus meus, atque introitus in vrbē qui fuit? vtrùm me patria sic accepit, vt lucē, salutémque redditā sibi, ac restitutam accipere debuit, an vt crudelem tyrānum? quod vos Catilinę gregales, de me dicere solebatis.|| Itaq; 76
ille vnus dies, quo die me populus R. à porta in Capitolium, atq; inde domū sua celebritate, lætitiáque comitatū honestauit: tantæ mihi iucūditati fuit, vt tua mihi cōscelerata illa vis, non modò non propulsanda, sed etiā emenda fuisse videatur. Quare illa calamitas (si ita est appellanda) excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat iam [q] reprehendere consulatum meum tot, tantis, tam ornatis iudiciis, testimonis, auctoritatibus comprobatum. Quòd si in isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiam laudem [r] illustras meam: quid te aut fieri, aut fingi dementiùs potest? vno enim maledicto, his à me patriam seruatam esse concedis: semel, cùm id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest, mandandū, tu supplicio puniendū putasti: iterū, cùm tuum, multorūmque propter te inflammatū in bonos omneis impetū, meo corpore excepi, ne eā ciuitatē, quam seruassem inermis, armatus in discrimen adducerem. || Esto, non fuit in me 77
pœna vlla peccati, at fuit iudicij. Cuius? quis me vmquam vlla lege interrogauit? quis postulauit? quis diem dixit? Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus? hoc tribuni-

tium

tium est?hoc populare est? quãquam vbi te popularem,nisi cum tuo populo fecisti,[s] potes dicere?47 Scilicet cùm hoc iuris à maioribus proditum sit, vt nemo ciuis Romanus aut libertatem,aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit?quod tu ipse potuisti in tua causa discere.credo enim, quãquã in illa adoptione legitimè factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctórne esses, vt in te P. Fonteius vitæ,necisque 48 potestatem haberet [t] vt in filio.Quæro, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen id xxx.curiæ iussissent,num id iussum esset ratum? certè non.quid ita? quia ius à maioribus nostris, qui non fictè, & fallaciter populares,sed verè,& sapienter fuerũt,ita comparatũ est,vt ciuis Romanus libertatem[v] nemo pos-
78 set inuitus amittere.|| Quinetiã,si decemuiri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamẽ quotiescumque vellet quis[x] in hoc genere se rem iudicatam 49 referre voluerunt. Ciuitatem verò nemo vmquam vllo populi iussu amittet inuitus. Qui ciueis Romani in colonias Latinas proficiscebantur,fieri non poterant Latini,qui nõ erant auctores facti,noménque dederant.qui erant rerum capitalium condemnati,non priùs hanc ciuitatem amittebant, quàm erãt in eã recepti,quò vertendi,hoc est,mutandi soli causa venerant.id autem vt esset[y] faciẽdò,nõ adẽtione ciuitatis,sed tecti,& aquæ,& i-
79 gnis interdictione faciebãt.||Populus Roman⁹, L.Sylla dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis ciuitatẽ ademit:ademit iisdẽ agros. de agris ratum est(fuit enim populi potestas)de ciuitate ne tãdiu quidem valuit, quamdiu illa Syllani tẽporis arma valuerunt. 50 [z] Hanc verò Volaterranis,cùm etiam tum essent in armis, L.Sylla victor, republica recuperata, comitiis centuriatis, ciuitatem eripere non potuit: hodiéque Volaterrani non modò ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac

s L. potest dicere?Potest desinere ciuis esse,cũ h.iur.

t L. vt in filium.

v L. nemo possit

x L. hoc in genere se rem iudicatam ref. posse vol.

y al. faciundum,

z L. An verò Volaterranis.

ciuitate: consulari homini P. Clodius, euersa republica ciuitatem adimere potuit concilio aduocato. conductis operis non solùm egentium, sed etiam seruorũ, Sedulio principe, qui se illo die cõfirmauit Romæ non fuisse?|| Quòd si non 80
fuit, quid te audacius, qui in eius nomẽ incideris? quid desperatius, qui ne ementiẽdo quidem potueris auctorẽ adumbrare meliorẽ? sin autem is primus sciuit, quod facilè, potuit, propter inopiã tecti, in foro pernoctãs: cur non iuret se Gadibus fuisse, cùm tu te fuisse Interamnæ probaueris? Hoc tu igitur homo popularis, iure munitã ciuitatem, & libertatẽ nostrã putas esse oportere, vt, si tribuno plebis rogante, VELITIS, IVBEATISVE, Sedulij centũ se velle, & iubere dixerint, possit vnusquisq; nostrûm amittere? Tũ igitur maiores nostri, populares nõ fuerunt, qui de ciuitate, & libertate ea iura sanxerunt, quæ nec vistẽporum, nec potentia magistratuũ,[a] nec res tũ iudicata, nec deniq; vniuersi populi Romani potestas quæ ceteris in reb. est maxima, labefactare possit.|| At tu etiã, ereptor ciuitatis, 81
legẽ de iniuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui [b] Menulę, per gratiã, qui tibi ob eã legẽ statuã in meis ędib. posuit, vt loc[9] ipse[c] in tua tanta iniuria legẽ, & inscriptionẽ statuæ refelleret. quæ res [51] municipibus Anagninis ornatissimis multò maiori dolori fuit quã quæ idẽ ille gladiator scelera Anagniæ fecerat. Quid, si, nẽ scriptũ quidẽ vmquã est in ista ipsa rogatione, quã se Sedulius negat sciuisse: tu huius, vt acta tui pręclari tribunatus hominis dignitate cohoneste[e], auctoritatem amplecteris?|| Sed, tametsi nihil de me tulisti, quo minùs essem non modò in 82
ciuium numero, sed etiã in eo loco, in quo me honores populi Romani [d] collocauerunt: taménne eum tua voce violabis quem post nefarium scelus consulum superiorum, tot vides iudiciis senatus, populi Romani, totius Italię hone

a L. nec res iudicata, n. al. nec res iam iudicata,

b L. Menulæ, & ita v. c.

c L. in tanta tua & ita v. c.

d L. collocarunt.

honestatum? quem ne tum quidem, cùm aberã, negare poteras esse tua lege senatorem? Vbi enim tuleras, vt mihi [e] aqua, & ignis interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio Saturninus de Metello tulit. homines seditiosissimi de optimis, ac fortissimis ciuibus, non, vt esset interdictũ, quod * ferri non poterat, tulerunt, sed vt interdiceretur. Vbi cauisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, 52 [f] etiam quibusdam damnatis interdictum est,
83 scriptum est in legibus. || 53 Quare hoc [g] ex Clodio scriptore legum tuarum: iube adesse: latitat omnino: sed si requiri iusseris, inuenient hominem apud sororem tuam occultantẽ se, 54 capite demisso. Sed si patrem tuum, ciuem medius fidius egregium, dissimiléque vestri, nemo vmquã sanus exsulem appellauit, qui cũ de eo tribunus pl. promulgasset, adesse propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, eique imperium est abrogatum: si in illo pœna legitima turpitudinem non habuit, propter vim temporum: in me, cui dies dicta numquã est, qui reus non fui, qui numquã sum à tribuno pl. citatus: [h] damnati pœna esse potuit, ea præsertim, quæ ne in ipsa
84 quidem rogatione perscripta est? || At vide, quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casũ, & hanc fortunam conditionémq; nostram. patrem tuum, ciuem optimum, clarissimi viri filiũ, qui si viueret, qua seueritate fuit, tu profectò nõ viueres. L. Philippus censor auunculum suũ præteriit in recitando senatu. nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quæ erant acta in ea republica, in qua se illis ipsis temporibus cẽsorem esse voluisset, me L. Cotta, homo censorius, in senatu iuratus dixit, se, si censor tũ esset, cùm ego aberã, meo loco senatorem recitaturũ
85 fuisse. || Quis in meum locũ iudicẽ subdidit? quis meorum amicorum testamentũ discessu meo fe-

e L. aqua & igni interdiceretur?

* L. fieri nõ pot.

f L. etiam, quibus dãnatis interdic.

g L. è Sex. Clodio scr.

h v. c. dãp nat. mendosè

cit, qui mihi non idem tribuerit, quod & si adessem? quis me non modò ciuis, sed socius, recipere contra tuam legem, & iuuare dubitauit? Denique vniuersus senatus multò antè, quàm est lata lex, de me gratias agendas censuit ciuitatibus iis, quæ M. Tullium tantúmne? immò etiam ciuem optimè de republica meritum, recepissent. Et vnus pestifer ciuis, eum restitutum negas esse ciuem, quem eiectum vniuersus senatus non modò ciuem, sed etiam egregium ciuem semper putauit. ‖ At verò, vt annales populi 86
Romani, & monumenta vetustatis loquuntur, ss i Censor ille Quinctius, & M. Furius Camillus, & M. Seruilius k Hala, cùm essent optimè de republica meriti, l tamen populi incitati vim, iracundiáque subierunt: damnatique comitiis centuriatis, cùm in exsulium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quòd si iis damnatis non modò non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestauit (nã, etsi optabilius est, cursum vitæ conficere sine dolore, & sine iniuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert desideratum esse à suis ciuib. quàm omnino numquã esse violatum) mihi sine vllo iudicio populi profecto tam amplissimis omniũ iudiciis restituto; maledicti locũ aut criminis obtinebit? ‖ Fortis, & cõstãs in optima ra- 87
tione ciuis, P. Popillius, semper fuit, tamen eius in omni vita nihil est ad laudẽ illustrius, quàm calamitas ipsa. quis enim iam meminisset, eum bene de republica meritum, nisi & ab improbis expulsus esset, & per bonos restitut⁹? Q. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis * vita plena grauitatis: tamẽ huius viri laudem ad sempiternam memoriam tẽporis calamitas propagauit. n Quòd si & illis, qui expulsi sunt iniquè, sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis rogationibus, tribunitiis, non auctoritate senatus, nõ comitiis centu-

ss I. Cæso ille Quinctius, hic L. Quinctij Cincinnati filius qui exsul ad Tuscos abiit vi Liu. l. 3
k L. Ahala,
l v. c. tamen populi concitati iracũdiam subiere
m L. mihi cum sine vllo iud.
* L. vit.
n L. Quid studiis. q.

riatis;non decretis Italiæ,non desiderio ciuitatis,inimicorum iniuria probro non fuit in me, qui profectus sum integer,*abfui simul cum republica dicam maxima cum dignitate, te*viuo, fratre tuo altero consule reducente,altero præ
88 tore parente:tuum scelus meum probrum putas esse oportere? ‖ Ac,si me populus Ro. incitatus iracundia,aut inuidia,è ciuitate eiecisset, ideq; postea mea in rep.beneficia recordatus, se collegisset,temeritatem,atque iniuriā suam restitutione mea reprehendisset:tamen profectò nemo tā esset amens, [p] qui mihi tale populi iudicium nō dignitati potius,quàm dedecori putaret esse oportere. nunc verò,cùm me in iudicium populi nemo omniū vocarit: condemnari non potuerim,qui accusatus non sim:deniq; ne expulsus quidē ita sim,vt,si contenderē,superare non possem,contráq; à populo R.semper sim defensus,amplificatus,ornatus:quid est, quare quisquā mihi se ipsa populari ratione *antepo
89 nat? ‖ An tu populum Romanū esse [q] illū putas, qui constat ex iis,qui mercede conducūtur? qui impelluntur,vt vim afferant magistratibus? vt obsideant senatum,optent quotidie cædem, incendia,rapinas?quem tu tamen populū, nisi tabernis clausis frequentare non poteras:cui populo duces [r] Lentidios,Lollios,Sergios præfeceras. O speciem,dignitatéque populi R. quam reges,quā nationes exteræ, quā gentes vltimæ pertimescunt,multitudinē hominū ex seruis cō ductis,ex facinorosis,ex egentibus congregatā.
90 ‖ Illa fuit pulchritudo populi R.illa forma, quā in cāpo vidisti,tū,cùm etiā tibi contra senatus, totiusque Italiæ auctoritatē,& studiū,[s] dicendi potestas fuit. Ille,ille populus est, dominus regum,victor,atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die scelerate vidisti tum, cùm omnes principes ciuitatis,omnes ordinum, atque ætatum omnium suffragium se non de

o L. afui simul cum rep.redijt maxima cū dign.
* al.inuito.
p L. qui mihi populi tale iud.
* al. antepo natur.
q L.putas illum,& ita v.c.
r v.c. Lenti. Lollios Plaguleios,Sergios præf.
s L.dicendi potestas de fuit.

ciuis, sed de ciuitatis salute ferre censebant, cũ denique homines in campum, non tabernis, sed municipiis clausis venerunt. || Hoc ego popu- 91
lo, si tum consules aut fuissent in republica aut omnino non: nullo labore tuo præcipiti furori, atque impio sceleri restitissem. sed publicam causam contra vim armatam, sine populi præsidio suscipere noluit:[t] non quo mihi P.Scipionis, fortissimi viri, vis intima, priuati hominis, displiceret: sed Scipionis factũ statim P.Mucius consul, qui in gerenda rep. putabatur fuisse [u] segnior, gesta multis senatusconsultis non modò defendit, sed etiam ornauit: mihi aut te interfecto, cum consulibus: aut te viuo, & tecum, & cum illis armis decertandum fuit.[x] || E- 92
rant eo tempore multa etiam alia metuenda, ad seruos mediusfidius res peruenisset. tantum homines impios ex vetere illa coniuratione inustum nefariis mentibus bonorum[x] odium retinebat. Hic tu me etiam gloriari vetas, negas esse ferenda, quæ soleam de me prædicare: & homo facetus, inducis etiam sermonem vrbanum, ac venustum: me dicere solere, esse me Iouem: eundéque dictitare Mineruam esse sororẽ meã. Nõ tam insolens sum,* qui Iouem esse me dicã: non tam ineruditus,[y] qui [56] Mineruã Iouis sororem, meã esse sororẽ existimẽ. sed tamen ego mihi sororem virginem ascisco: tu sororem tuã virginem esse non sciuisti. Sed vide, ne tu te debeas Iouem dicere, quod tu iure eandem sororẽ, & vxorem appellare possis. || Et quoniam hoc
reprehendis, quòd solere me dicas de meipso 93
gloriosiùs prædicare: quis vmquam audiuit, cùm ego de me, nisi coactus, ac necessariò dicerem: nam si, cùm mihi furta, largitiones, libidines obiiciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus, patriam esse [z] conseruatam: non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quàm de obiectis non cõfite-

t al. non quod.

v L. segnior quã gesta,

x for. odiũ tenebat.

* Vict. quod Iouem me esse dico, quàm eruditus.

y L. qui Mineruam, Iouis filiam, sororem meam esse exist. Ant. Aug. Mineruam Iouis sororis existimẽ. Passer. Mineruam Iouis sororem meã. Pant. Mineruam sororẽ meã Iouis sororem existimem.

z v.c. seruatam.

fiteri,ſed ſi mihi ante hæc duriſſima reip. tempora nihil vmquam aliud obiectum eſt,niſi crudelitas illius temporis,cùm à patria perniciem depuli:quid?me huic maledicto vtrū nō reſpon-
94 dere,an demiſsè reſpōdere decuit?‖Ego verò etiā reipub.ſemper intereſſe putaui,me illius pulcherrimi facti,quod ex auctoritate ſenatus, cōſenſu bonorum omnium,pro ſalute patriæ geſſiſſem,ſplendorem verbis, dignitatemque retinere:præſertim cùm mihi vni in hac republica audiente populo R.opera mea hanc vrbem, & hanc remp.eſſe ſaluam iurato dicere fas fuiſſet. Exſtinctum eſt iam illud maledictum crudelitatis,quod me non vt crudelem tyrannum, ſed vt mitiſſimum parentē,omnium ciuium ſtudiis de-
95 ſideratum,repetitum,arceſſitum vident. ‖ Aliud exortum eſt. [a] obiicitur mihi meus ille diſceſ- a v.c. obicitur.
ſus:cui ego crimini reſpondere,ſine mea maxima laude non poſſum. Quid enim, pontifices, debeo dicere?peccati me conſcientia profugiſſe?At id,quod mihi crimini dabatur,non modò peccatum non erat,ſed erat res,[b] poſt natos homines pulcherrima:Iudicium populi pertimuiſſe?At id,nec propoſitum vllum fuit,& ſi fuiſſet, b L.poſt homines natos pulch.
duplicata gloria diſceſſiſſem.Bonorū mihi præſidium defuiſſe?Falſum eſt. Me mortem timuiſſe.Turpe eſt.Dicendum igitur eſt id, ꝙ non dicerem,niſi coactus (nihil enim vmquam de me dixi ſublatius aſciſcēdęq laudis cauſa potius,quā criminis depellendi)dico igitur, & quàm poſ-
96 ſum maxima voce dico. ‖ Cùm omnium perditorum,& cōiuratorum [c] incitata vis,duce tribuno pl.conſulibus auctoribus,afflicto ſenatu,perterritis equitibus Romanis,ſuſpenſa,ac ſollicita tota ciuitate,non tam in me impetum faceret,quā per me in omneis bonos:me vidiſſe, ſi viciſsē,tenueis reip.reliquias:ſi victus eſsē,nullas futuras,ꝗcū iudicaſsē:defleui [z] cōiugis miſeræ [d] diſidiū liberorū cariſſimorū ſolitudinem, c v.c.incita vis. z L. diſcidium.

fratris absentis amātissimi, atque optimi casum,
subitas fundatissimæ filiæ ruinas. sed his omni-
bus rebus vitam anteposui meorum ciuium : 58
e L. concidere vn.d. al. cadere vn. rémque publicam [e] condere vnius discessu, quā
omnium interitu occidere malui. speraui, id quod
accidit, me iacentem posse à viuis viris fortibus
excitari: si vnà cum bonis interiissem, nullo mo-
do posse recreari. || Accepi, pontifices, magnū, at- 67
que incredibilem dolorem: non nego: neq; istā
mihi ascisco sapientiam, quā nonnulli in me re-
quireban, qui me animo nimis fracto esse, atque
afflicto loquebantur. An ego poterā, cùm à tot
rerum tanta varietate diuellerer, (quas idcirco
prætereo, quòd ne nunc quidem sine fletu com-
memorare possum) inficiari me esse hominem, &
communem naturæ sensum repudiare? Tum verò
f L. neque beneficiū. neque illud meum factum laudabile, [f] nec be-
neficium vllum à me in remp. profectum dicerē,
siquidé ea reipublicæ causa reliquissē, quibus æ-
quo animo carerē: eāq; animi duritiā, sicut cor-
poris, quòd cùm vritur, non sentit, stuporem po-
tiùs quàm virtutem putarē. || Suscipere tantos 98
animi dolores, atque ea, quæ capta vrbe, accidūt
victis, stante vrbe vnum perpeti, & iam se vide-
re distrahi à complexu suorum, disturbari tecta,
diripi fortunas, patriæ denique causa patriā ip-
sam amittere, spoliari populi Romani beneficiis
amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis
gradu, videre prætextatos inimicos, nondū mor-
te complorata, arbitria petenteis funeris : hæc
omnia subire conseruandorum ciuiū causa, atq;
ita, vt dolenter absis, non tam sapiens, quàm
ij, qui nihil curant, sed tam amens tuorum, ac
g L. ea laus præclara est, ac d. tui, quàm communis humanitas postulat : [g] ea
laus præclara ac diuina. Nam, qui ea, quæ nū-
quam cara, atque iucunda duxit, æquo animo
reipublicæ causa, deserit, nullam beneuolen-
tiam insignem in rempublicam declarat. qui
autem

autem ea relinquit, reipublicæ causa, à quibus
cũ summo dolore diuellitur, ei patria cara est:
cuius salutem caritati anteponit suorum. 59 h
99 || Quare (disrumpatur licet ista furia, atque au-
diat hæc ex me, quoniam lacessiuit) i bis serua-
ui, vt consul, togatus armatos vicerim: priuatus
consulibus armatis cesserim. Vtriusque tempo-
ris fructum tuli maximũ: superioris, quòd ex se
natus auctoritate, & senatum, & omneis bonos,
meæ salutis causa, mutata veste vidi: posterioris,
quòd & senatus, & populus Romanus, & omneis
mortales, & priuatim, & publicè iudicarunt, si-
meo reditu rempublicam saluã esse non posse.
100 || Sed hic * meus reditus, pontifices, vestro iudi-
cio continetur. nam, si vos in meis ædibus col-
locatis, id quod in omni mea causa semper stu-
diis, consiliis, auctoritatibus, sententiisque feci-
stis: video me planè, ac sentio restitutũ, sin mea
domus non modò mihi non redditur, sed etiam
monumentum præbet inimico doloris mei, sce-
leris sui, publicæ calamitatis: quis erit, qui hunc
reditum potiùs, quàm pœnam sempiternam pu-
tet? In conspectu præterea totius vrbis domus
est mea, pontifices: in qua si manet illud non
monumentum vrbis, sed sepulchrum k inimico
nomine l inscriptum, demigrandum potiùs ali-
quò est, quàm habitandum 60 in ea vrbe, m in
qua trophæa & de me, & de republica videam
101 constituta. || An ego tantam aut animi duritiem
habere, aut oculorum impudentiam possim, vt,
cuius vrbis seruatorẽ me esse senatus omnium
assensu toties iudicarit, in ea possim intueri do-
mum meã euersam non ab inimico meo, sed ab
hoste cõmuni. 61 n & ab eodẽ extructã, & positã
in oculis ciuitatis, ne vnquã conquiescere pos-
sit fletus bonorum? Sp. Melij, regnum appetẽtis,
domus est complanata Ecquid aliquid æquum
accidisse o Melio populus Romanus iudicauit?

h L. Quare rempublicã disrũpatur.
i L. bis seruari. & cũ consul togatus armatos vici, & cũ priuatus consulibus armatis cess. Vtr.
* CONTENTIONIS pars quarta in qua domum suam inuidia euersam & publicatam contendit.
k L. inimicitior ti.
l al. scriptũ.
m L. in qua turpe & ita v.c.
n L. & ab eodẽ ædem extr.
o v.c. populus R. Melio iudicauit.

p L. ſtultitiæ pœna compr.
q v.c. Sp. Caſſio.

nomine ipſo Aequimelij,[p] ſtultitia pœna comprobata eſt. [q] Sp. Caſſij domus ob eandem cauſam euerſa, atque in eodem loco ædes poſita Telluris. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata eſt, & euerſa, vt illius facinus, memoria, & nomine loci notaretur. M. Manlius cũ ab adſcẽſu Capitolij Gallorum impetum repuliſſet, non fuit contẽtus beneficij ſui gloria: regnum appetiſſe eſt iudicatus. ergo eius domum euerſam duobus lucis conueſtitam videtis. Quã igitur maiores noſtri ſceleratis, ac nefariis ciuibus maximam pœnam conſtitui poſſe arbitrati ſunt, eandẽ ego ſubibo, ac ſuſtinebo, vt apud poſteros noſtros, non exſtinctor coniurationis, & ſceleris, ſed auctor, & dux fuiſſe videar? Hãc ve- 112
rò pontifices, labem turpitudinis, & inconſtantiæ poterit populi R. dignitas ſuſtinere, viuo ſenatu,[r] nobis principibus publici cõſilij, vt domus M. Tullij Ciceronis 62 cum domo [s] Fuluij, Flacci ad memoriã pœnæ publicæ conſtitutæ coniuncta eſſe videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra ſalutẽ reip. [t] fecerat, & ſenatus ſententia eſt interfectus, & eius domus euerſa, & publicata eſt: in qua porticum pòſt aliquãto Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Iſta autem fax, ac furia patriæ, cũ vrbem, Piſone & Gabinio ducibus cepiſſet, occupaſſet, teneret: vno, eodemque tempore & clariſſimi viri mortui monumenta delebat, & meã domũ [u] cũ M. Flacci domo coniungebat: vt, qua pœna ſenatus affecerat euerſorem ciuitatis, eadẽ iſte, oppreſſo ſenatu, afficeret eum, quẽ P.C. cuſtodẽ patriæ iudicaſſent. Hanc verò in Palatio, atque in pul- 113
cherrimo vrbis loco porticum eſſe patiemini, furoris tribunitij, ſceleris conſularis, crudelitatis cõiuratorũ calamitatis reip. doloris mei defixum indiciũ ad memoriã omnium gentiũ ſempiternã? quã porticũ [x] pro amore, quem habetis in rẽp. & ſemper habuiſtis, non modò ſentẽtiis,

r L. vobis.
s for. Fuluij, & Flacci.
t L. fecerat ſenatus ſententia eſt interfectus, eius domus euerſa, & p.
v v.c. cum Flacci.
x for. pro eo amore.

ſed

fee si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis. nisi quẽ fortè illius castissimi sacerdotis
104 superstitiosa dedicatio deterret.|| O *rẽ, quam! [y] homines soluti, à cura liberati ridere non desinant: tristiores autem sine maximo dolore audire non possint P. ne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meã intulit? hunc, inquã, etiã vos qui estis antistites cæremoniarum, & sacrorum auctorẽ habetis, & magistrũ publicę religionis? O dij immortaleis! (vos enim hæc audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat? vestrũ numen horret? res omneis humanas religione vestra contineri putat? hic non illudit auctoritati horũ omniũ, qui adsunt, summorũ virorum non vestra, pontifices, grauitate abutitur? ex isto ore, religionis verbum excidere, [z] aut elabi potest? 63 cùm tu eodẽ ore accusando senatum, quòd seuerè de religione decerneret, impurissimè, tæterriméque violasti.|| [z] Ad-
105 spicite: adspicite pontifices, hominem religiosum, &, si vobis videtur (quod est bonorum põtificũ) monete eũ, modum quẽdã esse religionis: 64 nimiùm esse superstitiosum non oportere. Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificiũ, quod alienæ domi fieret, inuisere? quæ autẽ te tanta mẽtis imbecillitas tenuit, vt non putares deos satis posse placari, nisi etiã muliebribus religionibus te implicuisses? quẽ vmquã audisti maiorũ tuorũ, qui & sacra priuata coluerunt, & publicis sacerdotiis præfuerunt, cùm sacrificiũ bonæ Deæ fieret, interfuisset? neminẽ, ne illũ quidẽ, qui cæcus [a] factus est. Ex quo intelligitur, multà in vita falsò homines opinari, cũ ille, qui nihil viderat sciens, ꝙ nefas esset, lumina amisit istius, qui non solùm adspectu, sed etiã incesto flagitio, & stupro [b] cæremonias polluit, pœna omnis oculorũ ad cæcitatẽ mentis est conuersa. Hoc auctore tã casto, tã religioso, tã sancto, tã pio, potestis, põtifices,

* Domus Ciceronis à quibus publicata.

y L. homines cura solutis ac liberati, al. homines soluti, à cura, ac liberati.

z L. aut elabi potest, quam tu eodem ore accus. sen. q. s. de rel. decer. imp. tæterr. q. violasti.

z v. c. Adspicite põt.

a v. c. est factus.

b L. polluit cæremonias.

non cómoueri,cùm suis dicat,se manibus domũ ciuis optimi euertisse,& eã iisdem manibus cõsecrasse?|| Quæ*tua fuit consecratio?Tuleiã, inquit,vt mihi liceret.[c] Quid non exceperas, vt,si quod ius non esset rogare,ne esset rogatum?Ius igitur statuetis esse vniuscuiusq; vestrûm sedes, aras,focos,deos,penateis,subiectos esse libidini tribunitiæ?in quem quisque per homines concitatos irruerit,quem impetu perculerit, huius domũ non solùm affligere, 65 quod est [d] præsentis insaniæ,quasi tempestatis repentinæ, sed etiã in posterũ tẽpus [e] religione sempiterna obligare?|| Equidem sic accepi,pontifices,in religionibus suscipiendis,caput esse, interpretari, quæ voluntas deorũ immortaliũ esse videatur: nec est vlla erga deos pietas,nisi honesta de numine eorũ,ac mente opinio, cũ expeti nihil ab iis,q̃ sit iniustum,atq; inhonestũ,arbitrere. Hominẽ inuenire ista labes tum,cùm omnia tenebas,neminẽ potuit. [f] cui ædeis meas addiceret, cui traderet,cui donaret:ipse cùm loci illius, cũ ædium cupiditate flagraret, ob eámque causam [g] vna iusta illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset: tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cuius cupiditate inflãmatus erat,possidere.deos immortaleis existimatis,cuius labore & cõsilio sua ipsi tẽpla tenuerunt,in eius domũ afflictam, & euersam per vnius hominis sceleratissimi nefariũ latrociniũ immigrare voluisse? || Ciuis est nemo in tanto populo,extra contaminatã illã, & cruentã P.Clodij manum, qui rem vllam de meis bonis attigerit,qui non pro suis opibus in illa tẽpestate defenderit.at qui aliqua sua contagione prædæ,societatis,emtionis contaminauerunt,nullius neq; priuati,neq;publici iudicij pœnã effugere potuerunt.Ex his igitur bonis, [h] quorũ nemo rẽ vllã attigit,qui nõ omnium iudicio sceleratissimus haberetur, dij immortales

106 107 108

* DEDICATIONEM domus Ciceronis nõ fuisse ritè factam.
c L.Quid? non excep. vt,siquid ius non esset.
d L.præsentis insaniæ.
e L.sempiterna religione.
f L. cui meas ædeis
g L.vniuersa illa r.
h v.e. ex quibus n.

les domum meam concupiuerunt? Ista tua pulchra Libertas, deos penateis, & familiareis meos Lares expulit,[ee] vt à te ipsa, tanquā in captiuis
109 sedibus, collocaretur? || Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quā domus vniuscu iusq; ciuiū? hîc aræ sunt, hîc foci, hìc dij penates, hic [k] sacræ religionis cæremoniæ continētur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt inde abripi neminē fas sit. Quo magis est furor istius ab auribus vestris repellendus, qui, quæ maiores nostri religionibus tuta nobis, & sancta esse voluerunt,[l] ea iste non solùm contra religionem labefactauit, sed etiam ipsius religionis
110 nomine, euertit. || At quæ dea est? Bonā esse oportet, quandoquidem est abs te dedicata.[m] Libertas, inquit, est. Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex vrbe tota sustulisti? Tu, cū collegas tuos, summa potestate præditos, negares liberos esse: cùm in tēplum Castoris aditus esset apertus nemini: cùm hūc clarissimum virū, sūmo genere natum, summis populi beneficiis vsum, pontificē, & cōsularem, & singulari bonitate, & modestia præditum [n] (quem quibus oculis adspicere audeas, satis mirari non queo) audiente populo Romano à pedisequis conculcari inberes: cùm indemnatum exturbares priuilegiis tyrannicis irrogatis: cùm principem orbis terræ virum, inclusum domi contineres: cùm forū armatis cateruis perditorum hominū possideres: Libertatis simulachrū in ea domo collocabas, quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus, & miserrimæ populi Rom. seruitutis?
111 || Eúmne potissimū Libertas domo sua debuit pellere, qui nisi fuisset, in seruorum potestatem ciuitas tuta venisset? At vnde inuenta est ista Libertas? quæsiui enim diligenter. Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur. eius non longè à * Tanagris simulachrum è marmore in sepulchro positum fuit. Hoc quidā homo nobilis, nō alie

i L. v. te ipsa tanquā in captiuis sedibus collocaret? Q. & ita v.c.
k L. sacra, religiones, car. & ita v.c.
l al. ea non solū contra
m L. Libertas, inquit. Eam
n v.c. (quē satis mirari, quibus oculis adspicere audeas, non queo) & ita L.
* Ser. lib. 9. vrbs est Bœotiæ.

alienus ab hoc religioso. Libertatis sacerdote, ad ornatũ ædilitatis suæ deportauit. etenim cogitarat omneis superiores muneris splẽdore superare. Itaque omnia signa, tabulas, ornamẽtorum quod superfuit in fanis, & cõmunibus locis tota è Græcia,[o] atque insulis omnibus, honoris populi Rom. causa, sanè frugaliter domum suam deportauit. ‖ Is posteaquàm intellexit, 112
posse se, interuersa ædilitate, à L. Pisone cõsule prætorem renuntiari, si modò eadem prima litera competitorem habuisset aliquem: ædilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis suis collocauit: signũ de busto meretricis ablatum isti dedit, quod esset signũ magis [p] istorũ, quàm publicæ libertatis. Hanc deam quisquam violare audeat, imaginem meretricis, ornamentum sepulchri, à fure sublatã, à sacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? hæc vltrix afflictæ ciuitatis reip. spoliis ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod positum est, vt esset indicium oppressi senatus ad memoriã [q] sempiternam turpitudinis? ‖ O Q. Catule (patrémne ap- 113
pellem, an filium? recentior memoria filij est, & cum rebus meis gestis coniunctior) tantúmne te fefellit, cùm mihi summa, & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas? negas, fas esse duos consules esse in hac ciuitate inimicos reip. Duo sunt inuenti, qui senatum tributo furẽti cõstrictum traderent: qui pro me patres conscriptos deprecari, & populo supplices esse, edictis, atq; imperio, vetarent: [r] quibus inspectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur: qui denique ambustas fortunarũ mearũ reliquias suas in domo comportari iuberent. ‖ Venio nunc ad patrẽ. 114
Tu, Quinte Catule, M. Fuluij domum, cùm is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum manubiarũ esse voluisti, vt eius, cui perniciosa reip. consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum, ac mentibus tolleretur. Hoc si quis

o L. atque ex insulis omn.

p L. istorũ sceleris, quàm

q L. turpitudinis sempiternam?

r L. quib. speculantibus

quis tibi ædificanti illam porticum diceret, fore tempus, cùm is tribunus plebis qui auctoritatem senatus, iudicium bonorum omniũ neglexiſſet, tuum monumentum, conſulibus non modò inſpectantibus, verùm adiuuantibus diſturbaret, euerteret, idque cùm eius ciuis, qui rempublicam ex ſenatus auctoritate conſul defendiſſet, domo coniungeret: nónne reſponderes, id, niſi euerſa
115 ciuitate, accidere nõ poſſe? At videte hominis intolerabilem audaciam cum proiecta quadam, & effrenata cupiditate. Monumentum iſte numquam, aut religionem vllam [s] excogitauit: habitare laxè, & magnificè voluit: duáſque & magnas, & nobileis domos coniungere. eodẽ puncto temporis, quo meus diſceſſus iſti cauſam cędis eripuit, à *Qu. Seio contendit, [t] vt ſibi domũ venderet, cùm ille id negaret: primò ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur. Affirmabat [u] Poſtumus, ſe viuo, illam domũ iſtius numquam futuram. Acutus adoleſcens ex ipſius ſermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertiſſimè ſuſtulit: emit domũ, litigatoribus defatigatis, propè dimidio cariùs, quàm
16 exiſtimabat. Quorſum igitur hæc oratio pertinet? [x] domus mea illa propè tota vacua eſt: vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticũ acceſſit. cauſa fuit ambulatio & monumentum, & iſta Tanagræa, oppreſſa libertate. Libertas in Palatio, pulcherrimo proſpectu, porticum cum conclauibus pauimentatam trecentûm pedum concupierat, ampliſſimũ [y] periſtylum: cetera eiuſmodi, facilè vt omniũ domos & laxitate, & dignitate ſuperaret. Et homo religioſus, cũ ædeis meas idem emeret, & venderet: tamen illis tantis tenebris non eſt auſus ſuũ nomẽ emtioni illi adſcribere. [z] poſuit ſcilicet Statonem illũ, [a] hominem ſua virtute egentẽ, vt is, qui in Marſis, vbi natus eſt, tectum, quò imbris vitandi cauſa ſuccederet, nullũ haberet, ædeis in Palatio nobiliſſi

s L. cogitauit:
* L. à Q. Seio Poſthumo.
t L. vt Q. Poſthumus ſibi domũ venderet. & ita v.c.
v L. Poſtumus,
x domus illa mea pr. & ita v.c.
y L. periſtylium,
z v.c. poſuit Statonem illum, hom.
a L. hominẽ ſine virtute, egentem,

bilissimas emisse se diceret.Inferiorē ædiū partem assignauit non suæ genti Fonteiæ,sed Clodiæ,quam reliquit.quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomē dedit, nisi aut egestate,aut scelere perditus. Hanc vos pontifices, tā variā, tam nouam in omni genere voluntatem, impudentiam,audaciam, cupiditatem comprobabitis?||Pontifex,inquit,affuit. Non te pudet,cùm 117
apud pontifices res agatur, pontificem dicere, non collegium pontificum affuisse: præsertim cùm tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiā cogere?Esto:collegium non adhibuisti. quid?de collegio quid?de collegio quis tādem affuit?posuerat enim auctoritatē in vno,quæ est in his omnibus:sed tamē auget & ætas,&honos dignitatem, opus erat etiam scientia: quam etsi omnes consecuti sunt, tamen certè peritiores vetustas facit.||Quis[22] ergo affuit?Frater,inquit 118
vxoris meæ,Si auctoritatē quærimus, etsi id est ætatis,vt nondū consecutus sit:[b] tamē quāta est in adolescente auctoritas,ea,propter tantā coniunctionem affinitatis,minor est putāda. sin autem sciētia est quæsita:quis erat minùs peritus, quàm is,qui paucis illis diebus in collegiū venerat?qui etiā tibi erat magis obstrictus beneficio recenti,cùm se fratrē vxoris tuæ, fratri tuo germano antelatum videbat.Etsi in eo prouidisti,ne frater te accusare [c] posset.Hanc tu igitur dedicationem appellas,ad quam non collegiū, nō honoribus populi Ro.ornatum pontificem, 67 non denique adolescentem quemquam,cùm haberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti?Affuit is,si modò affuit,quem tu impulisti:soror rogauit,mater coegit.||Videte igitur, 119
pontifices, quid statuatis in mea causa de omnium fortunis.Verbóne,[d] pontifices, putatis, si is postē tenuerit,& aliquid dixerit,domū vniuscuiusque cōsecrare posse?An istæ dedicationes, & tēplorum,& delubrorū religiones,ad honorem

b L.quāta quanta est in adol.

c v. c. possit.

d L.verbó ne pōtificē putatis,pōtifices, si is post.al.verbóne pontificem putatis, si is post.

rem

rem deorum immortalium sine vlla ciuium ca-
lamitate à maioribus nostris constitutæ sunt? [e]
Est inuentus tribunus plebis, qui consularibus
copiis instructus, omni impetu furoris in eum
ciuẽ irruerit, quẽ perculsum ipsa respublica suis
120 manibus extolleret. || Quid, si quis similis istius
(neque enim iam deerunt, qui imitari velint) a-
liquem mei dissimilem, cui resp. non tantùm de-
beat, per vim afflixerit, domum eius per pontifi-
cem dedicarit: id vos ista auctoritate cõstituetis
ratum esse oportere? [f] Dicitis, quem reperiet
pontificem? Quid, & tribunus plebis idẽ esse nõ
potest pontifex? M. Drusus ille clarissimus vir,
tribunus plebis, pontifex fuit. ergo, si is Q. Cæ-
pionis inimici sui, postem ędiũ tenuisset, & pau-
ca verba fecisset, ædes Cæpionis essẽt dedicatæ?
121 ||Nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipsius
verbis dedicationis, nihil de religione, cæremo-
niis: non dissimulo me nescire ea, quæ etiam si
scirem, dissimularẽ, ne aliis molestus, vobis etiã
curiosus viderer: etsi effluunt multa ex vestra
disciplina, quæ etiã ad nostras aureis sæpe per-
manant. Postem teneri in dedicatione oportere
videor audisse templi.[68] ibi enim postis est, vbi
tẽpli aditus est, & valuæ. Ambulationis posteis
nemo vmquã tenuit in dedicando. Simulacrum
autem, aut aram si dedicasti, sine religione loco
moueri potest. Sed iam hoc dicere tibi non li-
cebit, quoniam pontificem postem tenuisse di-
122 xisti. Quamquam quid ego de dedicatione lo-
quar? aut quid de vestro iure, & religione cõtrà,
quàm proposuerã, disputabo? Ego verò, si omnia
sollẽnibus verbis, veteribus, & piscis institutis [g]
acta esse dicerem: tamen me reip. iure defende-
rem. An, cùm tu eius ciuis discessu, cuius vnius
opera senatus, atque omnes boni ciuitatem es-
se incolumem toties iudicassent, oppressam tæ-
terrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis
consulibus remp. teneres: domum eius, qui
patriam

[e] L. Inuentus est trib.

[f] L. Dicetis: Quem rep.

[g] for. acta esse diceres

patriam à se seruatam perire suo nomine noluisset, per pontificem aliquẽ dedicasses: posset recreata respublica sustinere? || Date de hac re- 123
ligione aditum, pontifices: iam nullum fortunis communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex, & verba ad religionẽ deorũ immortalium composita, ad perniciem ciuium transtulerit, valebit ad iniuriam nomen sanctissimum religionis: si tribunus plebis verbis non minus priscis,[69] & penè solemnibus bona ciuis cuiuspiam consecrarit, non valebit? Atqui C. Atinius, patrum memoria, bona Qu. Metelli, qui eum ex senatu censor eiecerat, aui tui, Qu. Metelle, & tui, P. Seruili, & proaui tui, P. Scipio, cõsecrauit, foculo posito in rostris, adhibitóque tibicine. Quid tum? nũ ille furor tribuni plebis, ductus ex nonnullis [h] veterum temporum exẽplis, fraudi Metello fuit, summo illi, & clarissimo viro? Certè non fuit. || Vidimus, hoc idẽ Cn. 124
Lentulo censori tribunum plebis facere. Numquid igitur is bona Lẽtuli religioni obligauit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velato, contione aduocata, foculo posito, bona tui Gabinij, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarúmque donaras, consecrasti. Quod si tum nihil est actum: quid in meis bonis agi potuit? sin est ratũ, cur ille gurges heluatus tecũ simul reipublicæ sanguinẽ, ad cælum tamen exstruxit villam in Tusculano [i] visceribus ærarij, mihi meas ruinas, quarum ego similem totam vrbem esse passus nõ sum, adspicere nõ licuit? || Omitto 125
Gabinum. Quid? exẽplo tuo bona tua nónne L. Mummius, vir omnium fortissimus, atque optimus, consecrauit? quòd si, quia ad te pertinet, ratum esse negas oportere: ea iura constituisti in præclaro tribunatu tuo, quibus in te conuersis, recusares, alios euerteres? sin ista consecratio legitima est: quid est, quod profanũ in tuis bonis esse possit?[70] [k] An cõsecratio nullum habet

ius,

h L. perueterũ temp.

i fort. de visceribus ær.

k. L. An cõsecratio nullã habet religionẽ, dedicatio est religiosa? Quid ergo tũ tua illa obt.

ius,dedicatio eſt religioſa? Quid ergo illa tua
tũ obteſtatio tibicinis? quid foculus?quid pre-
ces?71 quid priſca verba voluerunt?emẽtiri,fal-
lere, abuti deorum immortalium numine [l] ad l L.ad ho-
hominum timorem voluiſti?Nam ſi eſt illud ra- minum ti-
tum mitto Gabinium:tua domus certè,&,quic- more quid
quid habes aliud, eſt Cereri cõſecratum.ſin ille voluiſti?
ludus fuit, quid te impurius,qui religiones om-
neis pollueris,aut ementiendo, aut ſtuprando?
126 ||Iam fateor,inquit, [m] in Gabinio me nefarium m L.me in
fuiſſe.Quippe vides,pœnam illam à te in alium Gabinio
inſtitutam, in te ipſum eſſe conuerſam.Sed ho- nef.f.
mo omnium ſcelerum,flagitiorúmque documẽ-
tum,quod in Gabinio fateris,cuius impudicitiã
pueritiæ, libidines adoleſcentiæ, dedecus,& e-
geſtatem reliquæ vitæ, latrocinium conſulatus
vidimus:cui ne iſta quidem ipſa calamitas iniu-
ria potuit accidere:id in me infirmas?& grauius
eſſe dicis,quod vno adoleſcente, quàm quod,
127 contione tota teſte,effeciſti? || Dedicatio,ma-
gnam,inquit, habet religionem. Nónne vobis
Numa Pompilius videtur loqui?diſcite oratio-
nem,pontifices,& vos flamines:etiã tu rex,diſce
[n] à gentili homine tuo:quamquam ille gẽtem n L.à gen-
iſtam reliquit:ſed tamẽ diſce [o] ab homine reli tili tuo:
gionibus dedito,iuſto, tum omnium religionũ o L. ab ho-
perito.Quid?in dedicatione nónne & quis[p] di- mine cùm
cit,& quid,& quomodo, quæritur? An tu hæc religionib.
ita confundis,& perturbas,vt,quicumque velit, dedito, tũ
quod velit,quomodo velit,poſſit dedicare?quis omn.
eras tu,qui dedicabas quo iure?qua lege?quo e- p L.dicat.
xemplo?qua poteſtate,vbi te iſti rei populus R.
præfecerat?video enim eſſe legem veterem tri-
bunitiam, quæ vetet, iniuſſu plebis ædeis terrã,
aram conſecrare. neque tum hoc ille Qu. Papi-
rius:qui hanc legẽ rogauit,ſenſit:neque ſuſpica-
tus eſt,fore periculũ,ne domicilia,aut poſſeſſio
nes indẽnatorũ ciuiũ conſecrarentur.neq; enim
id fieri fas erat, neque quiſquam fecerat, neque

erat causa, cur prohibendo non tā deterrere videretur, quàm admonere. || Sed quia consecrabantur ædes, nō priuatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur: consecrabantur agri, non ita vt nostra prædia, si quis vellet, sed vt imperator agros de hostibus captos, consecraret: statuebantur aræ,[q] quæ religionem afferrent, ipso si loco essent consecratæ: hæc, nisi plebs iussisset, fieri vetuit. quæ si tu interpretaris de nostris ædibus, atque agris scripta esse: non repugno. sed quæro, quæ lex lata sit, vt tu meas ædeis consecrares: vbi tibi hæc potestas data sit: quo iure feceris. Neque ego nunc de religione, sed de bonis omnium nostrum, nec de pontificio, sed de iure publico disputo. Lex Papiria vetat, ædeis iniussu plebis consecrari. Sit sanè hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Vnum ostēde verbū consecrationis in ipsa tua lege: si illa lex est, ac non vox sceleris, & crudelitatis tuæ. 128

|| Quòd si tibi tum in illo reip. naufragio omnia in mentē venire potuissent, aut si tuus scriptor in illo incendio ciuitatis non syngraphas cum Byzantiis exsulibus, & cum legatis regiis faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet: esses omnia, si minus re, at verbis legitimis consecutus. Sed vno tēpore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebātur prouinciarū, regum appellationes venales erant, seruorū omniū vicatim celebrabatur tota vrbe descriptio, inimici in gratiam reconciliabantur.[72] [r] imperia adscribebantur nouæ iuuentuti, Q. Seio venenum misero parabatur, de Cn. Pōpeio, propugnatore, & custode imperij interficiendo, consilia inibantur,[s] senatus ne quid esse, vt lugerent boni semper, vt capta resp. cōsulum proditione, vi tribunitia teneretur. Hæc cū tot, tantàque agerentur: non mirū est, præsertim in furore animi, & cæcitate multa illū, & te fefellisse. 129

|| At videte, quanta vis sit huius Papiriæ 130

legis,

q I. quæ religionem afferrēt ipsi loco, si essent cōsec. al. quæ religionē offerrent ipsi loco, si ess.

r I. imperia scribebantur noua, Q. Seio venen. mis. p.

s al. senatus ne quis esset,

legis, in re tali,non qualẽ tu affers,ſceleris plenam,& furoris Q.Marcius,cenſor,ſignum Concordiæ fecerat,idq; in publico collocarat. hoc ſignum C.Caſſius cenſor cùm in curiam trãſtuliſſet,collegium veſtrum conſuluit,nũquid eſſe cauſæ videretur,quin id ſignum,curiámque Cõcordiæ dedicaret. Quæſo,pontifices, & hominẽ cum homine,& tempus cum tempore,& rẽ cum re comparate. Ille erat ſumma modeſtia,& grauitate cenſor:hic tribunus plebis,ſcelere,& audacia ſingulari. tempus illud erat tranquillũ, & in libertate populi,& gubernatione poſitum ſenatus:tuum porrò tempus, libertate populi R. oppreſſa,ſenatus au&oritate deleta,res illa plena iuſtitiæ,ſapientiæ, dignitatis. cenſor enim, penes quẽ maiores noſtri(id quod tu ſuſtuliſti) iudicium [t] ſenatus de dignitate eſſe voluerunt. Concordiæ ſignum volebat in curia,aramque ei
131 deæ dedicare. || Præclara voluntas,atque omni laude digna.[u] præſcribere enim ſe arbitrabatur, vt,ſine ſtudiis diſſenſionis, ſentẽtiæ dicerentur, ſi ſedem ipſam,ac templum publici conſilij, religione Concordiæ deuinxiſſet. Tu cùm ferro, cùm metu,cùm edi&is, cùm priuilegiis,cũ præſẽtibus copiis perditorũ,abſentis exercitus terrore,& minis,cõſulum ſocietate, & nefario fœdere,ſeruitute oppreſſam ciuitatem teneres:Libertatis ſignum poſuiſti [x] magis ad ludibrium impudentiæ, quàm ad ſimulationem religionis. Ille in curia, quæ poterat, ſine cuiuſquam incõmodo, dedicabat:tu in ciuis optimè de rep. meriti cruore,ac pęnè oſſibus ſimulacrũ nõ libertatis publicæ,ſed licentiæ,collocaſti.Atque ille
132 tamẽ ad collegiũ retulit:tu ad quẽ retuliſti?||Si quid deliberares,ſi quid tibi aut piandũ,aut inſtituendũ fuiſſet religione domeſtica : tamẽ inſtituto ceterorũ vetere,ad pontificẽ[y] detuliſſes. nouũ delubrum cùm in vrbis clariſſimo loco, nefando quodam, atque inaudito inſtituto in-

t L.de ſenatus dignitate
v L.curiãque ei d.
x al.magis ad ludibriũ pudicitiæ, quam
y L.retuliſſes.

choares:referendum ad sacerdotes publicos nõ putasti?[z] At, si collegium pontificum adhibendum non videbantur:nemóne horum tibi idoneus visus est,qui ætate,honore,auctoritate antecellunt, vt cum eo dedicationem communicares? quorum quidem tu non contempsisti,sed pertimuisti dignitatem. An tu auderes quærere ex P.Seruilio,aut ex M. Lucullo : quorum ego consilio,atque auctoritate remp. consul 73 ex vestris manibus,ac faucibus eripui:quibusnam verbis,aut quo ritu,primùm hoc dico,ciuis domũ consecrares,deinde ciuis eius, cui princeps senatus,cui etiam ordines omnes, deinde Italia tota,pòst cunctæ gentes testimonium huius vrbis,atque imperij conseruati dedissent? || Quid 131 diceres,ô nefanda,& perniciosa labes ciuitatis? Ades,ades,Luculle,Seruili,dum dedico domum Ciceronis,vt mihi præeatis, postémq; teneatis. Es tu quidem cùm audacia,tum impudẽtia singulari:sed tibi tamen oculi,vultus, verba cecidissent,cùm te viri,qui sua dignitate personam populi Ro.atque auctoritatem imperij sustinerẽt,74 verbis grauissimis perterruissent:neq; sibi fas esse dixissent,furori interesse tuo,[a] atque in patriæ parricidio,& scelere.|| Quæ cùm videres, 134 tú te ad tuum affinem,nõ delectum à te,sed relictum à ceteris,contulisti. quem ego tamẽ credo,si est ortus ab illis , quos memoriæ proditũ est ab ipso Hercule ,perfũcto iã laboribus,sacra didicisse,in viri fortis ærumnis non ita crudelẽ fuisse,75 vt in viui , & iam spirantis caput bustum suis manibus imponeret : qui [b] aut nihil dixit, aut,si fecit, omnino pœnam hãc maternæ temeritatis [c] tulit,vt mutam in delicto personam,noménque præberet :[d] aut,si dixit aliquid, verbis hæsitantibus,postémque tremebũda manu tetigit. certè nihil ritè , nihil castè , nihil more,institutóque perfecit. Viderat ille Murænam,vitricum suum,consulem designatum , ad me

[z] fort. At, si tibi collegium P.

[a] L. atque in patriæ patricidio, & scel.

[b] L.aut nihil fecit, aut

[c] fort.luit vt

[d] L.aut , si dixit aliquid dixit verb.hæs.

me consulem cum Allobrogibus cõmunis exitij indicia afferre: audierat ex illo, se à me bis salutem accepisse, [e] separatim semel, iterum cũ e L. semel separatim,
135 vniuersis. Quare quis est, qui existimare possit, huic nouo pontifici, primam hanc, post sacerdotium initum, religionem instituenti, vocémque mittenti, non & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatã metu concidisse: præsertim cùm ex collegio tanto, nõ regem, non flaminem, non pontificem videret: fierique particeps alieni sceleris inuitus cogeretur, & grauissimas pœnas affinitatis impurissi-
136 mæ sustineret? Sed, vt reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipsi pontifices semper non solùm ad suas cæremonias, sed etiam ad populi iussa accommodauerunt: habetis in commentariis vestris, C. Cassium censorem de signo Concordiæ dedicando ad potificũ collegium retulisse, eique M. Aemilium, pontif. maximum, pro collegio respondisse, nisi eum populus R. nominatim præfecisset, atq; eius iussu faceret[f] nõ f L. non videri id recte posse d. videri ea rectè posse dedicari. Quid, cùm Licinia, virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, [g] T. Flaminio, Q. Metello, g L. T. Flaminino, Q. Met. coss. aram, & ædiculam, & puluinar sub saxo sacro dedicasset, non eam rem ex auctoritate senatus ad hoc collegium Sex. Iulius prætor[h] re- h L. retulit. cùm tulit? cùm P. Scæuula, pontif. Max. pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia C. F. iniussu populi dedicasset, [i] sacrum non videri i L. sacrum non videri, Quam q. esse. Quã quidem rem quanta seueritate, 76 quãtáque diligẽtia senatus sustulerit, ex ipso S. C. facilè cognoscetis. Recita S. C. SENATVS CON-
137 SVLTVM. Videtisne, prætori vrbano negotium datum, vt curaret, ne id sacrum esset: & vt, siquę essent incisæ aut inscriptæ literæ, tollerentur? O tempora! ô mores! Tum censorem, hominẽ sanctissimum, simulacrum Concordiæ dedicare põtifices in templo inaugurato prohibuerunt:

pòst autem senatus in loco augusto consecratā eam aram, tollendam ex auctoritate, pontificū censuit, neq; vllū est passus ex ea dedicatione, literarum exstare monumentum. tu procella patriæ, turbo, ac tēpestas pacis, atque otij, quod in naufragio reip. tenebris offusis, demerso populo R. euerso, atq; eiecto senatu dirueris, ædificaris, religione omni violata, reip. tantùm nomine contaminaris: in ciuis huiusce ædibus, & in vrbe, quam suis laboribus, ac periculis conseruasset, monumentum deletæ reip. collocaris 77 ad equitū notā, ad dolorem bonorum omniū, sublatóq; Q. Catuli nomine incideris: id sperasti remp. diutius, quàm, quoad mecū simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam? || At, si, 138
pontifices, neque is, cui licuit, neque id, quod fas fuit, dedicauit: quid me attinet iā illud tertiū, quod proposueram, docere, non his institutis, ac verbis, quibus cæremoniæ postulant, dedicasse? Dixi à principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito iure pontificū, dicturum. Quę sunt adhuc à me de iure dedicandi disputata, non sunt quæsita ex occulto aliquo genere literarū, sed sumta de medio, ex rebus palàm per magistratus actis, ad collegiúq; [k] delatis, ex S. consulto, ex lege. Illa interiora, iā vestra sunt, quid dici, quid præcipere, quid tāgi, quid teneri ius fuerit. || Quæ si omnia 139
ex Coruncanij sciētia, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, [l] acta esse constarent: aut si M. Horatius ille Puluillus, qui, cùm eius dedicationē multi, propter inuidiā, fictis religionibus impedirent, restitit, & constantissima mente Capitolium dedicauit, huiusmodi alicui dedicationi præfuisset: tamen in scelere religio nō valeret: nedum valeat id, quod imperitus adolescens, nouus sacerdos, sororis precib. matris minis adductus, ignarus, inuitus sine collegis, sine libris, sine auctore, sine, scriptore, furtim, mente, ac lingua

k al. relatis,

l L. acta esse constares:

lingua titubãte fecisse dicatur: præsertim cùm
iste impurus, atq; impius hostis omniũ religio-
nũ, qui contra fas inter viros sæpe mulier, & in-
ter mulieres vir fuisset, ageret illã rẽ ita raptim,
& turbulentè, vt neque mens, neque vox, neque
140 lingua consisteret. || [m] Delatum tum est ad vos m L. Dela-
pontifices, & pòst omnium sermone celebratũ, tum iam
quemadmodũ iste prępostetis verbis, omnibus tum est ad
obscœnis, identidem se ipse reuocando, dubi- vos
tans, timens, hæsitãs, omnia aliter, ac vos in mo-
numẽtis habetis, & pronũciarit, & fecerit. Quod
quidem minimè mirũ est in tanto scelere, tan-
táque dementia, ne audaciæ quidem locum ad
timorẽ comprimendum fuisse. Etenim, si nemo
vmquam prędo tam barbarus, atq; immanis fuit,
qui cùm fana spoliasset, deinde aram aliquam
in litore deserto, somniis stimulatus, aut reli-
gionẽ aliqua, consecraret, non horreret animo,
cùm diuinum numen scelere violatum, placare
precibus cogeretur: qua tandem istum pertur-
batione mentis, omnium templorum, atque te-
ctorum, totiúsque vrbis prædonem, fuisse cen-
setis, cùm pro detestatione tot scelerũ vnã arã
141 nefariè consecraret? || Non poterat vllo modo
(quamquam & insolentia dominatus extulerat
animos, & erat incredibili armatus audacia) nõ
in agendo ruere, ac sæpe peccare, præsertim illo
põtifice & magistro, qui cogeretur docere, ante-
quã ipse didicisset. Magna vis est cũ in deorum
immortaliũ numine, tũ verò in ipsa rep. Dij im-
mortales suorũ templorũ custodẽ, ac præsidem
sceleratissimè pulsum cùm viderent, ex suis tẽ- n L. iam tũ
plis in eius ędeis immigrare nolebant. itaq; isti[9] se, méque
vecordissimi mentẽ cura, metúq, torrebãt. Res repet.
verò publica, quãquã erat exterminata mecũ, ta o L. si iste
mẽ obuersabatur[78] ante oculos exterminatoris metu per-
sui, & ab istius inflammato, atque ignito furore turbatos,
[n] iam tum me, séque repetebat. Quare quid est furore inst.
mirum, [o] si iste metus furore instinctus, scelere, al. metu perculsus furore inst.

præceps, neque institutas cæremonias persequi, neque verbũ vllũ solemne potuit effari? Quæ 142 ᵉcùm ita sint, pontifices, reuocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad vniuersam remp. quam anteà cum viris fortibus multis, 79 in hac verò causa[p] solis vestris ceruicibus sustinetis. Vobis vniuersi senatus perpetua auctoritas, cui vosmetipsi[q] præstantissimi sẽper in mea causa præfuistis: vobis Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorúmque cõcursus, vobis campus, centuriarúmque vna vox omnium; quarum vos principes atque auctores fuistis, vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re, aut spe deniq; sunt boni, omne vobis erga meam dignitatem studiũ, & iudiciũ non modò cõmissum, verùm etiam cõmendatum esse[r] arbitrabuntur. denique ipsi dij im- 143 mortales, qui hanc vrbem, atque hoc imperium tuentur, vt esset omnibus gentibus, posteritatíque perspicuũ, diuino me numine esse reip. redditum, idcirco mihi videntur fructũ ipsum reditus, & gratulationis meæ, ad suorum sacerdotũ potestatẽ, iudiciumque reuocasse. Hic est enim reditus, pontifices, hæc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in diis penatibus recuperãdis. 80 [s] Quorũ si iste suis sceleratissimis manibus tecta, sedésque conuellit: ducibúsq; consulibus, tanquã vrbe capta, hanc vnam domum, quasi acerrimi propugnatoris, sibi delendã putauit: tamen illi dij penates, ac familiares mei, per vos in meam domum mecũ erunt restituti. Quocirca te, Capitoline, quem propter bene- 144 ficia populus Ro. optimum, propter vim, maximum, nominauit, téque, Iuno regina, & te,[t] custos vrbis, Minerua, quæ semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum exstitisti, precor, ac quæso: vosq;, qui maximè me repetistis, atq; reuocastis, quorũ de sedibus hæc mihi proposita est contẽtio, patrij penates, familiarésq;, qui

ᵉ PERORATIO.

p L. soli vestris

q vox præstantissimi abest à nonnullis libris.

r L. arbitrãtur.

s L. Quorũ etsi iste suis scel.

t πολιοῦχον.

qui huic vrbi,& reipublicæ[u] præsidetis,vos ob- v L. præsi-
testor,quorum ego à templis, ac delubris pesti- des estis,
feram illam,& nefariam flammam depuli: teq́;,
Vesta mater,cuius castissimas sacerdotes ab ho-
minum amentia,furore, & scelere defendi : cu-
iusq́ue ignem illum sempiternum non sum pas-
sus aut sanguine ciuium restingui , aut cum to-
145 tius vrbis incendio commisceri. || vt , si in illo
pænè fato reipublicæ obieci meum caput pro
vestris cæremoniis, atque templis perditissimo-
rum ciuium furori,atq; ferro: &, si iterum, cùm
ex mea contentione interitus bonorum omniū
quæreretur,vos sum testatus, vobis me,ac meos
cōmendaui,méque, ac meum caput ea cōdicio-
ne deuoui,vt si,& eo ipso tempore , & antè , in
consulatu meo,commodis meis omnibus,emo-
lumentis,præmiis prætermissis,cura, cogitatio-
ne,vigiliis omnibus,nihil, nisi de salute meorū
ciuiū laborassem: tum mihi republica aliquādo
restituta liceret frui:sin autem mea consilia pa-
triæ non profuissent,vt perpetuum dolorem, a-
uulsus à meis,sustinerem : hanc ego deuotionē
capitis mei,cùm ero in sedes meas restitutus,[61]
tum denique conuictam esse,&commissam[x] pu- x for. pu-
146 tabo.||nam nunc quidem,pontifices, non solùm tem.
domo,de qua cognoscitis, sed tota vrbe careo,
in quam videor esse restitutus. Vrbis enim ce-
leberrimæ,& maximæ partes aduersum illud nō
monumentū,sed vulnus patriæ contuentur. quē
cùm mihi cōspectum morte magis vitandum,fu-
giendúmque esse videatis:nolite,quæso,eū,cu-
ius reditu restitutam rēpublicam fore putastis,
non solùm dignitatis ornamentis,sed etiā vrbis
partibus velle esse priuatū. Non me bonorū di-
reptio,[y] non tectorum excisio , non depopula- y L. non te-
tio prædiorum , non præda consulum ex meis ctorum ex-
fortunis crudelissimè capta permouet : caduca cisio,
semper , & mobilia hæc esse dixi: non virtutis,
atque ingenij,sed fortunæ,& temporum mune-

ra: quorum ego non tam facultatem vmquam, & copiam, expetendam putaui, quàm & in vtendo rationem, & in carendo patientiam. 147 Etenim ad nostrum vsum propemodum iam est definita moderatio rei familiaris: liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ, relinquemus: domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratiùs etiam ædificata, quàm euersa, carere sine maxima ignominia reip. meo dedecore, ac dolore non possum. Quapropter, si diis immortalibus, si senatui, si populo Ro. si cunctæ Italiæ, si prouinciis, si exteris nationib. si vobismetipsis, qui in mea salute, principē semper locum, auctoritatémque tenuistis, gratum, & iucundum meum reditum intelligitis esse: quæso, obtestórque vos, pontifices, vt me, quem auctoritate, studio, sententiis restituistis, nunc, quoniam senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis collocetis.



a V. C. DE HARVSPICVM RESPONSIS, IN P. CLODIVM, IN SENATV.

a DE HARVSPICVM RESPONSIS, IN SENATV.

ORATIO TRICESIMA.

Exaudito in agro propinquo & suburbano strepitu quodam recondito, perterrita tam nouo, & tam horribili armorum fremitu ciuitate, Senatus Haruspices Etrusca vetere disciplina instructos consulendos censuit. Haruspices octo responsa protulerunt, scriptaque Senatui tradiderunt. Quorum ex illo loca sacra, & religiosa profana haberi, Clodius ædilis curulis in concione dixit in ea causa domum esse Ciceronis, quam à se consecratam profanam haberi.

Inde

Inde arrepta occasione Cicero domus suæ defendendæ, hanc orationem habuit, in qua post expiatam ædium suarum religionem, in ipsum Clodium est vehementer inuectus. QVAESTIO *est ergo. An quòd prodigiis factis Haruspices consulti responderent loca sacra & religiosa profana videri, hoc responso domus Ciceronis antea à P. Clodio consecrata profana videatur.* ACTOR *P. Clodius.* REVS, *& sui* PATRONVS, *Cicero. Acta in senatu Marcellino & Philippo* Coss.

1 HESTERNO* die, P.C. cùm me, & vestra dignitas, & frequentia equitũ R. quibus senatus dabatur, magnoperè commouisset: putaui mihi reprimendã esse P. Clodij impudicã impudentiam, cùm is publicanorũ causam stultissimis interrogationib. impediret, & P. Tullioni Syro nauaret operam, atque ei sese, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Itaque hominem furentem, exsultantémque continui, simulac periculum iudicij intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gla-
2 diatoris, ferociámque comp essi. Attamen ignarus ille, qui consules essent, exsanguis, atque æstuans,[b] se è curia repentè proripuit, cum quibusdam fractis iam, atque inanibus minis, & cum illius Pisoniani temporis, Gabinianique terroribus. Quem cùm egredientem insequi cœpissem: cepi equidem fructum maximum & ex consurrectione omnium vestrûm & ex comitatu publicanorum. Sed vecors repentè sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit: deinde respexit: & simulac Cn. Lentulum cos. adspexit, concidit in curiæ pænè limine, recordatione, credo, Gabinij sui, desiderióque Pisonis: cuius ego de effrenato, & præcipiti furore[c] quid dicã? haud[,] poteſt grauioribus à me verbis vulnerari, quàm

* EXORDIVM.

b L. se curia

c L. quid dicam? potest grauioribus &c. a trucidatus?

quàm eſt ſtatim, in facto ipſo, à grauiſſimo viro, P. Seruilio confectus, ac trucidatus. cuius [d] ſi etiã vim, & grauitatem illam ſingularem, ac pæne diuinam, aſſequi poſſem: tamen non dubito, quin ea tela, quæ coniecerit inimicus, quàm ea, quæ collega patris emiſit leuiora, atque hebetiora eſſe videãtur. || Sed tamen mei facti rationẽ exponere illis volo, qui heſterno die dolore me 3
elatum, [2] & iracundia [e] longiùs propè progreſsũ arbitrabantur, quã ſapientis hominis cogitata ratio poſtularet. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil nõ diu conſideratum, ac multò antè meditatũ. Ego enim, P. C. inimicum me ſemper eſſe profeſſus ſum duobus, [3] qui me, [f] qui rem meã cùm defendere deberent, ſeruare poſſent: cũque ad conſulare officium ipſis inſignibus illius imperij, ad meam ſalutem non ſolùm auctoritate, ſed etiam precibus veſtris vocarentur: primò reliquerũt, deinde prodiderunt, poſtremò [g] oppugnauerũt, præmiiſque nefariæ pactionis funditus vnà cũ republica oppreſsũ, exſtinctũmque voluerunt: quique ſuo ductu, & imperio cruento illo, atque funeſto ſupplicia neque à ſociorũ mœnib. prohibere, neque hoſtiũ vrbibus inferre potuerunt: [4] [h] excifionẽ, inflammationem, euerſionẽ, depopulationẽ, [i] vaſtitatẽ eã ſua cum præda meis omnibus tectis, atque agris intulerunt. || cũ his furiis, & facibus, cũ his, 4
inquã, exitioſis prodigiis, ac pęnè huius imperij peſtibus, bellũ mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptũ: neq; id tamẽ ipſum tantũ, quantũ meus, ac meorũ, ſed tantũ, quantũ veſter, atque omnium bonorũ dolor poſtulauit. In Clodium verò non eſt hodie meũ maius odium, quàm illo die fuit, cùm illum ambuſtum religioſiſſimis ignibus, cognoui muliebri ornatu, ex inceſto ſtupro, atque ex domo pontificis maximi emiſſum. tum, inquam, tum vidi, ac multò antè proſpexi, quãta tempeſtas excitaretur, quanta impendêret pro

d L. ſi eam vim.
e L. longius progreſsũ
f L. qui remp. cùm def. deb.
g L. oppugnarunt,
h L. excifionem,
i L. vaſtitatem, aucti prędą meis omn.

procella reip. Videbam, illud scelus tam impor-
tunum, audaciã tã[k] immanem adolescentis furẽ-
tis, nobilis, vulnerati, non posse arceri otij fini-
bus: erupturum illud malum aliquando, [l] si im-
5 punitum fuisset, ad perniciem ciuitatis. || Non
multum mihi sanè pòst ad odium accessit. nihil
enim cõtra me fecit odio mei, sed odio seueri-
tatis, odio dignitatis, odio reipub. non me ma-
gis violauit, quã senatũ, quàm equites Romanos,
quã omneis bonos, quàm Italiam cunctam. non
denique in me sceleratior fuit, quàm in ipsos
deos [m] immortaleis. Etenim illos eo scelere
violauit, quo nemo antea. in me fuit eodẽ ani-
mo, quo etiã eius familiaris Catilina, si vicisset,
fuisset. Itaque eũ nũquam à me esse accusandũ
putaui, non plus, quàm stipitem illum, qui quo-
rũ hominũ esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse
esse diceret. Quid enim hunc persequar, pecu-
dẽ, ac belluã, pabulo inimicorum meorũ, & glã-
de corruptũ? [n] qui si sensit, quo se scelere deuin-
xerit: non dubito, quin sit miserrimus. sin autem
id non videt: periculũ est, ne se stuporis excusa-
6 tione defendat. || Accedit etiã, quòd, exspecta-
tione omnium, fortissimo, & clarissimo viro, T.
Annio, deuota, & constituta ista hostia esse vi-
detur: cui me præripere desponsam iã, & desti-
natã laudẽ, cùm ipse eius opera & dignitatẽ, &
salutẽ recuperarim, valde est iniquũ. Etenim, vt
P. ille Scipio, natus mihi videtur ad interitum,
exitiúmque Karthaginis, qui illã à multis im-
peratoribus obsessam, oppugnatam, [o] labefacta-
tam, pænè captam aliquando, quasi fatali euen-
tu, solus euertit: sic T. Annius ad illam pestem
comprimendam, exstinguendam, funditus de-
lendam natus esse videtur, & quasi diuino mu-
nere [p] donatus reipublicæ. Solus ille cogno-
uit, quemadmodum armatum ciuem, qui la-
pidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi
contineret, qui vrbem totam, qui curiam, qui
fo

k v.c. immanem
l v.c. si impunitum
m v.c. immortalis.
n L. qui si sensit, quo scelere se deuinx.
o al. labefactam.
p L. reipub. donatus.

forum, qui templa omnia cæde, incendiisq; terreret,[q] non modò vincere, verùm etiam vincire oporteret.||Huic ego, & tali, & ita de me, ac de 7
patria merito viro, numquam mea voluntate præripiam, eum præsertim reum, cuius ille inimicitias non solùm suscepit propter salutem meam, verùm etiam appetiuit. Sed si etiam nunc illaqueatus iam omniū legū periculis, irretitus odio bonorū omniū, exspectatione supplicij iā non diuturna implicatus, feretur tamē hęsitans, & in me impetum impeditus facere conabitur: resistā, & aut cōcedente, aut etiā adiuuante Milone, eius conatum refutabo: velut hesterno die,[s] cū mihi stanti[r] tacens minaretur, voce tā-tùm attigi legum initium, & iudicij[s] consedit ille. cōticuit.[7] Diē dixisset, vt fecerat. fecissem, vt ei statim tertius à prætore dies diceretur. Atque hoc sic* moderetur: & cogitet, si contentus sit iis sceleribus, quæ cōmisit, iā se esse consecratū Miloni: siquod in me telum[t] intenderit, statim me esse arrepturum arma iudiciorum, atque legum.||Atqui* paulò antè, P.C. concionē habuit, 8
quæ est ad me tota delata: cuius concionis primùm vniuersum argumentū, sententiámque audite. cùm riseritis[u] impudentiā hominis, tum à me de tota contione audietis. * De religionibus sacris, & cæremoniis est contionatus, patres conscripti, Clodius. P. inquam, Clodius sacra, & religiones negligi, violari, pollui, questus est. Nō mirū, si hoc vobis ridiculum videtur, etiam sua contio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet,[z] ducentis confixum[x] senatusconsultis: quæ sunt omnia contra illū pro religionib. facta,[y] hominémque eum, qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulerit, eaque sacra, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem, adspici fas est, non solùm adspectu virili, sed flagitio, stupróque violarit, in contione de religionibus neglectis conqueri. ||Itaque nunc 9
proxima contio eius exspectatur de pudicitia.

q L. nō modò vincire, verum etiā vincere oporteret.

r for. iacēs

s L. concidit ille, & conticuit.

7 Diem d.

* al. mediretur:

t al. interfecerit, st.

* PARTITIO.

u v. c. impudentiam

* CONTENTIO.

x L. senati consultis:

y al. hominémque illum, qui q.

Quid enim intereſt,vtrùm ab altaribus religio-
ſiſſimis fugatus, de ſacris, & religionibus con-
queratur , an ex ſororũ cubiculo egreſſus , pu-
dorem,pudicitiámque defendat?Reſpõſum Ha-
ruſpicum hoc recens de fremitu in cõtione re-
citauit:in quo,cum aliis multis ſcriptum etiam
illud eſt(id quod audiſtis)loca ſacra,& religio-
ſa,profana haberi.In ea cauſa eſſe dixit domum
meam,à religioſiſſimo ſacerdote,P.Clodio, cõ-
10 ſecratam. || Gaudeo mihi de toto hoc oſtento,
quod haud ſcio,an grauiſſimũ multis his annis
huic ordini nunciatum ſit,datam non modò iu-
ſtam,ſed etiam neceſſariam cauſam eſſe dicẽdi.
Reperietis enim ex hoc toto prodigio,atq; re-
ſponſo,nos de iſtius ſcelere, ac furore, ac de [z] — z v.c. inpẽdentibus
impendentibus periculis maximis, propè iam
voce Iouis optimi maximi præmoneri. Sed pri-
mùm expiabo religionem ædium mearum, ſi id
facere verè,ac ſine cuiuſquam dubitatione po-
tero.[a] ſin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis — a l.ſin ſcrupulus vel tenuiſſimus
videbitur:non modò patienti,ſed etiam libenti
animo portentis deorum immortalium,religio-
11 nique parebo.|| Sed quæ tandem eſt in hac vrbe
tanta domus,ab iſta religionis ſuſcipione tam
vacua,atque pura?Quãquam veſtræ domus,P.C.
ceterorúmque ciuium,[9] multò maxima[*] ex par- — a al. maximã partem
te ſunt liberæ religione, tamen vna mea domus
iudiciis omnibus liberata, in hac vrbe,ſola eſt.
Te enim appello,Lẽtule,& te,Philippe.ex hoc
Haruſpicum reſpõſo decreuit ſenatus, vt de lo-
cis [b] ſacris,religioſis,ad hunc ordinem referre- — b l.ſacris, ac religioſis,
tis, poteſtíſne referre de mea domo ? quæ (vt
dixi)ſola,in hac vrbe,omni religione, omnibus
iudiciis , liberata eſt. quam primùm inimicus
ipſe in illa tempeſtate , ac nocte reipublicæ,cũ
cetera ſcelera [10] ſtilo illo impuro Sex. Clodius
conſcripſiſſet , ne vna quidem attigit literá re-
ligionis. deinde eandem domum populus Ro-
manus,cuius eſt ſumma poteſtas omnium rerũ,
comi

comitiis centuriatis, omnium ætatum, ordinũq; suffragiis, eodẽ iure esse iussit, quo fuisset.‖ Po- 12
stea vos, P. C. non quòd dubia res esset, sed vt huic furiæ, si diutius in hac vrbe, quam delere cuperet, maneret, [c] vox interdiceretur, decreuistis, vt de mearum ædiũ religione ad pontificũ collegium referretur. Quæ tanta religio est, qua non in nostris dubitationibus, atque in maximis superstitionibus, vnius P. Seruilij, ac M. Luculli responso, ac verbo liberemur? De sacris publicis, de ludis maximis, de deorum Penatiũ, Vestæque matris cęremoniis, de illo ipso sacrificio, quod fit pro salute populi Ro. quod post Romam conditã, huius vnius casti tutoris religionũ scelere violatum est, quod tres pontifices statuissent, id semper populo Romano, sẽper senatui, semper ipsis diis immortalibus satis sãctũ, satis augustum, satis religiosum esse visum est. At verò meã domũ * P. Lentulus, CONS. & põtifex: P. Seruilius, M. Lucullus. Q. Metellus, [d] M. Messala, L. Lentulus, flamen Martialis: P. Galba, Q. Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Clodius, rex sacrorum: M. Scaurus, M. Crassus, C. Curio, Sex. Cæsar, flamen Quirinalis: Quint. Cornelius, P. Albinouanus, Q. Terentius, pontifices minores, causa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia amplissimorum, ac sapientissimorũ ciuium adstante, omni religione, vna mente, omnes liberauerunt.‖ Nego vmquã post sacra con- 31
stituta, quorũ eadẽ est antiquitas, quæ ipsius vrbis, vlla de re, ne de capite quidẽ virginum Vestaliũ, tam frequens collegium iudicasse. quamquã ad facinoris disquisitionem interest adesse quamplurimos. Ita est enim interpretatio illa pontificũ, vt iidẽ potestatem habeant iudicum. ‖[e] Religionis explanatio vel ab vno pontifice perito rectè fieri potest: quod idem in iudicio capitis durum, atque iniquum est. tamen sic reperietis, frequentiores pontifices de mea domo,

c al. vox intercludere tur.

* ordinem hic nota pontificũ.

d L. M'. Glabrio,

e L. Religionis expiatio vel ab

domo,quàm vmquam de cæremoniis virginum iudicasse. Postero die frequentissimus senatus, te consule designato,Lentule,sententiæ principe, P. Lentulo,& Q Metello coss. referētibus, statuit,cùm omnes pontifices, qui erant huius ordinis, adessent: cúmque alij,qui honoribus populi Romani antecedebant,multa de collegij iudicio verba fecissent,omnésque iidē scribendo adessent:domum meam iudicio pontificum,religione liberatam videri.

14 De hoc igitur loco sacro potissimùm videntur Haruspices dicere,qui locus solus ex priuatis locis omnibus hoc præcipuè iuris habet,vt ab ipsis, qui sacris præsunt,sacer * non iudicatus sit?Verùm referte:quod ex S.C.facere debetis,aut vobis cognitio dabitur,qui primi de hac domo sententiam dixistis,& eam religione omni liberastis:aut senatus ipse iudicabit:qui,vno illo solo antistite sacrorum dissentiente,frequētissimus antea iudicauit:aut id quod certè fiet,ad pontifices reiicietur,quorum auctoritati, fidei,prudētiæ maiores nostri sacrà,religionésque & priuatas, & publicas commendarunt.Quid ergo hi possunt aliud iudicare,ac iudicauerunt?Multæ sunt domus in hac vrbe, P. C.atque haud scio,an pænè cunctæ iure optimo:sed tamen iure priuato,iure hereditario,iure auctoritatis,f iure mancipij, iure nexi. nego esse vllam domū aliā,æque priuato iure,atq; optima lege,publico verò omni præcipuo,& humano,& diuino iure munitam.

15 Quæ primùm ædificatùr ex auctoritate senatus, pecunia publica:deinde contra vim nefariā huius gladiatoris,tot senatusconsultis munita,atque septa est.Primùm negotium iisdē magistratibus est datum anno superiore, vt curarent, vt sine vi mihi ædificare liceret,quibus in maximis periculis,vniuersa resp.cōmendari solet:deinde cùm ille saxis,& ignibus,& ferro vastitatē meis ædibus intulisset, decreuit senatus, eos, qui id fe-

* L.facer non esse iu dicatus fit.

f iure mancipi.

g for. leges de vi publi ca,q.

fecissent, lege de vi, quæ est in eos, qui vniversã remp. oppugnassent, teneri. Vobis verò referentibus, ô post hominum memoriã fortissimi, atq; optimi consules! decreuit idẽ senatus frequentissimus, qui meam domũ violasset, contra rép. esse facturũ. [Nego, vllo de opere publico, de monumento, de tẽplo, tot senatus extare cõsulta, quot de mea domo, quam senatus vnam, post hãc vrbem[h] constitutam, ex ærario ædificandã, à põtificibus liberandã, à magistratibus defendendã, à iudicibus[i] puniendam putaret. P. Valerio, pro maximis in remp. beneficiis, data domus est [13] in villa publica, at mihi in Palatio restituta. illi locus; at mihi etiam parietes, atq; tectum, illi, quam ipse priuato iure tueretur: mihi, quã publicè magistratus omnes defenderent. Quæ quidem ego si aut per me, aut ab aliis haberem: non prædicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer. Sed, cùm sint mihi data à vobis, cũ ea attententur eius lingua, cuius antea manu euersa vos mihi, & liberis meis, manibus vestris reddid.stis: non ego de meis, sed de vestris factis loquor: nec vereor, ne hæc mea vestrorum beneficiorum prædicatio, non grata potiùs, quàm arrogans videatur. [Quamquã, si me tántis laboribus pro communi salute perfunctũ efferret aliquando ad gloriã in refutãdis maledictis improborum hominũ animi quidam dolor, quis nõ ignosceret? Vidi enim hesterno die quendam murmurantem: quẽ aiebãt negare ferre me posse, quia, cùm ab hoc eodem impurissimo[k] parricida rogarer, cuius essem ciuitatis,[l] rẽspõdi me, probantibus & vobis, & equitibus Ro. eius esse, quæ carere me non potuisset. Ille, vt opinor, ingemuit. Quid igitur respondere? (quæro ex eo ipso, qui ferre me non potest) me ciuẽ esse Romanũ? iteratè respondiss. m.[m] An tacuissem? desertum negotium. Potest quisquã vir [n] in rebus magnis cũ inuidia versatus, satis grauiter cõtra ini-

16

17

h al. conditam.

i L. muniendam put.

k L. impurissimo patricida.

l for respõdi, probantibus & vobis, & equitibus R. me eius esse.

m al. Tacuissem?

n al. reb. in magnis.

inimici contumeliam sine sua laude responde-re?[14] At ipse non modò respondet, quidquid po-
18 test, cùm est lacessitus. sed etiam gaudet, se ab a-micis, quid respondeat, admoneri. || Sed, quoniã mea causa expedita est, videamus nũc, quid Haruspices dicant. Ego enim fateor, me, & magnitudine ostenti, & grauitate responsi, & vna, atq; constanti Haruspicum voce vehementer esse commotum. Neque is sum, qui, si cui fortè videor plus, quàm ceteri, qui æquè, atque ego, sunt occupati, versari in studio literarum, his delecter, aut vtar vt omnino literis, quæ nostros animos deterrent, atque auocant à religione. Ego verò primùm habeo auctores, ac magistros religionum colendarum, maiores nostros: quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur, vt satis, superque prudentes sint, qui illorum prudentiam non dicam assequi, sed quanta fuerit, perspicere possint:[15] qui *statas, solemneisque cæremonias, * pontificatu rerum bene gerendarũ auctoritates, augurio: fatorũ veteres prædictiones Apollinis, vatũ libris:[16] portentorum [o] explanationes, Etruscorũ disciplina contineri [p] putauetũt: quæ quidem tanta est, vt nostra memoria primùm Italici belli funesta illa principia, post Syllani, Cinnanique tẽporis extremũ pænè discrimen, tum hanc recentẽ vrbis inflammandæ, delendíque imperij coniuratioñẽ, nõ obscurè nobis paulò ante prædixerint. ||
19 Deinde etiã cognoui, multa homines doctissimos, sapientissimósq; & dixisse, & scripta de deorum immortaliũ numine reliquisse: quæ quamquã diuinitus perscripta video, tamen eiusmodi sunt, vt ea maiores nostri docuisse illos, nõ ab illis didicisse videãtur. Etenim quis est tam vecors, qui aut, cùm suspexerit in cœlum, deos esse non sentiat, & ea, quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum, ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet: aut cùm deos esse in-

*al. statutas
* Ab his enim quatuor, erat petita religio Romana.
o for. expiationes.
p L. putarunt.

intellexerit,non intelligat,eorum numine hoc totũ imperiũ esse natum,& auctum,& retẽtum? Quàm volumus licet, P. C. ipsi nos amemus: tamen nec numero Hispanos,nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos,nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso eius gentis,ac terræ domestico,natiuóque sensu,Italos ipsos,ac Latinos,sed pietate,ac religione,atque hac vna sapientia ꝙ deorum immortaliũ numine omnia regi gubernarique perspeximus,omneis genteis,nationesque superauimus.|| Quare [q] ne plura de re minimè loquar dubia,adhibete animos , & menteis 20
vestras,non solùm aureis , ad Haruspicum vocẽ admonete: QVOD IN AGRO LATINIENSI AVDITVS EST STREPITVS CVM FREMITV. Mitto Haruspices,mitto illã veterem ab ipsis diis immortalibus,vt hominum fama est, Etruriæ [r] traditã disciplinam:nos,nónne Haruspices esse possumus? EXAVDITVS IN AGRO PROPINQVO, ET SVBVRBANO EST STREPITVS QVIDAM RECONDITVS, ET HORRIBILIS FREMITVS ARMORVM. Quis est ex gigantibus illis, quos poetæ ferunt bellum diis immortalibus intulisse,tam impius, qui hoc tam nouo,tantóque motu non magnũ aliquid deos populo R. præmonstrare,& præcinere fateatur? De ea re scriptum est,postulationes [s] esse Ioui Saturno,Neptuno , Telluri , diis cælestibus. || Audio,quibus diis violatis expiatio debeatur: sed hominum quæ ob delicta,quęro: LVDOS MINVS DILIGENTER FACTOS, POLLVTÓSQVE. Quos ludos? te appello,Lentule (tui sacerdotij sunt *tensæ,curricula,precentio,ludi, libationes,[16] epulæque ludorum publicorum) vosque pontifices,ad quos *epulones Iouis optimi max. si quid est prætermissũ,aut cõmissum, afferunt: quorũ de sententia illa eadem renouata,atque instaurata celebrantur : qui sunt ludi minus diligenter facti? quanto,aut quo scelere pollu-

q L. ne plura de re mi nimè dubia loquar.

r L. datam

s L. postulationes decretas.

* Vide Festum in Tẽsæ

* vide Festum in Epulones.

polluti?respondebis & pro te , & pro collegis
tuis,& pro pontificum collegio, nihil cuiusquã
aut negligentia cõtemtum,aut scelere esse pol-
lutum:omnia solemnia,ac iusta ludorum,omni-
bus rebus obseruatis,summa cũ cæremonia esse
22 seruata.|| Quos igitur Haruspices ludos minùs
diligenter factos,pollutosque esse dicunt? eos,
quorum ipsi dij immortales,[17] t atque illa ma- t L. atque illa mater Idæa,te,te, &c.
ter dea,te,Cn.Lentule , cuius ab auia manibus
esset accepta,spectatorem esse voluit. quòd ni
tu * Megalesia illo die spectare voluisses : haud * vide Var. 5.de ling. & Festum in Megalesia.
scio an viuere nobis,atque his de rebus iã que-
ri liceret. vis enim innumerabilis incitata ex
omnibus vicis collecta seruorum ab hoc ædili
religioso,repente fornicibus,ostiisq; omnibus,
in scenam,signo dato,immissa irrupit.Tua tum,
tua Cn.Lentule,eádẽ virtus fuit,quæ in priuato
quodã tuo proauo,te nomen,imperium,vocem,
adspectũ,impetum tuũ stans senatus,equitésque
R.omnes boni sequebantur,cùm ille seruorũ,
& ludiorũ multitudini S.P.Q.R.vinctũ ipso cõ-
sessu,& constrictũ spectaculis,atq; impeditũ tur-
23 ba,& angustiis tradidisset.[17]||An,si u ludius cõ- u al.Lydius
stitit,aut tibicen repente conticuit,aut puer il-
le patrimus,& matrimus si terrã non tenuit,aut
tensam,aut lorũ amisit,aut,si ædilis verbo, [18] x x L.aut sympulo aberr.
aut si nutu aberrauit , ludi sunt non ritè facti,
eáque errata expiantur,& mentes deorum im-
mortalium,ludorũ instauratione placantur : si
ludi ab lætitia ad metum traducti,y si non inter- y al. traducti sunt.
missi,sed perẽti,atque sublati sunt: si ciuitati v-
niuersæ scelere eius,qui ludos ad luctũ cõferre
voluit,exstiterunt [19] dies illi festi pęnè funesti:
dubitabimus , z quos ludos ille fremitus nun- z L.quos ille fremitus nuntiet ludos esse pollutos.
24 tiet esse pollutos? || Ac , si volumus ea,quæ de
quoq; deo nobis tradita sunt, recordari , hanc
Matrẽ magnã,cuius ludi violati, polluti , pænè
ad cædẽ & ad funus ciuitatis cõuersi sunt, hanc
inquã accepimus,agros, & nemora cũ quodam

ſtrepitu,fremitúque peragrare. Hæc igitur vobis,hæc populo R.& ſcelerũ indicia oſtendit,& periculorũ ſigna patefecit. nã quid ego de illis ludis loquar,quos in Palatio noſtri maiores ante tẽplũ,in ipſo Matris magnæ conſpectu, 20 [a] Megalenſibus fieri,celebrarique voluerunt? qui ſunt more,inſtitutiſq; maximè caſti, ſolemnes, religioſi.quibus ludis primùm ante populi cõceſſum ſenatui locũ P. Africanus iterum cõſul ille maior dedit:vt eos ludos hæc lues impura [b] polluerit:quò ſi quis liber aut ſpectandi, aut etiã religionis cauſa acceſſerat:manus afferebantur. quò matrona nulla adiit,propter vim, conſeſſúmque ſeruorũ. Ita ludos eos,quorũ religio tanta eſt,vt ex vltimis terris * accerſita in hac vrbe conſederit:qui vni ludi ne verbo quidẽ appellantur Latino,vt vocabulo ipſo & appetita religio externa,& Matris magnæ nomine ſuſcepta declaretur:hos ludos ſerui fecerunt, ſerui ſpectauerunt:tota denique,hoc ædile,ſeruorum Megaleſia fuerunt.||Pro dij immortales!qui magis nobiſcum loqui poſſetis,ſi eſſetis,verſaremini- 25
nique nobiſcũ?ludos eſſe pollutos ſignificatis, ac planè dicitis.Quid magis deformatũ, inquinatũ,peruerſum,conturbatũ dici poteſt, quàm, omne ſeruitiũ,permiſſu magiſtratus,liberatũ in alteram ſcenam immiſſum,alteri præpoſitum,vt alter conceſſus poteſtati ſeruorũ [c] obiiceretur, alter ſeruorũ totus eſſet?Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet,haruſpices [d] acciẽdos ex Etruria putaremus:videmus vniuerſi repẽtè ex anima tanta ſeruorũ immiſſa in populũ R. ſeptũ, atque incluſum,& non [e] cõmouemur? Atque in apum fortaſſe examine,nos ex Etruſcorum ſcriptis Haruſpices,vt à ſeruitio caueremus, monerent.||Quod igitur ex aliquo diſiunctò,diuerſó- 26
que monſtro ſignificatum caueremus, [f] id cùm ſibi ipſum monſtrum eſt,& cùm in eo ipſo periculum eſt,ex quo periculũ portenditur, nõ perti-

a L. Megaleſiis.
b L.polluerit.
* L.arceſſita.
c v. c. obiiceretur.
d for.arciẽdos.
e al.commonemur?
f L. id cùm ipſum ſibi.

timeſcemus? Iſtiuſmodi Megaleſia fecit pater * tuus? iſtiuſmodi patruus? Is mihi etiã generis ſui mentionẽ facit, cùm * Athenionis, aut * Spartaci exẽplo ludos facere maluerit, quã Cani, aut Appij, Clodiorũ? Illi cùm ludos facerent, [g] ſeruos de cauea exire iubebant: tu in alterã ſeruos immiſiſti, ex altera liberos eieciſti. Itaq; qui anteà voce præconis à liberis ſemouebantur, tuis ludis non voce, ſed manu liberos à ſe ſegregabãt. Ne hoc quidem tibi in mentẽ veniebat, Sibyllino ſacerdoti hæc ſacra maiores noſtros ex * veſtris libris expetiſſe? ſi illi ſunt veſtri, quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis, con-
27 taminatis manibus attrectas. || Hac igitur vate ſuadente quondã defeſſa Italia Punico bello, atque ab Annibale vexata, ſacra iſta, [i] noſtri maiores aſcita ex Phrygia Romæ [k] collocarunt: quæ vir * is accepit, qui eſt optimus à populo R. iudicatus, P. Scipio: fœmina autem, quæ matronarũ caſtiſſima putabatur, Q. Claudia: cuius priſcã illã ſeueritatẽ ſacrificij [l] tua ſoror mirificè exiſtimatur imitata. Nihil te igitur neque maiores tui, coniuncti cum his religionibus, neque ſacerdotium ipſum, quo eſt hæc tota religio cõſtituta, neq; curulis ædilitas, quæ maximè hanc tueri religionẽ ſolet, permouit, quo minus caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore
28 maculares, ſcelere obligares? || Sed quid ego id admiror? qui accepta pecunia Peſſinuntẽ * ipſum, ſedẽ, domiciliũq; Matris deorũ vaſtaris, & Brogitaro Gallogræco [m] impuro homini, ac nefario, cuius legati, te tribuno, diuidere in æde Caſtoris tui operis nũmos ſolebant, totũ illum locũ, fanũque vendideris ſacerdotẽ ab ipſis aris, puluinaribúſq; detraxeris? omnia illa, quæ vetuſtas, quæ Perſæ, quæ Syri, quæ reges omnes, qui Europã, Aſiãque tenuerunt, ſemper ſumma religione coluerunt, peruerteris? quæ denique noſtri maiores tam ſancta duxerunt, vt, cùm

* Appius Clodius.
* vide 3. Flor. 19.
* vide Ver. 5. & 6. 2. ad Att. & 2. Fl. 20. Vel. 2. Epit. Li. 95.
g L. ſeruos exire de cauea iub.
h for. ſummouebãtur
* Sibyllinos intelligit. vid. 5. r. l. 12
i al. maiores noſtri.
k L. collocauerunt,
* P. Scipio Naſica pater Afric.
l al. tua mirificè ſoror
* al. ipſam.
m v. c. impuro.

refertam vrbem, atque Italiã fanorum haberemus, tamen nostri imperatores maximis, & periculosissimis bellis huic deæ vota facerent, eáque in ipso. Pessinunte ad illam ipsam principẽ aram, & in illo loco, fanóq; persoluerẽt. || Quòd 29
cùm Deiotarus religione sua castissimè tueretur, quem vnum habemus in orbe terrarũ fidelissimum huic imperio, [n] atque amantissimũ nostri nominis: Brogitaro, vt ante dixi, addictum pecunia tradidisti. Atque hunc tamen Deiotarum, sæpe à senatu regali nomine dignũ existimatum clarissimorũ imperatorum testimoniis ornatum, tu etiam regem appellari cũ Brogitaro iubes. sed alter est rex, iudicio senatus, per nos: pecunia Brogitarus, per te appellatus: *alterum putabo regẽ, si habuerit vnde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti. nam cũ multa regia sunt in Deiotaro, tũ illa maximè, quòd tibi nummum nullum dedit: quòd eã partẽ legis tuæ, quæ congruebat cum iudicio senatus, vt ipse rex esset, non repudiauit: quòd Pessinuntem per scelus à te violatum, & sacerdote, sacrísque spoliatum, recuperauit, [21] vt in * pristina religione seruaret: quòd cæremonias ab omni vetustate acceptas, à Brogitaro pollui non sinit, mauultque generum suum munere tuo quàm illud fanum antiquitate religionis carere. || Sed, 30
vt ad hæc Haruspicum responsa redeam, ex quibus est primum de ludis: quis est, qui id non totum in istius ludos prædictum, & responsum esse fateatur. Sequitur de locis sacris, religiosis. O impudentiam mirã! de mea domo dicere audes? Committe vel consulibus, vel senatui, vel collegio pontificum tuam. Ac mea quidem his tribus omnibus iudiciis, vt dixi antea, liberata est. At in iis ædibus, quas tu Q. Seio, equite Romano viro optimo, per te apertissimè interfecto, tenes, sacellum dico fuisse, & aras. tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo,

n L. atque amantissimum nostri nominis regem: Brog.

* al. alterũ semper alterum tuũ putabo regem. al. alterum semper putabo regem alterum si habuerit.

* al. vt pristinam religionem seruarent.

31 mabo, ac docebo. agatur modò hæc res. || Quòd ex eo S.C. quod nuper est factum, referri ad vos necesse est: habeo quæ de locis religiosis velim dicere. cùm de domo tua dixero: in qua tamen ita est inædificatum sacellum, vt alius fecerit, tibi tantummodò sit demoliendum: tum videbo, num mihi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere. putant enim nonnulli ad me pertinere, armamentarium Telluris aperire. nuper id patuisse dicunt, & ego recordor. nunc sanctissimã partem, ac sedem maximæ religionis priuato dicunt vestibulo contineri. Multa me mouent: quòd ædes Telluris, est curationis meæ: quòd is, qui illud armamẽtarium sustulit, meam domum pontificum iudicio liberatam, secundum fratrẽ suum iudicatam esse dicebat. mouet me etiam in hac caritate annonę, sterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris, & eò magis, quòd eodem ostẽto [22]* Telluri postulatio deberi di-

32 citur. || Vetera fortasse loquimur: quãquám hoc si minus ciuili iure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi iure gentium [o] sancitum est, vt nihil mortales à diis immortalibus vsu capere possint. Verumtamen antiqua negligimus: etiámne ea negligemus, quæ fiunt [q] nunc maximè? quæ videmus? L. Pisonẽ quis nescit, his ipsis temporibus, maximum, & sanctissimũ Dianæ sacellum in Cœliculo sustulisse? adsunt vicini eius loci: multi sunt etiam in hoc ordine, qui [r] sacrificia gentilitia illo ipso in sacello, statuto [s] loco, anniuersaria factitarint. Et conquirimus, dij immortales, quæ loca desiderent, quid significent, de quo loquantur? A Sext.* Setrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine esse fœdata

33 nescimus? || Tu meam domum religiosam facere potuisti? [t] Ecquamente? [23] qua inuaseras. qua manu? qua disturbaras. qua voce? qua incendi iusseras. qua lege? quam ne in illa quidem impunita

* al. postulatur postiliter.
o al. sanctũ est,
p al. Verũtamen si antiquam aeglig.
q L. fiunt maximè.
r L. sacrificia gentilia Gentilia sacra, id est, gentis vnius & priuata.
s al. foco.
* al. Serrano al. Sarano.
t L. At qua mente? quã amiseras.

nitate tua scripseras. quo puluinari? quod stupraras quo simulacro? quod ereptum ex meretricis sepulchro in Imperatoris monumento collocaras. Quid habet mea domus religiosi, nisi quod impuri, & sacrilegi parietē tangit? Itaque, ne quis meorum imprudens introspicere possit tuā domum ac te sacra illa tua facientē videre, tollam altius tectum: non vt ego te despiciā, sed ne tu adspicias vrbem eā, quā delere voluisti. || Sed 34
iam Haruspicū reliqua responsa videamus. ORATIONES CONTRA IVS, FASQVE INTERFECTOS. Quid est hoc? de Alexandrinis video esse sermonem: quem ego non refuto. sic enim sentio, ius legatorum, cùm hominū præsidio munitū sit, tū etiā diuino iure esse vallatum. Sed quæro ab
v L. omnes audaceis. illo,[24] qui [u] omnes iudices tribunus è carcere in forum effudit, cuius arbitrio sicę omnes nunc atque omnia venena tractantur, qui cum Hermacho Chio syngraphas fecit: ecquid sciat, vnum acerrimū aduersarium Hermachi, Theodòsium, legatum ad senatū à ciuitate libera missū. sica percussum? quod non minus, quàm de Alexandrinis, indignum diis immortalibus esse visum, certò scio. || Nec confero nunc in te vnum 35
omnia, spes maior esset salutis, si pręter te, nemo esset impurus, plures sunt, hoc & tu tibi cōfidis magis, & nos prope iure diffidimus. Quis Platonē ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarū, ac nobilem legatum Thessalonicā ad nostrum (vt seipse appellauit) Imperatorem venisse nescit? quem ille propter pecuniam, quā ab eo extorquere nō poterat, in vincula coniecit, & medicū intromisit suū, qui legato, socio, amico, libero fœdissimè & crudelissimè venas incideret. Secureis suas cruētari scelere noluit, nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminauit, vt id nulla re possit, nisi ipsius supplicio, expiari. Qualeis hunc
car

carnifices putamus habere, qui etiam medicis
36 suis non ad salutem.sed ad necem vtatur? || Sed
recitemus,[x] quid sequatur. FIDEM ET IVSIVRANDVM NEGLECTVM. Hoc quid sit, per seipsũ nõ facilè interpretor: sed ex eo quod sequitur, suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici:²; quibus olim erepti essent nummi, nisi à senatu præsidium postulassent. Quare autem de his dici suspicer, hæc causa est, quòd sic statuo, & illud in hac ciuitate esse maximè illustre, atque insigne periurium, & te ipsum tamen in periurij pœnam ab iis, quibuscum coniurasti, non vocari. x L. quod sequitur.
37 non vocari. |, Et video in Haruspicum responsis hæc esse subiũcta, SACRIFICIA VETVSTA, OCCVLTAQVE, MINVS DILIGENTER FACTA POLLVTAQVE. Haruspices hęc loquũtur, an patrij, penatésque dij? multi.n.sunt, credo, in quos huius maleficij suspicio cadat. Quis præter hunc vnum? obscurè dicitur, quæ sacra polluta sint? quid planius, quid grauiùs, quid religiosiùs dici potest? VETVSTA, OCCVLTAQVE. nego vlla verba Lentulum, grauem oratorem, ac disertum: sæpius, cùm te accusaret, vsurpasse, quàm hæc, quæ nunc ex Etruscis libris in te conuersa, atque interpretata dicuntur. Etenim quod sacrificium,[y] tam vetustũ est, quàm hoc, quod à regibus æquale huic vrbi accepimus? quod autem tam occultũ, quàm id, quod non solùm curiosos oculos excludit, sed etiam erranteis? quo non modò improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodiũ in omni memoria violauit. nemo vmquam adiit, nemo neglexit, nemo vir adspicere non horruit: quod fit per virgines Vestaleis, fit pro populo Romano, fit in ea domo,[z] quæ est in imperio, fit incredibili cæremonia, fit ei deæ, cuius ne nomen quidem viros scire fas est: quam iste idcirco Bonam dicit, quòd in tanto sibi scelere igno-

y L. tam vetus est.

z al. quæ est, cum imperio, al. in qua est imperium.

ignouerit. Non ignouit, mihi crede, non. nisi
fortè tibi ignotum putas, quòd [26] te iudices *
dimiserunt excussum, & exhaustum suo iudicio,
absolutum: omnium, condemnatum: aut quòd
oculos, vt opinio illius religionis est, non per-
didisti.‖Quis enim ante te sacra illa vir sciens 38
viderat, vt quisquam pœnam, quæ sequeretur il-
lud scelus, scire posset? An tibi luminis obesset
cæcitas plus, quàm libidinis? ne id quidem sen-
tis, conniuenteis illos oculos * abaui tui, magis
optandos fuisse, quàm [a] hos flagranteis sororis?
Tibi verò, si diligẽter attenderis, intelliges ho-
minum pœnas deesse adhuc, non deorum. homi-
nes te in re fœdissima defenderũt: homines tur-
pissimum, nocentissimúmque laudarunt: [27] [b] ho-
mines propter pecuniam, iudicio liberauerunt
hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos, do-
lori non fuit: homines tibi arma, alij in me, alij
post in illum inuictum ciuem dederunt: [c] homi-
num beneficia prorsus concedo tibi, ac maiora
non esse quærenda.‖A diis quidem immortalib. 39
quæ potest homini maior esse pœna, furore atq;
dementia? nisi fortè in tragœdiis, quos vulnere,
ac dolore corporis cruciari, [d] ac consumi vides,
grauiores deorum immortaliũ iras subire, quàm
illos, qui furentes inducuntur, putas. Non sunt
illi eiulatus, & gemitus Philoctetæ tam miseri
(quamquam sunt acerbi) quàm illa exsultatio [e]
Athamantis, & quàm somnium matricidarum.
Tu, cùm furialeis in concionibus voces mittis,
cùm domos ciuium euertis, cùm lapidibus opti-
mos viros foro pellis, cùm ardẽteis faceis in vi-
cinorum tecta iactas, cùm ædeis sacras inflãmas,
cùm seruos concitas: cùm sacra, ludósq; cõtur-
bas: cùm vxorem sororémque nõ discernis: cùm,
quod ineas cubile, non sentis: cùm baccharis, cũ
furis: tum das eas pœnas, [f] quæ sunt solæ homi-
num sceleri à diis immortalibus constitutæ. Nã
corpo-

* al. emiserunt.

* Imo proaui 3. Ep. II. vel tritaui fuit. fuit enim App. Clodius Cęcus P. Clodij tritauus à al. hos fragranteis.

b L. homines propè confitentẽ, propter pecun. iudicio liberarunt.

c L. hominũ in te beneficia concedo tibi prorsus esse maxima & maiora n.

d L. & consumi.

e L. Athamantis, quã

f L. quæ solæ sunt.

corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se: denique ipsum corpus tenuissima * de causa sæpè conficitur: deorum tela in impiorum mentibus figuntur. Quare miserior es, cùm in omnem fraudem raperis oculis, quàm si
40 omnino oculos non haberes.|| Sed, quoniam de iis omnibus quæ haruspices cōmissa esse dicūt, satis est dictum, videamus [g] quid iidem haruspices à diis iam immortalibus [h] dicāt moneri. * Monent, [28] NE PER OPTIMATVM DISCORDIAM, DISSENSIONEMQVE, PATRIBVS, PRINCIPIBVSQVE CAEDES, PERICVLAQVE CREENTVR, [29] [i] AVXILIOQVE DIMINVTI DEFICIANTVR: QVARE AD VNVM IMPERIVM PROVINCIAE REDEANT, [30] EXERCITVSQVE PVLSVS, DIMINVTIOQVE ACCEDAT. Harupiscum verba sūt hæc omnia: nihil addo de meo. Quis igitur hanc optimatium discordiam molitur? Idē iste: nec vlla vi ingenij, aut consilij sui, sed quodam errore nostro quem quidem ille, quòd obscurus non erat, facilè perspexit. hoc enim etiā turpiùs afflictatur respu. quòd ne ab eo quidem vexatur, vt tanquam fortis in pugna vir, acceptis à forti aduersario vulnerib. aduersis, & * honestis cadere videatur.||
41 T. Gracchus [k] conuellit statū ciuitatis. qua grauitate vir! qua eloquētia qua dignitate! nihil vt à patris, auique Africani præstabili, insigníque virtute, præterquā quòd à senatu desciuerat, deflexisset. * Secutus est C. Gracchus. quo ingenio! quanta vi! quanta grauitate dicendi! vt dolerent boni omnes non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem, voluntatémque esse conuersa. Ipse L. Saturninus ita fuit effrenatus, & pænè demens, vt * actor esset egregius, & ad animos imperitorum excitandos, inflammandósque perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio loquar? cuius tanta in dicēdo grauitas, tanta iucunditas, tanta breuitas fuit, vt posset, vel vt prudentes errarent, vel vt boni

* L. tenuissima sæpe de causa confic.
g L. quid nos iidem
h L. dicant moneri. ne per opt.
* al. Monemur, al. nō habēt vocem monent,
i L. auxilisque deminutis efficiatur, quare ad vniūs imperiū res redeat, exercitúsq; pulsus ad deminutionē accedat. Har.
* al. honestè
k L. conuertit
* vide Appia. 1. ciuil. Vell. 2. 1. Flor. 16. & 15.
* L. auctor

boni minùs benè sentient, perficere dicendo. Cum his conflictari,& pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum remp. gubernabant, molestum: sed habebat ea molestia quandam tamen dignitatẽ. ‖Hic verò, 42
de quo ego ipse tã multa nũc dico,pro dij immortales! quid est? quid valet? quid affert, vt tãta ciuitas, si cadet (quod dij omen* obruant) à viro tamen confecta videatur? qui post patris mortẽ, primam illam ætatulam suam ad scurrarũ [l] locupletum libidines detulit: quorum intẽperantia expleta,[31] in domesticis est germanitatis * stupris volutatus: deinde iam robustus, prouinciæ se, ac rei militari dedit, atque ibi [32] piratarũ [m] contumelias perpessus, etiam Cilicum libidines, Barbarorumq; satiauit: pòst, exercitu L. Luculli sollicitato, per nefandum scelus, fugit illinc, Romæque recenti aduẽtu suo, cùm propinquis suis decidit, ne reos faceret: à Catilina pecuniã accepit, vt turpissimè præuaricaretur. inde cũ Muræna se in Galliã contulit: in qua prouincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos necauit, nefarias cum multis scelerũ pactiones, societatésque conflauit. vnde vt rediit,[n] quæstum illum maximè, fæcundum, vberémque cãpestrem, totum ad se ita redegit, vt homo popularis fraudaret improbissimè populum, idemque vir clemens diuisores omnium tribuum domi ipse suæ crudelissima morte mactaret.‖ Exorta est illa, reip. sacris, religionibus, auctoritati 43
vestræ, iudiciis publicis funesta quæstura: in qua idem iste deos, hominésque, pudorem, pudicitiam, senatus auctoritatem, ius, fas, leges, iudicia, violauit. Atque hic ei gradus (ô misera tẽpora, stultásque nostras discordias. P. Clodio gradus ad remp. [o] hic primus est aditus ad popularem iactationem, atque adscensus. Nam T. Graccho inuidia Numantini fœderis, cui feriẽdo, quæstor C. Mancini coss. cùm esset, interfue

* al. obuertant

l L. locupletium lib.

* al. cum germanis sororibus stupris volutatus: al. cum germanis sororib. al. germanisque sororib.

m ὕβρεις

n L. quæstum illum maximè fæcundum, vb.

o L hic primus fuit: hic primus adit. ad p.

fuerat,& in eo fœdere improbando senatus seueritas dolori,& timori fuit:istáque res illum, fortem,& clarum virum, à grauitate patrũ desciscere coegit. C. autem Gracchum mors fraterna,pietas,dolor,magnitudo animi, ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitauit.Saturninum,quòd in annonæ caritate quæstorem [33] à sua frumentaria procuratione senatus amouit,eique rei M.Scaurũ præfecit,scimus, dolore factum esse popularem. Sulpicium ab optima causa profectum, Caióque Iulio,consulatũ,cõtra leges petenti,resistentem,longiùs quàm vo-
44 luit, popularis aura prouexit.||Fuit in his omnibus causa,etsi non iusta(nulla enim potest cuiquam malè de rep.merendi iusta esse causa)grauis tamen,& cum aliquo animi, & virili dolore coniuncta.P.Clódius à * crocóta,à mitra, [34] à muliebribus*soleis,purpureisq; fasciolis,à strophio,à psaltrio,à flagitio,à stupro,est factus repentè popularis. Nisi eum mulieres [p] exornatũ ita deprehendissent:nisi ex eo loco,quò eũ adire fas non erat,ancillarum beneficio emissus esset:populari homine populus Ro.resp.ciue tali [q] careret.Hanc ob amentiã in discordiis nostris, de quibus ipsis his prodigiis recentibus, à diis immortalibus admonemur,arreptus est vnus ex
45 patriciis,cui tribuno pl.fieri non liceret.||Quod anno antè frater Metellus,& [35] concors etiam tum senatus, principi Cn. Pompeio [36] sententiam dicenti [r] excluserat, acerriméque vna voce,ac mẽte restiterat:id post diffidium optimatium,de quo ipso nunc monemur,ita perturbatum, itaque permutatum est, vt quod frater consul, ne fieret, obstiterat: quod affinis, & sodalis, clarissimus vir, qui illum reum non laudarat, [s] excluserat: id is consul efficeret in discordiis principũ, qui illi vnus inimicissimus esse debuerat: & eo fecisse auctore se diceret, cuius auctoritatis [t] neminem posset pœnitere.

* Crocota vestis crocei coloris, vnde Plauto Crocotati.

* al. stolis.

p L. ita exornatũ deprẽdissent.

q L. ciue tali resp. careret.

r fort. excusserat.

s al. excusserat.

t L. neminẽ pœnitere posset. Inie cta est, &c.

In

Iniecta est fax fœda, ac luctuosa reip. petita est auctoritas vestra grauitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium, totus denique ciuitatis status. hæc enim certè petebãtur, cùm in me, cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum [u] cõiiciebatur. Excepi, & pro patria solus exarsi: sic tamen, vt vos iisdem ignibus circumsepti, me primùm ictũ pro vobis, & fumantem videretis. [x] Non sedabantur discordiæ: sed etiam crescebat in eos odium, à quibus nos defẽsi putabamur.‖Ecce, iisdem auctoribus, Põpeio principe, qui cupientẽ 46
Italiã, [y] populũ Ro. desiderantem, flagitanteis vos, nõ auctoritate sua solùm, sed etiã precibus ad meam salutem excitauit, restituti sumus. Sit discordiarũ finis, aliquãdo à diuturnis dissensionibus conquiescamus. Non finit eadẽ ista labes: eas habet contiones, ea miscet; ac turbat, [37] [z] vt modò vendat illis: nec tamẽ ita, vt se quisquam, si ab isto laudatus sit, laudationem putet: sed vt eos, quos non amant ab eodem gaudeant vituperari. Atque ego hunc nõ miror. quid enim faciat aliud? illos homines sapientissimos, grauissimósque miror: primùm quòd quemquã clarum hominẽ, atque optime de rep. sæpè meritũ, impurissimi voce hominis violari facilè patiũtur: deinde quòd existimant, perditi hominis, profligatique maledictis posse; id quod minimè conducit ipsis, cuiusquã gloriam, dignitatémq; violari: postremò, quòd non sentiũt, id, quod tamẽ mihi iam suspicari vidẽtur, illius [38] furẽteis, ac violẽtos impetus, in se ipsos posse conuerti. [39]‖[a] Atque ex hac nimia nonnullorũ alienatione, [b] & quibusdã hærentia tela in rep. quæ quã- 47
diu hærebant in vno me, grauiter equidem, sed aliquantò leuiùs ferebam. An iste, [40] nisi primò se*dedisset iis, quorum animos à vestra auctoritate seiunctos esse [c] arbitrabatur: nisi eos in cælum suis laudibus præclaros auctor extolleret: nisi

u v.c. conciebatur.

x L. Non modò non sedabantur disc.

y al. flagitáteis vos, populũ R. desideráté, non auct.

z L. vt se modò his, modò vendat illis al. vt modò se venderet illis Pantag. vt modò se vẽdat his, modò illis:

a L. Atque ex hac à me nonnullor.

b L. & quibusdam occultis odiis hærent etiã tela in rep.

* al. vendidisset

c al. arbitrabamur:

nisi exercitium C. Cæsaris,41 in quo * fallebat multos,sed eũ nemo redarguebat,nisi eum , inquã,exercitum signis infestis in curiã se immissurũ minitaretur:d nisi Cn.Põpeio adiutore, M. Crasso auctore,quæ faciebat , facere clamaret: nisi consules causam coniunxisse secum,in quo vno nõ mẽtiebatur,cõfirmaret:tã crudelis mei,
48 tam sceleratus reip.vexator esse potuisset?||Idẽ, posteaquã respirare vos à metu cædis,emergere auctoritatẽ vestram c è fluctibus illis seruitutis, 42 *reuiuiscere memoriã,ac desideriũ mei vidit, vobis se cæpit subitò fallacissimè venditare. Tũ * leges Iulias contra auspicia latas,& hic, & in cõcionibus dicere:in quibus legibus inerat curiata illa lex,quæ totum eius tribunatũ cõ tinebat:quã cæcus amẽtia non videbat: producebat fortissimũ virum,M.Bibulũ:quærebat ex eo , C. Cæsare leges ferente,de cælo sępérne seruasset? semper se ille seruasse dicebat. Augures interrogabat,quæ ita lata essent,recténe lata essent?illi vitio lata esse dicebant. Ferebant in oculis hominẽ quidã boni viri,& de me optimè meriti: sed illius,vt ego arbitror,furoris ignari. Longiùs processit:in ipsũ Cn.Pompeiũ,auctorem,vt prædicare est solitus,consiliorũ suorum, inuehi
49 cæpit.Inibat gratiã à nonnullis. || Tum verò est ratus se posse,quoniã togatum domestici belli exstinctorem nefario scelere fœdasset, illũ etiã, illum externorum bellorum,hostiumque victorem,affligere: tum est illa in templo * Castoris scelerata,& pænè deletrix huius imperij sica deprehẽsa.tum ille,cui nulla hostium diutius vrbs vmquã f fuit clausa,qui omneis angustias,43 g omneis altitudines,omniũ obiecta tela,semper vi & virtute perfregit: obsessus h est ipse domi, méque nõnulla imperitorũ vituperatione timiditatis meæ,cõsilio,& facto suo liberauit. Nã,si Cn.Põpeio,viro vni omniũ fortissimo, quicũq; nati sunt,i misertimum magis fuit, quàm turpe,

* al. fallebat , sed d L.nisi se Cn Põpeio adiut.

e L.à fluctib.

* al. reuiuiscere, al. reuirescere

* leges Iulias vocat à Cn. Iulio Cæsare inuito senatu latas.

* vide pro Milone.

f L.clausa fuit,

g L.omneis altitudines montium obiectas, semper vi.

h L.ipse est domi,

i L.miserã magis fr.

quamdiu ille tribunus pleb. fuit, lucē non adspi-
cere, carcere publico, minas eius perferre: cum in
cōcionibus diceret, velle se in Carinis ædificare
alteram porticum, quæ Palatio respōderet: cer-
tè mihi exire domo mea, ad priuatum dolorem
fuit luctuosum, ad rationē reip. gloriosum. ¶ Vi- 50
detis igitur hominem per seipsum impridē af-
flictum, ac iacentem, perniciosis optimatiū dis-
cordiis excitari. cuius initia furoris, dissensioni-
bus eorum, qui tū à vobis seiuncti videbantur,
sustentata sunt. Reliqua iam præcipitantis tri-
bunatus, etiam post tribunatum obtrectatores
eorum, atque aduersarij defenderunt: ne à rep.
reip. pestis remoueretur, restiterunt: etiam, ne
causam diceret: etiā, ne priuatus esset. Etiámne
k al. optimi quidā viri — in sinu, atque in deliciis [k] quidam optimi viri
viperam illam venenatam, ac pestiferam habere
potuerunt? quo tandē decepti munere? Volo, in-
quiunt, esse, qui in concione detrahat de Pōpe-
io. Detrahat ille vituperando? Velim sic hoc vir
summus, atq; optimè de mea salute meritus ac-
cipiat, vt à me dicitur: dicam quidē certè, quod
sentio. Mihi, medius fidius, tum de illius am-
l al. cū eum max. — plissima dignitate detrahere, [l] cùm maximis lau
dibus efferebāt, videbatur. ¶ Vtrùm tandem C. 51
* primùm Marij amicus, postea inimicus. — Marius splēdidior, cùm eū C. *Glaucia laudabat
an cùm eundem iratus posteà vituperabat? an il-
le demens, & iāpridem ad pœnam, exitiúmque
præceps fœdior, atq; inquinatior in Cn. Pōpeio
accusando, quàm in vniuerso senatu vituperādo
fuit? quod quidem miror, cùm alterum gratū sit
iratis, alterum esse tam bonis ciuibus non acer-
bum. Sed, ne id viros optimos diutius delectet,
legant hanc eius concionem, de qua loquor: in
qua Pōpeium ornat, an potius deformat? Certè
laudat, & vnum esse in hac ciuitate dignū huius
imperij gloria dicit: & significat, se illi [m] ami-
m I. esse amicissimū, &c. — cissimū esse & reconciliationē esse gratiæ factā.
¶ Quod ego quamquā, quid sit, nescio tamē hoc 52
statuo,

statuo, hunc, si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. Quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? Videant ij, qui illum Cn. Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eámque causam in tot, tantísque sceleribus conniuebãt, & nonnumquam eius indomitos, atque effrenatos furores plausu etiam suo persequebantur, quàm se citò inuerterit. nunc enim iam laudat illum: in eos inuehitur, quibus se anteà venditabat. Quid existimatis, eum,[n] si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? || Quas ego alias optimatium discordias à diis immortalibus definiri putem? Nam hoc quidem verbo neque P. Clodius, neque quisquã de gregalibus eius, aut de consiliariis designatur. Habent Etrusci libri certa nomina, quæ in id genus ciuium cadere possunt. DETERIORES, REPVLSOS, (quos iam audietis) hos appellant, quorum & mentes, & res sunt perditæ, longéque à communi salute disiũctæ. Quare cùm dij immortales monent de optimatium discordiis: de clarissimorum, & optimè meritorum ciuium dissensione prædicunt. cùm principibus periculum, cædémque portendunt: in tuto collocant Clodium, qui tantum abest à principibus, quantum à puris, quantum à religiosis. || Vobis, ô clarissimi, atque optimi ciues, & vestræ saluti consulendum, & prospiciendum vident, cædes principum ostenditur: id, quod interitum optimatium sequi necesse est, adiungitur.*43 etiam, ne in vnius imperium res[o] recidat, admonemur. ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu, coniectúráque raperemur. Neque enim vllus alius discordiarum solet esse exitus inter claros, & potenteis viros nisi aut vniuersus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum. Dissensit cum Mario,

53 (margin, at "opinionem gratiæ irrepat?")
54 (margin, at "tum à religiosis.")

n L. si reditus ei in gratiam pat.

* al. adiungitur ne in vnius imperium res decidat, ad quem

o L. decidat,

clarissimo ciue, consul nobilissimus, & fortissi-
mus, L. Sylla. Horum vterque ita cecidit victus,
vt victor idē regnauerit. Cum Octauio collega
Cinna [p] dissedit, vtrisque horū secunda fortuna
regnū est largita, aduersa mortē. Idē iterū Sylla
superauit, tū sine dubio habuit regalē potesta-
tem, quamquā remp. recuperauit.|| Inest hoc tē- 55
pore haud obscurū odium, atque id insitū peni-
tus, & inustū animis hominū amplissimorū, dissi-
pent principes: captatur occasio. qui nō tantùm
opibus valent, nescio quam fortunā tamen, ac
tēpus exspectant. qui sine cōtrouersia plus pos-
sunt, [q] hi fortasse nonnumquā consilia ac sen-
tentias inimicorū suorum extimescūt. Tollatur
hæc è ciuitate discordia. iā omnes isti, qui por-
tendūtur metus exstinguentur. iam ista serpens,
quæ tū hîc delitescit, tū se emergit, [r] & fertur
illuc, compressa, atque illisa, morietur. Monent
enim iidem, ne occultis consiliis resp. lædatur.
Quæ sunt occultiora, quàm eius, [s] qui in cōcio-
ne ausus est dicere, iustitium edici oportere, iu-
risdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia
tolli? nisi fortè existimatis, hāc tantā [t] colluuio-
nem illi, tantámque euersionē ciuitatis, in men-
tē subitò 44 in rostris nec cogitanti venire po-
tuisse. [u] Est quidē ille plenus vini, stupri, somni,
plenúsque incōsideratissimæ, ac demētissimæ te-
meritatis. verumtamen nocturnis vigiliis, etiam
coitione hominū, iustitiū illud: conceptum, ac
meditatū est. Memētote, patres cōscripti, verbo
illo nefario [x] tētatas aureis vestras, & pernicio-
sam viā, audiendi cōsuetudine, esse munitā.|| Se- 56
quitur illud, NE DETERIORIBVS, REPVLSISQVE
HONOS AVGEATVR. Repulsos videamus: nā de-
teriores, qui sint, pòst docebo. sed tamen in eū
cadere hoc verbū maximè, qui sit vnus omnium
mortaliū sine vlla dubitatione deterrimus, con-
cedendū est. Qui sunt igitur repulsi? nō, vt opi-
nor, ij, qui aliquando honorē, vitio ciuitatis, nō
suo,

p L. dissensit, vtrique horum sec.

q L. ei fortasse nonn. & ita v. c.

r L. fertur huc, & illuc, comp.

s L. qui cōcione ausus in concione est dicere,

t L. illi colluuionem, tant.

u L. Est ille quidem

x L. vestras aureis tentatas.

suo,non sunt assecuti.nam id quidē multis sæpè optimis ciuibus,atque honestissimis viris accidit.Repulsi sunt ij, quos ad omnia progredienteis,quos munera contra leges gladiatoria parantеis quos apertissimè largienteis,non solùm alieni,sed etiam sui,vicini,tribules, vrbani, rustici repulerunt.Hi ne honore augeātur, mone mur.Debet esse gratum,quod prædicunt:sed tamen huic malo populus Rom.ipse nullo Haruspicū [y]admonitu,sua sponte prospexit. * Vatinij, Cicero in Vatinium.

57 [Deteriores cauete:quorū quidē magna est natio:sed tamen eorum omniū dux est,atque princeps. Etenim,si vnum hominē deterrimū poeta præstanti aliquis ingenio,fictis, conquisitisque vitiis deformatū,vellet inducere:nullū profectò dedec[*] reperire posset,quod in hoc nō inesset:multáq; in eo penitus defixa,atque hærentia præteriret. Parentibus , & diis immortalibus,& patriæ nos primùm natura conciliat:eodē enim tempore [z] & suscipimur in lucem,& hoc cælesti spiritu au gemur,&certā in sedē ciuitatis,ac libertatis adscribimur. Iste parentum nomē,sacra,memoriā, gentē,Fonteiano nomine obruit,deorū igneis, solemneis mēsas:abditos,ac penetraleis focos, occulta,& maribus nō inuisa solùm,sed etiā inaudita sacra,inexpiabili scelere peruertit. idéq; earum templum inflammauit dearū,quarum ope etiam aliis incēdiis subuenitur. y L.monitu, z L.& in lucem suspicimur,& hoc

58 [Quid de patria loquar?qui primùm eum ciuem vi , ferro, periculis , vrbe omnibus patriæ præsidiis depulit, quem vos patriæ conseruatorem esse sæpissimè iudicaueratis:deinde euerso senatus, vt ego sēper dixi,[a] comite:duce,vt ille dicebat,senatum ipsum,principem salutis,mentisque publicæ,vi, cæde,incendiisque peruertit:sustulit duas leges Aeliani , & Fusiam, maximè reipub. salutareis: censuram exstinxit : intercessionem [c] remouit: auspicia deleuit:cōsules,sceleris sui socios,ærario,prouinciis exercitu armauit:reges,qui erāt vendi a L.comite: vt ille dicebat,duce, b L.& Fusiam, c L.emouit. vide Ascō: de Prou. & Dion. 39

vendidit: qui non erant, appellauit: Cn. Pompeium vi, ferro, domum compuli: imperatorũ *monumenta euertit: inimicorum domos disturbauit: vestris monumentis nomen suum inscripsit. infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriã sunt edita. || Quid, quæ in singulos ciueis, quos necauit? socios, quos dirupit? imperatores, quos prodidit? exercitus, quos tentauit? Quid verò? ea, quanta sunt, quæ in seipsum scelera, quæ in suos edidit? quis minus vmquam pepercit hostium castris, quã [a]ille omnibus corporis sui partibus? quæ nauis vmquã in flumine publico tã vulgata omnibus, quã istius ætas fuit? quis vmqnã nepos tã liberè est cum scortis, quàm hic cũ sororibus volutatus? quam denique tam immanẽ Charybdim poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset, quãtas iste Byzantiorũ, Brogitatorũque prædas exsorbuit? aut tã eminentibus canibus Scyllã, támque ieiunis, quàm, quibus istum videtis, Gelliis, Clodiis, Titiis rostra ipsa mandentẽ? || Quare, id quod extremum est in Haruspicum responsis, prouidete, ne reip. status cõmutetur. etenim vix hæc, si vndique fulciamus, iã labefacta, vix, inquã, innixa in omnium nostrûm humeris cohærebunt. Fuit quondã ita firma hæc ciuitas, & valens, vt negligentiã senatus, vel etiã iniurias ciuiũ ferre posset. Iam nõ potest. ærariũ nullũ est: vectigalibus non fruuntur, qui redemerũt: auctoritas principum *recidit: consensus ordinũ est diuulsus: iudicia perierunt: 45 suffragia districta tenentur à paucis bonorum animus, ad nutum nostri ordinis expeditus iam nõ erit: ciuẽ, qui se pro patriæ salute opponat inuidiæ, frustra posthac requiretis. || Quare hunc statum, qui nunc est, qualiscũque est, nulla alia re, nisi concordia, retinere possumus. nã, vt meliore sumus loco, ne optãdũ quidem est, illo impunito: deteriore autẽ statu, vt simus, vnus est inferior gradus, aut interitus, aut

*Q. Catuli porticum.

[a] l. iste

* l. cecidit.

59 (beside "edita. || Quid")
60 (beside "tiis rostra")
61 (beside "retis. || Quare")

aut seruitutis, quò ne trudamur, dij immortales nos admonent, quoniam iampridem humana consilia ceciderunt. * Atque ego hanc orationem, P.C. tam tristem, tam grauem [e] non suscepissem, 46 non, inquam, nisi hanc personam, & has parteis, honoribus populi Ro. vestris plurimis ornamentis mihi tributis, deberem, & possem sustinere: 47 [f] sed tamen facilè tacentibus ceteris, reticuissem: sed hæc oratio omnis fuit non auctoritatis meæ, sed publicæ religionis. mea fuerunt verba fortasse plura: sententię quidem omnes Haruspicum: ad quos aut referri nũtiata ostenta non conuenit, aut eorum responsis commoueri necesse est. *PERORATIO. e L. non suscepissem, non quin hanc pers. f L. sed quia facilè tacentib.

62 || Quòd si cetera magis peruulgata nos sæpe, & leuiora mouerunt: vox ipsa deorum immortalium non menteis omnium permouebit? nolite enim id putare accidere posse, quod in fabulis sæpe videtis fieri, 48 vt deus aliquis [g] elapsus de cœlo, cœtus hominum adeat, versetur in terris, cum hominibus colloquatur. cogitate genus sonitus eius, quem Latinienses nuntiarunt: recordamini illud etiã, quod nondum est relatum, quod eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibusdam multis metuendisque rebus, hæc eadem profectò, quæ futura prospicimus, impendentia pertimescetis. g L. delapsus de cœlo cœtus hom.

63 || Etenim hęc deorum immortaliũ vox, hæc penè oratio iudicanda est, cũ ipse mundus, cũ agri terræmotu quodam nouo contremiscũt & inusitato aliquid sono, incredibilique prædicunt. in quo constituendæ nobis quidem sunt 49 procurationes, & [h] obsecratio, quemadmodũ monemur. sed faciles sunt preces apud eos, qui vltrò nobis viam salutis ostendunt: nostræ nobis sunt inter nos iræ, discordiæque placandæ. h L. obsecrationes, qu.



PRO CN. PLANCIO.

ORATIO TRICESIMA PRIMA.

Cùm peterent simul ædilitatem Cn. Plancius, & M. Iuuentius Laterensis, creatus est ædilis Plancius, Laterensis præteritus. Qua commotus ignominia, Plancium de grauissimo ambitus crimine, putà, de sodalitiis accusauit; eius causam egit diligenter Cicero, illius memor temporis, quo Quæstor in Macedonia Plancius eiectum lege Clodia complexus est, & omni officij genere fouit. QVAESTIO *itaque est, an Cn. Plancius reus fuerit ambitus. Accusator M. Iuuentius Laterensis, & L. Cassius.* REVS, *Cn. Plancius.* PATRONVS *Cn. Plancij, Cicero. Quæstor C. Flauius, vel, vt aliis placet, C. Alscus. Hanc orationem & eam pro Scauro habuit eodem anno, id est, L. Domitio, App. Claudio* coss. vide Asconium pro Scauro.

* EXORDIVM.



VM* PROPTER egregiã,& singularẽ 1
Cn.Plãcij, iudices, in mea salute
custodienda fidẽ,tã multos,& bonos viros eius honori viderẽ esse
fautores, capiebã animo non mediocrẽ voluptatẽ,quòd cuius officiũ mihi saluti
fuisset, ei meorũ tẽporũ memoriã suffragari videbã. Cùm autẽ audirẽ, meos partim inimicos,
partim inuidos,[1] huic accusationi esse * fautuKros, eandémque rẽ aduersariam esse in iudicio,
Cn.Plãcio,quæ in petitione fuisset adiutrix: dolebam,iudices,&acerbè ferebã,si huius salus ob
eã ipsã causã esset infestior,quod is meã salutẽ,
atque vitam sua[a] beneuolentia,præsidio,custodiáque texisset. Nunc autẽ vester,iudices,con- 2
spectus,& concessus iste reficit, & recreat mẽtẽ
meam,

* al. fautores.

a. v.c. beniuolentia,

meam, cùm intueor, & contemplor vnumquemq; veſtrũ. video enim hoc in numero neminem, cui mea ſalus cara non fuerit: cuius non exſtet in me[b] ſuum meritum: cui non ſim obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. Itaque non extimeſco, ne Cn. Plancio cuſtodia meæ ſalutis apud eos obſit, qui meipſum maximè ſaluum videre voluerunt. Sæpiúſque, iudices, mihi venit in mẽtem, admirandum eſſe, M. Laterenſem, hominem cuſtodiosiſſimũ, & diligentiſſimum ſalutis meæ, [c] reum hunc potiſſimũ ſibi delegiſſe, quem me tuendũ, ne vobis id ille magna ratione feciſſe

b L. ſummũ meritum:

c L. reum ſibi hunc potiſſimũ del.

3 videatur. Quãquã mihi non ſumo tantũ, iudices, neq; arrogo, vt Cn. Plancium ſuis erga me meritis impunitatem cõſecuturũ putẽ. Niſi eius integerrimũ vitã, modeſtiſſimos mores, ſummam fidẽ, continentiã, pietatẽ, innocentiã oſtendero: nihil de pœna recuſabo, ſin omnia præſtitero, quæ ſunt à bonis viris expetenda: [d] petam iudices, à vobis, vt, cuius miſericordia ſalus mea cuſtodita ſit, ei vos veſtram miſericordiam, me deprecãte, tribuatis. * Equidẽ ad reliquos labores, quos in hac cauſa maiores * ſuſcipio, quàm in ceteris, etiam hanc moleſtiã aſſumo, quòd mihi non ſolùm pro Cn. Plancio dicendum eſt, cuius ego ſalutem non ſecus, ac meã, tueri debeo: ſed etiã pro me ipſo, de quo accuſatores plura pænè, quàm de re, reóque dixerunt.

d al. petam à vobis iudices, vt, c.

* PARTITIO.

* L. ſuſpicio

4 Quãquam, iudices, ſi quid eſt in me ipſo ita reprehensũ, vt id ab hoc alienũ ſit, nõ me id magnopere [e] conturbat. non enim timeo, ne, quia perrarò grati homines reperiãtur, idcirco, cùm me nimiùm gratum illi eſſe dicant, id mihi criminoſum eſſe poſſit, quæ verò ita ſunt agitata ab illis, vt aut merita Cn. Plancij [f] erga me minora eſſe dicerẽt, quã à me ipſo prædicarentur, aut ſi eſſent sũma negarent ea tamẽ ita magni, vt ego putarẽ, ponderis apud vos eſſe debere: hæc mihi sũt tractanda, iudices, & modicè, ne quid ipſe offẽ-

e L. conturbet. & ita vg.

f al. minora erga me

 dam

dam: & tum denique, cùm respondero criminibus, ne non tam innocentia reus sua, quàm recordatione meorũ tẽporũ, defensus esse videatur.|| Sed * mihi in causa facili, atque explicata, 5

* De Plancio CONTENTIONIS pars prima.

perdifficilis, iudices, & lubrica defensionis ratio proponitur. nam, si tãtummodò mihi necesse esset contra Laterensem dicere: tamen idipsũ esset in tanto vsu nostro, tantáque amicitia molestum. vetus enim est lex illa iustæ, veræque amicitiæ, quæ mihi cum illo iamdiu est, VT IDEM AMICI SEMPER VELINT. neque est vllum certius amicitiæ vinculum, quàm consensus, & societas consiliorum, & voluntatum. [g] Mihi autẽ non est in hac re solùm molestum, contra illum dicere, sed multò id magis, quòd in ea causa cõtrà dicendum est, in qua [h] quædã hominũ ipsorũ videtur facienda esse contentio.|| Quærit enim 6

Laterensis, atque hoc vno maximè vrget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit. Ita, si cedo illius ornamentis, quæ multa, & [i] magna sunt: non solum huius dignitatis iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda [k] suspicio est. sin hunc illi antepono: contumeliosa habenda est oratio, & dicendum est id, quod ille me flagitat, Laterensem à Plancio dignitate esse superatum. Ita aut amicissimi hominis existimatio offendenda est, si illam accusationis conditionem sequar: aut optimè de me meriti salus [l] deserenda est. Sed ego, Laterensis, cæcum me, & præcipitem ferri confitear in causa, si te aut a Plãcio, aut ab vllo, dignitate potuisse superari dixero. Itaq; discedã ab ea cõtẽtione, ad quam tu me vocas, & veniã ad illã, ad quã me causa ipsa deducit.||

* CONFVTATIO.

* Quid? [m] tu non 7

inanẽ dignitatis iudicẽ putas esse populũ? Fortasse nonnumquã est. [n] Vtinã verò semper esset: sed est perrarò: &, si quãdo est, in iis magistratibus est mandãdis, quibus salutẽ suã cõmitti putat. his leuioribus comitiis, diligentia, & gratia peti

g L. Mihi autem non id est in hac re molestissimũ,
h L. quædã hominum ipsorum facienda videtur esse
i L. maxima sunt:
k L. suspicio, sin h.
l L. deserẽda. S.
m L. tùne æquum dignitatis iudicem al. túne inanẽ dign.
n L. Vtinã verò semper non esset

petitorum honos paritur, non iis ornamentis, quæ esse in te videmus. Nam, quod ad populum pertinet, semper dignitatis iniquus iudex est, qui aut inuidet, aut fauet. Quamquã nihil potes in te, Laterensis, constituere, quod sit proprium laudis tuæ, quin id tibi sit commune cum Plancio.
8 Sed hoc totum agetur alio loco: nunc tantùm disputo de iure populi: qui & potest, & solet nonnumquam dignos præterire: nec, si à populo præteritus est, quem non oportuit, à iudicibus condẽnandus est, qui præteritus non est. Nam, si ita esset: quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprehensores essẽt comitiorum, id haberent iudices:[o] vel quod multò etiam minùs est ferendum. tum enim magistratum non gerebat is, qui ceperat, si patres auctores non erant facti: nunc postulatur à vobis, vt eius[p] exsilio, qui creatus sit iudicium populi Romani[q] reprehendatis. Itaque quamquam,[r] qua velui, ianua sim ingressus in causam, sperare videor tantum[s] absuturam esse orationem meam à minima suspicione offensionis tuæ, te vt potiùs obiurgem, quòd iniquum in discrimen adducas dignitatem tuam, quam vt ego eã vlla contumelia coner attingere.
9 Tu continentiã, tu industriam, tu animum in remp. tu virtutem, tu innocentiam, tu fidẽ, tu labores tuos, quòd ædilis non sis factus, fractos esse, & abiectos,[t] & repudiatos putas? Vide tandẽ, Laterensis, quantũ à te dissentiam. Si medius fidius decem soli essent in ciuitate viri boni, sapiẽtes, iusti, graues, qui te indignũ ędilitate[u] iudicauissent: grauiùs de te iudicatum putarem, quàm est hoc, quod tu metuis, ne à populo iudicatum esse videatur. non enim comitiis iudicat semper populus, sed mouetur plerumque gratia: cedit precibus: facit eos, à quibus est maximè ambitus. denique, si iudicat,[x] non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum

o L. quod multò
p L. exsulis,
q for. reprehendatur.
r L. qua noluì, ianua sum ingr. al. quoniã, qua volui, ianua sum ingr.
s L. afuturã
t L. & repudiatos pudẽ tas. V.
u L. iudicassent
x L. non dilectu

candum,sed impetu nonnumquam, & quadam etiam temeritate.Non est enim consiliũ in vulgo,nõ ratio,non discrimen,nõ diligentia: sempérque sapientes ea, quæ populus fecisset,ferẽda,non semper laudanda duxerunt. Quare cùm te ædilem fieri oportuisse dicis,populi culpam,
y L. Vt fueris
non competitoris,accusas.|| [y] At fueris dignior, 10
quàm Plancius: de quo ita tecum contendam paulò pòst,vt conseruem dignitatem tuam:sed, vt fueris dignior:nõ cõpetitor, à quo es victus, sed populus,à quo es præteritus,in culpa est.In
z L. in comitiis,
quo primùm illud debes putare, [z] comitiis præsertim ædilitiis, studium esse populi, non iudicium,eblandita illa, non enucleata esse suffra-
a L. quid cuique ipsi d.
gia:eos,qui suffragiũ ferant, [a] quid denique ipsi debeant,4 * considerare sæpius,quàm quid cuiq; à rep. [b] videatur deberi. Sin autem mauis esse
* al. considerari al. deliberare
iudicium:non tibi id rescindendum est, sed ferendum.|| Malè iudicauit populus.At iudicauit. 11
b for. debe ri videatur.
Non debuit.At potuit.Non fero. At multi clarissimi,& sapientissimi ciues tulerunt. [c] est enim
c for. est enim hac condicio- lib.
condicio liberorum populorum, præcipuæque huius principis populi,& omnium gentium domini,ac victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrahere,quod velit,cuique:nostrum autẽ est, qui in hac tempestate populi iactemur, ac fluctibus,ferre modicè populi voluntates, allicere alienas,retinere partas, placare turbatas:honores, si magni non putemus, non seruire populo; sin expetamus, defatigari supplicando. || Venio nunc ad ipsius populi parteis, 12
vt illius contra te oratione potiùs, quàm mea, disputem.qui si tecũ congrediatur,& si vna voce loqui possit,hæc dicat:Ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui:sed, cùm essetis æquè boni viri,meum beneficium potiùs ad eum detuli,qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis submissè supplicarat. Respondebis, credo,te splendore, & vetustate familiæ

fre

fretum, non valde ambiendum putasse. At verò te ille ad sua instituta, suorúmque maiorū exēpla reuocabit: semper se dicet[d] rogari voluisse, semper placuisse: M. Seium, qui ne equestrē quidem splendorem incolumem à calamitate iudicij retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni, prætulisse: præposuisse se Qu. Catulo, in summa familia nato, sapientissimo, & sanctissimo viro, non dico[5][e] C. Serenum subtilissimum hominem (fuit enim & animi satis magni, & consilij) sed Cn. Manlium, nō solùm ignobilem, verùm sine virtute, sine ingenio, vita etiam contēta, ac sordida.

d L. rogari, semper sibi supplicari voluisse: M. Seium,

e L. C. Serenum, non stultissimū, al. tenuissimum

13 || Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cùm tu esses Cyrenis. me enim, quā socios, tua frui virtute malebam: &, quo plus intererat, eo plus aberas à me;[f] certè non videbam. deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti. cœperas enim petere tribunatum pleb. temporibus iis, quę istā eloquentiā, & virtutem requirebant: quam petitionem cùm reliquisses, [6] si hoc[g] iudicasti, tanta in tēpestate te gubernare non posse: de virtute tua dubitaui: si nolle; de voluntate. sin, quod magis intelligo, temporib. te aliis reseruasti:[h] ego quoque, inquam, & respub. ad ea te tēpora reuocaui, ad quæ tu te ipse seruaras. Pete igitur eum magistratum, in quo mihi magnæ vtilitati esse possis. ædiles quicumque erunt, [7] idem mihi. quod ostenderas: aut, si quod mea minus interest, id te magis fortè delectat: reddam tibi istam ædilitatem, etiā negligenter petenti. Sed amplissimos honores vt pro dignitate tua consequare, condiscas censeo mihi paulò diligentiùs supplicare.

f L. te certè non videbam.

g L. indicasti,

h L. ego quoque, ego, inquam,

14 || Hæc populi oratio est: mea verò, Laterensis, hæc: Quare victus sis, non debere iudicem quærere, modò ne largitione sis victus. nam, si, quotiescumque præteritus erit is, qui non debuerit præteriri, toties oportebit, eum, qui factus erit, condemnari:

nihil

nihiliã est,quod populo supplicetur:nihil quòd *diribitio, nihil quòd supplicatio magistratuũ [i]renuntiatio suffragiorum exspectetur:simul vt qui sint professi, video quid dicam.|| Hic fami- 15
lia consulari est, ille prætoria: reliquos video esse ex equestri loco; sunt omnes sine macula, sunt æquè boni viri, atque integri: sed seruari necesse est gradum. cedat consulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equester locus. sublata sunt studia, extinctæ suffragationes, nullæ contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla exspectatio suffragiorum: nihil, vt plerumque euenit, præter opinionem accidet: nulla erit post hac varietas comitiorũ. Sin hoc persæpe accidit, vt & factos aliquos,& non factos esse miremur:si cãpus,atque illæ vndę comitiorum, vt mare profundum,& immensum,sic efferuescunt quodam quasi æstu,vt ad alios accedant,ab aliis autẽ recedant,in tanto nos impetu studiorum,& motu temeritatis,modũ aliquẽ,& consilium,& rationẽ requiramus?|| Quare noli me ad contentionẽ 16
[k]vestram reuocare,Laterensis. Etenim si populo grata est tabella, quæ fronteis aperit hominum,menteis tegit:dátque eam libertatem, vt, quod velint,faciãt:promittant autẽ,quod rogẽtur:cur tu in iudicio exprimis, quod non fit in campo? Hic,quàm ille,dignior: perquàm graue est dictu. Quomodo igitur est æquum? Sic credo:quod agitur:quod satis est iudici: hic factus est.Cur iste potius,quàm ego? Vel nescio, vel nõ dico,vel deniq;,[l]quod mihi grauissimũ esset sic dicere,sed impunè tamẽ deberẽ dicere: Non rectè,[a]* nã quid assequerer,si illa extrema defensione vterer,populũ quod voluisset, fecisse, nõ quod debuisset?|| Quid, si populi quoque fa- 17
ctũ defendo,Laterensis,& doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honorem,sed eo venisse cursu, qui semper [m] patuerit omnibus hoc nostro

eque-

* Vrs. direptio,al. diremptio,
i L. nihil quòd renũciatio suffr.

k L. vestrûm

l L. quòd mihi grauissimum esset si dicerem, sed imp. al. quod mihi grauissimũ esset dicere,
* al. Num
m L. patuerit hominibus hoc n.

equestri loco ? possúmne eripere orationi tuæ
contentionem vestrûm, quæ tractari sine cõtu-
melia non potest,& te ad causam,criménq; de-
ducere?Si quòd equitis R.filius est, inferior es-
se debuit : omnes tecum equitum Romanorum
filij petiuerunt.nihil dico amplius.hoc* tamen * al.tan-
miror,cur tu huic potissimùm irascare, qui lon- tum
gissimè [n] à te abfuit.Equidem, si quando, vt fit, n L. à te afuit.
iactor in turba,non illum accuso, qui est in sũ-
ma sacra via,cùm ego ad*Fabium fornicem im- * al.Fabia-
pellor:sed eum,qui in me ipsum incurrit, atque num
incidit.Tu neque Q.Pedio,forti viro,succenses,
neque huic A.Plotio,ornatissimo homini,fami-
liari meo:& ab eo,qui hos[o] dimouit,potiùs,quã o L. demo
ab iis, qui in te ipsum incubuerunt, te depul- uit,
18 sum putas. || Sed tamen hæc tibi est prima cum
Plancio, generis vestri, familiæque conten-
tio, quæ abs te vincitur. Cur enim non confi-
tear,quod necesse est?sed non hic magis, quàm
ego à meis competitoribus & aliàs, & in con-
sulatus petitione vincebar. Sed vide, ne hæc
ipsa, quæ despicis, huic suffragata sint.Sic enim
conferamus. Est tuum nomen vtraque familia
consulare.[p] Nõ dubitas igitur,quin omnes,qui p L. Num
fauent nobilitati, qui id putant esse pulcherri dubitas
mum,qui imaginibus,qui nominibus vestris du- ig.
cuntur,te ædilem[q] fecerint.Equidem non dubi-
to.Sed,si parũ multi sunt, qui nobilitatẽ amẽt? q L. fece-
num ista est nostra culpa?etenim ad caput,& ad rint?
19 fontẽ vtriusq; generis veniamus.||Tu es ex mu-
nicipio antiquissimo Tusculano, ex quo*pluri- * al. plures
mæ familiæ sunt consulares : in quibus est et-
iam*Iuuentia,quot è reliquis municipiis omni- *familia ex
bus non sunt.Hic est è*præfectura Atinati?non qua ortus
tam prisca,non tam honorata, non tam subur- Laterensis.
bana. Quantum interesse vis ad rationem pe- * Vide Fe-
tendi ? Primùm vtrùm magis fauere putas Ati- stum in præ
nateis, an Tusculanos, suis alteri (scire enim fectura &
hoc propter vicinitatem facilè possum) cùm Firtinum
huius de limitib

huius ornatissimi, atque optimi viri Cn. Saturnini, patrem ædilem, cùm prætorem viderunt, quòd primus ille non modò in eam familiam, sed etiam in præfecturam illam, sellam curulem attulisset: mirandum in modum lætati sunt. alteros (credo, quia refertum est municipium cõsularibus: nam maleuolos non esse certò scio)

* al. hominum

numquam intellexi vehementiùs * hospitum suorum honore lætari. ‖ Habemus hoc nos: habet nostra municipia. 20

[r] al. Quid ego de me, aut de fratre m.

[s] L. numquando

[t] L. T. Coruncanio, munic.

* al. aliis

[v] al. aliquid de C. Mar.

[r] Quid ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri propè dicam ipsi, montésque fauerunt. [s] num aliquando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de [t] T. Corũcano, municipe suo, num de tot * Fabiis gloriari? verbum nemo facit At, in quemcumque Arpinatem incideris, etiam si nolis, erit tamen tibi fortasse de nobis aliquid, [u] aliquid & de C. Mario audiendum. Primùm igitur hic habuit studia suorum ardentia: tu tanta, quanta in hominibus iam saturatis honoribus esse potuerunt. ‖ Deinde tui municipes, sunt illi quidem splendidissimi homines: sed tamen pauci, si quidem cum Atinatibus cõferantur. huius præfectura, plena virorum fortissimorum, sic vt nulla tota Italia frequentior dici possit. Quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore, & luctu supplicem vobis. Hi tot equites Romani, tot tribuni ærarij) nam plebem à iudicio dimisimus, quæ cuncta comitiis adfuit) quid roboris, quid dignitatis huius petitioni attulerunt? non enim tribum Terentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum? sed solidam, & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer mouentur. ‖ Omnia, quæ dico de Plancio, 22

dico expertus in nobis. sumus enim finitimi Atinatibus. laudanda est, vel etiam amanda

vicini

vicinitas,retinens veterem illum officij morem,
non * infuscata [x] maleuolentia,nõ assueta ma-
leuolentia,9non assueta mendaciis,non fucata,
non fallax,nõ erudita artificio simulationis vel
suburbano,vel etiã vrbano. nemo Arpinas non
Plancio studuit, nemo Soranus,nemo [y] Casinas,
nemo Aquinas.Totus ille tractus celeberrimus,
Venafranus,[z] Alifanus:tota denique nostra illa
aspera,[a] & montuosa,& fidelis, & simplex , &
fautrix suorum regio,se huius honore ornari,
se augeri dignitate arbitrabatur:iisdémq; nunc
à municipiis adsunt equites R.publicè,cum le-
gationis testimonio:nec minore nunc sunt sol-
licitudine,[b] quantum erant studio. etenim est
grauius spoliari fortunis,quàm non augeri di-
23 gnitate.¶Ergo vt alia in te erant illustriora,La-
terensis,quæ tibi maiores tui reliquerant: sic te
Plancius hoc non solùm municipij,verùmetiam
vicinitatis genere vincebat. nisi fortè te [c] La-
uicana,aut Bouillana,aut Gabina vicinitas ad-
iuuabat. quibus è municipiis vix iam,qui carnẽ
* Latinis petant,inueniuntur. Adiungã,si vis,id
quod tu etiam huic obesse putas,patrem publi-
canũ. qui ordo quanto adiumento sit in hono-
re,quis nescit?flos enim equitum Romanorum,
ornamentum ciuitatis,firmamẽtum reip. publi-
canorũ ordine continetur.¶[d] Quis est ergo, qui
24 neget ordinis eius studiũ fuisse in honore Plã-
cij singulare?neque iniuria:vel quòd erat pater
is,qui est princeps iamdiu publicanorum:vel ꝙ
is ab sociis vnicè diligebatur:vel quòd diligẽ-
tissimè rogabat:vel quia pro filio supplicabat:
vel quia [e] huius in illum ordinẽ summa officia
quæsturæ,tribunatúsque constabant : vel quòd
illi in hoc ornando ordinẽ;se ornare , & consu-
lere liberis suis arbitrabãtur.Aliquid præterea,
(timidè dico,sed tamen dicendũ est) non enim
opibus,nõ inuidiosa gratia,nõ potentia vix fe-
renda,sed cõmemoratione beneficij,sed miseri-

* al. insueta maleuo.
x v.c. maliuolentia.
y L.Cassinas.
z al.Allifanus:
a L. & montosa:at fidelis.
b L.quàm tunc.
c al.Labicana.
* vide Liu. li.32.37.& 41.
d L.Quis ergo est.
e L. huius ipsius in il.

[f] al. summisi.
[g] al. mehercule.

cordia,sed precibus aliquid attulimus etiã nos. appellaui populũ,tribubus [f] submisi me,& supplicaui:vltrò [g] mehercules se mihi etiam offerenteis, vltrò pollicenteis rogaui. valuit caussa rogandi,nòn gratia. || nec si vir amplissimus, 25
cui nihil est,quod roganti concedi nõ iure possit,de aliquo,vt dicis,non impetrauit, ego sum arrogans,quod me valuisse dico.Nam,vt omittam illud,quod ego pro eo laborabam, qui valebat ipse per sese:rogatio ipsa semper est gratiosissima,quæ est officio necessitudinis cõiuncta maximè. neque ego sic rogabam, vt petere viderer,quia familiaris esset meus,quia vicinus, quia huius parente semper plurimùm essem vsus: [h] sed vt quasi parẽti,& custodi meo.nõ potentia mea,sed causa rogationis fuit gratiosa. nemo mea restitutione lætatus est, nemo iniuria doluit,cui nõ huius in me misericordia,grata fuerit. || Etenim si ante reditum meum Cn. 26
Plancio se vulgò viri boni,cùm hic tribunatum peteret,vltrò offerebant:cui nomen meum honori fuisset,ei meas præsenteis preces non putas profuisse? [9] An Minturnẽses coloni,quod C.Mariũ [i] ex ciuili errore,atq; ex impiis manibus eripuerunt:quòd tecto receperunt:quòd fessum inedia,fluctibúsque recrearunt:quòd viaticũ congesserunt:quòd nauigiũ dederunt:quòd eũ linquentẽ terrã eã,quã seruauerat, [10] lacrymis, [k] votisq; omnibus prosecuti sunt,æterna in laude versantur:Plancio,quòd me,vel vi ipsum, [11] vel ratione [l] cedentem tempori,receperit, iuuerit, custodierit,his,& senatui,populoq; R.vt haberent quod reducerent conseruarit:honori hanc fidẽ,misericordiã,virtutẽ fuisse miraris?|| Vitia 27
mehercule res hæ,Cn. Plancij,de quibus dixi, tegere potuerũt:ne tu in ea vita,de qua iã dicã, tot,& tanta adiumenta,huic honori fuisse mirere. Hic* est enim,qui adolescentulus cũ A. Torquato profectus in Africã,sic ab illo grauissimo,

[h] l. sed quasi pro parẽte,& custode meo.
[i] l. è ciuili terrore, al. cruore.
[k] l. lacrymis,votis, omnibúsq; prof.
[l] l. cedentẽ receperit.
* Plancij vita.

& sanctissimo, atque omni laude, & honore dignissimo viro dilectus est, vt & contubernij necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulabat. *Quod si adesset: non minus ille declararet, quàm hic illius frater patruelis, & socer T. Torquatus, illi omni virtute, & laude par: [m] qui est quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis, & affinitatis coniunctus: sed ita* magni amoris, vt illæ necessitudinis causæ, leues esse videantur. Fuit in Creta postea cõtubernalis Saturnini, propinqui sui: miles huius Q. Metelli, quibus cùm fuerit probatissimus, hodiéque sit: omnibus esse se probatum debet sperare. In ea prouincia legatus fuit C. Sacerdos: qua virtute, qua constantia vir? L. Flaccus: qui homo? qui ciuis? qualem hunc putent assi-
28 duitate, testimonioque declarant.|| In Macedonia tribunus militum fuit: in eadem prouincia postea quæstor. Primùm Macedonia sic eum diligit, vt indicant hi principes ciuitatum suarũ qui cùm missi sint ob aliam causam, tamen huius repentino periculo commoti, huic assident, pro hoc laborant: huic si præstò fuerint, gratius se ciuitatibus suis factũros putant, quàm si legationem, & mandata sua confecerint. L. verò Apuleius hunc tanti facit, vt morem illum maiorum, qui præscribit in parẽtum loco quæstoribus suis prætores esse oportere, officiis, [n] beneuolentiáque superarit, Tribunus plebis fuit non fortasse tam vehemens, quã isti, [12] [o] quos tu iure laudas: sed certè talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemẽs
29 esset tribunus.|| Omitto illa [p] quæ [13] si minus necessaria sunt, at certè cũ sunt prolata, laudãtur: vt viuat cũ suis: primũ cũ parẽte (nãmeo iudicio pietas fundamẽtũ est omniũ virtutũ) quẽ veretur, vt deũ (neq; enim multò secus parẽs liberis) amat verò, vt sodalẽ, vt fratrẽ, vt æqualem. Quid dicã cũ patruo? cũ affinib. cũ proprinquis? cum

* Ant. Aug. Qui.

m L. qui est cũ illo quidem m.

* Fantàg. magnis.

n v. c. beneuolentiáq;

o al. quos tu dilaudas

p L. quæ si minus in scena sunt, at certè.

hoc Cn.Saturnino,ornatiſſimo viro?cuius quã-
tam honoris huius cupiditatem fuiſſe creditis,
cùm videatis luctus ſocietatem?Quid de me di-
cã?qui mihi in huius periculo reus eſſe videor.
Quid de his[q] tot viris talibus quos videtis veſte
mutata?Atqui hæc ſunt[r] iudicia ſolida,[s] iudice &
expreſſa:hæc ſigna probitatis,non furata foren-
ſi ſpecie,ſed domeſticis inuſta notis veritatis.
facilis eſt illa occurſatio , & blanditia popula-
ris adſpicitur,non attrectatur : procul apparet,
non excutitur:non in manus ſumitur.|| Omnibus 30
igitur rebus ornatum hominem,[14] [t] quem exter
nis,quem domeſticis:nonnullis rebus inferiorẽ,
quàm te,generis & nominis,dico:ſuperiorem a-
liis,municipum,vicinorum, ſocietatum ſtudio,
temporum meorum memoria,patris virtute,in-
tegritate,modeſtia ædilem factum eſſe miraris?
* Hunc tu vitæ ſplendorem maculis adſpergis
iſtis?Iacis adulteria,quæ nemo [15] non modò *
nomine,ſed ne ſuſpicione quidem poſſit agnoſ-
cere*Maritũ appellas,[x] vt verba fingas , non ſo-
lùm crimina.Ductum eſſe ab eo in prouinciam
aliquem dicis,libidinis cauſa. [y] quod non cri-
men eſt,[16] ſed impunitum in * maleficio mẽda-
cium.Raptam eſſe mimulam. quod dicitur Ati-
næ factum à iuuene , vetere quodam in ſcenicos
iure,maximéque oppidano. || O adoleſcentiam 31
traductam eleganter:cui quidem cùm, quod li-
cuerit,obiiciatur,tamen idipſum falſum repe-
riatur. Emiſſus aliquis è carcere,& quidẽ emiſ-
ſus(vt cognoſtis)neceſſarij hominis , optimiq;
adoleſcentis rogatu:idem [17] poſtea [z] præman-
datis requiſitus.*Atque hæc,nec vlla alia, ſunt
coniecta maledicta in eius vitam , de cuius vos
pudore,religione,integritate dubitetis. Pater
vero,inquit,etiam obeſſe filio debet. O vocem
duram,atq; indignã tua probitate,Laterẽſis.Pa-
ter vt in iudicio capitis,pater vt in dimicatione
for-

q L.tot viris.talib.
r L.indicia
s L.& expreſſa virtutis: al. hæc expreſſa ſigna.
t L. quã externis,quã domeſticis nonnul.
* CONFVTATIO in qua Laterẽſem,deinde Caſſiũ refutat.
v for.crimine.
* Faern.Marimaretum Ant.Ang. Maritam.
x L.vt verbaciã ſing.
y L. quod non crimẽ eſt in reo, ſed impunitum in maledico mendacium.
* al.maledico mend.
z L.prætoris mãdatu reg.Pant. præmandato vel præmandatu.
* Pant.Ac cùm hæc nec vlla alia ſint conſecta in huius vita de huius vos pud.

fortunarum,pater vt apud taleis viros obesse filio debeat?qui si esset turpissimus,sordidissimus tamen [a] ipso nomine patrio valeret apud clementeis iudices,& misericordeis:valeret,inquã, communi sensu omnium,& dulcissima commẽ-
32 datione naturæ.|| [b] Sed cùm sit Cn. Plancius is eques R.ea primùm vetustate equestris ordinis, vt pater,vt.auus,vt maiores eius omnes equites Ro.fuerint,summum id præfectura florentissima gradum tenuerint & dignitatis,& gratiæ:deinde vt ipse in legionibus P. Crassi imperatoris, inter ornatissimos homines equites Ro. summo splendore fuerit:vt postea princeps inter suos plurimarum rerum sanctissimus,& iustissimus iudex:maximarum societatum auctor,plurimarum magister:si non modo in eo nihil vmquam reprehensum,sed laudata sunt omnia: [c] tamen is oberit honestissimo filio pater, qui vel minùs honestam,& alienum tueri vel auctoritate sua,
33 vel gratia possit?||Asperius,inquit,locutus est aliquid aliquando.Immò fortasse liberiùs. At id ipsum,inquit,non est ferendum.Ergo hi ferendi sunt,qui queruntur libertatem equitis R.se ferre non posse?vbinã ille mos?vbi illa æquitas iuris?vbi illa antiqua libertas quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput,& aliquando recreata,se erigere debebat?equitum ego R.etiam in homines nobilissimos maledicta publicanorum in Q.Scæuulã,virũ omnibus ingenio,, iustitia,integritate præstantem,asperè, & ferociter, & liberè dicta cõmemorem?Consuli P. Nasicæ præco Granius,medio in foro, cùm ille edicto iustitio,*domũ descendens rogasset Granium, quid tristis esset: [d] an quod auctiones essent?Immo verò,inquit,quod legiones idẽ tribuno pl. potentissimo homini,M.Druso, [e] sed multa in remp. molienti,cùm ille eum salutasset,vt fit,dixissétque,quid agis,Grani?Respondit,immo verò,tu Druse,quid agis?ille L.Crassi, ille M. An-

a al. tamen in ipso p.
b al. nunc cùm sit Cn. Planc.

c for. tamẽ ne is oberit hon.

* propter bellum Iugurthinum
d for. an quòd auctiones cessent?
e L.sed multa in rep. molienti.

tonij voluntatē asperioribus facetiis sæpe perstrinxit impunè, nunc vsque eò oppressa vestra arrogantia ciuitas est, vt, quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti R. in plorando, non sit concessa libertas.|| Quæ enim vmquā fuit Plancio vox contumeliæ potiùs, quàm doloris? quid est autem vmquam questus, nisi cùm à sociis, & à se iniuriam propulsaret? Cùm senatus impediretur, quo minùs id quod hostibus semper erat tributum, responsum equitibus Ro. redderetur omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit: sed eum ipsum dolorem hic tulit paulò apertius communis ille sensus, in aliis fortasse latuit: hic quod cum ceteris animo sentiebat, id magis, quàm ceteri, & vultu promptum habuit, & lingua.|| Quamquam, iudices (agnosco enim ex me) permulta in Planciū quæ ab eo numquā dicta sunt, conferuntur. Ego, quia dico aliquid aliquando, non studio adductus, sed contentione dicendi, aut lacessitus, & quia, vt fit in multis, exit aliquando aliquid, si non ᶠ perfacetum, attamen fortasse non rusticum: quod quisq; dixit, me id dixisse dicunt. Ego autem, siquid est, quod mihi scitum esse videatur, & homine ingenuo dignum, atque docto: non aspernor. stomachor verò, cùm aliorum non me digna in me conferuntur. Nam quòd primus sciuit legem de publicanis, tum, cùm vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatū, si licuisset, dedisset: si in eo crimen est, quia suffragium tulit: quis non tulit publicanus: si, quia primùs sciuit, vtrùm id sortis esse vis, an eius, qui illam legem ferebat? si sortis, nullum crimē est in casu: si consulis, splendor etiam Plancij, hunc à summo viro principem ordinis iudicatum.|| Sed * aliquando veniamus ad causam. In qua tu nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, [18] omneis ambitus * leges complexus es. neque

34 (beside "concessa libertas")
35 (beside "& lingua")
36 (beside "tum. Sed")

ᶠ al. perfacetum.

* De ambitu Plancij & in ea parte de editione iudicum, de denuntiatione, de coitione, de nūmis

* al. legis.

que enim quidquã aliud in hac lege, nisi [f]editi-tios iudices, [g]es secutus: [h]quod genus iudiciorum si est æquum nulla in re.[19] nisi hac tribuaria: non intelligo quamobrem senatus[20] hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neq; eandẽ editionem trãstulerit[21] [i] in ceteras causas[22] de ipso deniq; ambitu, de reiectione, fieri voluerit iudiciũ alternorũ: cúmq; nullũ genus acerbitatis prætermitteret, hoc tamẽ vnũ prętereundũ putarit.

37 Quid? huius rei obscura causa est? an & agitata, cum ista in senatu res agebatur, & disputata hesterno die copiosius à Q. Hortensio? cui tum est senatus assensus: hoc igitur sensimus: cuiuscumque tribus largitor esset, & per consensionem magistratuum, quæ honestè sodalitas nominaretur, quam quisque tribũ turpi largitione corrũperet, eũ maximè iis hominibus, qui eius tribus essent, esse notum. Ita putauit senatus, cum reo tribus ederẽtur eæ, quas is largitione deuinctas haberet eosdẽ forè testeis, & iudices. Acerbũ omnino genus iudicij: sed tamen, si vel sua, vel ea, quæ maximè esset cuique coniuncta, tribus ederetur, vix recusandum.

38 Tu autẽ, Laterensis, quas tribus edidisti? Terentinã, credo. [k] Fuit id æquũ, & certè exspectatũ est, & fuit dignum cõstãtia tua,[23] cuius tu tribus [l] venditorem, & corruptorẽ, & sequestrẽ Plãcium fuisse clamitas: eã tribũ profectò, seuerissimorum præsertim hominũ, & grauissimorũ, edere debuisti. [m] aut Volitiniam. libet enim tibi nescio quid etiã de illa tribu criminari. hãc igitur ipsam cur nõ edidisti? quid Plancio cũ Lemonia? quid cũ Veiẽtina? quid cũ Crustumina?[24] nã [n] tertiam etiam, nõ quæ iudicaret, sed quæ reiiceretur, esse voluisti.

39 Dubitatis igitur, iudices, quin vos M. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suã spem aliquam de ciuitate delegerit? dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines

g L. secutus es.
h L. quod genus iudicis si nulla in re est æquum, ni si al. si nõ est æquum vlla in re, nisi
i L. in ipso denique iudicio de ambitu, reiectionem fieri voluerit iudicum alterm.
k li. vul. Fuit certè id æquum, & certè, &c.
l for. emtorem,
m L. At Volitiniam l.
n L. Mæciã. non al. Meciam, n.

habet. Plancius,cùm ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc obseruatas, non largitione? Quid enim potest dicere,cur ista editio nō summam habeat acerbitatē,remota ratione illa,quā in decernendo secuti sumus?|| Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos,aut inimicos meos, aut denique eos,quos inexorabileis,quos inhumanos,quos crudeleis existimes. Tu,me ignaro, nec opinante,inscio,notes & tuos,& tuorū necessarios,[o] vel inimicos meos,vel etiā defensorum meorum?eodémq; adiungas,quos natura putes asperos,atque omnibus iniquos? deinde effundas repentè,vt ante concessum eorum iudicum videam,quàm potuerim,qui essent futuri,suspicari?apud eósque me,ne quinque quidē reiectis,quod in proximo reo de consilij sententia constitutū est,cogas causam de fortunis omnibus dicere?|| Non enim,si aut Plancius ita vixit,vt offenderet sciens neminem, aut tu ita errasti,vt eos ederes imprudens, vt nos,inuito te,tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus:idcirco ista editio per se non acerba est An verò nuper clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt,cùm ex cxxv.iudicibus, principibus equestris ordinis,quinque & LXX.reus reiiceret,L. referret,omniáque potius permiscuerunt,quàm ei legi,condicioníque parerent: nos neque [p] ex delectis iudicibus,sed ex omni populo,neque editos ad reiiciendum,sed ab accusatore constitutos iudices ita feremus,vt neminem reiiciamus?|| Neque ego nunc legis iniquitatem queror,sed factum tuum à sententia legis doceo discrepare:& illud acerbū iudicium, si, quemadmodū senatus cēsuit,populúsque iussit, ita fecisses,vt in hunc & suā,& ab hoc obseruatas * ederes:non modò non quererer, sed hunc, iudicibus editis,qui testes iidē esse possent, absolutum putarem:neque nunc multò secus existi

40 (beside "in decernendo secuti sumus? Tu deligas ex omni")
41 (beside "omnibus dicere? Non enim, si aut Plancius ita")
42 (beside "nem reiiciamus? Neque ego nunc legis iniqui-")

[o] sor. vel inimicos meos, vel etiam.

[p] al. ex dilectis iud.

* al. ederet.

ſtimo.cùm enim has tribus edidiſti: ignotis te
iudicibus vti malle, quàm notis [q] indicauiſti. q al. iudica
fugiſti ſententiam legis:æquitatem omnem re- ſti:
43 iecisti:in tenebris,quàm in luce,cauſam verſari
maluiſti.|| Voltinia tribus ab hoc corrupta: Te-
rentinā habuerat venalem. Quid diceret apud
Voltinienſeis,aut tribuleis ſuos iudices? immò
verò tu quid diceres?quem iudicem ex illis aut
tacitum teſtem haberes, aut verò etiam exci-
tares?Etenim,ſi reus tribus ederet.Voltiniā for-
taſſe Plancius,propter vicinitatem,ac neceſſitu-
dinem ſuam,non edidiſſet,& ſi quæſitor edēdus
fuiſſet,quem tandē potiùs,quàm hunc C.Alfiū,
quem habet,cui notiſſimus eſſe debet, vicinum
tribulem,grauiſſimum hominē, iuſtiſſimúmque
edidiſſet?cuius quidem æquitas, & meæ ſimilis
voluntas erga Cn.Plancij ſalutē,quàm ille ſine
vlla cupiditatis ſuſpicione præ ſe fert, facilè de
clarat,non fuiſſe fugiendum tribulem huic iu-
dicem,cui quæſitorem tribulē exoptandū fuiſſe
44 videatis.||Neque ego nunc [r] conſilium repre- r al.conſi-
hendo tuū,quòd non eas tribus,quibus hic ma- lium tuum
ximè notus erat,edideris,ſed à te doceo conſi- reprehēdo.
lium non ſeruatū ſenatus. Etenim quis te tum
audiret illorū?aut quid diceres? ſequeſtrémne
Plancium?reſpuerent aures,nemo agnoſceret,
repudiaretur. an gratioſum? illi libenter audi-
rent:nos non timidè confitemur.noli enim pu-
tare,Laterenſis legibus iſtis,quas ſenatus de am
bitu ſancire voluerit,id eſſe actū,vt ſuffragatio,
vt obſeruantia,vt gratia,tolleretur.Semper fue-
runt boni viri,qui apud tribuleis ſuos gratioſi
45 eſſe vellent.||Neq; verò tā durus in plebem no-
ſter ordo fuit,vt eā coli noſtra modica liberali-
tate noluerit:neq; hoc liberis noſtris interdi-
cendū eſt,ne obſeruent tribuleis ſuos, ne dili-
gant,[26] ne reficere neceſſariis ſuis ſuam tribum
poſſint,ne par ab iis munus [27] in ſua petitione
reſpectent:hæc enim plena ſunt officij,plena ob

 ſer-

seruantiæ, plena etiã antiquitatis. Isto in genere & fuimus ipsi, cùm ambitionis [s] nostra tempora postulabant, & clarissimos viros esse vidimus, & hodie esse videmus quamplurimos gratiosos. Decuriato tribulium, [t] descriptio populi, suffragia largitioné deuincta, seueritatem senatus, & bonorum omnium vim, ac doloré excitarunt. hæc doce, hæc profer, huc incũbe Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse sequestrem fuisse, [28] pronuntiasse, diuisisse: tũ mirabor, te iis armis vti, quæ tibi lex dabat, noluisse. tribulibus enim iudicibus, non modò seueritatem illorum, si ista vera sunt, sed ne vultus quidem ferre possemus. Hanc tu rationem 46
cùm fugeris, cúmque eos iudices habere nolueris, quorum in huius delicto cùm scientia certissima, tũ dolor grauissimus esse debuerit: quid apud hos dies, quid abs te taciti requirunt, cur hoc sibi oneris imposueris cur se potissimũ delegeris, cur denique se diuinare malueris, quàm eos, qui scirent iudicare? Ego Planciũ, Laterensis, & ipsum gratiosum esse dico, & habuisse in petitione multos cupidos sui, gratiosos: quos tu si sodaleis vocas: officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso, sin quia gratiosi sunt, accusandos putas: noli mirari, te id, quod tua dignitas postularit repudiandis gratiosorum amicitiis non esse assecutum. Iam vt ego doceo, gra- 47
tiosum esse [u] tribulibus Plancium, quòd multis multis benignè fecerit, pro spoponderit, in operas plurimos patris auctoritate, & gratia miserit: quod denique omnibus officiis per se, per patrem, per maiores suos totam Atinaté præfecturã comprehenderit: sic tu doce, sequestré fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribuleis [x] decuriauisse. quod si non potes: noli tollere ex ordine nostro liberalitaté, noli maleficiũ putare esse gratiã, noli obseruantiã sancire pœna. Itaque hæsitanté te in hoc sodalitiorum tribuario crimine, ad communem ambitus cau-

[s] L. nostræ.
[t] al. discriptio pop.
[u] apud tribuleis. Pl.
[x] al. decuriasse.

ſam contuliſti,in qua deſinamus aliquando (ſi videtur) vulgari,& peruagata declamatione cõtendere,ſic enim tecum ago.|| Quam tibi commodum eſt,vnã tribum diligetur:doce id, quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. ego,ſi id facere non potueris,quod,vt opinio mea fert, ne incipies quidem , per quem tulerit,docebo. Eſtne hæc vera contentio? placétne ſic agi?non poſſum magis [29] pedem conferre(vt aiũt)aut propiùs accedere. Quid taces? quid diſſimulas?quid tergiuerſaris?etiam atque etiam inſto , atque vrgeo , inſector , poſco , atque adeò flagito crimen,quamcumque tribum, inquam, delegeris,quam tulerit Plancius,tu oſtendito,ſi poteris,vitium.Ego, qua ratione tulerit,docebo:nec erit hæc alia ratio Plancio,ac Laterenſi.[y] nã vt,quas tribus tu tuliſti,ſi iam ex te requirã,poſſis,quorũ ſtudio tuleris,explicare: ſic ego contendo,me tibi ipſi aduerſario cuiuſcũque tribus rationem popoſceris, redditurum.

49 ||Sed cur ego ſic ago?quaſi non comitiis iam ſuperioribus ſit Plãcius deſignatus ædilis.quę comitia primùm habere cœpit cõſul [z] tũ omnibus in rebus ſumma auctoritate, [a] tũ harũ ipſarũ legũ ambitus auctor:deinde habere cœpit ſubitò præter opinionem omnium : vt ne ſi cogitaſſet quidem quiſpiam largiri,daretur ſpatium cõparandi.Vocatæ tribus:latũ ſuffragiũ:[b] deſcriptæ, renuntiatæ. longè plurimùm valuit Plancius. nulla largitionis nec fuit:nec eſſe potuit ſuſpicio.An tandẽ vna * centuria prærogatiua,tantũ habet auctoritatis,vt nemo vmquam prior eam tulerit,quin renuntiatus ſit. tu aut his ipſis comitiis conſularibus,aut certè in illũ annũ ædilẽ Plancium factũ miraris,in quo non exigua pars populi,ſed vniuerſus populus voluntatẽ ſuam declararit? cuius in honore non vnius tribus pars,ſed comitia tota comitiis fuerint prærogata?

50 ta?||Quo quidem tempore,ſi id Laterẽſis, facere vo

y L. nã,vt tu , quas tribus tuliſti,

z L.cũ omnib.

a L.tum earum ipſ.

b al.diſcriptæ.

* vide Feſtum in Cẽturiæ prærogatiuæ.

voluisses, aut si grauitatis esse putasses tuę, quod multi nobiles sæpe fecerunt, vt, cùm minùs valuissent suffragiis, quàm putassent, postea, prolatis comitiis, prosternerēt se, & populo R. fracto animo, atque humili supplicarent: non dubito, quin omnis ad te conuersura se fuerit multitudo. numquam enim nobilitas, integra præsertim, atque innocens, à populo Rom. supplex repudiata fuit. Sed, si tibi grauitas tua, & magnitudo animi, pluris fuit, sicut esse debuit, quā ędilitas: noli, cùm habeas id, quod malueris, desiderare id, quod minoris putaris. Equidē [c] primùm vt honore dignus essem, maximè semper laboraui: secundò vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod plerisque primū est, ipse honos: qui iis denique debet esse iucundus, quorum dignitati populus Ro. testimonium, non beneficiū ambitioni dedit.||Quæris etiam, Laterēsis, quid imaginibus tuis, quid ornatissimo, atq; optimo viro, patri tuo, respondeas mortuo. Noli ista meditari: atque illud caue potius, ne tua ista querela, dolórque nimius, ab illis sapientissimis viris reprehendatur. vidit enim pater tuus, Appium Claudiū, nobilissimū hominem, viuo patre suo, potentissimo, & clarissimo [d] ciue, C. Claudio, ædilē non esse factum, & eundē sine repulsa factū esse consulē: vidit hominem sibi maximè cōiunctum, egregiū virū, L. Volcatium, vidit M. Pisonem in ista ædilitate, offensiuncula accepta sūmos à populo Ro. esse honores adeptos. Auus verò tuus, & P. Nasicæ tibi ædilitiam prædicaret repulsam, quo ciue neminem ego statuo in hac rep. fortiorem: & C. Marij, qui duabus ædilitatis acceptis repulsis, septies consul est factus: & L. Cæsaris, Cn. Octauij, M. Tullij: quos omnes scimus ædilitate præteritos, consules esse factos. 51

||Sed quid ego ædilitias repulsas colligo? quæ sępe eiusmodi habitæ sunt: vt iis, qui præteriti essēt, benignè à populo factū videretur. Tribunus mili 52

c al. primò

d L. ciui,

militū, L.Philippus, ſumma nobilitate, & eloquentia,[c] quæſtor [30] Qu.Cælius clariſſimus, ac fortiſſimus adoleſcens: tribuni pleb. P.Rutilius Rufus, C.Fimbria, C.Caſſius,[31] [f] Cn.Oreſtes, facti non ſunt: quos tamen omneis conſules factos ſcimus eſſe. Quæ tibi vltrò pater, & maiores tui non conſolandi tui gratia dicerent. neque verò [g] quo te liberent aliqua culpa, quam tu vereris, ne à te ſuſcepta videatur: ſed vt te ad curſum iſtum tenēdum, quem à prima ætate ſuſcepiſti,[h] cohortentur. nihil eſt enim, mihi crede, Laterēſis, de te detractum: detractū dico? ſi mehercules verè, quod accidit, interpretari velis, eſt aliquid etiā de virtute ſignificatum tua. Noli enim exiſtimare, non [32] magnū quendam motum fuiſſe illius petitionis tuæ, de qua ne aliquid iurares, deſtitiſti. Denuntiaſti, homo adoleſcens, [i] quid de ſumma reip. ſentires fortiùs tu quidē, quàm nonnulli defūcti honoribus, ſed apertiùs, quàm vel ambitionis, vel ætatis tuæ ratio poſtulabat.

53 ||Quamobrem in diſſentiēte populo noli putare, nullos fuiſſe, quorū animos tuus ille fortis animus offenderet: qui te incautum [k] fortaſſe nunc tuo loco demouere potuerūt,[l] prouidētē antè, & præcauentem numquā certè mouebunt. An te illa argumēta duxerūt? [33] [m] Dubitabitis, inquit, quin coitio facta ſit, cùm tribus pleráſque cum Plocio tulerit Plācius? An vnà fieri potuerunt, [n] ſi vnà tribus non tuliſſent? *Cùm nonnullas * punctis pænè totidē. Quippe cū iam facti propè ſuperioribus comitiis, declaratique veniſſent, quamquā ne id quidem ſuſpicionē coitionis habuerit. neque enim vmquā maiores noſtri ſortitionem conſtituiſſent ædilitiam, niſi viderent accidere poſſe, vt competitores pares ſuffragiis

54 eſſent.|| Et ais, prioribus comitiis Anienſem à Plotio, Terentinā à Plancio tibi eſſe cōceſſam: nunc ab vtroque eas auulſas, ne in anguſtū veniret. Quàm conuenit, nondum cognita populi

vo

c L. quæſtor, C.Cœlius,
f al. Oreſtes,
h L. quo te liberarent aliqua culpa, &c.
h L.cohortarentur,
i L. quid de ſūma rep.
k fortaſſe tūc ſuo loco
l L. prouidentē autē, & præcauentē, &c.
m for. Dubitatis,
n al. ſi vnā tribus non tuliſſent, cū nonnullas punct. pænè totidem? Q.
* L. At nōnullas * punctis, id eſt, ſuffragiis.

volūtate,hos, quos iam tū cōiunctos fuisse dicis,iacturam suarum tribuum, quo vos adiuuaremini,fecisse:eosdem, cùm iam essent experti, quid valerent, restrictos,& tenaceis fuisse:Etenim verebantur,credo, angustias, quasi res in contentionem,aut in discrimen aliquod posset venire.Sed tamen tu an Plotium,virum ornatissimum,in idem crimen vocandum iudicas?[34] an dicis [o] eum te arripuisse,à quo non sis rogatus? Nam quòd questus es, plureis te testeis habere de Voltinia,quàm quot in ea tribu puncta tuleris:indicas,aut eos testeis te adducere,qui,quia nūmos acceperint,te prӕterierint:aut,te ne gratuita quidem eorū suffragia tulisse. || Illud verò 55
crimen de nūmis,quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti,caluit te recenti:nūc in causa refrixit,neque enim,qui illi nummi fuerint,nec, quæ tribus,nec,qui diuisor,ostenderis.[35] Atque his quidem adductus ad consules,qui tū in crimen vocabatur,se iniquè à tuis iactatum grauiter querebatur.qui si erat diuisor,præsertim ei[p], quem tu habebas reum:cur abs te reus non est factus?cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparasti? Sed neque tu habes hæc, neque eis confidis.alia te ratio,alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitauit. magnæ sunt in te opes:latè patet gratia: multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuæ:multi huic inuident:multis etiā pater,optimus vir,nimiùm retinēs equestris iuris,& libertatis videtur:multi etiam cōmunes inimici reorum omnium:qui ita semper testimoniū de ambitu dicunt,quasi aut moueant animos suis testimoniis,aut gratum populo Rom.sit,aut ab eo faciliùs ob eam causam,dignitatem,quā volūt, cōsequantur.|| Quibuscum me,iudices, pugnan 56
tem meo more pristino nō videbitis:[p] nō quòd mihi fas sit quidquam [36] effugere, quod salus Plancij postulet:sed quia neque necesse est, me id

[o] L. eū tibi eripuisse, à quo non sis donatus? N.

[p] L. non quòd fas sit quidquam defugere,

id persequi voce, quod vos mente videatis, & quòd ita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego te steis video paratos, vt eorum reprehensionẽ vos vestræ prudentiæ assumere, q meæ modestiæ remittere debeatis. Illud vnũ vos magnopere oro, atque obsecro, iudices, cùm huius, quẽ defendo, tum cõmunis periculi causa, ne fictis auditionibus, ne disseminato, dispersoque sermoni, fortu-
57 nas innocentium subiiciendas putetis. || Multi amici accusatoris, nonnulli etiam [r] nostri iniqui, multi comunes obtrectatores, atque omniũ inuidi multa finxerunt. *nihil est autem tam volucre, quã maledictũ: nihil facilius emittitur, nihil citiùs excipitur, nihil latiùs dissipatur.* Neque ego, si fontem maledicti reperietis: [*] vt negligatis, aut dissimuletis, vmquàm postulabo. sed, si quid sine capite manabit, aut si quid erit eiusmodi, vt non exstet auctor, qui audierit: aut ita negligens vobis esse videbitur, vt, vnde audierit, oblitus sit: aut ita leuẽ habebit auctorem, vt memoria dignum nõ putarit: huius illa 37 [s] vox vulgaris auditu, ne
58 quid reo innocẽti noceat, oramus. || Sed [*] venio iã ad L. Cassiũ familiarẽ meũ, cuius ex oratione ne illum quidem Iuuentiũ [*] tecum expostulaui: quẽ ille omni & virtute, & humanitate ornatus adolescẽs, primũ de plebe ędilẽ curulẽ factũ esse dixit. In quo; Cassi, si ita tibi respondeã, nescisse id populũ Ro. neq; fuisse qui id nobis narraret, præsertim mortuo Longino: non, vt opinor, admirere, cùm ego ipse non abhorrẽs à studió antiquitatis, me hîc id ex te primùm audisse cõfitear. Et, quoniam tua fuit perelegans, ac persubtilis oratio, digna equitis Ro. vel studio, vel pudore: quoniãque sic ab his es auditus, vt magnꝰ honos & ingenio, & humanitati tuæ tribueretur: respõdebo ad ea, quæ dixisti, quæ 38 pleraque [t] de ipso fine fuerunt: in quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamẽ mihi
59 nõ ingrati acciderunt. || Quæsisti, vtrùm mihi putarem,

q L. meæq; mod.

r L. nostri inimici,

* L. vt aut negligatis,

s L. vox vulgaris, AVDIVI ne quid

* CONFVTATIONIS pars secunda, aduersus Cassium.

* Pant. secum expostulabo:

t L. de ipso me fuer.

tarem, equitis Romani filio faciliorem fuisse ad ádipiscendos honores viam, an futuram esse filio meo, qui esset familia consulari. Ego verò, quamquã illi omnia malo, quàm mihi, tamẽ illi honorum aditus numquam faciliores optaui, quàm mihi fuerunt, quia etiam, ne fortè illi sibi me potiùs peperisse iam honores, quàm iter demonstrasse adipiscendorũ putet: hæc illi soleo præcipere (quamquam [39] ad præcepta ætas non est [f] gnati) quæ ille à Ioue ortus, suis præcipit filiis: Vigilandum est semper: [40] multæ insidiæ [u] sunt bonis, nostis cetera. quæ nónne id, quod multi inuideãt, quæ scripsit grauis ille, & ingeniosus poeta: scripsit, nõ vt illos regios pueros, qui iam nusquã erãt, sed vt nos, & nostros liberos ad laborem, & laudem excitaret? || Quæris, 60
quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn. Scipionis fuisset filius. Magis ædilis fieri nõ potuisset: sed hoc præstare, quòd ei minus inuideretur. etenim *honorum gradus summis hominibus, & infimis sunt pares: gloriæ, dispares.* Quis nostrûm se dicit M. Curio, quis C. Fabricio, quis P. Duellio parem? quis Atilio Catalino? quis Cn. & P. Scipionibus? quis Africano, Marcello, Maximo? eosdem summus honorum gradus, quos illi, assecuti. [41] [x] Est enim in virtute multis adscensus: vt is gloria maximè excellat, qui virtute plurimùm præstet. honorum populi finis est, cõsulatus: quẽ magistratum iam octingenti ferè cõsecuti sunt. horum, si diligenter quæras, vix decimam partem reperias gloria dignam. sed nemo vmquam sic egit, vt tu. Cur iste fit consul? quid potuit amplius, si L. Brutus esset, qui ciuitatem dominatu regio liberauit? Honore nihil amplius, laude multùm. Sic igitur Plancius nihilominus quæstor est factus, & tribunus plebis, & ædilis, quàm si esset summo loco natus: sed hæc, pari loco orti, sunt innumerabiles alij consecuti.
|| Profers triumphos Ti. Gracchi, & Cn. Marij: 61
&

f vet. nõ est ætas generatus: al. ætas apta nati vel ætas nõ est apta quali

u L. sunt bonis. Non te id, quod multi inuideant, multique expetant, inscitia est postulare? Nostis cetera: quæ scripsit grauis & ingeniosus poeta, non vt ill.

x L. est enim ad virtutem multus adscensus: fort. Etenim in virtute multi sunt adscensus:

& quæris, quid simile in Plancio. Quasi verò isti, quos commemoras, propterea magis laude fuerint digni, quòd triumpharunt, & non, quia commissi sunt iis magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent. Rogas, quæ castra viderit: qui & miles in Creta, Metello hoc imperatore, & tribunus in Macedonia militum fuerit, & quæstor tantum ex re militari detraxerit temporis, quantum in me custodiendum transferre

62 maluerit. ‖ Quæris, num disertus. Immò, id quod secũdum est, ne sibi quidem videtur. Num iurisconsultus. Quasi quisquam sit, qui sibi hũc falsum de iure respondisse dicat. Omnes enim istiusmodi artes in his reprehenduntur, qui cùm professi fuerint, satisfacere non possunt: non in iis, [y] qui abfuisse ab his studiis confitentur. Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Vt nos in mancipiis parandis, quamuis frugi hominem si pro fabro, aut pro textore emimus, ferre molestè solemus, si eas arteis, quas in emendo secuti sumus, fortè nesciuerit: sin autem emimus, [z] quem villicum imponeremus, quẽ pecori præficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus: sic populus Romanus deligit magistratus: quasi reipublicæ villicos: in quibus siqua præterea est ars, facilè patitur. sin minùs, virtute eorum, & innocentia contentus est. Quotus enim quisque disertus: quotus quisque iuris peritus est, vt eos numeres, qui volunt esse? quòd si præterea honore [a] dignus nemo, quidnam tot optimis, &

63 ornatissimis ciuibus est futurum? ‖ Iubes Planciũ de vitiis Laterensis dicere. Nihil potest, 42 nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse. Idem effers Laterensem laudibus. Facilè patior, id te agere multis verbis, quod ad iudicium non pertineat: & id te accusantem tamdiu dicere, quod ego defensor sine periculo possim confi-

y L. qui af. fuisse se ab h.

z for. quem villicũ præponeremus al. quem villæ præponeremus

a L. dignus est nemo, q.

b L. nisi in eum nimis anquirendum put.s.

teri. Atqui non modò confiteor summa in Laterense ornamenta esse: sed te etiam reprehẽdo quòd ea non enumeres: alia quædam inania, & leuia conquiras. Præneste fecisse ludos. Quid? alij quæstores nónne fecerunt? Cyrenis liberalẽ in publicanos, iustum in socios fuisse. Quis negat? sed ita multa Romæ geruntur, vt vix ea, quę fiunt in prouinciis, audiantur. || Non vereor, ne 64
mihi aliquid, iudices, videar arrogasse, si de quęstura mea dixero. Quamuis enim illa floruerit, tamẽ eum me posteà 45 fuisse * in maximis rebus arbitror, vt nõ ita multum mihi sit ex quæsturæ laude repetendũ. sed tamen non vereor, ne quis audeat dicere, vllius in Silicia quæsturam aut gratiorẽ, aut clariorem fuisse. Verè mehercules hoc dicam: sic tum existimabam, nihil * homines aliud Romæ, nisi de quæstura mea, loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerũ miseram: negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, municipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus erã visus in omni officio diligentissimus, excogitati quidam erant à Siculis honores inauditi. || Itaque [c] hac spe discedebam, vt mihi 65
populum Romanum vltrò omnia delaturũ putarẽ. At ego, cùm casu diebus iis, itineris faciendi causa, decedens è prouincia, Puteolos fortè venissem cùm plurimi, & lautissimi solẽt esse in iis locis: concidi pænè, iudices, cùm ex me quidamquæsisset, quo die Roma exissem, & nũquid in ea esset noui: cui cùm respõdissem, me è prouincia decedere: etiam mehercules, inquit, vt opinor? ex Africa Huic ego iam stomachãs fastidiosè, immo ex Sicilia, inquam. Tũ quidã, quasi qui omnia sciret, quid? tu nescis, inquit, hũc Syracusis quæstorẽ fuisse? Quid multa? destiti stomachari. *& me vnum ex iis feci, qui ad aquas venissent.* || Sed ea res, iudices, haud scio an plus mihi 66
profuerit, quàm si mihi tũ essent omnes cõgratulati: nã posteaquã sensi, populum Rom. aureis hebe

* al. maximis arbitror al. maximis honoribus.
* L. homines vmquã aliud Romæ
c L. hac spe decedebã.

hebetiores, oculos acreis, atque acutos habere: destiti, quid de me audituri essent homines, cogitare: feci, vt posteà quotidie me præsentē viderēt: habitaui in oculis: pressi forum: neminem à congressu meo, neque ianitor meus, neq; somnus absterruit. [d] Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidē vmquam otiosum? nam, quas tu commemoras, Cassi, legere te solere orationes, cùm otiosus sis: has ego scripsi ludis, & feriis, ne omnino vmquam essem otiosus. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarū, semper magnificum, & præclarum putaui, CLARORVM VIRORVM, ATQVE MAGNORVM, NON MINVS OTII, QVAM NEGOTII RATIONEM EXSTARE OPORTERE. Ita, si quam habeo laudem, quæ, quanta sit, nescio, parta Romæ est, quæsita in foro: meaque priuata consilia publici quoque casus comprobauerūt, vt etiam summa resp. mihi domi fuerit gerenda, & vrbs in

67 vrbe seruanda. || Eadem igitur, Cassi, via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam: hoc facilior fortasse, quòd ego huc, à me ortus, & per me nixus, adscendi: istius egregia virtus adiuuabitur cōmendatione maiorum. Sed, vt redeam ad Plancium, nūquam [e] ex vrbe abfuit, [f] nisi fortè lege, necessitate. non valuit rebus iisdem, quibus fortasse nonnulli. at valuit assiduitate, at valuit obseruandis amicis, valuit liberalitate: fuit in oculis: petiuit: [g] est vsus ratione, qua, minima inuidia, noui homines plurimi eos-

68 dē honores cōsecuti sunt. || Nā, quod ais, * Cassi, nō plus me Plācio debere, quā bonis omnibus, quod iis æquè mea salus cara fuerit: ego me debere bonis omnibus fateor. sed etiā iis, quibus ego debeo, boni viri, & ciues, [h] ædilitiis comitiis aliquid se meo nomine debere, Plancio dicebāt. Verùm fac me multis debere, & in iis Plācio: vtrū igitur me cōturbare oportet: an ceteris

[d] L. Sed quid ego dicam

[e] L. ex vrbe afuit,

[f] L. nisi forte, lege, n.

[g] L. ea est vsus rat.

* CONTENTIONIS pars secunda, qua Cicero primum Cassio, deinde Laterensi respondet.

[h] L. comitiis ædilitiis.

cùm cuiusque dies venerit, hoc nomen, quod vrget, nunc cùm petitur, dissoluere? [44] Quãquã * dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ. nam qui pecuniã dissoluit, statim non habet id, quod reddidit: [45] qui autem [i] debet, is retinet alienũ. gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. [k] neque ego nũc Plancio desinam debere, si hoc soluero: nec minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestiæ non accidisset. Quæris à me, Cassi, quid pro fra- 69
tre meo, qui mihi est carissimus, quid pro meis liberis, quibus nihil potest * mihi esse iucũdius, amplius, [46] quàm pro Plancio facio, facere possum: nec vides, istorum ipsorũ caritate ad huius salutem defendendam maximè stimulari me, atque excitari. Nã neque illis huius salute, à quo meam sciunt esse defensam, quidquam est optatius: & ego ipse nũquã illos adspicio, quin per hunc [l] me his cõseruatum esse meminerim, huiusque meriti in me recorder. Opimium damnatum esse commemoras: seruatorem ipsum reipublicæ Calidium adiũgis, cuius lege Q. Metellus in ciuitatem sit restitutus: reprehẽdis meas pro Plancio preces, quòd nec Opimius suo nomine liberatus sit, nec Quint. Metelli Calidius. De Calidio tibi tantum respondeo, quod ipse vidi: Quint. Metellum Pium, consulem, prætoriis comitiis, petẽte Q. Calidio, populo Ro. supplicasse, cùm quidẽ non dubitaret & consul, & homo nobilissimus, patronum illum esse suum, & familiæ suæ nobilissimæ dicere. Quo loco quæro 70
ex te, num id in iudicio Calidij putes, quod ego in Plancij facio, aut Metellum Pium, si Romæ esse potuisset, aut patrẽ eius, si vixisset, nõ fuisse facturum. Nam Opimij quidem calamitas vtinã ex hominum memoria posset euelli. vulnus illud reip. dedecus huius imperij, turpitudo populi R. non iudicium putandum est. Quam enim illi iudices, si iudices, [m] & non patricidæ patriæ

ne

* vide Gel. libr. I. c. 4.

i L. habet,

k fort. neq; ego tamen Plancio desinam debere, si hoc nunc soluero:

* L. potest esse iucundius,

l L. me illis cons. & ita v. c.

m L. & non paricidæ

nominandi sunt,grauiorem potuerūt reip.infligere securim,quàm,cùm illum è ciuitate eiecerunt,qui prætor finitimo,cõsul domestico bello remp.liberarat?||

71 At enim nimis ego magnum beneficium* Plancio,&,vt ais,id verbis exaggero.Quasi verò me tuo arbitratu,& nō meo,gratum esse oporteat.Quod istius tantū meritū,inquit?an quia te nō iugulauit?immò verò, quia iugulari passus nō est.Quo quidē tu loco, Cassi, etiā purgasti inimicos meos, meæque vitæ nullas ab illis [n] insidias fuisse dixisti. Posuit hoc idem Laterensis.Quamobrem de isto paulò pòst plura dicam:de te tantùm requiro, vtrùm putes odiū in me mediocre inimicorū fuisse. [o] Quod fuit vllorum tantum?requiro,vtrùm putes odiū vmquam barbarorum tam immane,ac tam crudele in hostem:an fuisse in iis aliquē aut famæ metum,aut pœnæ:quorū vidisti toto illo anno ferrum in foro,flammam in delubris,vim in tota vrbe versari.nisi existimas eos idcirco vitæ meæ pepercisse,quòd de reditu meo nō timerēt. [p] Et quemquam putas fuisse tam excordē, qui viuis his,stāte vrbe & curia rediturum me,si viuerem,non putaret?Quamobrem non debet is homo,& is ciuis,prædicare, vitam meam, quæ fidelitate amicorum conseruata sit,inimicorum modestia non esse appetitam.||

72 Respondebo* tibi nunc,Laterensis,minùs fortasse vehementer, quàm abs te sum prouocatus: sed profectò nec considerate minùs,nec minùs amicè.nā primum illud fuit asperius,me quæ de Plancio dicerem, mentiri,& tēporis causa fingere. scilicet homo sapiens excogitaui,quamobrē videret 47 maximis beneficiis vinculis obstrictus,cùm liber essem,& solutus. Quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multæ, parum iustæ necessitudines erant familiaritatis,vicinitatis, patris amicitiæ,quæ si non essent, [q] vereor,credo, ne turpiter facerem,si hoc splendore, & hac di-

* L.Plancii facio, Pat. fancio.

n L. insidias factas esse d.al. insidias fuisse dixisti comparatas.

o L. quod fuerit vllorū tantum: vtrùm putes odium.

p L.Ecquē putas fuisse.

* Respōdet Laterensi de mendacio. De Crispio. De Plancij tribunatu.De Ciceronis eloquētia. De eius discessu. De timore mortis, libertate, & cloaca.

q L. vererer, credo, ne

gnitate hominē defenderem. fingenda fuit mi-
hi, iudices, 48 causa peracuta, vt ei, quē mihi de-
bere oporteret, ego me omnia debere dicerē. At
id etiam gregarij milites faciunt, inuiti, vt co-
ronam* dent* ciuicam, & se ab aliquo seruatos
esse fateantur:[r] non quo turpe sit, protectum in
acie, hostium manibus eripi (nā id accidere, nisi
forti viro, & pugnanti cōminus non potest) sed
onus beneficij reformidant, quod permagnum
est, alieno debere idem, quod parenti. ‖ Ego cùm 73
ceteri vera beneficia, etiam minora, dissimulēt,
ne obligati esse videantur: eò me beneficio ob-
strictum esse ementiar, cui ne referri quidem *
gratia posse videatur? An hoc tu, Laterensis,
ignoras? qui cū mihi esses amicissimus, cùm vel
periculum vitæ tuæ mecū sociare voluisses: cùm
me in illo tristi, & acerbo luctu, atque discessu,
non lacrymis solùm tuis, sed animo, corpore,
copiis prosecutus esses: cùm meos liberos, &
vxorem, me absente, tuis opibus, auxilioque de-
fendisses: sic mecum semper egisti, te mihi re-
mittere, atque concedere, vt omne studium meū
[s] in Cn. Plancij honorem consumerem, quòd
eius in me meritum tibi etiam gratum esse di-
cebas. ‖ nihil autem me noui, nihil temporis 74
causa dicere, nónne etiam illa testis est oratio,
quæ est à me prima habita in senatu? in qua
cùm perpaucis nominatim egissem gratias, quòd
omnes enumerari nullo modo possent, scelus
autem esset quemquam præteriri: statuissemque
eos solùm nominare, qui causæ nostræ duces, &
quasi signiferi fuissent: in his Plancio gratias e-
gi.[t] Recitetur oratio, quæ propter eius ma-
gnitudinem, dicta de scripto est: in qua ego
homo astutus [u] ei me dedam, cui nihil ma-
gnopere debeam, & huius tanti officij seruitu-
tem adstringam testimonio sempiterno. Nolo
cetera, quæ à me mandata sunt literis, recita-
re: prætermitto illa, 49 [x] ne aut proferre videar
ad

* L. dent cuiquam ciuicam.
* Massurius Sabinus, Ciuicā coronam tū dari solitā dicit, cùm is qui ciuē seruauerat eodem tēpore hostē occideret, v. Gell. 5. c. 6. Zonar. 2. 16. Plin. 4. & 23. c. 4.
r al. non quòd
* fort. par gratia posse.
s L. in Cn. Plancij honore consu.
t al. Recitetúrque or.
v L. ei me debebā, cui nihil mag. deberē, & h. t. off. s. ad stringebam test. semp. al. ei me debere dicam
x L. ne aut proferre videar diem, aut eo genere

ad tēpus, aut eo genere vti literarū, quod meis studiis aptius, quàm consuetudini iudiciorum
75 esse videatur.|| Atque etiam calamitas, Laterensis: Quousque ista dicis? nihil in Crispio profecisti. absolutæ iam sunt preces tuæ. De Crispio [y]mihi ne tu obiicies, quem ego de me meritum quia te teste cognoueram, te eodem auctore defendi? & ei dices, QVOVSQVE, quem negas, quod pro Crispio cōtenderit, impetrare potuisse? Nā istius verbi, QVOVSQVE, hæc poterat esse inuidia. datus est tibi ille: condonatus ille: non facis finem: ferre non possumus. Ei quidem, qui pro vno laborarit, 50 & ipsum id nō obtinuerit, dici, QVOVSQVE, irridentis magis est, quàm reprehēdentis. Nisi fortè ego vnus ita me gessi in iudiciis: ita & cū his; & inter hos vixi: is in caussis patronus, is in republica ciuis & sum, & semper fui, solus vt à te constituar, qui nihil à iu-
76 dicibus debeam vmquam impetrare. || Et mihi lacrymulam Crispiani iudicij obiectas. sic enim dixisti: Vidi ego tuam lacrymulam. Vide, quàm me verbi tui pœniteat. non modò lacrymulam, sed multas lacrymas & fletū cum singultu videre potuisti. An ego, qui meorū lacrymis, me absēte, cōmotus, simultates, quas mecum habebat, deposuisset, meæq; salutis non modò nō oppugnator (vt inimici mei putarant) sed etiā defensor fuisset, huius in periculo nō dolorē meū si-
77 gnificarē? || Tu autē, Laterensis, qui tū lacrymas meas gratas esse dicebas, nūc easdē vis inuidiosas videri. Negas tribunatum Plancij quidquam attulisse adiumenti dignitati meæ. atque hoc loco (quod verissimè facere potes) L. Racilij, fortissimi, & constantissimi viri, diuina in me merita commemoras: cui quidem ego, [z] sicut Plancio, numquam dissimulaui me plurimum debere, sempérque præ me feram. nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro repu-

y L. mihi videlicet

z L. sicut in Pl.

blica, nec pro me defugiendas putauit. Atque vtinam, quàm ego sum in illum gratus,[a] tam licuisset[b] per hominum vim, & iniuriam populi Romani ei gratiam[c] referri. Sed, si non eadem contendit in tribunatu Plancius: existimare debes, non huic voluntatem defuisse, sed me, cùm iam Plancio deberem, Racilij beneficiis fuisse contentum. || An verò putas, idcirco minus mea 78
causa facturos, quòd me esse gratum crimineris? an, cùm populus Romanus illo senatusconsulto, quod in monumento Marij factum est, quo mea salus omnibus est gentibus commendata, vni Cn. Plancio gratias egerit (vnus enim fuit de magistratib. defensor salutis meæ: cui senatus pro me gratias agendas putauit) ei ego à me referendā gratiā nō putē? Atqui, eū cùm vides, quo me tandem animo in te putas esse, Laterensis? vllum esse tantum periculum, tantum laborem, tantam contentionem, quam ego non modò pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerem? Quo quidem etiam magis sum, non dicam, miser ([d]natura quidem abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus: non quià multis debeo (leue enim on⁹, beneficij gratia) sed quia sæpe cōcurrit propter aliquorū de me meritorū inter ipsos contētiones, vt eodē tempore in omneis verear ne vix possim gratus videri. || Sed 79
ego[e] hoc meis ponderibus examinabo: non solum quid cuiq; debeam, sed etiā quid cuiusque intersit, & quid à me cuiusque tempus poscat. Agitur studium tuum, vel etiam, si vis, existimatio, laus, ædilitas: at Cn. Plancij salus, patria, fortunæ. Saluum tu me esse cupisti: hic fecit etiam, vt esse possem. distineor tamen, & diuellor dolore, & in causa dispari offendi te à me, doleo: sed medius fidius multò citiùs meam salutem pro te[f] obiecero, quàm Cn. Plancij salutē tradidero contentioni tuæ. || Etenim, iudices, 80
cùm omnibus virtutibus me affectum esse cupiam,

a L. tam mihi licuisset per
b fort. per hominum vim, & iniuriam, ei gratiam
c L. referre.
d for. natura enim abh. vrsſam id quidem abhorret à virtute verbum.
e prouecabulū hoc, abest à non nullis li. vet.
f al. abiecero,

piam,[g] tamen nihil est, quod malim, quàm me & gratũ esse, & videri. Hæc est enim vna virtus nõ solùm maxima, sed etiam mater virtutũ omniũ reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parenteis? qui sunt boni ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt? qui sancti, qui religionem colentes, nisi qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt? quæ potest esse iucunditas vitæ sublatis amicitiis? quæ porrò amicitia potest

81 esse inter ingratos? || Quis est nostrûm liberaliter[h] educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui non locus ille mutus,[51] vbi ipse [*] altus, aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur? cuius opes tantę esse possunt, aut vnquã fuerunt, quę sine multorũ amicorũ officiis stare possint? quę certè, sublata memoria, & gratia, nulla exstare possunt. Equidem nil tam proprium hominis existimo, quàm non modò beneficio, sed etiam beniuolẽtiæ significatione alligari: nihil porrò tã inhumanũ, tã immane, tã ferum, quàm cõmittere, vt beneficio, nõ dicã indignus, sed victus esse vi-

82 deare. || Quæ cũ ita sint, iã succũbã, Laterẽsis,[i] isti tuæ orationi: in eo ipso, in quo nihil potest esse nimiũ, quoniã ita tu vis, nimiùm me gratum esse concedã: petámq; à vobis, iudices, vt eũ beneficio cõplectamini,[k] quẽ qui reprehẽderit, in eo reprehendit, quòd gratũ præter modũ dicat esse. Neq; enim ad negligendã meã gratiam debet valere, quod dixit idem vos nec nocenteis, nec litigiosos esse, quo minùs me apud vos valere oporteret. Quasi verò in amicitia mea non hæc præsidia (si qua fortè sunt in me) parata sẽper amicis esse maluerim, quàm necessaria. Etenim ego de me tantùm audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus, quàm præsidio fuisse: méque vehementer vitæ meæ pœniteret, si in

g L. tum nihil est,

h al. eductus,

* vide Festum in Atellus. Nonium c. 4. in Altum. 8. al. leg. alitus,

i al. isti tuo verbo:

k L. quem qui reprehendit,

mea familiaritate locus esset nemini, nisi liti-
gioso,aut nocenti. || Sed hoc nescio quo modo 83
frequēter in me[l] cōgessisti,sanéque in eo creber
fuisti, te idcirco in locos causam [m] coniicere
[n] voluisse,ne ego, mea consuetudine aliquid de
*tēsis misericordiæ causa dicerem:quod in aliis
ædilibus antè fecissem. Nonnihil egisti hoc lo-
co. nam mihi eripuisti ornamentum orationis
meæ.deridebor,si mentionem tensarum fecero,
cùm tu id prædixeris.sine tensis autem quid po-
tero dicere?[52] Hìc [o] etiam addidisti,me idcirco
mea* lege ex isto ambitu traxisse, vt miserabi-
liores epilogos possem elicere.Nō vobis videor
[p] cum aliquo declamatore,[53] non causa laboris,
& fori disputare?||Rhodi enim, inquit,non fui. 84
Me vult fuisse:sed fui,inquit, [54] (putabā in [q] Ni-
ceis dicturū)bis inBithynia.Si locus habet[55] re-
prehensionis * ansam aliquam, nescio cur seue-
rioré Nicæā putes, quàm Rhodum. si spectanda
causa est:& tu in Bithynia summa cum dignita-
te fuisti,& ego Rhodi non minore. Nam, quòd
in eo me reprehēdisti,quòd nimiùm multos de-
fenderim:vtinam & tu, qui potes,& ceteri, qui
defugiūt,vellēt me labore hoc leuare.sed fit ve-
stra diligentia, qui in causis ponderādis omneis
ferè repudiatis, vt ad nos pleræque confluant,
qui miseris,& laborantibus nihil negare possu-
mus.||Admonuisti etiā,quòd in Creta fuisses,di- 85
ctum aliquod [r] in petitione tua dici potuisse;
me id perdidisse. Vter igitur nostrum est cupi-
dior dicteriegóne,qui,quod dici potuit, non di-
xerim:an tu,qui etiam ipse in te dixeris? Te aie-
bas de tuis rebus gestis nullas literas misisse,
quòd mihi meæ,quas ad aliquem misissem, ob-
fuissent. Quas ego mihi obfuisse non intelligo:
reip. video prodesse potuisse. || Sed sunt hæc le- 86
uiora:illa verò grauiora, atq; magna,quòd meū
discessum, quem sæpe defleras, nunc quasi re-
prehendere,&subaccusare voluisti.dixisti enim,

auxi

l al.coniecisti,
m v.c. coniicere
n L.noluisse,
*Tensæ vehicula sacra.
o L. Etiam dixisti,addidisse me idcirco meæ legi,Nisi ex testamento præstituta die,vt miserab. epil. poss.dicere.Non v.
* al. lege modo ex isto &c.
p L.cum aliquo declamatore, non cum oratore disputare? Rh.
q L.in Vacceis dicturum) bis Niceæ,in Bithynia,
* al.causam
r fort. in petitionem tuam

auxilium non mihi,ſed me auxilio deſuiſſe.Ego verò [s] fateor mehercule, quòd viderim mihi auxilium non deeſſe, [t] idcirco me illi auxilio pepercisse. Quis enim ſtatus,quod diſcrimen, quæ fuerit in republica tempeſtas illa, quis neſcit? Tribunitius me terror, an conſularis furor mouit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquis eorũ,quos ego florenteis, atque integros ſine ferro viceram?Conſules* poſt hominũ memoriam teterrimi, atque turpiſſimi, ſicut & illa principia, & hi recentes rerum exitus declararunt:quorum alter exercitum perdidit,alter vẽdidit, emtis prouinciis à ſenatu, à republica, à bonis omnib. defecerant:qui * exercitibus, qui armis, * qui opibus plurimùm poterant, cùm, quid ſentirent,neſciretur,furialis illa vox nefariis ſtupris,religioſis altaribus effæminata, ſecũ & illos, & conſules facere [u] acerbiſſimè perſonabat.egẽteis in locupleteis, perditi in bonos,

87 ſerui in dominos armabantur.||Aderat mecũ ſenatus,& quidẽ veſte mutata: quod pro me vno poſt hominũ memoriã publico conſilio ſuſceptũ eſt.Sed recordare, qui tũ fuerint conſulum nomine hoſtes,qui ſoli in hac vrbe ſenatum ſenatui parere nõ ſiuerint: edictóque ſuo non luctũ patribus conſcriptis, ſed luctus indicia ademerint.Aderat mecũ cunctus equeſter ordo:quẽ quidẽ in contionib. ſaltator ille Catilinæ conſul proſcriptionis denũtiatione [x] terrebat, *ac tota Italia conuenerat:cui quidẽ belli inteſtini, & vaſtitatis metus inferebatur. Hiſce ego auxiliis ſtudẽtibꝰ,atque incitatis vti me,Laterenſis, potuiſſe confiteor:ſed erat non iure, non legib. non diſceptando decertandum (nam profectò, præſertim tã bona in cauſa,numquam quo ceteri abundarunt, id mihi ipſi auxilium meum defuiſſet) armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum: quibus à ſeruis, atque à ſeruorum ducibus cædem fieri ſenatus, & bonorum,

s L.fateor, me, quòd vid.

t L.idcirco illi aux. pep.

* Piſo & Gabinius.

* Cæſar.

*Pompeius & Craſſus.

u al. acerrimè

x L.terrebat:tota Italia,

* al. At

reipu

reipublicæ exitiosũ fuisset || Vinci autẽ impro- 88
bos à bonis, fateor fuisse præclarum, si finem eũ
vincendi viderem: quem profectò non videbam.
Vbi enim præstò fuisset mihi aut tam fortis cõ-
sul, quàm L. Opimius? quàm C. Marius? quàm L.
Flaccus? quibus ducibus improbos ciueis respu-
blica vicit armatis: aut, si minus fortes, attamen
tam iusti, quàm P. Mucius qui arma, quæ priua-
tus P. Scipio sumserat, ea, Ti. Graccho interem-
to, iure optimo sumta esse defendit? Esset igitur
pugnandum cũ consulibus. nihil amplius dico,
nisi illud, Victoriæ nostræ graueis aduersarios
paratos: interitus nullos[y] vltores esse videbam.
|| Hisce ego auxiliis salutis meæ si idcirco defui, 89
quia nolui dimicare: fatebor, id quod vis,[z] non
mihi auxilium, sed me auxilio defuisse. sin autẽ,
quo maiora studia in me bonorum fuerunt, hoc
iis magis consulendum, & parcendum putaui:
tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi
datum est, hodiéque est, & semper erit maximæ
gloriæ? quem, vt potes ex multis audire, qui tũ
affuerunt,[56][a] inuictissimis viris, constat * bonis
cessisse: nec fuisse dubium, quin contentione, &
armis superior posset esse. Ergo ille cùm suum,
non cùm senatus factum defenderet: cùm per-
seuerantiam sententiæ suæ, non salutem reipu-
blicæ retinuisset: [57] tamen[b] ob illam constan-
tiam, qua illud voluntarium vulnus accepit, iu-
stissimos omnium Metellorum, & clarissimos
triumphos gloriæ laude superauit, quòd & illos
ipsos improbissimos ciueis interfici noluit, &,
ne quis bonus interiret, in eadem cæde proui-
dit: ego, tantis periculis propositis, cùm si victus
essem, interitus reipublicæ, si vicissem, infinita
dimicatio pararetur: committerem, vt idem per-
ditor reipublicæ nominarer, qui seruator fuis-
sem? Mortem me timuisse dicis. || Ego verò ne 90
immortalitatem quidem contra rempublicam
accipiendam putarem, nedum emori cum
per

y L. esse vltores videbam.
z L. non auxilium mihi, sed
a L. inuictissimis viris bonis constat cessisse:
* Ioan. Passer. tribunis
b L. ob illã qua illud voluntarium vulnus accepit constantiã, iustissim. omn.

pernicie reipublicæ vellem.nam, qui pro republica vitam reddiderunt (licet me desipere* dicas) numquam mehercule eos mortem potiùs, quàm immortalitatem assequutos putani. Ego verò, si tum illorum impiorum ferro, ac manu concidissem, in perpetuũ respublica ciuile præsidium salutis suæ perdidisset. Quinetiam, si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumsisset: tamẽ auxilia posteritatis essent imminuta, quòd peremtum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo fuisset senatus, populúsque Romanus. An, si vmquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus, omnium[c] parricidarum tela commosse? quæ, si viginti quiessem dies,[58] in aliorum * iugulum consulum recidissent. Quamobrem, si vitæ cupiditas contra rempublicam est turpis, certè multò mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernicie ciuitatis.

91 Nam quòd te in republica liberum esse gloriatus es, id ego & fateor, & lætor, [d] & tibi etiam in hoc gratulor. quòd me autem negasti, in eo neque te, neque quemquam diutius patiar errare. Nã, si quis idcirco aliquid de libertate mea[e] diminutũ putat, quòd nõ ab omnib. eisdẽ, à quibus antea solitus sum dissentire, dissentiã: primùm si bene de me meritis gratũ me præbeo,[59] nõ* desino incurrere in crimen hominis nimiùm memoris, nimiũque grati. sin autem sine vllo reipublicæ detrimento respicio etiam aliquando salutem tum meam, tum meorum: certè non modò non sum reprehendendus, sed etiam si ruere vellem, boni viri me, vt id ne facerem, rogarent.

92 res verò ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum, vt quoniam sibi seruissem semper, numquam mihi, fructus autem ex sese non, vt oportuisset, lætos, & vberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem: vt iam mihi seruirem, consulerem meis; se non modò satis habere à me, sed etiam vereri,

* L. dicatis)
c L. paricidarum
* al. vigiliã
d al. & tibi etiam hoc gratulor.
e L. deminutum put.
* al. debeo

vereri,ne parum mihi pro eo, quod tũ à me haberet,reddidiſſet.||Quid,ſi horum ego nihil cogito? & idem ſum in republica qui fui ſemper? 93
fal.taménne libert. req. m. [f]taménne tu libertatem requires meam? quam tu ponis in eo, ſi ſemper cum iis, quibuſcum aliquando contendimus,depugnemus. quod eſt longè ſecus. Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo reipublicæ, qui quoniam g al. verſatur, [g]verſetur,eam deligere partem debemus,adquã nos illius vtilitas,ſalúſque conuerterit.Ego autem,Cn.Pompeium,non dico auctorem,ducem, defenſorem ſalutis meę(nam hęc priuatim fortaſſe officiorum memoriam & gratiam quærũt) ſed dico hoc,quod ad ſalutem reip. pertinet:ego eum nõ tuear, quẽ omnes in republica principem eſſe concedunt? ego C. Cæſaris laudibus deſim,quas primùm populi R. nunc etiam ſenatus,cui me ſemper addixi,plurimis,atq; ampliſſimis iudiciis videam eſſe celebratas? Tum mehercule me cõfitear non iudicium aliquod habuiſſe de reip.vtilitate,ſed hominibus amicum, aut inimicũ fuiſſe|| An, cùm videam nauem ſe- 94
cundis vẽtis curſum tenentem ſuum,ſi non ea eũ petat portum,quem ego aliquando probaui,ſed aliũ non minùs tutum,atque tranquillum: cum tempeſtate pugnem periculosè potiùs,quàm illi,ſalute præſertim propoſita,obtemperẽ, & pa- h L. inconſtantis eſſe puto, reã?Neque enim[h] inconſtantis puto,ſententiã, tanquam aliquod nauigiũ, atq; curſum, ex reip. tempeſtate moderari.Ego verò hæc didici, hæc vidi,hæc ſcripta legi:hæc ſapientiſſimis, & clariſſimis viris,& in hac rep.& in aliis ciuitatibus * Pantag. literarum monumenta nobis [x] literæ prodiderunt : non ſemper eaſdem ſententias ab iiſdem, ſed, quaſcumque reipub. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordiæ poſtularet, eſſe defendendas, quod ego & facio,Laterenſis,& ſemper faciam: libertatémque, quam in me requiris, quam ego neque dimiſi vmquã, neque dimittam, non

in

in pertinacia, sed in quadam moderatione po-
95 sitam putabo.|| Nunc venio ad illud extremum,
quod dixisti, dum Plancij in me meritum ver-
bis extollerem, me arcem facere ex cloaca, lapi-
démque è sepulchro venerari pro deo neque e-
nim mihi insidiarum periculũ vllum, neq; mor-
tis fuisse. Cuius ego temporis rationem[6°] expli-
cabo * breui, neque inuitus. nihil enim ex meis * al. breui-
est temporibus, quod minùs[i] peruagatum, quod- ter,
que minus aut mea commemoratione celebra- i al. peruul
tum sit, aut hominibus auditum, atque notum. gatum,
Ego enim, Laterensis, ex illo incendio legum,
iuris, senatus, bonorum omniũ, cedens, cùm mea
domus ardore suo deflagrationem vrbi, atque
Italiæ toti minaretur, nisi quieuissem: Siciliam
*petiui animo, quæ & ipsa erat mihi, sicut dom⁹ * Pantag.
vna, coniuncta: & obtinebatur à C. [k] Virgilio: Vibone idẽ
quo cum me vno vel maximè cùm vetusta ami- petij eo ani
citia, tum mei fratris collegia, tũ resp. sociarat. mo, quod & ipsa
96 ||Vide nunc caliginem temporum illorum. Cùm k L. Virgi-
ipsa pænè insula mihi sese obuiàm ferre vellet: nio:
prætor ille eiusdem tribuni pleb. contionibus
propter eandem reip. causam sæpe vexatus, nihil
amplius dico, nisi me in Siciliam venire noluit.
Quid dicam? C.[l] Virgilio, tali ciui, & viro, bene- l L. Virgi-
uolentiam in me, memoriam communium tem- nio,
porum, pietatem humanitatem, fidem defuisse?
nihil videlicet est eorum: sed, quam tempestatẽ
nos vobiscum non tulissemus,[m] metuit vt eam m al. me-
ipse non posset opibus suis sustinere. Tum con- tuit, ne eã
silio repente mutato,[n] iter Vibone * Brundusiũ ipse nõ posset opib.
terra petere contendi. nam maritimos cursus n L. iterum
97 præcludebat hyemis magnitudo. || Cùm omnia à Vibone
illa municipia, quæ sunt à Vibone Brundusiũ, * L. Brundisium
in fide mea, iudices, essent: iter mihi tutum
multis minitantibus, magno cum suo metu
præstiterunt. Brundusium veni, vel potius
ad mœnia accessi: vrbem vnam mihi amicis-
simam declinaui, quæ se vel potiùs exscindi,
quàm

quàm è suo complexu vt eriperet, facilè pateretur. In hortos me[o] M. Lenij Flacci contuli: cui cũ omnis metus, publicatio bonorum, [p] exsiliũ, mors proponeretur, hæc perpeti, si acciderent, maluit, quàm custodiam mei capitis dimittere. Huius ego, & parenteis eius prudentissimi, atq; optimi senis, & vtriusque filiorum manibus, in naui tuta, ac fideli collocatus, eorúmque preces, & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi.

o L.M. Lænij

p L. exsulium,

98 ||Quò cùm venissem, cognoui, id quod audierã, refertam esse Græciam sceleratissimorum hominum, ac nefariorum: quorum impium ferrũ, igneisque pestiferos meus ille cõsulatus è manibus extorserat: qui antequam de meo aduentu audire potuissent, cùm tum [q] abessent aliquorum dierum viam in Macedoniam, ad Planciúmque perrexi. Hic verò simul atque me mare transisse cognouit, (audi, atque attende Laterensis, vt scias, quid ego Plancio debeam: confitearéque aliquando, quod faciã, me & gratè, & piè facere: huic, quæ pro salute mea fecerit, si min[9] profutura sint, obesse certè nõ oportere.) Nã simulac me Dyrrhachiũ attigisse audiuit: statim ad me, lictorib. dimissis, insignib. abiectis, veste mutata, profectus est.

q for. abessent ali-? quot dierũ

99 || O acerbam mihi, iudices, memoriã temporis illius, & loci, cũ hic in me incidit, cõplexus est, conspersitq; lacrymis, nec loqui præ mærore potuit! ô rẽ cùm auditu crudelẽ, tũ visu nefariã! ô reliquos omneis dies, noctéisque eas, quibus iste à me non recedens, Thessalonicã me, in quæstoriúmque perduxit! Hic ego nũc de prætore Macedoniæ nihil dicã amplius, nisi, eum & ciuem optimum semper, & mihi amicum fuisse: sed eadẽ timuisse, quę ceteros Cn. Planciũ fuisse vnum, non, qui minus timeret, [r] sed, si accederent ea, quæ timerẽtur, mecum ea subire, & perpeti vellet.

r L. sed qui si acc.

100 || Qui, cùm ad me L. Tubero, meus necessarius, qui fratri meo

lega

legatus fuisset, decedens ex Asia venisset, eásq; insidias, quas mihi paratas ab exulibus coniuratis audierat animo amicissimo detulisset: in Asiam me ire, propter eius prouinciæ metum,[62] & cum meo fratre [s] necis insidias comparatas non est passus. Vt me, inquam, Plancius, & complexu suo retinuit, multó sque menses à capite meo non discessit, abiecta quæstoria persona co

s L. necessitudinē comparatam.

101 mitisque sumta.|| *O excubias tuas, Cn. Plãci, miseras! ô flebileis vigilias! ô nocteis acerbas! ô custodiam etiam mei capitis infelicem! siquidē ego tibi viuus non prosum, qui fortasse mortuus profuissem. memini enim, memini, neque vmquam obliuiscar noctis illius, cùm tibi vigilanti, assidenti, mærenti, vana quædam miser, atque inania, falsa spe inductus, pollicebar: me, si essem in patriam restitutus, præsentem tibi gratiam relaturum: sin autem vitam mihi [t] fors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset; hos, hos (quos enim ego tum alios animo intuebar?) omnia tibi illorum laborum præmia pro me persoluturos. Quid me adspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me [u] beneuolentiã promittebam: hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vitæ periculo velle videbam: [x] de eorum desiderio, luctu, querelis quotidie aliquid tecum simul audiebam: nunc timeo, ne nihil tibi præter lacrymas, queã reddere: quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti.

* PERORATIO.

t L. fors adem.

v v. c. beniuolentiam

x L. de horum.

102 || Quid enim possum aliud, nisi merere? nisi flere? [y] nisi te cùm mea salute complecti? salutē [63] tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen, quæso, retinebo, & cõplectar: nec me solũ deprecatorem fortunarũ tuarum, sed comitē, sociũque profitebor: atq; (vt spero) nemo erit tã crudeli animo, tãq; inhumano, nec tã immemor [64] [z] meorũ nõ dicã

y al. nisi te, meam salutem cõpl.

z L. non dicam meorũ in bon.

in bonos meritorũ, sed bonorum in me, qui à me mei seruatorẽ capitis diuellat, ac distrahat. Non ego meis ornatum beneficiis à vobis deprecor, iudices, sed custodẽ salutis meæ: nõ opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia: mecũq; vos simul miserrimus, & optimus obtestatur parens, & pro vno filio duo patres deprecamur.,
||Nolite, iudices, per vos, per fortunas vestras, 103
per liberos, inimicis meis, his præsertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare lætitiam gloriantibus vos iam oblitos mei, salutisque eius, à quo mea salus conseruata est, hosteis exstitisse. nolite animum meũ debilitare tum luctu, tum etiã metu cõmutatæ vestræ voluntatis erga me: sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi,
id à vobis ei persoluere.||Téque, C. Flaui, oro, & 104
obtestor, qui meorum consiliorũ in consulatu socius periculorum particeps, rerum, quas gessi, adiutor fuisti, méque non modò saluum semper sed etiã ornatum, florentemque esse voluisti: vt mihi per hos conserues dum, per quem me tibi, & his conseruatum vides. Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymæ impediunt, vestræque, iudices, non solùm meę: quibus ego, magno in metu meo, subitò inducor in spẽ, vos eosdem in hoc conseruando futuros, qui fueritis in me: quoniã istis vestris lacrymis de illis recordor, quas pro me sæpe, & multùm profudistis.

***



PRO P. SEXTIO

ORATIO TRICESIMA SECVNDA.

P Sextius cùm Lentulo & Metello Coss. esset tribunus pl. esset, ad Ciceronem suis penatibus restituendum omnem sui tribunatus vim contulit. Eius conatibus cùm P. Clodius obsisteret, factum vt viij. kal. Febr. magna inter Ciceronianos & Clodianos, magna pugna armatis vtrinque hominibus committeretur. Eo nomine anno post Marcellino & Philippo Cos. P. Sextium, M. Tullius Albinouanus lege Lutacia de vi apud M. Aemilium Scaurum prætorem postulauit. Vnde huius orationis quæstio orta P. Sextius vim commiserit. ACCVSATOR. *M. Tullius Albinouanus, Testis P. Vatinius.* PATRONI *Sextij duo præstantissimi oratores Q. Hortensius, & M. T. Cicero. Euentus, absolutus Sextius.*

1 SI * QVIS antea, iudices, mirabatur, quid esset, quod pro tantis opibus reip. tantáque dignitate imperij, nequaquā satis multi ciues forti, & magno animo inuenirentur, qui auderent se, & salutē suā in discrimē offerre pro statu ciuitatis, & pro cōmuni libertate: ex hoc tēpore miretur potius, siquē bonum & fortē ciuē viderit, quā siquem aut timidum potius, quàm reip. cōsulentem. Nā, vt omittatis de vniuscuiusque casu cogitando recordari, vno adspectu intueri potestis,[a] eos, qui cum senatu, cum bonis omnibus remp. afflictā excitarint, & latrocinio domestico liberarint, mæstos, sordidatos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicanteis: eos autē, quid omnia diuina, & humana violarint, vexarint, per- *EXORDIVM.

a q. li. eos quidē, qui c.

turbarint, euerterint, non solùm alacreis, lætosque volitare, sed etiam voluntarios fortissimis, atque optimis ciuibus periculum moliri, de se nihil timere. ‖In quo [b] cùm multa sunt indigna, 2
tum nihil minùs est ferendum, quàm quod iam non per latrones suos, non per homines egestate, & scelere perditos, sed per vos nobis, per optimos viros, optimis ciuibus periculum inferre conātur: &, quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copiis delere non potuerunt, hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sentētiis se oppressuros arbitrantur. Ego autem iudices, qua voce mihi in agendis gratiis, cōmemorandoque eorum, qui de me optimè sunt meriti, beneficio esse vtendum putabam, ea nunc vti cogor in eorum periculis depellendis, iis potissimùm vox [c] hæc seruiat, quorum opera & mihi, & vobis, & populo Romano restituta est.
‖Et quamquam à Q. Hortensio, clarissimo viro, 3
atque eloquentissimo, causa est P. Sextij perorata: nihilque ab eo prætermissum est, quod aut pro rep. conquerendum fuit, aut pro reo disputādū: tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimū defuisse videatur, per quem est perfectum, ne ceteris ciuibus deesset. Atque ego sic statuo, iudices à me in hac causa, atq; hoc extremo dicendi loco, pietatis potius quàm defensionis: querelæ, quā eloquentiæ: doloris, quā
ingenij [d] parteis esse susceptas. ‖Itaq; si aut acriùs 4
egero, aut liberiùs, quàm qui ante me dixerunt: peto à vobis, vt tantū orationi meæ cōcedatis, quantū & pio dolori, & iustæ iracundiæ concedendū putetis, neq; enim officio cōiunctior dolor [e] vllius esse potest, quā hic meus susceptus ex hominis, de me optimè meriti, periculo: neq; iracundia magis vlla laudanda, quàm ea, quę me [f] inflammat eorum scelere, qui cū omnibus salutis meæ defensoribus bellū esse sibi gerendū
iudicauerunt. ‖*Sed, quoniā singulis criminib. 5

ce-

b al. cùm multa sint ind.

c I. seruis, quor.

d v.c. partis

e al. vllus.

f v.c. inflamat.

* PARTITIO.

ceteri responderunt,dicā ego de omne statu P. Sextij,de generæ vitæ,de natura,de moribus,de incredibili amore in bonos,de studio cōseruā-dæ salutis communis,atque otij: contendámq;, si modò id consequi potero,vt in hac confusa, atque vniuersa defensione,nihil à me , quod ad vestrā quæstionē,nihil quoad reum,nihil quod ad remp.pertineat,prætermissum esse videatur. Et quoniam in grauissimis tēporib.ciuitatis,atque in ruinis euersæ,atque afflictæ reip.P.Sextij tribunatus est à fortuna ipsa collocatus:nō aggrediar ad illa maxima,atque amplissima prius, quàm docuero,quibus initiis , ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sint.

* CONFIRMATIONIS prima pars de rebus Sextij in genere.

6 ¶*Parente P.Sextius natus est,iudices,homine, vt plerique meministis,& sapiente,& sancto , & seuero:qui cū tribunus pl.primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset, reliquis honoribus nō tam vti voluit, quàm dignus videri.Eo auctore duxit honestissimi , & spectatissimi viri,C. Albini filiā : ex qua hic est puer,& nupta iā filia.[g]Duobus his [2] grauissimis antiquitatis viris sic probatus fuit,vt vtriq; eorū,& carus maximè,& iucūdus esset.Ademit Albino soceri nomen mors filiæ,sed caritatē illius necessitudinis,[h] & beneuolentiā nō ademit.hodie sic hunc diligit,vt vos facillimè potestis ex hac vel assiduitate eius,vel sollicitudine,&molestia iudicare.

g L. duobus his grauissimis ac sanctissimis viris.

h al.& beneuolentię

7 ¶Duxit vxorē patre viuo,optimi, [i] &calamitosissimi viri filiā L.Scipionis.Clara in hoc P.Sextij pietas exstitit,& omnibus grata,quod & Massiliā statim profectus est,vt socerū videre,cōsolariq; posset,fluctibus reip.expulsum, in alienis terris iacentē,quē in maiorū suorum vestigiis stare oportebat:& ad eū filiā eius adduxit,[k] vt illo insperato adspectu cōplexuq;,si nō omnē,at aliquā partē mæroris sui deponeret:& maximis officiis & illius ærūnam , quoad vixit, & filiæ solitudinē sustētauit. Possum multa di-

i al. at calamit.

k al. vt ille hoc insp.

cere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari, de prouinciali in eo magistratu abstinentia: sed mihi [l] ante oculos obuersatur reip. dignitas, quæ me ad sese rapit, hæc minora relinquere hortatur. || Quæstor hic C. 8
Antonij collegæ mei, iudices, fuit sorte, sed societate consiliorũ, meus. Impedior nonnullius officij, vt ego interpretor, religione, quo minùs exponã, quàm multa ad me detulerit, quãto antè prouiderit. Atque ego de Antonio nihil dico præter vnum: numquã illũ in illo summo timore, ac periculo ciuitatis, neque cõmunẽ metũ omnium, neque propriã nonnullorũ de ipso suspicionẽ, aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo, atque moderando, si meam in illum indulgentiã coniunctã [m] cũ summa custodia reip. laudare verè solebatis: par propè laus P. Sextij esse debet, qui ita suum consulẽ obseruauit, vt & illi quæstor bonus, & vobis omnibus optimus ciuis videretur. || Idẽ, cùm illa coniuratio ex latebris, atque ex tenebris erupisset, palámque armata volitaret: venit cũ exercitu Capuã: quam vrbem, propter plurimas belli opportunitates, ab illa impia, & scelerata manu attentari suspicabamur: & inde [n] M. Aulanum, tribunum militum [o] Antonij, Capua P. præcipitẽ eiecit, hominẽ perditum, & non obscurè Pisauri, & in aliis agri Gallici partibus, in illa coniuratione versatũ. Ideq; C. Marcellum, cũ is nõ solùm Capuã venisset, verùm etiã se, quasi armorũ studio, in maximã familiã coniecisset, exterminandum ex illa vrbe curauit. Qua de causa & tum cõuentus ille Capuæ, qui propter salutẽ illius vrbis consulatu [q] conseruatã meo me vnum patronũ adoptauit, huic apud me P. Sextio maximas gratias egit, & hoc tempore iidẽ homines, nomine cõmutato coloni, decurionésq; fortissimi, atque optimi viri beneficium P. Sextij testimonio declarant, periculúmque decreto suo deprecãtur. 9

[l] al. ante oculos versatur.

[m] l. cum summo studio r.

[n] al. M. Aulanium, l. C. Menulanum,

[o] al. Autronij,

[p] al. præcipite egit hom.

[q] l. conseruatæ.

10 ||Recita quæso P.Sexti, quid decreuerint Capuę decuriones, vt iam virilis tua vox possit aliquid significare inimicis nostris, quidnam cùm se corroborarit effectura esse videatur. DECRETVM DECVRIONVM. Non recito decretum officio aliquo expressum vicinitatis, aut cliẽtelæ, aut hospitij publici, aut ambitionis, aut cõmendationis gratia: sed recito memoriã perfuncti periculi, prædicationẽ amplissimi beneficij, [r] vicẽ officij præsentis, testimonium præteriti temporis.

r L. vocem officij præs.

11 ||Atq; illis tẽporib. iisdẽ, cùm iã Capuã metu Sextius liberasset, vrbẽ senatus, atque omnes boni, deprehensis, atque oppressis domesticis hostib. me duce, ex periculis maximis extraxissent. ego literis eum Capua arcessiui cum illo exercitu, quẽ tum secum habebat. quibus hic literis lectis ad vrbẽ cõfestim incredibili celeritate aduolauit. Atq; vt illius tẽporis atrocitatẽ recordari possetis, audite literas, & vestrã memoriam ad timoris præteriti cogitationẽ excitate. LITERAE CICERONIS CONSVLIS. Hoc aduentu P. Sextij tribunorum pl. nouorum, qui tum extremis diebus consulatus mei, res eas, quas gesserã, vexare cupiebant, reliquique coniurationis impetus, & conatus, sunt retardati.

12 ||Ac, posteaquam est intellectum, Catone tribuno pl. fortissimo, atque optimo [s] ciue rẽp. defendente, per seipsũ S. P. Q. R. sine militũ præsidio tueri facilè maiestatẽ suã, & dignitatẽ eorũ, qui salutẽ cõmunem periculo suo defendissent: Sextius cum illo suo exercitu summa celeritate est Antonium cõsecutus. Hîc ego quid prædicem, quibus hic rebus consulem ad rẽ gerendã excitarit? quot stimulos admouerit homini studioso fortassis victorię, sed tamen nimiùm communẽ Martem, belliq́ue casum metuenti? longũ est [t] ea dicere: [u] sed hoc breue dicam. Si M. Petreij [x] non excellens animo, & amore reipu. virtus non summa auctoritas apud milites, non mirificus vsus in re

s L. ciui.

t al. omnia d.

v L. sed hoc breue dictu Si M.

x L. non excellens animis amore reip. præstãs in rep.

militari extitisset,neque adiutor ei P. Sextius
ad excitandum Antonium y cohortandū,impel-
lendum fuisset datus:illo in bello fuisset hiemi
locus:neque vnquā Catilina cū è pruina Apen-
nini,atque è niuibus illis emersisset,atque æsta-
tē integrā nactus,Italiæ z calleis,& pastorū sta-
bula præclara cepisset,sine multo sanguine , ac
sine totius Italiæ vastitate miserrima concidis-
set.¶Hūc igitur animū ad tribunatum attulit P. * 13
Sextius,vt quæsturā Macedoniæ relinquā,& ali-
quando ad hæc propiora veniam. quamquā nō
est omittenda singularis illa integritas prouin-
cialis,cuius ego nuper in Macedonia vidi vesti-
gia non pressa leuiter ad exigui prædicationem
temporis,sed fixa ad memoriā illius prouinciæ
sempiternā.Verùm hæc ita prætereamus, vt ta-
men intuentes,& respectantes relinquamus. Ad
tribunatum,quia ipse ad sese iamdudum vocat,
& quodammodo absorbet orationem meā,con-
tento studio,cursuque veniamus.¶*De quo qui 14
dē tribunatu ita a dictū à Q. Hortensio,vt eius
oratio non defensionem modò criminum vide-
retur continere,4 b sed etiā memoria digna vti,
& reip.capessendæ auctoritatem, disciplinámq;
præscribere.Sed tamē quoniam tribunatus qui-
dem totus P.Sextij nihil aliud nisi meū nomen,
causámque sustinuit,necessariò mihi de iisdem
rebus esse arbitror.si non subtiliùs disputandū,
at certè, iudices,dolentiùs deplorandum. Qua
in oratione si asperiùs in quosdam homines in-
uehi vellē,quis non concederet,vt eos,quorum
sceleris furore violatus essem , vocis libertate
perstringerē?c Sed vt agam moderatè , & huic
potius tēpori seruiā,quàm dolori meo:si qui oc
cultè à salute nostra dissentiunt, lateant. si qui
fecerunt aliquid aliquando:atque iidem nunc
tacent,& quiescunt:nos quoque simus obliti. si
qui se d offerunt insolenter,& insectantur:quo-
ad

y L. cohortandum ac cusandum, imp.

z al. caulas, & pastorū stabula prędari cæpisset.

* Secunda pars confirmationis de tribunatu Sextii.

a al. dictum à Q. Hortēsio est, vt

b L. sed etiam memoria dignam reip. capessendæ auct. al. sed etiā memoria dignā in repu. capessēda auct.

c L. sed agā moderatè, & huius potius temp. seru. q.d. meo. Siqui occ.

d L. offerent insol. & insectabuntur.

ad ferri potuerunt,perferremus,neque quemquã
offendet oratio mea,nisi qui se ita obtulerit, vt
in eum non inuasisse sed incurrisse videamur.
15 || Sed necesse est, antequã de tribunatu P.Sextij
dicere incipiã:me totũ superioris anni reip.nau-
fragiũ exponere:in quo colligẽdo,ac reficien-
da salute cõmuni,omnia reperiẽtur P.Sextij di-
cta,facta,consilia,[c] versata.Fuerat ille annus 6 c L. esse versata.
in reip.magno[f]metu,& multorum timore,tan- f L.motu,
q iam intentus arcus in me vnũ,sicut vulgò igna
ri rerum loquebantur,re quidẽ vera in vniuer-
sam remp.traductione ad plebẽ furibũdi homi-
nis,ac perditi,mihi irati, sed multò acriùs otij,
& communis salutis inimici.Hunc vir clarissi-
mus,mihique multis repugnantibus, amicissi-
mus,Cn.Põpeius omni cautione,fœdere, exse-
cratione deuinxerat,nihil in tribunatu contra
me esse facturũ.At ille nefarius, ex omniũ sce-
lerũ colluuione natus,parum se fœdus violatu-
rũ est arbitratus,nisi ipsum,cautorem alieni pe-
16 riculi suis propriis periculis terruisset.||Hãc tæ-
trã,[g] immanéque belluã,vinctã auspiciis, alli- g v.c.immanémque.
gatam more maiorũ,constrictã legum sacratarũ
catenis 7 soluit subitò [h] legũ cura consul,vel vt h L.lege curiata.
ego arbitror, exoratus,vel,vt nõ nemo putaret,
mihi iratus:ignarus quidẽ certè,[i] & imprudens i v.c.& imprudens impẽdentium t.
impendentium tantorũ,scelerum,ac malorũ.qui
tribunus pl.felix in euertẽda rep.fuit nullis suis
neruis. qui enim in eiusmodi vita nerui esse po-
tuerunt, hominis,fraternis flagitiis, [k] sororiis k L.sororis
17 stupris,omni inaudita libidine,infamis?||Sed fuit
profectò quædã illa reip.fortuna fatalis, vt ille
cæcus,atq;amẽs tribunus pl.nã sciscere tur,quid
dicã cõsules?[l] hoceine vt ego appellem nomine l L.hocine,
euersores huius imperij? proditores vestræ di-
gnitatis? hosteis bonorum omniũ? qui ad de-
lendum senatũ affligendum equestrem ordinẽ,
exstinguenda omnia iura,atque instituta maio-
rũ,se illis fascibus,ceterisque insignibus summi
 hono-

honoris, atque imperij ornatos esse arbitrabã-
tur? Quorũ per deos immortaleis, si nondũ sce-
lera, vulneraque inusta reipu. vultis recordari,
m L. intuemini,
vultum, atque incessũ animis [m] intueamini. fa-
cilius facta eorũ occurrent mentibus vestris, si
ora ipsa oculis proposueritis. || Alter vnguentis 18
affluens, calamistrata coma, despiciens cõscios
stuprorũ, ac veteres vexatores ætatulæ suæ, [8] pu-
n for. inflictus, al. afflictus.
teali, & fæneratorũ gregibus [n] inflatus [o] atque
perculsus, [9] olim ne Scyllæo illo æris alieni in
freto ad columnam adhæresceret, in tribunatus
o v. s. atque compulsus, & ita L.
portum perfugerat. contemnebat equites Ro-
manos, minitabatur senatui, venditabat se ope-
ris, atque ab iis se ereptũ, ne de ambitu causam
diceret, prædicabat ab iisdémque se, etiam in-
uito senatu prouinciam sperare dicebat: eámq;
nisi adeptus esset, se incolumẽ nullo modo fo-
re arbitrabatur. || Alter, ô dij boni! quàm trucu- 19
lentus! quàm terribili adspectu! vnum aliquem
te ex barbaris illis exemplum imperij veteris,
imaginẽ antiquitatis, columẽ reip. diceres in-
tueri. vestitus asper nostra hac purpura plebeia,
ac pænè fusca: capillo ita horrido, vt Capua, in
p al. ornandæ.
qua ipse tum imaginis [p] formandæ causa duũ-
uiratum gerebat, Seplasiã sublaturus videretur.
Nã quid ego de supercilio dicã? quod tũ homi-
nibus nõ superciliũ, sed pignus reip. videbatur.
q L. tanta contractio frontis.
tanta erat grauitas in oculo, [q] tanta contractio
frontis, [10] vt [r] illo supercilio respublica tan-
quam Atlante cælum, niti videretur. || Erat deni- 20
r L. supercilio annus ille tanquã Atlante. cœlum, niti vid.
que hic [s] omniũ sermo: Est tamen reipublicæ
magnum, firmũque subsidiũ: habeo quẽ opponã
labi illi, atque cœno: vultu mediusfidius colle-
gæ sui libidinẽ, leuitatéque franget: habebit se-
s al. hominum.
natus, in hunc annum quem sequatur: non dee-
rit auctor, & dux bonis. mihi denique homines
præcipuè gratulabantur, quòd habiturus essem
contra tribunum pleb. furiosum, & audacem,
cùm amicum, & affinem, tum etiam fortem,
& gra-

& grauem conſulem. Atque eorum alter feſellit neminem. Quis enim clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare in maximo curſu, ac fluctibus poſſe arbitraretur hominem emerſum ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum, ac ſtuprorum? vino, ganeis, lenociniis, adulteriiſque confectum? cùm is præter ſpem in altiſſimo gradu alienis opibus poſitus eſſet? qui non modò tempeſtatem [t] impendentẽ intueri temulentus, ſed ne lucem quidem inſo- *t L. intueri impendentem tem.*

21 litam adſpicere poſſet? || Alter multos planè in omneis parteis feſellit. erat enim hominũ opinioni [v] nobilitate ipſa, blanda conciliatricula, commendatus. *v for. à nobilitate ipſa,* Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt reip. nobileis homines eſſe dignos maioribus ſuis, & quia valet apud nos, clarorum hominum & bene de republica meritorum memoria etiam mortuorum. Quia triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum, atque incultum videbant, & quòd erat eo nomine, vt ingenerata familiæ frugalitas videretur: fauebant, gaudebant, & ad integritatem maiorum, ſpe ſua hominem vocabant, materni

22 generis obliti. || Ego autem ([x] verè hoc dicam, iudices) tantum eſſe in homine ſceleris, audaciæ, crudelitatis, quantũ ipſe cum republica ſenſi, numquam putaui. nequam eſſe hominem, & leuem, & falſa opinione, errore hominum, ab adoleſcentia commendatum, ſciebam. etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebãtur: ſed hæc obſtruxio, nec diuturna eſt, [y] nec obducta ita, vt curioſis oculis perſpici non poſſit. Videbamus genus vitę, deſidiã, inertiã: incluſas eius libidines, qui paulò propiùs acceſſerant, intuebantur. denique etiam ſermonis anſas dabat, quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſe- *x L. (verè dicam,* *y al. nec ita obducta, vt curioſis, &c.*

23 mus. || Laudabat homo doctus philoſophos neſcio quos: neque eorum tamen nómina poterat dicere: ſed eos tandem laudabat maxime, qui dicun

dicuntur præter ceteros esse auctores,& lauda-
tores voluptatis:cuius,& quo tempore, & quo
modo,non quærebat. verbum ipsum omnibus
modis animi,& corporis deuorabat:eosdémque
præclarè dicere aiebat. Sapienteis omnia sua
causa facere:rempublicam capessere hominem
bene sanum non oportere:nihil esse præstabi-
lius otiosa vita,& plena,& conferta voluptati-
bus.eos autem,qui dicerent, dignitati esse ser-
uiendum,reipublicæ consulendum,officij ratio-
nem in omni vita, non commodi,esse ducendã,
[z] subeunda pro patria pericula, vulnera exci-
pienda,mortem opetendam : vaticinari, atque
insanire dicebat. ‖Ex his assiduis eius,quotidia- 24
nisque sermonibus,& quòd videbam, quibuscũ
hominibus in interiore ædium parte viueret, &
quòd ita domus ipsa fumabat, [11] vt multa eius
sermonis indicia redoleret:statuebam sic, boni
nihil ab illis nugis exspectandum,mali quidem
certè nihil pertimescendum.Sed ita est,iudices,
vt,si gladium paruo puero,aut si imbecillo seni,
[a] aut debili dederis,ipse impetu suo nemini no-
ceat:sin ad nudum vel fortissimi viri corpus ac-
cesserit,possit acie ipsa,& ferri viribus [b] vulne-
rari:ita cùm hominibus eneruatis, atque exsan-
guibus,consulatus, tanquã gladius esset datus:
qui per se pungere neminẽ vmquam potuissent,
hi summi imperij nomine armati rempublicam
contrucidauerunt.fœdus fecerunt cum tribuno
pl.palã,vt ab eo*prouincias acciperẽt,quas ipsi
vellent:exercitum,& pecuniam,quantã vellent,
ea lege,si ipsi priùs tribuno pleb.[c] afflictã remp.
tradidissent.id autem fœdus meo sanguine ictũ
sanciri posse dicebant. ‖Quare patefacta(neque 25
enim dissimulari tantum scelus poterat,nec la-
tère)promulgantur vno,eodémque tẽpore ro-
gationes ab eodem tribuno de mea pernicie, &
de prouinciis consulum nominatim. Hîc tum
senatus sollicitus, vos equites excitati, Italia
cuncta

z al. adeunda

a L. ac debili ded.

b L. vulnerare:

* Gabinius Syriam, Babylonem, Persas: Piso Achaiam, Thessaliam Græciam Macedoniã, Bœotiã, Cicero de Prou. Cons.

c L. afflictam, & cõstrictã rep. tr.

cuncta permota, omnes denique omnium generum, atque ordinum ciues summæ reip. à consulibus, atque à summo imperio petẽdum esse auxilium arbitrabantur, cùm illi soli essent: præter gloriosum illum tribunum, duo reip. turbines, qui non modò præcipitanti patriæ non subuenirent, sed etiã nimium tardè concidere mærerent. Flagitabatur ab his quotidie cùm querelis bonorum omnium, tum etiam precibus senatus, vt meam causam susciperent, agerẽt aliquid, denique ad senatum referrent. hi non modò negãdo, sed etiam irridẽdo, amplissimũ quẽque illius ordinis insequebantur. ‖ Hîc subitò cùm incre-

26 dibilis in Capitolium multitudo ex tota vrbe, cunctaque Italia conuenisset: vestem mutãdam omnes, mẽque etiã omni ratione, priuato consilio (quoniam publicis ducibus resp. careret) defendendum putarunt. Erat eodem tẽpore senatus in æde Concordiæ, quod ipsum templum repræsentabant memoriam consulatus mei, cùm flens vniuersus ordo cincinnatum consulẽ orabat. nam alter ille horridus, & seuerus consultò se domi cõtinebat. Qua tũ superbia cœnũ illud, ac labes, amplissimi ordinis preces, & clarissimorum ciuium lacrymas repudiauit? me ipsum vt contempsit heluo patriæ? nã quid ego patrimonij dicam, [d] quod ille cùm quasi quæstũ faceret, amisit? Cùm venisset [e] ad senatũ, * vos, equites Ro. & omnes boni, veste mutata, [f] vos, inquam, pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis, cùm vestris precibus à latrone illo repudiatis, vir incredibili fide, magnitudine animi, constantia, [g] L. Mũmius, ad senatum de rep. retulit, senatusque frequẽs vestẽ pro mea salute

27 mutandã censuit. ‖ O diem illum, iudices, funestũ senatui, bonisque omnibus: reip. luctuosum: mihi ad domesticum mærorem, grauem: ad posteritatis memoriã, gloriosum. Quid enim quisquã potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm,

d L. quod ille tum, quasi q.
e L. in senatũ, vos, vos, inq.
* Lam. vos, inquã, equites Rom.
f L. vos pro meo c.
g L. L. Ninnius, ad. sen.

quã,pro vno ciue & bonos omneis priuato cõsensu,& vniuersum senatũ publico cõsilio mutasse vestem? Quæ quidem [h] tũ mutatio non deprecationis causa est facta,sed luctus. quẽ enim deprecarentur,cùm omnes essent sordidati? cũque hoc satis esset signi,[i] esse improbum, qui mutata veste nõ esset? Hac mutatione vestis facta,tanto in luctu ciuitatis omitto quid ille tribunus,omnium rerum diuinarum,humanarũque prędo,fecerit: qui adesse nobilissimos adolescẽteis,honestissimos equites Ro.deprecatores salutis meæ iusserit,eósque operarũ suarũ gladiis, & lapidibus obiecerit: de consulibus loquor, quorũ fide resp.niti debuit.|| Exanimatus euolat 28
ex senatu,non minùs perturbato animo, atque vultu,[k] quàm si antè annis paucis in creditorũ conuentum incidisset: aduocat contionẽ: habet orationem talem consul,qualem numquam Catilina victor habuisset: Errare homines,si etiam tum senatũ aliquid in rep. posse arbitrarentur: equites verò Ro.[12] daturos [l] illius diei pœnas, quo,me consule,cũ gladiis,in cliuo Capitolino fuissent: venisse tempus iis,qui in timore fuisset (coniuratos videlicet dicebat) vlciscendi se. Si dixisset hoc solũ,omni supplicio[m] esset dignus. nã oratio ipsa cõsulis perniciosa potest rẽp. labefactare.|| quid fecerit,videte. * L.Lamiam,qui 29
cùm me ipsũ pro summa familiaritate,quę mihi cum fratre,cum patre eius erat,vnicè diligebat, tũ pro rep.vel mortẽ oppetere cupiebat, in cõtione relegauit: edixitque,vt ab vrbe abesset [n] M.passuũ ducẽta,quod esset ausus[o] pro ciue,pro benè merito ciue,pro amico,pro rep.deprecari. Quid hoc homine facias? aut quò ciuẽ importunum; aut quò potiùs hostem tam sceleratum reserues? qui,vt omittam cetera, quæ sunt ei cũ collega immani, impuróque coniuncta, atque communia,hoc vnum habet proprium,vt expulerit ex vrbe,relegarit,non dico equitem Rom.

non

h fort. vestis mutatio

i al. eũ esse.

k L. quàm si paucis antè annis in cr. al. quàm si annis antè paucis.

l v.c. illius dies pœnas vide Gelliũ l.9.c.14.

m L. dignus esset.

* Equestris ordinis pricipẽ. Dio. 58.

n L.M.passus

o L.pro ciui, pro bene merito ciui,

non ornatiſſimum,atque optimum virum , non amiciſſimũ reip. ciuem,nõ illo ipſo tẽpore vnà cum ſenatu,& cum bonis omnibus caſũ amici, reique publ.lugentẽ:ſed ciuem Ro.[p] ſine vllo iudicio , aut edićto ex patria cõſul eiecerit.

30 || Nihil acerbius ſocij Latini ferre ſoliti ſunt, quàm,id quod perrarò accidit , ex vrbe exire à cõſulibus iuberi.Atque illis [q] tũ erat reditus in ſuas ciuitates,ad ſuos lares familiareis:&in illo communi incõmodo nulla in quemquã propria ignominia nominatim cădebat. Hoc verò quid eſt?exterminabit ciueis Rom.edićto cõſul à ſuis diis penatibus?expellet [r] à patria?*deliget quẽ volet?dãnabit,atque eiiciet nominatim ? hic ſi vmquam vos eos,qui nunc eſtis in rep.fore putaſſet,ſi denique imaginẽ iudiciorum,aut ſimulacrum aliquod futurum in ciuitate reliquum crediđiſſet,vmquam auſus eſſet ſenatum de rep. tollere?equitum R.preces aſpernari?ciuium denique omniũ,nouis,& inauditis edićtis, ius, libertatémque [s] euertere?

31 || Et ſi me attentiſſimis animis,ſumma cũ benignitate auditis , iudices: tamen vereor,nequis fortè veſtrũ miretur, quid hæc mea oratio [t] tam lõga,ac tam altè repetita velit,aut quid adP.Sextij cauſam,eorũ,qui ante huius tribunatũ rẽp.vexarunt,delićta pertineãt, mihi autem hoc propoſitũ eſt oſtendere,omnia conſilia P.Sextij,mentémque totius tribunatus hanc fuiſſe,vt afflićtæ, & perditæ reip.quantum poſſet, mederetur. Ac, ſi in exponendis vulneribus illis,de me ipſo plura dicere videbor , * ignoſcitote.nam & illam meã cladẽ vos & omnes boni maximũ eſſe reip.vulnus iudicaſtis : & P.Sextius eſt reus non ſuo,ſed meo nomine:qui cũ omnẽ vim ſui tribunatus in mea ſalute conſumſerit:neceſſe eſt meã cauſam præteriti temporis cũ huius præſenti defẽſione eſſe cõiunctã.

32 ||Erat igitur in lućtu ſenatus: ſqualebat ciuitas, publico conſilio mutata veſte:nullũ erat Italiæ

muni

p L. ſine vllo iudicio ex patria conſ.
q L. erat tum r.
r L. è patria?
* videlicet.
s L.peruertere?
t L.tã longè,
* L. ignoſcite.

municipiũ,nulla colonia,nulla præfectura,nulla Romæ societas vectigalium,nullũ collegiũ,aut concilium,aut omnino aliquod cõmune consilium,quod tum nõ honorificentissimè [u] de mea salute decreuisset:cùm subitò edicunt duo consules,vt ad suum vestitũ senatores redirẽt. Quis vmquam consul senatum ipsius decretis parêre prohibuit?quis tyrannus miseros lugere vetuit? Parúmne est,Piso,vt omittam Gabinium, quòd tantũ homines fefellisti,vt negligeres auctoritatem senatus?optimi cuiusque consilia conténeres?remp.proderes?consulare nomen affligeres?[x] etiámne edicere audeas, ne mærerent homines meam,suam,reip.calamitatẽ?[y] néue hunc suum dolorem [z] veste mutata significarent?siue illa vestis mutatio ad luctum ipsorum, siue ad deprecandũ valebat,quis vmquam tam crudelis fuit,qui prohiberet quẽquã aut sibi mærere,aut ceteris supplicare? ‖ Quid?sua sponte homines 33 in amicorum periculis vestitum mutare non solent?pro te ipso,Piso,nemóne mutauit? ne isti quidem,quos legatos non modò nullo senatusconsulto,sed etiã repugnante senatu, tute ibi [a] legasti? Ergo hominis desperati, & proditoris reip.casum lugebũt fortasse qui volẽt:ciuis florentissimi beneuolentia bonorum,& optimè de salute patriæ meriti,periculũ coniunctum cum periculo ciuitatis, lugere senatui non licebit? Iidem consules,si appellandi sunt cõsules quos nemo est,qui nõ modò ex memoria,sed etiã ex fastis euellendos non putet, pacto iam fœdere prouinciarum, producti in circo Flaminio in contionem ab illa furia,ac peste patriæ,maximo cum gemitu vestro,illa omnia, quæ tum contra me,[b] contraque remp.fiebant, voce ac sentẽtia sua [c] comprobauerunt.‖ Iisdem consulibus se- 34 dentibus,atque inspectantibus lata lex est, ne auspicia valerent,ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet:[14] [d] vt omnibus festis diebus legem

u L.de mea salute decreuisset:

x for.etiãne edicere audebas,

y L.ne hũc

z L.veste significarent?

a v.c. legisti?

b L.cõtráque remp agebat, al. tum contra me,tũ contra remp. dixerat,

c L.cõprobarunt.

d L.vt omnib. fastis diebus leg.

legẽ ferri liceret:vt lex Ælia,[e] lex Fufia ne va-
lerec.qua vna rogatione,quis eſt,qui nõ intelli-
gat,vniuerſam remp.eſſe deletã? Iiſdẽ conſuli-
bus inſpectantibus,ſeruorũ[f] delectus habebatur
pro tribunali Aurelio,nomine collegiorũ,cùm
vicatim homines conſcriberentur,decuriarẽtur:
ad vim,ad manus,ad cędem,ad direptionẽ inci-
tarentur Iiſdẽ coss.arma in templũ Caſtoris pa-
làm cõportabantur,gradus eiuſdem templi tol
lebantur:armati homines forum, & conciones
tenebãt:cædes,lapidationẽſque fiebant : nullus
erat ſenatus,nihil reliqui magiſtratus:vnus om-
nẽ omnium poteſtatẽ armis,& latrociniis poſſi-
debat,non aliqua vi ſua,[15] ſed cùm [g] duos con-
ſules à rep.prouinciarũ [h] fœdere retraxiſſet,in-
ſultabat,dominabatur:aliis pollicebatur:terro-
re,ac metu multos,pluręis etiã ſpe, & promiſſis
35 tenebat. || Quæ * cùm eſſent eiuſmodi, iudices,
cùm ſenatus duces nullos,ac pro ducibus pro-
ditores,aut potiùs apertos hoſteis haberet : e-
queſter ordo reus à cõſulibus citaretur: Italiæ
totius auctoritas repudiaretur : alij nominatim
relegarẽtur, alij metu,ac periculo terrerẽtur:ar
ma eſſent in tẽplis,armati in foro:eáque nõ ſi-
lentio cõſulũ diſſimularentur,ſed & voce,& ſẽ-
tentia cõprobarentur:cùm omnes vrbẽ [i] nondũ
exciſam,& euerſam,ſed iã captã,atque oppreſsã
videremus:tamẽ his tãtis malis,tanto bonorum
ſtudio,iudices,reſtitiſſemus.Sed me alij metus,
36 atq; aliæ curæ,ſuſpicionẽſq; mouerũt.|| Exponã
enim hodierno die,iudices,omnẽ rationẽ facti,
& conſilij mei : neque huic veſtro tanto ſtudio
audiẽdi,neq; verò huic tãtæ multitudini,quãta,
mea memoria,nũquã vllo in iudicio fuit,deero.
nã,ſi ego in cauſa tã bona,tanto ſtudio ſenatus,
conſenſu tam incredibili bonorũ omnium, tam
parato,tota denique Italia ad omnẽ cõtentionẽ
expedita,ceſſi tribuni pl.deſpicatiſſimi hominis
furori,contẽtiſſimorum conſulũ leuitatẽ, auda-

e L.lex Fuſia.Lex Aelia Fuſia cauebat vt p ces dies q. bus cũ populo agi licebat , de cęlo ſeruaretur.

f L. dilectus h.

g L.duo cõ ſules

h v.c.fœdera retraxiſſent, & ita L.

* DIGRESSIO de ſuo ex vrbe diſceſſu.

i L.nondũ exſciſſam,

ciámque pertimui: nimiùm me timidū, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor. Quid e- 37
* Numidicū intelligit. nim simile fuit in* Q. Metello? cuius causam etsi omnes boni probabant, tamen neque senatus publicè, neque vllus ordo propriè, neque suis decretis Italia tota susceperat. ad suam enim [k]
k L. quandā magis ille magis quandā ille gloriā,[16] quàm ad perspicuā
* legem Apuleiam intelligit. salutē reip. spectarat, cùm vnus in* legē per vim latā iurare noluerat: denique videbatur ea cōdicione tā fortis fuisse, vt cū patriæ caritate cōstā
l al. res ei tiæ gloriā cōmutaret Erat autem: ei [l] res cū exercitu C. Marij inuicto: habebat inimicum C. Marium, conseruatorē patriæ, sextū iam illum consulatum gerentē: res erat cum L. Saturnino iterū tribuno pleb. vigilante homine, & in causa populari si non moderatè, at certè populariter, ab-
* al. cessit, tamē nihil tergiuersatus, victus stinentérque versato.* cessit, ne aut victus à fortibus viris, cū dedecore caderet: aut victor, multis, & fortibus ciuibus rēp. orbaret. || Meā causam 38
senatus palā, equester ordo acerrimè, cūcta Italia publicè, omnes boni propriè, enixéque susceperāt, eas res gesserā, quarum, nō vnus auctor, sed dux omnium voluntatis fuissem, quæque nō modò ad singularē meā gloriam, sed ad salutē communē omnium ciuiū, & propè gētium pertinerent: ea condicione gesserā, vt meum factū semper omnes præstare, tuerique deberent. Erat autē mihi contētio non cū victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiēdā vrbē concitatis, habebā inimicum non C. Mariū terrorē
m v. c. importuna pr. hostium, spē, subsidiúmque patriæ: sed duo [m] importuna prodigia, quos egestas, quos æris alienī magnitudo, quos leuitas, quos improbitas trib. pl. constrictos addixerat. || Nec mihi res erat cū 39
Saturnino, qui, quòd à se, quæstore Ostiensi, per ignominiam, ad principem & senatus, & ciuitatis, M. Scaurum, rē frumētariā translatā sciebat,
n L. locupletium sc. dolorem suum magna contētione animi persequebatur: sed cum scurrarum locupletum scorto,

to,cum sororis adultero,cũ stuprorũ sacerdote, cum venefico,cum testamentario, cum sicario, cum latrone,quos homines, si id, quod facilè factũ fuit,& quod fieri debuit, quódque à me optimi,& fortissimi ciues flagitabant,vi, armisque superassem,non verebar,ne quis aut vim vi repulsam reprehenderet,aut perditorum ciuiũ, vel potiùs domesticorum hostium mortẽ mæreret:sed me illa mouerũt:omnibus in concionibus illa furia clamabat,se,quæ faceret cõtra salutem meã,facere auctore Cn.Pompeio,clarissimo viro,mihique & nunc, & quoad licuit,amicissimo.M.Crassus,[o] quócum mihi erant omnes amicitiæ necessitudines, vir fortissimus ab eadẽ illa peste infestissimus esse meis fortunis prædicabatur.C.Cæsar,qui à me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus esse meæ saluti ab eodẽ quotidianis contionibus dicebatur.

40 His se tribus auctoribus in consiliis capiẽdis,adiutoribus in re gerẽda,esse vsurũ dicebat. ex quibus vnũ,habere exercitum[p] in Italia maximum:[q] duos, qui priuati tum essent,& præesse,& putare,si vellent, exercitum posse: idque facturos esse dicebat.nec mihi ille iudiciũ populi,*nec legitimã aliquam contentionem,nec disceptationem,aut causæ dictionem, sed vim, arma,exercitus, imperatorem, castra denuntiabat.[r] Quid ergo?inimici oratio,vana præsertim, tam improbè in clarissimos viros coniecta me mouit?Me verò non mouit illius oratio,sed eorum taciturnitas,in quos illa oratio tã improba conferebatur: qui tum, quamquam ob [t] aliam causam tacebant, tamen hominibus,omnia timentibus,tacendo loqui,non inficiando confiteri videbantur.illi autem, aliquo tum timore perterriti,quòd acta illa,atque omneis res [u] superioris anni labefactari à prætoribus,infirmari à senatu, [x] atque principibus ciuitatis putabant,tribunum popularem à se [y] alienare no-

o al. quicũ
p l. maximum in Italia:
q L. duo, & ita v.c.
* nota voces iudiciarias.
r al. Quid? ergo inim.
s L. non illius oratio, sed eorum taciturnitas mouit, in q.
t L. alias causas & ita v.c.
v v.c. anni superioris lab. & ita L:
x L. atque à princip. & ita v.c.
y al. alienari.

lebant suáque sibi propiora pericula esse quàm
mea, loquebantur. || Sed tamē & Crassus à cōsu- 41
libus meam causam suscipiendā esse dicebat, & eorum fidem Pompeius implorabat, neque se priuatim [z] causæ publicæ susceptæ defuturum esse dicebat, quē virum studiosum mei, cupidissimum reip. conseruandæ, [a] domi meæ certi homines ad eam rē compositi monuerunt, vt esset cautior: eiusque vitæ à me insidias [18] apud * me domi positas esse dixerunt: atque hanc ei suspicionem alij literis mittendis, alij nuntiis, alij coràm ipsi excitauerunt, vt ille, cùm à me certè nihil timeret, ab illis ne quid meo nomine moliretur, sibi cauendū putaret. Ipse autem Cæsar, [b] quem maximè ignari homines veritatis, mihi esse iratum putabant, erat ad portas, erat cū imperio: erat in Italia eius exercitus, [c] inque eo exercitu ipsius tribuni pleb. inimici mei fratrem
præfecerat. || Hæc * ego cū viderem (neque enim 42
erant occulta) senatū, sine quo ciuitas stare non posset, omnino de ciuitate esse sublatum: consules, [d] qui publici consilij duces esse deberent, perfecisse, vt per ipsos [e] publicum consiliū funditus tolleretur: eos, qui plurimū possēt, opponi omnibus cōtionibus falsò, sed formidolosè tamē, auctores ad perniciem meam: contiones haberi quotidie cōtra me, vocē pro me ac pro rep. neminem mittere: in tanta signa legionum existimari ceruicibus, ac bonis vestris, falsò, sed putari tamen; coniuratorum [f] copias veteres, & effusam illam, ac superatam Catilinæ manum importunā, nouo duce, & insperata commutatio-
ne rerum, esse renouatam. || hæc cùm viderem, 43
quid agerem, iudices? scio enim, tum non mihi vestrum studium, sed meum propè vestro defuisse. contenderem contra tribunum pleb. [19] * priuatus armis? vicissent improbos boni, fortes inerteis: interfectus esset is qui hac vna medicina sola potuit à reip. peste depelli. Quid deinde?

[20] * quid

z v.c. publicè susceptæ causæ def. & ita L.
a fort. domi suæ
* apud me positas
b L. quem maximè ignari veritatis homines &c. v. c. quem maximè homines ignari veritatis,
c L. eique exercitui ipsius trib. & ita v. c.
* Demosthenis περὶ στεφάνου, ταῦτα δὲ ὑμῶν ὁ φιλίππος. οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ.
d v. c. qui duces publici consilii esse d.
e al. consilium publicum
f L. veteres copias,
* al. priuatis.

[10]*quid reliquiarum restaret?quid deniq; ? erat
dubiũ,quin ille sanguis tribunitius, nullo præ-
sertim publico consilio profusus, cõsules vlto-
res, & defensores esset habiturus ? cùm quidem
in contione dixisset, aut mihi semel pereũdum,
aut bis esse vincendum. Quid erat bis vincere?
Id profectò, vt, cùm amentissimo tribuno pleb.
cùm decertassem,cum consulibus,ceterisque e-
44 ius vltoribus dimicarem.|| Ego verò,si mihi vni
pereundum fuisset , ac non accipienda [21] plaga
[g]mihi insanabilis,illi mortifera , quam rei. im-
posuissem:semel perire[h] tamẽ,iudices,maluisse,
quàm bis vincere.Erat enim illa altera eiusmo-
di cõtentio, vt neq; victi, neque victores remp.
tenere possemus.Quid,si in prima contentione,
vi tribunitia victus,in foro, cũ multis bonis vi-
ris concidissem ? Senatum consules, credo, vo-
cassent,quem totum de ciuitate delerant:ad ar-
ma vocarent,qui ne vastitu quidem defendi rẽ
publicam siuissent:à tribuno pleb. post interitũ
meum dissedissent, qui eandem horam meæ pe-
45 stis , & suorum præmiorum esse voluissent.|| V-
num enim mihi restabat illud,quod forsitan nõ
nemo vir fortis,& acris animi, magnique dixe-
rit:restitisses,repugnasses, mortem pugnans op-
petisses.De quo te,te,inquam,patria,[i]obtestor,
& vos penates,patriique dij,me [22] vestrarũ[k] se-
dium,templorúmque causa,me propter salutem
meorum ciuium , quæ mihi semper fuit mea ca-
rior vita,dimicationem, cædémque fugisse. Et-
enim, si mihi in aliqua naue cum meis amicis
nauigant , hoc , iudices, accidisset, vt multi
ex multis locis prædones classibus eam nauem
se oppressuros minitarentur, nisi me vnum sibi
dedissent:si id vectores negarent , ac mecum si-
mul introire , quàm me tradere hostibus mal-
lent : [l] iecissem me ipse potiùs in profun-
dum , vt ceteros conseruarem , quàm illos mei
tam cupidos non modò ad certam mortem , sed

*al.reliqua ita staret? al. qui reliqua starẽt?

g L. mihi sanabilis, illis mortifera, qui eã imposuissent:

h vox, tamen, abest à libris veteribus.

i L. testor, & ita v.c.

k L.sedum,

l L.iecissem ipse me por.

in magnum vitæ discrimen adducerem.‖ Cũ verò in hanc reipublicę nauem, ereptis senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum, ac discordiarum, armatæ tot classes, nisi ego vnus deditus essem, incursuræ viderentur: cùm proscriptio, cædes, direptio denuntiarentur: cùm alij me suspicione periculi sui non defenderent, alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuiderent, alij obstare sibi me arbitrarentur, alij vlcisci [m] dolorem suum aliquem vellent, alij rem ipsam publicam, atque hũc bonorum statũ otiumq; odissent, & ob hasce causas, tot, támque varias, me vnum deposcerẽt depugnarem potiùs cum summo, nõ dicam exitio, sed periculo certè vestro, liberorúmque vestrorum, quàm non id, quod omnibus impendebat, vnus pro omnibus susciperem, ac subirem?‖ Victi essent improbi. At ciues: [n] 23 at ab eo priuato, qui [o] sine armis remp. etiam consul conseruarat. sin victi essent boni: [p] quid superesset? non ad seruos videtis [q] remp. venturam fuisse? An mihi ipsi, vt quidam putant, fuit mors æquo animo oppetenda? quid? tum mortémne fugiebam? an erat res vlla, quam mihi magis optandam putarem? [r] aut ego illas restantas, in tanta improborum multitudine cùm gerebam, non mihi mors, non exsilium ob oculos versabantur? non hæc denique à me tum, tanquam fata, in ipsa re gerẽda concinebãtur? an erat mihi in tanto luctu meorũ tãta disiũctione, tãta acerbitate, tãta spoliatione omnium rerũ, quas mihi aut natura, aut fortuna dederat, vita retinẽda? tã erã rudis? tã ignarus rerũ? tã expers consilij, aut ingenij? nihil audieram? nihil videram? nihil ipse legendo, quærendóque cognoueram? nesciebam *vitæ breuem esse cursum, gloriæ sempiternum*? cùm esset omnibus definita mors, optandum esse, vt vita, quæ necessitati deberetur, patriæ potiùs donata, quàm reseruata naturæ videretur? nesciebam,

46

47

m L. dolorem aliquẽ suum

n L. at ab eo armato priuato, q.

o L. sine armis etiam remp. consul cons.

p L. qui superessent?

q L. rem

r L. aut cũ illas res tãtas in tanta improb. multis. gerebam, &c.

s L. canebãtur? & ita v.c.

bam, inter ſapientiſſimos homines hanc contentionem fuiſſe, vt alij dicerent animos hominum, ſenſúſque morte reſtingui, alij autem tum maximè menteis [t] ſapientum, ac fortium virorum, cùm è corpore exceſſiſſent, ſentire, ac vigere? quorum alterum, fugiendum non eſſe, carere ſenſu? alterum etiam optandum, meliore eſſe ſenſu. ||

48 denique, cùm omnia ſemper ad dignitatem retuliſſem, nec ſine ea quidquam expetendum eſſe homini in vita putaſſem, mortem, quam etiã virgines Athenis, regis, opinor, * Erechthei filiæ, pro patria contempſiſſe dicuntur, ego vir conſularis, tantis rebus geſtis, timerem? præſertim cùm eius eſſem ciuitatis, ex qua Q. * Mucius ſolus in caſtra Porſenæ veniſſet, eúmque interficere propoſita ſibi morte, conatus eſſet? ex qua * P. Decius primùm pater, poſt aliquot annos patria virtute præditus filius, ſe, ac vitam ſuam, inſtructa acie, pro ſalute populi Rom. Victoriáq; deuouiſſet? ex qua innumerabiles alij partim adipiſcendæ laudis, partim vitandæ turpitudinis cauſa, mortem in variis bellis, æquiſſimis animis, oppetiſſent? in qua ciuitate ipſe meminiſſem, patrem huius M. Craſſi, fortiſſimum virum, ne videret victorem viuus inimicum, eadem ſibi manu vitam exhauſiſſe, [u] qua mortem ſæpe hoſtibus obtuliſſet? ||

49 Hæc ego, & multa alia cogitans, hoc videbam, ſi cauſam publicam mea mors peremiſſet: neminem vmquã fore, qui auderet ſuſcipere contra improbos [x] ciueis rei. ſalutem. Itaque non ſolùm ſi vi interiſſem, ſed etiam ſi morbo exſtinctus eſſem, fore putabam, vt exemplũ reip. conſeruandæ mecum ſimul interiret.[z] + Quis enim vmquam, me à ſenatu populóque Ro. tanto [y] bonorum omnium ſtudio, non reſtituto (quod certè ſi eſſem interfectus: [z] accidere non potuiſſet) vllam reip. partem cum ſua minima inuidia auderet attingere? Seruaui igitur remp. diſceſſu meo, iudices:

t v.c. ſapiẽtium,

* vide Pauſan. in Atticis, & Suidam.

* Vide Liuium l. 2. & 3. Dionyſ. l 5. Plut. 4. paral. Plin. l. 8. c. 2.

* Vide Liu. l. 8. Plin. lib. 14. c. 5. de viris illuſt.

v al. qua manu mor.

x v.c. ciuis

y L. omniũ bonorum ſt. & ita v. c. al. ſtudio reſtituto omnia pro Rep. pericula adire dubitabit, al. reſtituto omnia adire pericula pro repub. dubitabit, quod certè, ſi eſſem interfectus, numquam accidere potuiſſet, vt illam

z L. numquam accidere potuiſſet,

ces:cædem à vobis,liberiſque veſtris : vaſtitatē,
incendia, rapinas,meo dolore,luctuque depuli:
& vnus remp. bis ſeruaui , ſemel gloria, iterum
ærumna mea,neq;enim in hoc me hominem eſ-
ſe inficiabor vnquam,vt me optimo fratre, ca-
riſſimis liberis,fideliſſima coniuge, veſtro con-
ſpectu,patria,hoc honoris gradu,ſine dolore ca-
ruiſſe glorier.quod ſi feciſſem,quod à me bene-
ficium haberetis, cū pro vobis ea, quæ mihi eſ-
ſent vilia,reliquiſsē?hoc,meo quidē animo, ſū-
mi in patriā amoris mei ſignū eſſe debet certiſ-
ſimū,quòd,cū abeſſe[a] ab ea ſine ſūmo dolore nō
poſſem,hunc me perpeti,quàm illam labefactari
ab improbis,malui.|| Memineram,iudices,diuinū 50
illum virū,atque ex iiſdem,quibus nos,radicib.
natum,ad ſalutem[b] imperij huius,C.Marium,ſū-
ma ſenectute,[c] cùm vim propè iuſtorū armorum
profugiſſet, primò ſenile corpus paludibus oc-
cultaſſe demerſum:deinde[25] ad infirmorum , ac
tenuiſſimorum hominū [d] Minturnis miſericor-
diā confugiſſe:inde nauigio perparuo,cùm om-
neis portus,terráſque fugeret,in oras Africæ de-
ſertiſſimas perueniſſe.Atque ille vitam ſuam,ne
inultus eſſet,[26][e] ad incertiſſimā ſpē, & ad reip.
ſtatum reſeruauit:ego,qui (quemadmodū multi
in ſenatu,me abſente,dixerunt) periculo reip.vi
uebā, quiq; ob eam cauſam conſularibus literis
de ſenatus ſententia exteris nationibus cōmen-
dabar,nónne,ſi meam vitam deſeruiſſem, remp.
perdidiſſem?in quo quidem nunc, me reſtituto,
viuit mecum ſimul [27] exemplum fidei publi-
cæ , exemplum reip. defendendæ. quod ſi im-
mortale retinetur , quis non intelligit , im-
mortalem hanc ciuitatem futuram ? || Nam
externa bella regum,gentium,nationum, iāpri-
dem ita exſtincta ſunt,vt præclarè cum iis aga- 51
mus,quos pacatos eſſe patiamur. deniq; ex bel-
lica victoria non ferè quemquam eſt inuidia ci-

a L. ab ea non poſſū ſine ſummo dol.
b v. c. huius imperij, & ita L.
c L. cū propter vim iuſt. al. cùm vim propè iuſt.
d L. Minturnenſium miſ.
e L. ad incertiſſimā ſpem reip. recuperandæ reſeru. al. exemplum fidei publicæ, al. exemplum reip. defendendæ, al. exemplum publicæ defendendæ,

uium consecuta:domesticis malis, & audacium ciuium consiliis sæpe est resistendum: eorúmq; periculorũ est in rep.retinenda medicina: quam omnem,iudices, perdidissetis, si meo interitu senatui populóq; Romano doloris sui de me declarandi potestas esset erepta. Quare moneo vos,adolescentes,atque hoc meo iure pręcipio qui dignitatem, qui rempublicam, qui gloriam spectatis:ne,si qua vos aliquando necessitas ad rempublicam contra improbos ciueis defendẽdã vocabit,segniores sitis, & recordatione mei
52 casus à consiliis fortibus refugiatis. || Primùm, non est periculum,[2f] ne qui vmquam sint in ciuitate eiusmodi consules, præsertim si erit his id,quod debetur,persolutum.deinde numquam iam,vt spero,quisquã improbus, consilio,& auxilio bonorum se oppugnare rempublicã dicet, illis tacentibus:nec armati exercitus terrorem opponet,togatis: neque erit iusta causa ad portas sedenti imperatori,quare[g] terrorẽ suũ falsò iactari,opponiq; patiatur. numquã enim erit tã oppressus senatus,vt ei ne supplicãdi quidẽ, ac lugẽdi sit potestas:tam captus equester ordo,vt equites Romani à consule relegentur.Quæ cùm omnia,atq; etiã multò alia maiora,quæ consultò prætereo, accidissent, videtis me tamen[h] in pristinam meã dignitatẽ,[i] breui tẽpore doloris
53 interiecto,reipublicę voce esse reuocatum.||Sed, vt reuertar ad illud, quod mihi in hac omni est oratione propositum,omnibus malis illo anno, scelere cõsulum,rẽpublicã esse confectam: primùm illo ipso die,qui mihi funestus fuit,omnibus bonis luctuosus, cùm ego me è complexu patriæ, conspectuq; vestro eripuissem, & metu[k] periculi vestri, non mei, furori hominis sceleri,perfidiæ,telis minisque cessissem, patriámque,quæ mihi erat carissima, propter ipsius patriæ caritatẽ reliquisse:[l] cùm meum illum casũ tã horribilẽ,tã grauem,tã repentinũ,non solùm homi

f L. ne ciuitas vmquã incidat in eiusmodi cons.

g v.c.suum terrorem

h L.in meã pristinam dign. & ita v.c.

i L. breui dolore interiecto, v.c.breui tẽpore doloris inter. for. breuis temporis dolore int.

k L. vestri periculi,nõ

l L. cũ illũ meum.cas. & ita v.c.

homines [m] sed tecta vrbis, ac templa lugerent: nemo vestrûm forum, nemo curiam, nemo lucem adspicere vellet: illo, inquam, ipso die, die dico? immò hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi, reiq; publ. pernicies: Gabinio, & Pisoni prouincia rogata est.|| Prò dij immortales, 54
custodes, & conseruatores huius vrbis, atq; imperij! quænam illa in republica monstra, quæ scelera vidistis? ciuis erat expulsus, is, qui remp. ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat, & expulsus non alio aliquo, sed eo ipso crimine. erat autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, seruitio denique concitato, lex erat lata, vastato, ac relicto foro, & sicariis, seruisq; tradito, & ea lex, quæ vt ne ferretur, senatus fuerat veste mutata. Hac tāta perturbatione ciuitatis, ne noctē quidē cōsules[2] [p] inter meū discrimen, [n] & eorum prædam interesse passi sunt: statim, me perculso, ad meū sanguinē hauriendū, & spirante etiā rep. ad eius spolia detrahenda [o] aduolauerunt. omitto gratulationes, epulas, partitionem ærarij, beneficia, spē, promissa, prædam, lętitiam paucorū, in luctu omniū. vexabatur vxor mea: liberi ad necē quærebantur: [p] gener, & Piso gener, à Pisonis consulis pedib. supplex reiiciebatur, bona diripiebātur, eáq; ad cōsules deferebātur: domus ardebat in Palatio: cōsules epulabātur. Quòd si meis incōmodis lętabātur, vrbis tamē periculo cōmouerētur.||Sed, 55
*vt à mea causa iā recedā, reliquas illius anni pesteis recordemini. sic enim facillimè perspicietis, quātā vim omniū remediorū à magistratib. proximis resp. desiderarit. [q] legū multitudinē, cū earum, quæ latæ sunt, [3] [o] cū verò, quæ promulgatæ fuerunt, dicā? nā latæ quidē sunt consulibus illis tacentibus, immò verò approbātib. etiā, vt censoria [r] notatio, & grauissimū iudiciū sanctissimi magistratus de rep. tolleretur: vt collegia nō modò illa vetera contra S.C. restituerentur, sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua cō-

m L. sed etiam tecta vrb. & ita v.c.

n L. & suā præd. & ita v.c.

o fort. aduolarunt.

p L. Pis. gener, à

*Consulum duorum scelera, & de eorum legibus sceleratis, de iniuria, in regem, Ptolemæum.

q L. legum multitudinem tum earum, c. l. s. t. v. c. promulg.! fuerunt, nam latæ q. s. cons. ill. tacentibus dicam? immò verò etiam approbantib. vt cons. not. & ita v.c.

r v.c. notio,

ſcriberentur:vt,remiſſis ſemiſſibus,& trientib⁹, quincta propè pars vectigaliũ tolleretur:vt Gabinio pro illa ſua Cilicia,quã ſibi,ſi rempublicã prodidiſſet,pactus erat,Syria daretur: vt vni heluoni bis de eadem re deliberandi,&c,31*rogata lege, poteſtas fieret prouinciæ commutandæ. * al.rogata lege fieret
56 ||Mitto eam legem,omnia, quæ omnia iura religionum,auſpiciorum,poteſtatum,omneis leges, quæ ſunt de iure, & de tempore legum rogandarum,vna rogatione deleuit:mitto omnem domeſticam labem: etiam exteras nationes illius anni furore conquaſſatas videbamus. lege tribunitia Matris magnę Peſſinũtius ille ſacerdos, expulſus,& ſpoliatus ſacerdotio eſt, fanumq́ue ſanctiſſimarum, atque antiquiſſimarum religionum venditum pecunia grandi, Brogitaro, impuro homini,atque indigno illa religione:præſertim [s] cùm ea ſibi ille non colendi,ſed violãdi cauſa appetiſſet: appellari reges à populo, qui id numquam ne è ſenatu quidem poſtulaſſent:[t] reducti exſules Byzantium 32 condemnati tum, cùm indemnati ciues è ciuitate eiiciebantur. s L. cùm eam t L. reducti exſules, Byzantij condemnati,tũ cum,&c.
57 ||Rex Ptolemæus,qui ſi nõdum erat ipſe à ſenatu ſocius appellatus, erat tamen frater eius regis,qui cùm eſſet in eadem cauſa,iam erat à ſenatu honorem iſtum conſecutus: erat eodem genere,iiſdémque maioribus,eadem vetuſtate ſocietatis:denique erat rex,ſi nondũ ſocius,at non hoſtis:pacatus,quietus,fretus imperio populi Romani regno paterno, atque auito: regali otio perfruebatur.de hoc nihil cogitante,nihil ſuſpicãte, eiſdem operis ſuffragium ferentibus,eſt rogatum,vt ſedens,cum purpura, & ſceptro, & illis inſignibus, regiis, præconi publico ſubiiceretur:& imperante populo Romano, qui etiam bello victis regibus regna reddere conſueuit, rex amicus, nulla iniuria commemorata, nullis repetitis rebus, cum bo-
58 nis omnibus publicaretur. || Multa acerba
multa

multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus: tamen illi sceleri, quod in me illorum[u] immanitas edidit haud scio, an rectè hoc proximũ esse dicam. Antiochum illũ [x] magnum, maiores nostri magna belli contentione, terra, marique superatum, *intra montem Taurum regnare iusserunt: [y] Asiam, qua illum multarunt, Attalo, vt is regnaret in ea, condonauerunt. Cum Armeniorum rege, Tigrane, [z] graue bellum, diuturnúmq; gessimus, cùm ille iniuriis in socios nostros inferendis, bello propè nos lacessisset. hic & ipse per se vehemens fuit, & acerrimum hostem huius imperij Mithridatem, pulsum Põto, opibus suis, regnóque defendit: & à Lucullo, summo viro, atq; imperatore, pulsus, animo tamèn hostili cum reliquis copiis suis in pristina mente mansit. hunc Cn. Pompeius, cùm in suis castris supplicem, abiectúmque vidisset, erexit, atque33insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat. reposuit, &, [a] imperatis certis rebus, regnare iussit: nec minùs & sibi, & huic imperio gloriosum putauit, constitutum à se regem, quã constrictum videri.34|| [b] Tulit, gessit, qui & ipse 59
hostis fuit populi Romani, & acerrimum hostẽ in regnum recepit: qui cõflixit, qui signa contulit, qui de imperio pænè certauit, regnat hodie, & amicitiæ nomen, ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecutus. Ille Cypri[9] miser, [c] qui semper socius, semper amicus fuit: de quo nulla vmquã suspicio durior aut ad senatum, aut ad imperatores nostros allata est: viuus (vt aiunt) est, & videns, cum victu, ac vestitu suo publicatus. En, cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, cùm hoc illius funesti anni perdito exemplo videant, per tribunum aliquem, & sexcentas operas, se fortunis spoliari, & regno omni posse nudari.||At etiam 60
eo negotio M. Catonis splendorẽ maculare voluerunt, ignari, quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus

u v. c. in manitas
x L. Magnum,
* vide Gel. li. 12. c. 13.
y al. Asiam Attalo, qua illum multarant, vt is reg.
z L. graue bellũ, per diuturnumque gess.
a L. certis rebus imperatis, &c. & ita v. c.
b L. Tigranes igitur, qui & ipse Pant. Albanus rex
c v. c. qui semper amicus, semper socius fuit.

valeret: quæ in tempestate sæua, quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atq; hæret in patria, splendetque per se semper, neq; alienis vmquam sordibus obsolescit. Non illi ornandum M. Catonem, sed religandum: nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putauerunt: qui in contione palàm dixerint, linguam se euellisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset. Sentient, vt spero, breui tempore, manere libertatem illam: atque hoc etiam, si fieri poterit, esse maiorem, quòd cum consulibus illis M. Cato, etiam cùm iam desperasset aliquid auctoritate sua[d] proficere posse, tamen voce ipsa, ac dolore pugnauit, & post meum discessum, iis Pisonem verbis, flens meum, & reipublicæ casum, vexauit, vt illum hominem perditissimum, atq; impudentissimum pænè iam prouinciæ pœniteret. d L. profici posse, & ita v.c.

61 || Cur igitur rogationi paruit? Quasi verò ille non in alias quoque leges, quas iniustè rogatas putaret, iam antè iurarit. non offert se ille istis temeritatibus, vt, cùm reipublicæ nihil prosit, se ciue rempublicam priuet. * Consule me, cùm esset designatus tribunus plebis, obtulit in discrimẽ vitã suam: dixit eam sententiam, cuius inuidiam capitis periculo sibi præstandam videbat: dixit vehementer: egit acriter: ea, quæ sẽsit, præ se tulit: dux, auctor, actor rerum illarum fuit: [e] non quo periculum suum non viderit: sed in tanta reipublicæ tempestate nihil sibi, nisi de patriæ periculis cogitandum putabat. Cõsecutus est ipsius tribunatus. *vide Plut. in Catone. Vell. I. e al. non quòd

62 || Quid ego de singulari magnitudine animi ei⁹, ac de incredibili virtute dicam? meministis[f] illũ diem, cũ, templo à collega occupato, nobis omnibus de vita eius viri, & ciuis timentibus, ipse animo fortissimo venit in templum, & clamorem hominum, auctoritate: impetum improborum, virtute sedauit. Adiit tum periculum, sed adiit ob causam: f L. diem illum, & ita v.c.

causam, quæ quanta fuerit, iam mihi dicere non est necesse. At, si isti Cypriæ rogationi sceleratissimæ non paruisset: hæreret illa nihilominus in republica turpitudo. Regno enim iam publicato, de ipso Catone erat nominatim rogatum. quod ille si repudiasset, dubitatis, quin ei vis esset allata, cùm omnia acta illius anni [g] per illum vnum labefactari viderentur? || Atque etiam hoc 63
videbat: quoniã illa in republica macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere, quod ex malis boni possit [h] in republica prouenire, id vtilius esse per se conseruari, quàm per alios. Atque ille etiam si alia quapiam vi expelleretur illis tẽporibus ex hac vrbe, facilè pateretur, etenim, qui superiore anno senatu caruisset, quò si tũ veniret, me tamen socium suorum in republica consiliorum videre posset: is æquo animo tum, me expulso, & meo nomine cùm vniuerso senatu, tũ sententia sua condemnata, in hac vrbe esse posset? Ille verò eidem tempori, cui nos, 35 eidẽ furori, eisdem consulibus, eisdẽ minis, insidiis, periculis cessit. luctum nos hausimus maiorẽ, dolorem ille animi non minorem.
|| His de tot, tantisque iniuriis in socios, in re- 64
ges, [i] in liberas ciuitates, consulum querela esse debuit. in eius magistratus tutela, reges, atque exteræ nationes semper fuerunt. [k] ecquæ vox vmquã est audita consulũ? quãquam quis auderet, si maximè queri vellet? de Cyprio rege quererentur, qui me ciuem nullo meo crimine, patriæ nomine laborantẽ, non modò stantẽ nõ defenderunt, sed ne iacentem quidẽ protexerunt? Cesseram, si alienã à me plebẽ fuisse vultis, quæ non fuit, inuidiæ: si cõmoueri omnia videbãtur, tẽpori: si vis suberat, armis: si societas, magistratuũ pactioni: si periculũ ciuiũ, reipublicę. || Cur, 65
cùm de capite ciuis (non disputo, cuiusmodi ciuis) & de bonis, proscriptio ferretur, cùm & * sacratis legibus, * & XII. tabulis sancitum esset,

g L. per vnum illum lab. & ita v.c.

h L. in rép. peruenire,

i v.c. in ciuitates liberas,

k al. ecqua

* leges sacratæ, pro libertate ciuium latæ.

* al. hac lege xiij. tabularum

l vt neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite: nisi comitiis cēturiatis, rogari, nulla vox est audita consulum? m constitutúq; illo anno est, quantum in illis duabus huius imperij pestibus fuit, iure posse per operas concitatas quem uis ciuem nominatim tribuni pl. consilio ex ci-
66 uitate exturbari? || Quæ verò promulgata illo anno n fuerūt promissa o multis, quæ conscripta, quæ sperata, quæ cogitata, quid dicam? qui loc9 orbis terræ iam non erat alicui destinatus? cuius negotij publici cogitari, optari, 36 p fingiq; procuratio potuit, quæ non esset attributa, atq; descripta? quod genus imperij, quæ prouincia, quæ ratio aut 37 auferendæ, aut conflandæ pecuniæ nō reperiebatur? quæ regio, oráue terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur? quis autē rex, qui illo anno nō aut emendū sibi, quod nō habebat, aut redimēdū, quod habebat, arbitraretur? quis prouinciā, quis pecuniā, quis legationē q ab senatu petebat? Damnatis de vi, restitutio consulatus, petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur. Hæc gemebant boni, sperabant improbi: agebat tribunus plebis, con-
67 sules adiuuabant. || Hic aliquando, seriùs, quàm ipse vellet, Cn. Pōpeius inuitissimis iis, qui mentē optimi, ac fortissimi viri, suis consiliis, r ac fictis terroribus à defensione meæ salutis auertebant, excitauit illam suam s non sopitam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem rei publicæ bene gerendæ. Non est passus ille vir, qui sceleratissimos ciueis, qui acerrimos hosteis, qui maximas nationes, qui reges, qui genteis feras, atque inauditas, qui prædonum infinitā manū, qui etiam seruitia virtute, victoriáq; demouisset: qui, omnibus bellis terra, marique compressis, imperium populi Romani, orbis terrarum terminis definisset, rempublicam euerti scelere paucorum: quam ipse non solùm consiliis, sed etiam sanguine suo sæpe seruasset.

l al. vt nēue priuil. irr. liceret, neue de ca.
m L. constitutúmque est illo anno, q
n L. fuerunt?
o L. multis quæ cōscripta? quæ sperata? quæ cogitata? q.
p L. fingi curatio potuit,
q L. è senatu & ita v. c.
r L. fictisque terr.
s v. c. non insolitam, sed

seruasset:accessit ad causam publicã:restitit au-
ctoritate sua,reliquis rebus : de præteritis que-
stus est.fieri quædam ad meliorem spem incli-
natio visa est.‖decreuit * senatus frequens de 68
meo reditu Kalendis Iun.dissentiente nullo , u
referente 38 L. Mummio cuius in mea causa nũ-
quã fides,virtusque contremuit. Intercessit 39
Ligus iste nescio qui,additamentũ inimicorum
meorum. res erat,& causa nostra eo iam loci,vt
erigere oculos & viuere videretur. Quisquis e-
rat,qui aliquã partem in meo luctu sceleris Clo
diani attigisset,quocumque venerat,quod iudi-
cium cũque subierat damnabatur.Inueniebatur
nemo,qui se suffragiũ de me tulisse confitere-
tur. decesserat ex Asia frater meus magno squa-
lore,sed multò etiam maiore mærore. huic ad
vrbem venienti tota obuiam ciuitas cũ lacry-
mis,gemitúque processerat:loquebatur liberiùs
senatus:concurrebant equites R.x Piso ille,ge-
ner meus,cui fructum pietatis suæ neque à me y
neque à populo R.ferre licuit,à propinquo suo
socerũ suũ flagitabat:omnia senatus reiiciebat,
nisi de me primũ cõsules retulissent.‖ Quæ cùm 69
res iam manibus teneretur:& cùm consules pro
uinciarũ pactione libertatẽ omnẽ perdidissent,
40 qui cũ in senatu z priuati,vt de me sentẽtias
dicerent,flagitabantur,legẽ illi se Clodiã time-
re dicebant.cũ hæc non possent iam diutius su-
stinere:initur cõsiliũ de interitu Cn.Põpeij quo
patefacto,ferróque deprehenso,ille inclusus do
mi tãdiu fuit,quãdiu inimicus meus in tribuna-
tu.De meo reditu octo tribuni promulgarunt.
ex quo intellectum est , a mihi absenti creuisse
amicos,in ea præsertim fortuna,in qua nonnul-
li etiã,quos esse putaueram nõ erã,sed eos volun-
tatẽ semper eãdẽ,libertatẽ nõ eandẽ semper ha-
buisse.vnũ ex nouẽ tribunis,quos tunc habuerã,
vnus,me absente, defluxit. qui cognomen sibi
ex Aeliorum imaginibus arripuit , * quo magis
natio

* Decretũ Ciceronis de reditu Ciceronis.
v L.referente L.Ninnio.
x al.Piso ille gener, cui fr.
y L.neque ex populo R al.neque ex me,neq; à populo R.
z L.priuatim.
a L non mihi absenti creuisse am.
* al.generis eius quã rationis videretur.

70 nationis eius esse, quã generis, videretur. || Hoc igitur anno, magistratibus nouis designatis, cũ omnes boni omnem spẽ melioris status in eorũ fidem conuertissent: princeps P. Lẽtulus auctoritate, ac sentẽtia sua, Pisone & Gabinio repugnantibus, causam suscepit, tribunisque pl. octo referentibus, præstantissimã de me sententiam dixit. qui cùm ad gloriam suam, atque ad amplissimi beneficij gratiã magis pertinere videret, causam illam integrã ad suum cõsulatum reseruari, tamen rem talem per alios citius, quã
71 per se tardiùs cõfici malebat. || Hoc interim tẽpore P. Sextius, iudices, designatus, iter ad C. Cæsarẽ pro mea salute suscepit. Quid egerit, quãtum profecerit, nihil ad causam. equidem existimo, si ille (vt arbitror) æquus nobis * fuerit, nihil ab hoc profectum: sin iratior, nõ multùm. sed tamen sedulitatem, atque integritatem hominis videtis. Ingredior iam in Sextij tribunatum nam hoc primùm iter designatus reipublicæ causa suscepit. pertinere & ad concordiam ciuium putauit, & ad perficiendi facultatem, animum Cæsaris à causa non abhorrere. Abiit ille annus, respirasse homines videbantur, nõdum re, [b] sed spe reipu. recuperandæ. exierunt malis omnibus, atque exsecrationibus duo vulturij paludati: quibus vtinã ipsis euenissent ea, quæ tum homines precabantur. neque nos in prouinciam Macedoniã cum exercitu, neque equitatum in Syria, & cohorteis optimas perdidissemus. || Ineunt magistratum tribuni pl. qui om-
72 nes se de me promulgaturos confirmarant. ex his princeps emitur ab inimicis meis, is, quẽ homines in luctu irridentes, Gracchum vocabant: quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa [c] ex vepretulis extracta nitedula remp. conaretur atrodere. Alter verò nõ ille Serranus ab aratro, 41 [d] sed ex deserto Gaui Oleli horreo, calathis grauis in Calatinos, ac Atilios insit⁹, subitò no-

* al. fuerat,

b L. sed spe rep. recuperata.

c al. ex vepreculis.

d L. sed ex deserto Gaij Oleli horreo, & calathis Gauiis, in Calatinos Atilios insitus, &c. vel sic, sed ex deserto Gauij Atilij horreo & Calatinos ac Latios.

minibus in tabulas relatis, nomen suum de tabula sustulit. Veniunt kalendæ Ianuarij. vos hæc melius scire potestis: equidem audita dico: quætũ frequentia senatus, quæ exspectatio populi, qui concursus legatorum ex Italia cuncta, quæ virtus, actio, grauitas, P. Lentuli consulis fuerit, quæ etiam collegæ eius moderatio de me: qui cùm inimicitias sibi mecũ ex reipu. dissentione susceptas esse dixisset, eas se patribus conscriptis dixit,[e] & temporibus,[42] & reip.[f] permissurũ. || Tum princeps rogatus sententiã L. Cotta dixit, id quod dignissimũ reip. fuit, nihil de me actũ esse iure, nihil more maiorum, nihil legib. non posse quemquã de ciuitate tolli sine iudicio: de capite non modò ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitiis cẽturiatis: vim fuisse illam flammã quassatæ reip. perturbatorũque temporum, iure, iudiciisque sublatis: magna rerũ[g] permutatione impendente, declinasse me paululùm, &, spe reliquæ tranquillitatis, præsenteis fluctus, tempestatẽque fugisse. Quare cũ absens remp. non minus magnis periculis, quàm quodam tẽpore præsens liberassem, non restitui me solũ, sed etiã ornari à senatu decere. Disputauit etiam multa prudenter, ita de me illũ amẽtissimũ, & profligatissimũ hostẽ pudoris, & pudicitiæ scripsisse[h] quæ scripserat, iis verbis, rebus, sententiis, vt etiã si iure esset rogatum, tamen vim habere non posset. quare me, qui nulla lege abessem, non restitui lege, sed reuocari senatus auctoritate oportere. || Hunc nemo erat, qui n verissimè sentire diceret: Sed post eum rogatus Cn. Põpeius, approbata, laudatáque Cottæ sententia, dixit, sese otij mei causa, vt omni populari concitatione defugerer, censere, vt ad senatus auctoritatẽ, populi quoque R. beneficiũ erga me adiungeretur.[i] Cùm omnes certatim, aliúsque alio grauiùs, atque ornatiùs de mea salute dixisset, fieretque sine vlla varietate discessio:

[e] L. & temporibus rei. permissurum. [f] al. remissurum.

[g] L. commutatione imper. al. perturbatione imp.

[h] L. quæ scripsisset, & ita v. c.

[i] L. Cùm omnes certatim, alius alio grauiùs, atque ornatiùs de mea salute dixissent. f.

73 74

cessio, surrexit, vt [k] sciatis, Atilius hic Gauianus: nec ausus est, cùm esset emtus, intercedere: noctem sibi ad deliberandũ postulauit. Clamor senatus, querelę, preces, socer ad pedes abiectus. Ille se affirmare postero die moram nullam esse facturũ. Creditum est: discessum est. Illi intereà deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est. Consecuti dies pauci omnino Ianuario mense, per quos senatum haberi liceret: sed
75 tamen actum nihil, nisi de me. Cùm omni mora, ludificatione [l] calumnia, senatus auctoritas impediretur: [m] venit tandem consilij de me agendi dies VIII. kalendas Feb. Princeps rogationis, vir mihi amicissimus, Q. Fabricius templum aliquando ante lucem occupauit. Quietus eo die Sextius, is, qui est de vi reus. actor hic, defensorque causæ meæ: nihil progreditur, consilia exspectat inimicorum meorũ. Quid illi, quorũ cõsilio P. Sextius in iudiciũ vocatur? quo se pacto gerunt? cùm forum, comitiũ, curiã multa de nocte armatis hominibus, ac seruis plerisque occupauissent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, vul-
76 nerant multos. Venientẽ in forum, virum optimum, & constantissimum M. Cispiũ, tribunũ pl. vi depellunt: cædem in foro maximã faciunt: 41 vniuersique, [n] districtis gladiis, & cruentis in omnibus fori partibus, fratrem meũ virũ optimum, fortissimum, meique amantissimum, oculis quærebant, voce poscebant? quorum ille telis libenter in tanto luctu, ac desiderio mei, non repugnandi, sed moriendi causa, corpus obtulisset suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reseruasset. subiit tamen vim illam nefariam cõsceleratorum latronũ: & cùm ad fratris salutem [o] à populo Romano deprecandã venisset, pulsus è rostris, in comitio iacuit, séque [p] seruorũ, & libertorum corporibus obtexit, vitámque tum suam noctis, & fugæ præsidio, non iuris, iudi

k al. vt scitis.

l v. c. kalumnia,

m L. venit tandem in comitio de me agendi dies,

n L. destrictis gladiis.

o L. à populo R. implorandam, deprecandámque venisset.

p for. seruorũ, & liberorum corp.

iudiciorúmque defendit.||Meministis tum, iu- 77
dices, corporibus ciuiũ Tiberim cõpleri, cloa-
cas referciri, è foro 44 [q] spongiis effundi san-
guinem, vt omnes tantam illã copiã, & tam ma-
gnificũ apparatum, nõ priuatum, aut plebeium,
sed patricium, & prætorium esse [r] arbitraren-
tur: nihilq; neque ante hoc tẽpus, neque hoc ip-
so turbulentissimo die [s] criminationis esse in
Sextium. Atqui vis in foro versata est. Certè
quando enim maior? lapidationes persæpe vidi-
mus: nõ ita sæpe, sed nimiũ tamen sæpe gladios:
cædem verò tantã, tãtos aceruos corporum ex-
tructos, nisi fortè illo * Cinnano, atq; Octauia-
no die, quis vmquã in foro [t] vidit? qua ex con-
certatione animorũ? nã ex pertinacia, aut con-
stantia intercessoris oritur sæpe seditio, culpa,
atque improbitate latoris, cõmodo aliquo im-
peritis, aut largitione proposita: oritur ex con-
certatione magistratuũ: oritur sensim ex clamo-
re primùm: deinde [u] aliqua discessione contio-
nis: vix serò, & rarò ad manus peruenitur: nullo
verò verbo facto, nulla cõtione aduocata, nul-
la [x] lege, concitatã nocturnã seditionem quis
audiuit? 45||An verisimile est, vt ciuis Romanus, 78
aut homo liber quisquã cũ gladio in forum de-
scenderit ante lucẽ, ne de me ferri pateretur,
præter eos, qui ab illo pestifero, ac perdito ci-
ue iampridẽ reip. sanguine saginantur? Hîc iam
de ipso accusatore quæro, qui P. Sextium que-
ritur? cum multitudine in tribunatu, & cũ præ-
sidio magno fuisse: num illo die fuerit. certè nõ
fuit. Victa igitur est causa reip. & victa, non au-
spiciis, non intercessione, non suffragiis: sed vi,
manu, ferro, nã si obnuntiasset Fabricio [y] is tri-
bunus pl. qui seruasse de cælo dixerat: accepisset
respublica plagã, sed eam, quam acceptam ge-
mere posset. Si intercessisset collega Fabricio,
læsisset rempublicam, sed rempublicam iure
læsisset. Gladiatores tu nouitios, pro exspe-
ctata

q L. spõgis effingi sanguinem,

r v.c. arbitrarentur. Nihil neq;

s al. criminaui Sextium.

* vide Vell. 2.

t L. vidit sine aliqua concertatione animorum.

v L. aliqua dissentione cont.

x L. nulla lege promulgata.

y L. is prætor, qui seruasse se de &c. & ita v.c.

ctata ædilitate, suppositos cùm sicariis è carcere emissis [z] ante lucem in forum immittas? magistratus templo deiicias? cædẽ maximã facias? 46 * forum purges? &, cùm omnia vi, & armis egeris, accuses eũ, qui se præsidio munierit, non vt te oppugnaret, sed vt vitam suam posset defendere?

79 Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sextius, vt à suis munitus tutò [a] in foro tum magistratum gereret, rempublicam administraret? Itaque fretus sanctitate tribunatus, cùm se non modò contra vim, & ferrum, sed etiam 47 contra verba, [b] atque intercessionem legib. sacratis esse armatũ putaret: venit in templum Castoris: obnunciauit consuli: cùm subitò manus illa Clodiana, in cæde ciuiũ sæpe iã victrix, exclamat, incitatur inuadit inermem, atque imparatum tribunum alij gladiis adoriuntur, alij fragmentis septorum, & fustibus: à quibus hic, multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato se abiecit exanimatus: neque vlla alia re ab se mortè, nisi opinione mortis depulit. quem cùm iacentem, & concisũ plurimis vulneribus extremo spiritu exsanguem, & confectum viderẽt, de fatigatione magis, & errore, quàm misericordia, & modo aliquando cædere destiterũt.

80 Et causam dicit Sextius de vi? quid ita? quia viuit. At id non sua culpa. plaga vna illa extrema defuit: quæ si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. accusa Lentidiũ: 48 non percussit locũ: * maledicito Sabino, homini Reatino, cur tã * temerè exclamarit occisũ ipsũ verò quid accusas? nũ defuit gladiis? nũ [c] repugnauit? nũ vt gladiatoribus impetrari solet, ferrum nõ recepit? An hæc ipsa vis est, non posse emori? an illa, quòd tribunus pl. tẽplum cruentauit: an, quod cùm esset ablatus, 49 primúmq; resipuisset, non se referri iussit? vbi est crimen, quod reprehenditis?

81 Hic quæro, iudices, si illo die gens ista [e] Clodia, quod facere voluit, effecisset: i

[z] v.c. ante lucem immittas?
* Manut. forũ spuriè.
[a] L. in for. magistr.
[b] L. atque interfatio nem, & ita v.c.
* al. maledico Titurio Sabino.
* al. Vrs. tempore.
[c] L. repudiauit.
[d] for. respirasset.
[e] for. Clodiana.

P.Sextius,qui pro occiso relictus est, occisus esset: fuistisne ad arma ituri? fuistisne vos ad patrium illum animum, maiorúmque virtutem excitaturi?fuistisne aliquando rempu.à funesto

f v.c. tum

latrone repetituri?an etiam f tunc quiesceretis, cunctaremini,timeretis,cùm remp. à facinorosissimis sicariis,& à seruis esse oppressam,atque occupatam videretis?Cuius igitur mortem vlcisceremini,si quidem liberi esse, g & habere remp.cogitaretis:de eius virtute viri quid vos loqui, quid sentire,quid cogitare,quid iudicare oporteat,dubitandum putatis?|| h At vero ipsi parricidæ,quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna,adeò vim facinoris sui perhorruerant, vt si paulò longior opinio mortis Sextij fuisset,Gracchum illum suum transferendi in nos criminis causa,occidere cogitarint.Sẽ fit rusticulus non incautus (neque enim homines nequã tacere potuerunt suũ sanguinẽ quęri ad restinguendã inuidiã facinoris Clodiani: 50 i mulioniam penulam arripuit,cum qua primùm Romam ad comitia venerat: messoria se corbe contexit.Cùm quærerent alij Numeriũ, alij Quinctium,gemini nominis errore seruatus est.Atque hoc scitis omnes, k vsque adeò hominem in periculo fuisse,quoad scitum sit Sextiũ viuere. l quod nisi esset patefactum paulò citiùs quã vellẽ:non illi quidẽ morte *mercenarij sui, transferre potuissent inuidiã in quos putabãt sed acerbissimi sceleris infamiam grato quodã scelere minuissent.||Ac si tunc P.Sextius, iudices in templo Castoris animã,quã vix retinuit, edidisset:non dubito,quin si modò esset in repub.senatus,si maiestas populi Romani reuixisset, aliquando statua huic ob rempublicam interfecto, in foro statueretur.Nec verò illorum quisquam,quos à maioribus nostris,morte obite, positos in illo loco, atque in rostris collocatos videtis,esset P.Sextio aut acerbitate mor tis,

g for. & aliquam habere remp.

h L. At verò illi ipsi paricidæ.

82

i L. mulionicam penulam.

k for.vsque eò hom.

l L.quod ni esset .p. & ita v.c.

* v.c.mercenarij sui.

83

tis [m] aut in remp. animo præponendus:qui cùm m L.aut animo in remp. & ita v.c.
cauſam ciuis calamitoſi,cauſam amici , cauſam
bene de rep. meriti,cauſã ſenatus,cauſã Italię,
cauſam reipublicæ ſuſcepiſſet:cúmq; auſpiciis,
religionique parens,*obnuntiaret:quod ſenſe- *Pant.renũciaret quod ſeruarat:
rat: luce palàm à nefariis peſtibus in deorũ,ho-
minúmque conſpectu eſſet occiſus , ſanctiſſimo
in templo , ſanctiſſima in cauſa, ſanctiſſimo in
magiſtratu.Eius igitur vitam quiſquam ſpoliã-
dam ornamentis eſſe dicet,cuius mortem ornã-
84 dam monumento ſempiterno putaretis?|| Homi
nes,inquit,emiſti,coegiſti,paraſti. Quid vti fa-
ceret?ſenatũ obſideret? [n] ciueis indemnatos ex- n v.c.ciuis imlemnatos.
pelleret?bona diriperet?ædeis incenderet?tecta
diſturbaret?templa deorum immortalium [o] in o v.c.inflamaret?& ita L.
flammaret?tribunos pl.ferro è roſtris expelle-
ret?prouincias,quas vellet,quibus vellet, ven-
deret?reges appellaret?rerum capitalium con-
demnatos,in liberas ciuitates per legatos no-
ſtros reduceret?principẽ ciuitatis ferro obſeſ-
ſum teneret?hæc vt efficere poſſet,quæ fieri,niſi
armis,oppreſſa rep.nullo modo poterant, idcir-
co,credo,manũ ſibi P.Sextius,& copias compa-
rauit.At nondum erat maturum:nondũ res ipſa
ad eiuſmodi præſidia viros bonos compellebat:
pulſi nos eramus,nõ omnino iſta manu ſola,ſed
tamen non ſine iſta:ſi vos taciti [p] mærebami- p al.mirabamini.
85 ni.||Captum erat forum anno ſuperiore,æde Ca
ſtoris,tanquam arce aliqua,à fugitiuis occupa-
ta: [q] ferebatis:omnia,hominũ,cùm egeſtate,tum q al. ferebatur.
audacia perditorũ,clamore,concurſu,vi , manu
gerebantur:pręferebatis.magiſtratus tẽplis pel-
lebantur:alij omnino aditu,ac foro prohibebã-
tur:nemo reſiſtebat,gladiatores ex prætoris co
mitatu cõprehenſi,in ſenatũ introducti, cõfeſſi,
in vincula coniecti à Milone , miſſi à Serrano,
mentio nulla.forũ corporibus ciuiũ Rom.con-
ſtratum cæde nocturna. non modò nulla no-

ua quæstio,sed etiam vetera iudicia sublata tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentẽ,moribundúmque vidistis: alterius tribuni pl.diuini hominis(dicam enim quod sentio,& quod mecum sentiunt omnes)diuini, insigni quadam,inaudita noua magnitudine animi,grauitate,fide præditi domus est oppugnata ferro, facibus,exercitu Clodiano. Et tu hoc lo 86
co laudas Milonem,& iure laudas. Quem enim vmquã virũ tã immortali virtute [r] præditũ vidimus?qui, nullo præmio proposito,pręter hoc quod iam contritum,&contẽrum putatur,iudicium bonorum,omnia pericula, summos labores,grauissimas contentiones,inimicitiásq; suscepit?qui mihi vnus ex omnibus ciuibus videtur re docuisse,non verbis [s] quid oporteret à * præstantibus viris in rep. fieri, & quid necesse esset. oportere hominum audacium euersorem reip.sceleri,legibus,& iudiciis resistere. si leges non valerent, [t] iudicia non essent,si resp.vi, cõsensuque audacium, armis oppressa teneretur: præsidio,& copiis defendi vitam, & libertatem necesse esse.Hoc sentire prudentiæ est: facere fortitudinis:& sentire verò,& facere perfectæ, cumulatæque virtutis. Addit ad rẽp. tribunus 87
pl.Milo de cuius laude plura dicã,non quo aut ipse hæc dici,quàm existimari malit, aut ego hunc laudis fructum præsenti libẽter impertiã, præsertim cùm verbis consequi nõ possim: sed quòd existimo,si Milonis causam accusatoris voce collaudatã probaro,vos in hoc crimine patrem Sextij causam existimaturos. Adiit igitur T.Antonius ad causã reip.[52] [u] sic vt ciuẽ patriæ recuperare vellet reip.tum simplex causa, constans ratio,plena consensionis omnium, plena concordiæ. collegas ademtores habebat: cõsulis alterius summum studium, alterius animus pænè placatus,de prætoribus vnus alienus: senatus incredibilis voluntas equitum Romanorum

r vox præditum abest à v.c.

s L.& quid op.& ita v.c.

* L.præstantissimis.

t L.si iudicia non essent.

u L.sicut qui ciuem patriæ recuperare vellet ereptũ simpl.al.sicut oporte bat, qui ciuem recuperare vellet resp.vr sin.sicut ciuem par erat,qui rẽpub recuperare vellet.

rum animi ad causam excitati, erecta Italia. duo soli erāt emti ad impediendum: qui si homines [x] despecti, & contenti, tantam rem sustinere nō potuissent: se causam, quam susceperat, nullo labore peracturū videbat. agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinē, agebat exemplo bonorum [y] & fortium ciuiū: quid resp. quid se dignum esset, quis ipse esset, quid sperare, quid maioribus suis reddere deberet, di- x al. despicati, y L. ac fortium ciuiū, & ita v. c.

88 ligentissimè cogitabat. Huic grauitati hominis, videbat ille gladiator, se, si moribus ageret, parem esse non posse: ad ferrū, ad faceis, ad quotidianā cædē, incendia, rapinas, se cum exercitu suo contulit: domum oppugnare, itineribus occurrere, vi lacessere, & terrere cœpit. Non mouit hominē summa grauitate, summáque cōstātia: sed quamquā dolor animi, innata libertas, promta, excellénsque virtus, fortissimum virum hortabantur, vi vim oblatam, præsertim sæpius, vt frangeret, & refutaret: [z] tanta moderatio fuit hominis, tantum consilium, vt contineret dolorē, neque eadem se re vlcisceretur, qua esset lacessitus: sed illum tot iam in funeribus reipu. exsultantē, ac tripudiantem, legum, si posset laqueis constringeret. z L. tanta moderatio fuit hominis tamen; tant. consil.

89 Descendit ad accusandum [a] quis vmquā tam propriè reip. causa: nullis inimicitiis, nullis præmiis, nulla hominum postulatione aut etiam opinione, [b] id vmquā esse facturum. fracti erant animi hominis. hoc enim accusante pristini illius sui iudicij turpitudinē desperabat. Ecce tibi consul prætor, tribunus pl. noua noui generis edicta proponunt: Ne re[9] adsit, ne citetur, ne quæratur, ne mentionē omnino cuiquam iudicum, aut iudiciorum facere liceat. Quid ageret vir ad virtutem, dignitatē, gloriā natus, vi sceleratorum hominum corroborata legibus, iudiciísque sublatis? ceruices tribunus pl. priuato, præstantissimus vir profli- a L. quis vnquam tam propriè rei. causam. b for. id eū vnquam.

gatissimo homini daret? an causam susceptam affligeret?an se domi contineret?[c] Et vinci turpe putauit,& deterreri.[53] [d] etiam eripi reiecit: vt,quoniam sibi in illum legibus vti non liceret,illius vim neque in suo,neque in reip.periculo pertimesceret. || Quo modo igitur in hoc 90
genere,prẹsidij comparati accusas Sextium,cùm idem laudes Milonē?an,qui sua tecta defendit: qui ab aris focis,[e] ferrū,flammámque depellit: qui sibi licere vult tutò esse in foro,in templo, in curia:qui vitæ præsidium comparat: qui vulneribus,quæ cernit quotidie toto corpore,[54] [f] mouetur,vt aliquo prẹsidio caput,& ceruices,& iugulum,ac latera tueatur,hunc de vi accusandū putas.||Quis enim vestrûm,iúdices,ignorat, ita 91
naturam rerum tulisse,vt quodam tempore homines,nondum neque naturali,neque ciuili iure [g] descripto, fusi per agros,ac dispersi vagarentur,tantúmque haberent,quantum manu, ac viribus per cædem,ac vulnera aut eripere, aut retinere potuissent?Qui igitur primi virtute,& consilio præstanti exstiterunt,ij, perspecto genere humanæ docilitatis,atque ingenij,dissipatos,vnum in locum congregarunt,eósque [h] ex feritate illa ad iustitiam, atque mansuetudinē traduxerunt.[i] Tum res communem vtilitatem continenteis,quas publicas appellamus,tū conuenticula hominum,quæ postea ciuitates nominatæ sunt,tū domicilia coniuncta, quas vrbeis dicimus,inuento [k] & diuino, & humano iure,
mœnibus sepserunt.||Atque inter hanc vitā 92
perpolitam humanitate,& illam immanem,nihil tā interest,quàm ius,atque vis. horum vtro vti nolimus,altero est vtendum.Vim volumus exstingui?ius valeat necesse est,id est,iudicia, quibus omne ius continetur.Iudicia displicent,aut nulla sunt?vis dominetur necesse est.[l] Hæc vident omnes:Milo& vidit,& fecit, vt ius experiretur, vim

c al. At & vinci turpe putauit,& deterreri etiam. & causam sibi eripi reiecit vt q.
d L. esse iā è rep. credidit. quoniā sibi in illū legibus vti non lic. ill. vim neque in suo,in reip.peric. pertimescere. Q. Ant. Aug. etiā eripi reum fecit al. etiā turpe reiecit quod erat secutus consilium fecit quod erat secundum.
e v.c. flamā ferrúmque depellit.
f L. monetur,& ita v.c.
g v.c. discripto,
h L. è feritate & ita v. c.
i L. tū res ad communem vtilitatem pertinenteis,
k L. & diuino iure,& hum. & ita v. c.
l v. c. Hoc videat.

vim depelleret. altero vti voluit, vt virtus audaciam vinceret: altero vsus necessario est, ne virtus ab audacia vinceretur.* Eadémq; ratio fuit P. Sextij, si minùs in accusando (neque enim per omneis [m] fuit idem necesse fieri) at certè in necessitate defendẽdę salutis suæ, præsidióq; con-

* Pan. eadẽ quoque ratio.

m L. fuit idem fieri necesse) & ita v.c.

93 tra vim & manũ cõparando. || O dij immortales! quémnã ostenditis exitũ nobis? quam spẽ reip. datis? quotus quisque inuenietur tanta virtute vir, qui optimam quamque causam reip. amplectatur? qui bonis viris deseruiat? qui solidã laudem, verámque quærat? cùm sciat, [n] illa duo reipub. pænè fata Gabinium & Pisonem, alterum haurire quotidie ex pacatissimis, atque opulentissimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri? bellum inferre quiescentibus, vt eorũ veteres, illibatásque diuitias, in profundissimum libidinũ suarũ gurgitem profundat? villã ædificare in oculis omniũ tantã, tuguriũ vt iam videatur esse illa villa, quã ipse tribunus pl. pictã olim in cõtionibus explicabat, quo fortissimũ, ac summũ ciuem in inuidiam homo castus, ac nõ cupidus

n L. duo illa reip. & ita v.c.

94 vocaret? || alterum Thracibus, ac Dardanis primũ pacẽ maxima pecunia vendidisse? deinde, vt illi pecuniã conficere possent, [o] vexandã his Macedoniã: & spoliandam tradidisse? eundémq; bona creditorum ciuiũ Romanorum cum debitoribus Grecis diuisisse? cogere pecunias maximas à Dyrrachinis, spoliare Thessalos, certã Achæis in annos singulos pecuniam imperauisse: neque tamẽ vllo in publico, aut religioso loco, signũ, aut tabulã, aut ornamentum reliquisse? Hoc sic illudere, quibus omne supplicium, atque omnis iure optimo pœna debetur? reos esse hos duos, quos videtis: omitto iã Numerium, Serranũ, Aelium, quisquilias seditionis Clodianæ: sed tamẽ hi quoque etiam nunc volitant, vt videtis: nec, dum vos de vobis aliquid [p] timebitis, illi vm-

o L. vexandũ iis Mac.

95 quam de se * pertimescent. || Nam quid ego de

q v.c. timetis.

* v. c. pertimescunt.

de ædile ipſo loquar, qui etiam diem dixit, & accuſauit de vi Milonem? neque hic tamen vlla vmquam iniuria adducetur, vt eum tali virtute, tantáque firmitate animi ſe in remp. fuiſſe pœniteat, ſed, qui hæc vident, adoleſcentes, quónã ſuas menteis conferent? ille, qui monumenta publica, qui ædeis ſacras, qui domos inimicorũ ſuorũ oppugnauit,[q] excidit, incendit, qui ſtipatus ſemper ſicariis, ſeptus armatis, 55 munitus[r] indicibus fuit, quorum hodie copia redundat, qui & peregrinã manum facinoroſorum concitauit, & ſeruos ad cædem idoneos emit, & in tribunatu carcerem totum in forum effudit: volitat ædilis: accuſat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exſultantem repreſſit. hic, qui ſe eſt tutatus ſic, vt in priuata re deos penates ſuos,[s] in rep. iura tribunatus,[t] auſpiciáque defenderet: ac cuſare eum moderatè, á quo ipſe nefariè accuſatur, per ſenatus auctoritatem nõ eſt ſitus ‖Nimirum * hoc illud eſt, quod de me potiſſimùm tu in accuſatione quæſiſti, quæ eſſet noſtra natio optimatiũ. ſic enim dixiſti: Rem quæris præclarã iuuentuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. de qua pauca, iudices, dicam,[t] &, vt arbitror, nec ab vtilitate eorum, qui audient, nec ab officio noſtro, nec ab ipſa cauſa P. Sextij abhorrebit oratio mea. Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt quorum, qui verſari in rep. atque in ea ſe excellentiùs gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populareis, alteri optimateis & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant multitudini iucunda eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua cõſilia[u] optimo cuique probarentur, optimates habebantur.‖[x] Quis nergo optimus iſte? quis de numero ſi quæris, innumerabileis: neque enim aliter ſtare poſſemus, ſunt principes conſilij publici: ſunt qui eorum ſectam ſequuntur: ſunt maxi-

96 (at "‖Nimirum")
97 (at "tur.‖")

q L. exſcidit,
r L. audacibus ſu. al. iudices accuſationum miniſtri.
r al. in publica tribu.
s L. atque auſpicia def. & ita v. c.
* Digreſsio de optima tũ natione.
t L. copula & abeſt à quib. li. v.
v L. optimo cui probarent, & ita v. c.
x L. Quid ergo iſti optimates? qui?

ximorũ ordinum homines, quibus patet curia:
sunt municipales, rusticique Romani:[56] sunt [y] — y L. nego-
negotia gerentes: sunt etiam libertini optima- — tii gerẽtes.
tes. numerus, vt dixi, huius generis, latè, & variè
diffusus est: sed genus vniuersũ (vt tollatur er-
ror) breui circũscribi, & definiri potest. Omnes
optimates sunt, qui neque nocentes sunt, [z] nec — z L. neque
natura improbi, nec furiosi: nec malis domesti- — natura
cis impediti. [57] Esto igitur, [a] vt hi sint (quam — a L. Esto
tu natiõe appellasti)[58] quiqui integri sunt, & — igitur, vt ii
sani, & benè de rebus domesticis cõstituti. Ho- — sint optimates (quam
rum qui voluntati, commodis, opinioni in gu- — tu n. app.
bernanda republica seruiunt, defensores opti- — qui & in-
matium, ipsique optimates grauissimi, & clarissi- — tegri sunt,
mi ciues [b] nominantur, & principes ciuitatis. — & sani, &c.
98 Quid est igitur propositum his reip. guberna- — b v.c. numerantur,
toribus, quod intueri, & quò cursum suum diri- — & ita L.
gere debeant? id quod est præstantissimum, ma-
ximéque optabile omnibus sanis, & bonis, &
beatis, CVM DIGNITATE OTIVM. Hoc qui vo-
lunt, omnes optimates: qui efficiunt, summi viri
& conseruatores ciuitatis putantur neque enim
rerũ gerẽdarũ dignitate homines efferri ita cõ-
uenit, vt otio non prospiciãt: neque vllum am-
plexari otiũ, quod abhorreat à dignitate. Huius
autẽ otiosæ dignitatis hęc fundamẽta sunt, hæc
membra, quæ tuenda principibus, & vel capitis
periculo defendenda sunt: religiones, auspicia,
potestates magistratuum, senatus auctoritas, le-
ges, mos maiorum, iudicia, iurisdictio, fides, pro-
uinciæ socij, imperij laus, res militaris, ærarium.
99 Harum rerum tot, atque tantarum esse defenso-
rem, & patronum, magni animi est, magni inge-
nij, magnæque constantiæ. Etenim in tanto ci-
uiũ numero magna multitudo est eorum, [c] qui — c L. aut qui
aut propter metũ pœnæ, peccatorũ suorũ cõscij, — propt.
nouos motus, conuersionésque reipublicæ quæ-
rant, aut qui, propter insitũ quendã [d] animi fu- — d L. animis
rorẽ, discordiis ciuiũ, ac seditione pascãtur: aut
qui

qui propter implicationem rei familiaris, communi incẽdio malint,quã suo deflagrare. qui cũ auctores sunt,&duces suorũ studiorũ,vitiorúmque nacti,in rep.fluctus excitãtur: vt vigilãdum sit iis, qui sibi gubernacula patriæ depoposcerunt:enitẽdúmque omni scientia,ac diligentia, vt,cõseruatis his,quæ ego paulò antè fundamẽta,[e] ac mẽbra esse dixi,tenere cursum possint,& capere otij illũ portũ,& dignitatis.‖ [f] Hãc viã, 100
iudices,si aut asperã,atque arduã,aut plenã esse periculorũ, aut insidiarũ negẽ,mentiar: præsertim cùm id non modò intellexerim semper, sed etiam præter ceteros senserim.Maioribus præsidiis,& copiis,oppugnatur respublica,quàm defenditur,propterea quòd audaces homines, & perditi,nutu impelluntur:& ipsi etiã sponte sua contra rẽpublicã incitantur:boni nescio quomodo tardiores sunt,&,principiis rerum neglectis,ad extremum ipsa denique necessitate excitantur:ita vt nonnumquã cunctatione,ac tarditate,dum otium volunt etiã sine dignitate retinere,ipsi vtrũque amittant.‖Propugnatores au- 101
tem reip.qui esse voluerunt,si leuiores sunt,desciscunt:si timidiores,desunt:permanẽt illi soli, atque omnia reip.causa perferũt,qui sunt tales, qualis pater tuus,M.Scaure,fuit,qui à Graccho 59 vsque ad C.Marium seditiosis omnibus restitit:[g] quem nulla vmquã vis, nullæ minæ,nulla inuidia labefecit:aut qualis Qu. Metellus, patruus matris tuæ:qui cùm florentem hominẽ in populari ratione L.Saturninum,censor notasset, cúmque insitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ censu prohibuisset:cúmque in eam legem, quam non iure rogatam [h] iudicaret, iurare vnus noluisset: de ciuitate maluit, quàm de sententia [i] dimoueri:aut, vt vetera exempla,quorum est copia digna huius imperij gloria,relinquam:néve eorum aliquem, qui viuunt,nominem:qualis nuper Qu. Catulus fuit, quem

e L.ac mẽbra otiosæ dignitatis esse d.
f L.Hanc ego viam,
g L. quem numquam vlla vis,vllæ m. vlla inuid.
h L.iudicarat,
i L.demoueri:

quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit vmquam de suo cursu, aut spe, aut
102 metu [k] dimouere. || Hæc imitamini, per deos im- [k L. demouere.]
mortaleis, qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quæritis. hæc ampla sunt, hæc diuina, hæc immortalia: hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur: posteritati propagantur. Est labor: non nego, pericula magna, fateor. [59] *Multæ insidiæ sunt bonis*: verissimè dictum est. *Sed, te id, quod multi inuideant, multiq; expetant.* [60] *Inscitia sit*, inquit, *postulare si tu laborem summa cum cura efferas nullum.* Idem alio loco dixit, quod excipe
103 rent improbi ciues, *Oderint, dũ metuant.* || Præclara enim illa præcepta dederat iuuẽtuti: sed tamen hæc via, hæc ratio reip. capessẽdæ, olim erat magis pertimescẽda, cùm multis in rebus [61] [l] mul- [l L. multitudinis studiũ, ac populi cõm.]
titudinis studium ad populi commodũ ab vtilitate reip. discrepabat. Tabellaria lex ab L. Cassio ferebatur. Populus libertatem agi putabat suã. dissentiebãt principes, & in salute optimatium, temeritaté multitudinis, & tabellæ licentiam pertimescebãt. [m] Agrariã Ti. Gracch9 legẽ [m L. Agrariam legem Ti. Gracchus fereb.]
ferebat. grata erat populo: fortunæ constitui tenuiorũ videbãtur: nitebãtur: contra optimates, quòd ea discordiam excitari videbant: &, cùm locupletes possessionibus diuturnis mouerẽtur, spoliari remp. propugnatoribus arbitrabantur. Frumentariã legẽ C. Gracchus ferebat. iucunda res plebi Ro. victus enim suppeditabatur largè sine labore. repugnabant boni, quòd & ab industria plebem ad desidiam auocari putabant, & ærarium exhauriri videbatur. Multa etiã, nostra memoria, quæ consultò prætereo, fuerunt in ea contentione, vt popularis cupiditas à consilio
304 principum dissideret. || [n] Nunc autem nihil est, [n L. Nunc iam nihil est,]
quòd populus [62] à delictis, principibúsque dissentiat, nec flagitat rem vllam, neque nouarum rerum est cupidus, & otio suo, & dignitate optimi cuiusque, & vniuersæ reipublicæ gloria

del

delectatur. Itaque homines seditiosi, ac turbulē
ti, quia nulla iam largitione populum Rom. cō-
citare p ssunt, quòd plebs perfūcta grauissimis
seditionibus ac discordiis, otiū malle videatur,
conductas habent contiones: neque id agunt, vt
ea dicant, aut ferant, quæ illi velint audire, qui
in cōtione sunt: sed pretio ac mercede perficiūt,
vt quidquid dicant, id illi velle audire videan-
tur. Num vos existimatis, Gracchos, aut Satur- 105
ninum, aut quemquam illorum veterū, qui po-
pulares habebantur, vllū vmquam in contione
habuisse conductū? nemo habuit. ipsa enim lar-
gitio, & spes commodi propositi, sine mercede
vlla multitudinem concitabat. Itaque tempori-
bus illis, qui populares erant, offendebant illi
quidem apud graueis & honestos homines, sed
populi iudiciis, atque omni significatione flo-
rebant. his in theatro plaudebatur: hi suffragiis,
quod contenderant, cōsequebantur: horum ho-
mines nomen, orationem, vultū, incessum ama-
bant. Qui autem aduersabantur ei generi:[o] gra-
ues, & magni homines habebantur: sed valebāt
in senatu multum, apud bonos viros plurimum:
multitudini iucundi non erant: suffragiis offen-
debatur sæpè eorum voluntas: plausum verò e-
tiam si quis eorum aliquādo acceperat, ne quid
peccasset, pertimescebat. Attamē, si qua res erat
maior, idē ille populus, horū auctoritate maxi-
mè commouebantur. Nunc, nisi me fallit, in eo 106
statu ciuitas est,[p] vt, si operas conductorum re-
moueris, omneis idem de republica sensuri esse
videātur. Etenim *tribus locis significari maximè po-
puli Romani iudicium, ac voluntas potest, contione, co-
mitiis: ludorum, gladiatorumq; consessu.* Quæ contio
fuit per hos annos, quæ quidem esset non con-
ducta, sed vera,[62] in qua populi Romani cōsen-
sus perspici posset? Habitæ sunt multæ de me à
gladiatore sceleratissimo, ad quas nemo adi-
bat incorruptus, nemo integer: nemo illum fœ-
dum

o al. graues illi quidem & magni hom.

p fort. vt, si operas cō ductas rē.

dum vultum adſpicere,nemo furialem vocē bonus audire poterat. Erant,erant illæ contiones perditorum hominum neceſſariò turbulentæ.
107 || Habuit de eodem me P.Lentulus conſul contionem.cōcurſus eſt populi Romani factus:omnes ordines tota in illa contione Italia conſtitit.egit cauſam ſumma cum grauitate, copiáque dicendi,tanto ſilentio,tanta approbatione omnium,nihil vt vmquam videretur tā populare ad populiRomani aureis accidiſſe.Productus eſt ab eo Cn.Pōpeius,qui ſe non ſolùm auctorē meæ ſalutis,ſed etiam ſupplicem populo Rom. exhibuit.huius oratio [q] & pergrauis, & grata contioni fuit. ſic contendo,numquā neque ſententiam eius,auctoritate,neque eloquentiā, iucunditate fuiſſe maiorem. q al.& pergrauis, & pergrata cont.
108 || Quo*ſilentio ſunt auditi de me ceteri principes ciuitatis?quos idcirco non appello hoc loco, ne mea oratio, ſi minùs de aliquo dixero,ingrata:ſi ſatis de omnibus,infinita eſſe videatur. Cedò nunc eiuſdē illius inimici mei de me eodē ad verum populū in campo Martio contionem. Quis non modò approbauit, ſed non indigniſſimum facinus putauit,illum,non dicam loqui,ſed viuere,ac ſpirare?quis fuit,qui non eius voce maculari rempublicā:ſéque,ſi eum audiret, ſcelere adſtringi * nt. Augu(ſti) maiore ſilentio.
109 arbitraretur?Venio ad comitia ſiue magiſtratuū placet,ſiue legū.Leges videmus ſæpe ferri multas.omitto eas,quæ feruntur ita,vix vt quini, & hi ex alia tribu, qui ſuffragium ferant, reperiāiur.De me,quem tyrannū, atque ereptorē libertatis eſſe dicebat,in illa ruina reipublicæ dicit ſe legem tuliſſe. Quis eſt,qui ſe,cùm contra me ferebatur, iniſſe ſuffragium confiteatur? cū autem de me eodem ex ſenatuſconſulto, comitiis centuriatis,ferebatur,quis eſt, qui non profiteatur ſe affuiſſe, & ſuffragium de ſalute mea tuliſſe? Vtra igitur cauſa popularis debet videri.63 in qua [r] omnes honeſtates ciuitatis, omnes r L. omnes ætates ciuitatis, omnes ord.

nes ætates, omnes ordines, vnà consentiũt?[r] an in qua furiæ concitatæ, tanquam ad funus reip. conuolant? ‖ An, sicubi aderit Gellius, homo & fratre indignus, viro clarissimo, atque optimo consule, & ordine equestri, cuius ille ordinis nomen retinet: ornamenta confecit: id erit populare? est enim homo iste populo Romano deditus. Nihil vidi magis. qui cùm eius adolescentia in amplissimis honoribus summi viri, L. Philippi, vitrici, florere potuisset, vsque eò nõ fuit popularis, vt bona solus comesset. deinde ex impuro adolescente, & petulante, posteaquàm rem paternã ab idiotarum * diuitiis ad philosophorum regulã perduxit: Græculum se, atque otiosum putari voluit: studio literarum [s] se subitò dedidit.[64] [t] Nihil sanè à te iuuabatur, anagnostæ, libelli etiã pro vino sæpè oppignerabãtur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Itaque [54] semper versabatur in spe rerum nouarũ otio, & tranquillitate reip. consenescebat.[u] Ecquæ seditio vmquã fuit, in qua non ille princeps? ècquis seditiosus, cui ille nõ familiaris?[x] ecquæ turbulenta contio, cuius ille non cõcitator? cui benè dixit vmquam bono? benedixit? immò, quem fortem, & bonum ciuem non petulantissimè est insectatus? qui, vt credo, non libidinis causa,[65] sed vt [y] plebicola videretur, libertinã duxit vxorem. ‖ Is de me suffragium tulit, is affuit, is interfuit epulis, & gratulationibus [z] parricidarum.[66] in quo tamen [a] est. ne vllus cũ illo reo inimicus est meus suauiat[9]. qui, quasi mea culpa bona perdiderit, ita ob eã ipsã causã est mihi inimicus, quia nihil habet. Vtrũ ego tibi patrimoniũ eripui, Gelli, an tu comedisti? quid? tu meo periculo, gurges, ac vorago parimonij, heluabare: vt, si ego consul rẽpublicam contra te, & gregaleis tuos defendissem, in ciuitate esse me nolles? te nemo tuorum videre vult, omnes aditum, sermonẽ, congressũ tuũ fugiunt:

r L. an in quam

* Pát. deliciis.

s al. se subitò dedit.

t L. nihil sanè Attæ iuuabant, anag. al. arte iuuabatur. al. arte adiuuabatur.

v L. ecqua f.

x L. ecqua

y L. poplicola

z L. parricidarum.

a L. est me vltus, cum illo ore inimicos est meos suauiatus. Pát. in quo tamen est me vltus cum illo ore inimicũ meũ suauiatus.

giunt:te ſororis filius Poſthũmus, adoleſcens grauis ſenili iudicio, notauit, cùm in magno numero tutorę liberis non inſtituit. Sed elatus odio, & meo, & reip. nomine, quorum ille vtri ſit inimicitior, neſcio. plura dixi, quàm dicendum fuit, in furioſiſſimum, atque egentiſſimum

111 ganeonem. || Illuc reuertor: contra me cùm ſit actum, capta vrbe, atque oppreſſa, Gellium Firmidium, Titiũ, eiuſdem modi furias, illis [b] mercenariis gregibus duces, & auctores fuiſſe, cùm ipſe lator nihil ab horum turpitudine, audacia ſordibus abhorreret. At, cùm de dignitate mea ferebatur: nemo ſibi nec valetudinis excuſationẽ, nec ſenectutis, ſatis iuſtã putauit. nemo fuit, qui ſe non rẽpublicam mecũ ſimul reuocare in

113 ſuas ſedes arbitraretur. || Videamus nũc comitia magiſtratuum. Fuit collegiũ nuper tribunitiũ, in quo tres minimè, vehementer duo populares exiſtimabantur ex his qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarũ contionum conſiſtendi poteſtas non erat [c] duos à populo Ro. prætores video eſſe factos: &, quantum ſermonibus vulgi, & ſuffragiis intelligere potui, præ ſe populus Romanus ferebat, ſibi illũ in tribunatu Cn. Domitij animum conſtantẽ, & egregium, [e] atque Quint. Ancharij fidẽ, ac fortitudinem, etiam ſi nihil agere potuiſſent, tamen voluntate ipſa [f] gratum fuiſſe. Iam de C. Fãnio quę ſit exiſtimatio, videm᷑ quod iudiciũ populi Ro. in honoribus eius futurum ſit, nemini dubiũ

114 eſſe debet || Quid [a] populares illi duo quid egerunt? alter, qui tamen ſe continuerat, tulerat nihil: ſenſerat tantùm de republica aliud, atque homines exſpectabant, vir & bonus, & innocens, & bonis viris ſemper probatus: quòd parùm videlicet intellexit in tribunatu, quid verò populo probaretur, & ꝙ illum eſſe populum Romanum, qui in contione erat, arbitrabatur, nõ tenuit eum locum, in quẽ, niſi popularis eſſę

b v.c. mercennariis.

c L. duo à populo, & ita v.c.

d L. quantũ ex ſermonibus

e L. & Q. Ancharii fidem

f L. gratam f.

voluisset, facillimè peruenisset. alter, qui ita se in populari ratione iactarat, vt auspicia, legẽ Aeliam, senatus auctoritatẽ, cõsulem, collegas, bonorum iudicium, [g] nihil putaret, ædilitatem petiuit cum bonis viris, & hominibus primis, sed non præstantissimis opibus, & gratia: tribum suã non tulit: Palatinam denique, per quam omnes illæ pestes vexare populum Romanum dicebãtur, perdidit: nec quidquam illis comitiis, quod boni viri vellent, nisi repulsam tulit. Videtis igitur, populum ipsum, vt ita dicam, iam non esse popularem: qui ita vehementer eos, qui populares habentur, respuat: eos autem qui ei generi aduersantur, honore dignissimos iudicet. ‖ Veniamus ad ludos. Facit enim, iudices, vester in me 67 animorum, oculorumque [h] contuitus, vt mihi iam licere putem remissiore vti genere dicendi. Comitiorum, & contionum significationes, interdum veræ sunt, nonnumquam vitiatæ, atque corruptæ: theatrales, gladiatoriique concessus, dicũtur omnino solere, leuitate nonnullorũ, emtos plausus & exileis, & raros excitare. attamen facile est, cũ id fit, quemadmodum, & à quibus fiat, & quid integra multitudo faciat, videre. Quid ego nunc dicã, quibus viris, aut cui generi ciuiũ maximè applaudatur? neminem vestrum fallit: sit hoc sanè leue: quod non ita est, quoniã optimo cuiq; impertitur: sed, si est leue, homini graui leue est: ei verò, qui pẽdet à rebus leuissimis: qui rumore, & (vt ipsi loquũtur) fauore populi tenetur, & ducitur: plausum, immortalitatẽ, sibilum, mortẽ videri necesse est. ‖ Ex te 116 igitur, Scaure, potissimum quæro, qui ludos apparatissimos, magnificentissimosque fecisti, ecquis istorum populariũ tuos ludos adspexerit: ecquis se theatro, populóque R. cõmiserit. Ipse ille maximè ludius non solùm spectator, sed actor, & acroama: qui omnia sororis embolia nouit: qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur: nec tuos ludos adspexit in illo ardenti tribunatu

[g] al. nihili putaret,

[h] l. coniectus,

115

ſuo,nec vllos alios, niſi eos,à quibus vix viuus
effugit.Semel,inquam,ſe ludis homo popularis
commiſit omnino,cùm in tẽplo Virtutis honos
habitus eſſet virtuti,C.quæ Marij, cõſeruatoris
huius imperii,monumentum,municipi eius, &
reip. defenſori ſedem ad ſalutem præbuiſſet.
117 ‖Quo quidem tempore,quid populus Romanus
ſentire ſe oſtenderit, vtroque in genere decla- i L.auctori
ratum eſt:primò,[68] cùm audito S. C. [i] ore ipſi, ipſi, atque
atque abſenti ſenatui plauſus eſt ab vniuerſis abſ.
datus:deinde,cum ſenatoribus ſingulis ſpectatũ
è ſenatu redeuntibus.Cùm verò ipſe,qui ludos
faciebat,conſul aſſedit:ſtantes,&,manibus paſ-
ſis:gratias agentes,& lacrymantes gaudio,ſuam
erga me [k] beneuolentiam,ac miſericordiã de-
clararunt.At,cùm ille furibundus, incitata illa k v c.beni-
ſua vecordi mẽte,veniſſet:vix ſe populus Rom. uol.
tenuit: vix homines odium ſuum à corpore eius
[l] impuro,atque infando repreſſerunt.voces qui- l v.c.impu-
dem,& palmarum intẽtus,& maledictorum cla- ro,
118 morem omnes profuderunt.‖ Sed quid ego po-
puli Romani animum,virtutemq́ue commemo-
ro, libertatem iam ex diuturna ſeruitute reſpi-
cientis in eo homine, cui tum petenti iam ædi-
litatem ne hiſtriones quidem coràm ſedẽti pe-
percerunt?Nam cùm ageretur Togata,[69] Simu-
lans,vt opinor,caterua tota,[m] clariſſima contẽ- m L.clariſ-
tione in ore impuri hominis imminens contio ſima cõten
nata eſt. *Huic vitæ tuæ--* [n] & tione
Poſt principia,atque exitus vitioſæ vitæ. Sede- n L.&poſt,
bat exanimatus:& is,& qui antea cantorum cõ- Princip.
uitio contiones celebrare ſuas ſolebat,cãtorum
ipſorum vocibus eiiciebatur. Et, quoniam facta
mentio eſt ludorum,ne illud quidẽ prætermit-
tam,in magna varietate ſententiarum, numquã
vllum fuiſſe locum,in quo aliquid à poëta di-
ctum,cadere in tempus noſtrum videretur,quod
aut populum vniuerſum fugeret,aut non expri-
119 meret ipſe actor.‖Et,quæſo,hoc loco,iudices,ne

qua me leuitate ductum ad insolitum genus dicẽdi labi putetis, si de poëtis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar. Non sum tam ignarus, iudices, causarum, non tā[p] insolens in dicendo, vt omni ex genere orationẽ aucuper, & omneis vndique flosculos carpam, atque delibem. scio, quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio, quid illi conuentus, quid dignitas P. Sextij, quid periculi magnitudo, quid ætas, quod honos meus postulet. Sed mihi sumsi hoc loco doctrinam quandam iuuentuti, qui essent optimates. in ea explicanda demõstrandũ est, nõ esse populareis omneis eos, qui putentur. Id facillimè consequar, si vniuersi populi iudiciũ verum, & incorruptum, &, si intimos sensus ciuitatis expressero. || Quid fuit illud, quòd recenti nũtio de illo S.C. quod factum est in tẽplo Virtutis, ad ludos, scenamque perlato, consessu maximo, summus artifex, & mehercule semper partium in republica tanquam in scena,[p] optimatium, flens, & recẽti lætitia, & mistu dolore, ac desiderio mei, egit apertè multò grauioribus verbis meã causam, quàm egomet de me agere potuissem? summi enim poëtæ ingenium non solùm arte sua, sed etiam dolore exprimebat.[q] " *Quàm enim certo animo qui rempublicam adiuuerit, steterit cum Achiuis.* Vobiscum me stetisse dicebat, vestros ordines demonstrabat, reuocabatur ab vniuersis. " *Re dubia, nec dubitarit vitam offerre, nec capiti pepercerit.* || Hæc quantis ab illo clamoribus agebantur? cùm iam, omisso gestu, verbis poëtæ, & studio actoris, & exspectationi nostræ plauderetur? " *Summum amicum, summo in bello*— (nam illud ipse actor adiungebat amico animo: & fortassis homines propter aliquod desiderium approbabant) " *summo ingenio præditum.* Tum illa quanto cum gemitu populi Rom. ab eodem paulò pòst in eadem fabula sunt acta? " *O pater— Me, me ille absentem, vt patrẽ deplorandum puta*

Margin notes:

d al. insolẽs dicendi.

p L. optimatum.

q L. Quid enim? Qui temp. certo animo adiuuarit, steterit cum Achiuis. V.

Margin numbers: 120 (beside "ro. || Quid fuit illud"), 121 (beside "pepercerit. || Hæc quantis")

r *putarat*, quem Quint. Catulus, quem multi alij sæpe in senatu patrem patriæ nominarant. Quã- to cum fletu de illis nostris incendiis, ac ruinis, cùm patrem pulsum, patriam afflictam deploraret, domum incensam, euersamque? sic egit, vt demonstrata pristina fortuna, cùm se conuertisset, " *Hæc omnia vidi inflammari: — fletum*

r L. putabat,

122 *etiam inimicis, atque inuidis excitaret*. ‖ Prô, dij immortaleis, quid? illa quẽadmodũ dixit idem? quæ mihi quidẽ ita & acta, & scripta videntur esse, vt vel à Catulo, si reuixisset, præclarè posse dici viderentur. is enim libere reprehendere, & accusare populi nonnumquam temeritatem solebat, aut errorem senatus: " *O ingratifici Argiui, inanes Graij, immemores beneficij*. Non erat illud quidem verum non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem, à quo acceperant, non liceret: nec vnus in quemquam vmquam gratior, quàm in me vniuersi. sed tamen illud scripsit disertissimus poëta[s] pro me: egit fortissimus actor, non solùm optimus, de me, cùm ordines demonstraret, senatum, equites Romani vniuersum populum Romanum excusaret: Exsulare sinitis,[t] siuistis pelli, pulsum patimini. Quæ tum significatio fuerit omnium, quæ declaratio voluntatis ab vniuerso populo Romano in causa hominis non popularis[v] equidẽ audiebamus:

s I. pro Telamone,

t L. siistis P.

v L. equidẽ audiebam: exist.

123 existimare faciliùs possunt, qui adfuerunt. ‖ Et, quoniam me huc prouexit oratio, histrio casum meum toties collacrymauit, cùm ita dolenter ageret causam meam, vt vox eius illa præclara, lacrymis impediretur. neque poëtæ, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt: eáque populus Romanus non solùm plausu, sed etiam gemitu suo comprobauit. Vtrùm igitur hæc Aesopum potiùs pro me, aut Accium dicere oportuit si populus Romanus liber esset, an principes ciuitatis? Nominatim sum appellatus in Bruto. " *Tullius*

* al. recitátem vel repetitum
x al. Parúmne videbatur, populum R.

qui libertatem ciuibus stabiliuerat. millies* reuoca-
tum est. x Parúmne videbatur populumRomanũ
iudicare, id à me, & à senatu esse constitutum,
quod perditi ciues sublatum per nos crimina-
bantur?|| Maximum verò populi Romani iudi- 124
cium vniuerso concessu gladiatorio declaratũ
est. erat enim munus Scipionis, dignum & eo i-
pso, & illo Q. Metello, cui dabatur Id autẽ spe-
ctaculi genus erat, quod omni frequentia, atque
omni genere hominum celebratur: quo multi-
tudo maximè delectatur. In hunc consessum P.
Sextius tribunus pl. cùm ageret nihil aliud in eo
magistratu, nisi meam causam, venit, & se popu-
lo dedit, non plausus cupiditate, sed vt ipsi ini-
mici nostri voluntatem vniuersi populi vide-
rent. venit (vt scitis) ad columnam Mæniam. tan-
tus est ex omnibus spectaculis vsque à Capito-
lio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus,
vt numquam maior consensio, aut apertio po-
puli Romani vniuersi fuisse vlla in causa dice-
retur.|| Vbi erant tũ illi contionum moderato- 125
res, legum domini, ciuiumexpulsores? aliúsne est
aliquis improbis ciuibus peculiaris populus, cui
nos offensi, inuisique fuerim⁹? Equidẽ existimo,
nullũ tempus esse frequẽtioris populi, quã illud
gladiatorium: neq; contionis vllius, neque verò
vllorum comitiorum. Hæc igitur innumerabilis
hominum multitudo, hæc populi Romani tanta
significatio, sine vlla varietatevniuersi, cùm illis
ipsis diebus de me actum iri putaretur, quid de-
y L. At verò ille trib. clarauit, nisi optimorũ ciuium salutem, & digni-
tatem, populo Romano carã esse vniuerso?|| y At 126
verò & ille tribunus pl. qui de me, non patris, a-
ui, proaui, maiorum denique suorũ omnium, sed
Græculorum instituto, contionem interrogare
solebat, velletne me redire: &, cũ erat reclama-
z v.c. mercennariorũ tum semiuiuis z mercenariorum vocibus, po-
pulum Romanum negare dicebat: is, cùm quoti-
die gladiatores spectaret, numquã est cõspect⁹,

cùm

cùm veniret,emergebat ſubitò,cùm ſub tabulas
ſubrepſerat,vt " *Mater te appello*- dicturus vide-
retur.Itaque illa via tenebroſa,qua ſpectatũ ille
veniebat,[a] Appia iam vocabatur. qui tamẽ quo- a for. Attilia iam voc.
quo tempore conſpectus erat, non modò gla-
diatores, ſed equi ipſi gladiatorum repentinis
ſibilis extimeſcebant.||Videtiſne igitur,quantũ
127 inter populum Romanũ & cõtionẽ interſit?do-
minos contionum omni odio populi notari?
quibus autem conſiſtere in operarum contioni-
bus non liceat,eos omni populi Romani ſigni-
ficatione decorari? Tu mihi etiam M. Attilium
Regulum commemoras, qui redire ipſe Kartha-
ginem ſua voluntate ad ſupplicium, quàm ſine
iis captiuis, à quibus ad ſenatum miſſus erat,
Romæ manere maluerit? & mihi negas optan-
dum reditum fuiſſe per familias comparatas,
& homines armatos?Vim ſcilicet ego deſidera-
ui,qui, dũ vis fuit, nihil egi,& quem, ſi vis non
128 fuiſſet,nulla res labefactare potuiſſet.||Hũc*ego * Reditus Ciceronis cauſæ.
reditum repudiarem, qui ita florens fuit, vt ve-
rear,ne quis me ſtudio glorię putet idcirco exiſ-
ſe,vt ita redirem? Quem enim vmquam ſenatus
ciuẽ,niſi me,nationib.exteris commendauit?cu-
ius vmquam propter ſalutem,niſi meam,ſenatus
publicè ſociis populi Romani gratias egit de
me vno P.C.decreuerunt,vt,qui prouincias cum
imperio obtinerent,qui quęſtores,legatique eſ-
ſent,ſalutem,&vitam meam cuſtodirẽt.[b] In mea b L. in vna mea cauſa.
vna cauſa poſt Romam conditã factũ eſt, vt li-
teris conſularib.ex ſenatuſconſulto,cũcta ex I-
talia,omnes,qui remp.ſaluã vellent,conuocarẽ-
tur.Quod nũquã ſenatus in vniuerſæ reip. peri-
culo decreuit,id in vni9 mea ſalute conſeruanda
decernendũ putauit.Quem curia magis requiſi-
uit? quem forũ luxit? quẽ æquè ipſa tribunalia
deſiderauerũt?Omnia diſceſſu meo deſerta,hor-
rida,muta,plena luct9,& mæroris fuerunt. Quis
eſt Italiæ loc9 in quo nõ fixũ ſit in publicis mo-

numentis studium salutis meæ, testimonium dignitatis?|| [c] Nā quid ego illa de me diuina sena- 129
tusćōsulta cōmemorē? vel quod in templo Iouis optimi maximi factū est, cùm vir is, qui [d] tripartitas orbis terrarum oras, atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit, de scripto sententia dicta, mihi vni testimoniū patriæ conseruatæ dedit? cuius sententiā ita frequentissimus senatus secutus est, vt vnus dissentiret hostis: idq; ipsū tabulis publicis mandaretur, ad memoriā posteri temporis sempiternam: vel quod est postridie decretum in curia, populi ipsius R. & eorum, qui ex municipiis conuenerant, admonitu, ne quisde cælo seruaret? ne quis morā vllā afferret? si quis aliter fecisset, eū planè euersorem reipublicæ fore, idque senatum grauissimè laturū: & vt statim de eius facto referretur? Qua grauitate sua, cùm frequēs senatus nonnullorum scelus audaciāq; tardasset: tum illud addidit, si diebus quinq;, quib. agi de me potuisset, nō esset actū, redirē in patriam, dignitate omni recuperata. Decreuit eodem tempore senatus, vt iis, qui ex tota Italia salutis meæ causa conuenerant, agerentur gratiæ: [e] atq; vt iidē 70
ad res redeuntes, vt venirent, rogarentur.|| Hæc 130
erat studiorū in mea salute contentio: vt ij, qui à senatu de me rogabātur, iidem senatui pro me supplicarent. Atq; ita in his rebus vnus est solus inuentus, qui ab hac tā impensa volūtate bonorū palàm dissideret, vt etiam Q. Metellus cōsul, qui mihi vel maximè ex magnis contentionib. reipublicæ fuisset inimicus, de mea salute retulerit. 73 [f] Qui excitatus summa cū auctoritate, P. Seruilij quadam grauitate dicendi cùm ille omneis propè ab inferis euocasset Metellos, & ad illius generis, quod sibi cū eo cōmune esset, dignitatem, propinqui sui mentē à Clodianis latrociniis reflexisset: cūq; eum ad domestici exēpli memoriam, [g] & ad vnum dicto citius Metelli casum, vel gloriosum, vel grauem conuertisset:

c al. Nam quid ego diuina illa de me sen.
d L. tripertitas
e L. atque vtîidem, ad illam diē, res cum redissent, vt venirent, rogarētur.
f L. Qui excitatus cum summa auctoritate P. Seru. tum incredibili quad. gr. * al authoritate vestra, tunc P. Seruilio
g L. & ad Numidici illius Metelli c. al. & ad vnius Numidici Metelli casum,

h collacrymauit, vt vir egregius, ac verè Metellus, totúmque se[i] P. Seruilio dicenti etiam tum tradidit: nec illam diuinam grauitatem, plenam antiquitatis, diutius homo eiusdē sanguinis potuit sustinere, & mecum absens [k] beneficio re-
131 diit in gratiam.|| Quod certè, si est[l] aliquis sensus in morte præclarorum virorum, cū omnibus Metellis, tū verò vni viro fortissimo, & præstantissimo ciui, gratissimū, fratri suo, fecit, socio laborum, periculorum, consiliorū meorum. Reditus verò meus qui fuerit, quis ignorat? quemadmodum mihi aduenienti tanquam totius Italiæ, atq; ipsius patriæ dexteram porrexerint Brūdusini? cùm7: * ipsis nonis Sextil. idem dies aduentus mei fuisset,[m] *qui reditus natalis: idem carissimę filiæ? quam ex grauissimo tum primùm desiderio, luctúque conspexi: idem etiam ipsius coloniæ Brundusinæ:[n] idem vt scitis? cúmq; me domus eadem optimorum, & doctissimorum virorum, Lenij Flacci & patris, & fratris eius lætissima accepisset, quæ proximo anno mærēs receperat, & suo præsidio, periculoq; defenderat? cúmque itinere toto vrbes Italiæ festos dies agere aduentus mei videbantur? viæ multitudine legatorū, vndiq; missorum celebrabantur? ad vrbem accessus incredibili hominum multitudine, & gratulatione florebat? iter à porta, in Capitolium adscensus, domū reditus erat eiusmodi, vt summa in lætitia illud dolerem, ciuitatem tam gratam, tam miserā, atque oppressam fuisse?
132 ||Habes igitur, quod ex me quæsisti, qui essent optimates. nō est natio, vt dixisti: quod ego verbum agnoui: est enim illius, à quo vna maximè P. Sextius se oppugnari videt, hominis eius, qui hanc nationem deleri, & concidi, cupiuit: qui C. Cæsarem, mitem hominem, & à cæde abhorrentem, sæpe increpuit, sæpe accousauit, cùm affirmaret, illum, numquam, dum hæc natio viueret, sine cura futuram.

nihil

h L. collacrymauit vir
i L.P. Seruilio etiam tum dicenti, trad.
k al. beneficio suo r.
l al. alicui sens.

* L. ipsius
m L. qui reditus? natalis idem carissimæ fil.
* patri fuit reditus? natalis idem carissimæ filiæ? Pant: qui natalis idem carissimæ filiæ? (quam ego grauissimo cùm primùm desiderio luctūque conspexi) idem etiam ipsius coloniæ Brundusinæ, idem & salutatio
n L. idem Salutis, vt scitis?

nihil profecit de vniuersis:de me agere non destitit:me oppugnauit primùm[73] per indicē Vettium,quem in contione de me, & de clarissimis viris interrogauit.in quo tamen eos ciueis coniunxit eodem periculo,& crimine,vt à me inierit gratiam,quòd me cum amplissimis,& fortissimis viris congregauit.|| Sed postea mihi, nullo meo merito nisi quòd bonis placere cupiebam , omneis est insidias sceleratissimè machinatus.Ille ad eos à quibus audiebatur,quotidie [74] [o]aliquid defecti afferebat : ille hominē mihi amicissimum,Cn.Pompeium,monebat,vt meam domū metueret,[p] atque à me ipso caueret : ille se sic cum inimico meo copularat,vt illum meæ proscriptionis,quā adiuuabat Sex.Clodius, homo iis dignissimus,quibuscumviuit,tabulam esse,se scriptorem diceret:ille vnus ordinis nostri discessu meo,luctu vestro , palàm exsultauit. de quo ego, cùm quotidie rueret , verbum feci,iudices,numquā:neq; putaui,cū omnib. machinis, ac tormentis,vi,exercitu,copiis oppugnarer, de vno sagittario me queri cōuenire.[75][q] Acta mea illi displicere, quis nescit?qui*legē contemnat, quę dilucidè vetat,gladiatores biēnio,quo quis petierit,aut petiturus sit, dare? || In quo eius temeritatem satis mirari, iudices, non queo. facit apertissimè cōtra legem:facit is,qui neque elabi ex iudicio iucūditate sua,neq; emitti gratia potest:neque opibus & potentia leges , ac iudicia perfringere.Quæ res hominē impellit,vt sit tam intemperans?ista nimia gloriæ cupiditate familiā gladiatoriā,credo,nactus est,speciosam, nobilem,gloriosam, norat studia populi : videbat clamores,& cōcursus futuros. Hac exspectatione elatus homo,flagrans cupiditate gloriæ , tenere se non potuit, quin hos gladiatores induceret, quorum esset ipse pulcherrimus. Si ob eam causam peccaret,& pro recenti populi Romani in se beneficio , opulari studio elatus : tamen

(margin, beside "Sed postea mihi, nul-": 133)

(margin, beside "petierit, aut petiturus sit": 134)

o L. aliquid de me ficti afferebat: al. aliquid deferebat:

p for. atque à me ipso sibi caueret:

q L. Acta mea ait sibi displicere. Quis nescit?

* legem Tulliā,quā ipse consul de ambitu tulerat, videtur intelligere.

men ignosceret nemo. cũ verò ne de venalibus quidẽ homines electos, sed ex ergastulis emtos nominibus gladiatoriis ornarit, & sortitò alios Samniteis, alios Prouocatores fecerit: tanta licentia, tanta legum contentione non habitura
135 sit exitum, pertimescit? || Sed habet defensiones duas: primùm, Do, inquit, bastiarios: lex est scripta de gladiatoribus. Festiuè. Accipite [r] aliquid etiam acutius. dicit se non gladiatores, sed* vnũ gladiatorem dare, & totam ædilitatem in munus hoc transtulisse. Præclara ædilitas. vnus leo: ducenti bestiarij. Verùm vtatur hac defensione: cupio eum suæ causæ confidere. Solet enim tribunos pl. appellare, & vi iudiciũ disturbare, cùm diffidit. quem nòn tã [s] admiror, quòd meã legem contemnat, hominis inimici, [t] quàm quòd se statuit omnino consularem legem nullam putare. [u] Aciliam, Didiam, Liciniam, Iuniam contemsit. Etiámne eius, quẽ sua lege, & suo beneficio ornatum, munitũ, armatũ solet gloriari, C. Cæsaris legẽ de pecuniis repetũdis non putat esse legẽ? Et aiũt, alios esse, qui acta Cæsaris rescindant, cũ hæc optima lex, & ab illo socero eius, & ab hoc assecla negligatur? Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos, iudices, vt aliquando esseris seueri, aliquãdo medicinã adhiberetis reip. Nõ est ea medicina, cũ sanæ parti corporis scalpellũ adhibetur, atq; integræ: carnificina est ista, & crudelitas. hi medentur reip. qui exsecant pe-
136 stẽ aliquã, tanquã strumã ciuitatis. || Sed,* vt extremũ habeat [x] aliquid oratio mea, & vt ego antè dicendi finẽ faciã, quã vos me tã attètè audiẽdi, cõcludã illud de optimatibus, eorúmque principibus, ac reip. defensoribus: vósq;, adolescentes, & qui nobiles estis, ad maiorũ vestrorũ imitationẽ excitabo, & qui ingenio, & virtute nobilitatẽ potestis consequi, ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore, & gloria
137 floruerunt, cohortabor. || Hæc est vna via, mihi credi

r L. aliud etiam

* Pantag. vnam venationem date,

s L. demiror.

t L. quàm quòd statuat omn.

v L. Cæciliam, Didiam: vtræque erant sumptuariæ.

*PERORATIO, cohortationẽ & effectum continens.

x al. aliquod

credite, & laudis, & dignitatis, & honoris: à bonis viris, sapientibus, & bene natura constitutis, laudari, & diligi nosse descriptionem ciuitatis, maioribus nostris sapientissimè constitutam: qui cùm regum potestatē non tulissent, ita magistratus annuos creauerunt, vt consilium senatus reipublicæ[y] præponerent sempiternum: deligerentur autem in id consilium ab vniuerso populo, aditúsque in illum summum ordinem omnium ciuium industriæ, ac virtuti pateret. senatum reipublicæ custodem, præsidē, propugnatorē collocauerunt: huius ordinis auctoritate vti magistratus, & quasi ministros grauissimi consilij esse voluerūt: senatū autem ipsum, proximorum ordinū splendore confirmari: plebis libertatem, & cōmoda tueri, atque augere voluerunt.

y L. præponerent s.

138 ||Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt, cuiuscumq; sint ordinis: qui autē præcipuè suis ceruicibus tanta munia, atque rempublicam sustinent, ij semper habiti sunt optimatiū principes, auctores, & conseruatores ciuitatis. Huic hominum generi fateor, vt ante dixi, multos aduersarios, inimicos, inuidos esse, multa proponi pericula, multas inferri [z] iniurias, magnos esse experiundos & subeundos labores: sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia: cū dignitate, non cum voluptate: cum iis, qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno, & conuiuiis, & delectationi natos arbitrantur. Nam, siqui voluptatibus ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum latrociniis dediderunt: missos faciant honotes, [a] nec attingant rempublicam. [b] patiantur viros forteis labore, se otio suo perfrui.

z al. insidias,

a L. ne attingant r.

b v. c. patiātur viros forteis frui. q. li. patiantur viros forteis laborum patienteis, honor. frui.

139 || Qui autem bonam famam bonorum, quæ sola verè gloria nominari potest, expetunt aliis otium quærere debent, & voluptates, non sibi. sudandum est his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro republica tempestates: cum

cum multis audacibus, improbis,nonnumquam
etiam potentibus,dimicandum. Hæc audiuimus
de clarissimorum virorum consiliis,& factis:hęc
accepimus,hæc legimus.neque eos in laude po-
sitos videmus, qui incitarunt aliquando populi
animos ad seditionem aut qui largitione cæca-
runt menteis imperitorũ,aut qui forteis, & cla-
ros viros,& bene de republica meritos, in inui-
diam aliquam vocauerunt. Leueis hos semper
nostri homines,& audaceis, & malos, & perni-
ciosos ciueis putauerunt. At vero qui horũ im-
petus, & conatus repressérunt: qui auctoritate
qui fide,qui constantia,qui magnitudine animi,
consiliis audacium restiterunt:ij graues,ij prin-
cipes,ij duces,ij auctores huiusdignitatis,atque
140 imperij semper habiti sunt.|| Ac, ne quis ex no-
stro,aut aliquorum præterea casu hanc vitæ viã
pertimescat:vnus in hac ciuitate, quem quidem
ego possim dicere,pręclarè vir de republica me-
ritus,L. Opimius indignissimè concidit: cuius
monumentum celeberrimũ in foro,sepulcrũ de-
sertissimũ in littore Dyrrhachino relictum est.
Atque hunc tamen flagrantẽ inuidia propter in-
teritum C. Gracchi semper ipse populus R. pe
riculo liberauit.alia quædã ciuem egregiũ ini-
qui iudicij procella peruertit. ceteri verò aut
repentina vi perculsi, ac tẽpestate populari, per
populum tamen ipsum recreati sunt, atque re-
uocati: aut omnino inuulnerati, inuiolatique
vixerũt.At verò ij, qui senatus consiliũ, qui au-
ctoritatem bonorum:qui instituta maiorum ne-
glexerunt,&imperitæ,aut concitatæ multitudi-
ni iucundi esse voluerunt: omnes ferè reipubli-
cæ pœnas aut præsenti morte,aut turpi[c] exsilio c L. exsu-
141 dependerunt.|| Quòd si apud Athenienseis, ho- lio.
mines Græcos, longè à nostrorum hominum
grauitate disiunctos, non deerant qui rem-
publicam contra populi temeritatem defen-
derent, cùm omnes, qui ita fecerant, è ciuita-
te eii

te eiicerentur:si Themistoclem illum,conseruatorē patriæ,non deterruit à rep.defendenda,nec Miltiadis calamitas,qui illā ciuitatē paulò antè
d φυγὴ, seruarat,nec Aristidis[d] fuga, qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur: si postea summi eiusdē ciuitatis viri,quos nominatim appellari non est necesse, propositis tot exemplis iracundiæ, leuitatisq́ue popularis,tamen suam remp. illam defenderun t:quid nos tandem facere debemus, primùm in ea ciuitate nati,vnde orta mihi grauitas,& magnitudo animi videtur? tum in tanta gloria insistētes,vt omnia humana leuioravideri debeāt?deinde,ad eā rē tuendā aggressi, quæ tanta dignitate est,vt eā defendentem occidere
e L. quàm oppugnantem nō aliud sit,[e] quā oppugnantē rerū potiri?||Ho- 142
mines Græci,quos antea nominaui,iniquè à suis ciuib.dānati,atq; expulsi,tamen,quia bene sunt de suis ciuitatib. meriti,tāta hodie gloria sunt, nō in Græcia solùm,sed etiā apud nos,atque in ceteris terris,vt eos,à quib.illi oppressi sunt,nemo nominet : horū calamitatē dominationi illorū omnes anteponant.QuisKarthaginiensium
f L.Hanniballe, pluris fuit[f] Annibale consilio,virtute,rebus gestis : qui vnus cū tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio , & de gloria decertauit? hunc si ciues à ciuitate eiecerunt:nos etiam hostē literis nostris,& memoria videmus esse celebratū.||Quare imitemur nostros Brutos, Camil- 143
g L. Ahalas, h v.c. Aimilios, los,[g] Halas,Decios,Curios,Fabricios,Maximos, Scipiones,Lētulos, [h] Aemilios,innumerabileis alios,qui hanc rēpublicā stabiliuerunt: quos equidē in deorū immortaliū cœtu,ac numero repono.amemus patriā,pareamus senatui, cōsula-
i v. c. præsentis k v.c.posteritati, gloria mus bonis:[i] præsenteis fructus negligamus,[k] posteritati , & gloriæ seruiamus : id esse optimum putemus,quod erit rectissimū:speremus quæ volumus,sed quod acciderit, feramus , cogitemus denique corpus virorum fortium , magnorúmque hominum, esse mortale : animi verò motus,

tus,& virtutis gloriam sempiternam:neque hāc
opinionem,si in illo sanctissimo Hercule cōse-
cratā videmus,cuius corpore ambusto,vitā eius
& virtutē immortalitas excepisse dicitur.minùs
existimemus,eos,qui hāc tantā rēp.suis cōsiliis,
aut laboribus [l] aut auxerint, aut defenderint,
aut seruarint esse immortalē gloriā [m] consecu-
144 turos.||Sed me repente,iudices,de fortissimorū,
& clarissimorum ciuium dignitate,& gloria di-
centē,& plura etiam dicere parantē, horum ad-
spectus in ipso cursu orationis repressit. Video
P.Sextium, meæ salutis,vestræ auctoritatis, pu-
blicę causæ defensorem,propugnatorē, [n] aucto-
rē reum:video hunc prætextatum eius filium o-
culis eius lacrymantibus me intuentē:video Mi
lonem,vindicē vestræ [o] libertatis,custodē salu-
tis meæ,subsidium afflictę reip.exstinctorem do
mestici latrocinij,repressorem cædis quotidia-
næ,defensorē templorum,atque tectorum,pręsi-
dium curiæ,sordidatum, & reum:video P. Len-
tulum,cuius ego patrem,deum,ac parentem sta-
tuo fortunæ,ac nominis mei, [p] & fratris, rerūq;
nostrarum,in hoc misero squalore, & sordibus:
cui superior annus idem & virilem patris &
prætextam,populi iudicio togā [q] dederit,hunc
hoc anno in hac toga, rogationis iniustissimæ
subitā acerbitatē pro patre fortissimo, & cla-
145 rissimo ciue deprecantem.||Atque hic tot & ta-
lium ciuium squalor,hic luctus,hæ sordes sus-
ceptæ sunt propter vnum me,quia me defende-
runt,quia meū casum luctúmq; doluerunt, quia
me lugenti patriæ,flagitanti, senatui poscenti
Italiæ,vobis omnibus orantibus, reddiderunt.
Quod tātum est in me scelus?quid tātopere de-
liqui [r] illo, illo die,cùm ad vos indicia,literas,
cōfessiones cōmunis exitij detuli? cū parui vo-
bis?At,si scelestum est amare patriā,periculi pœ
narum satis:euersa domus est, fortunæ vexatæ,
dissipati liberi,raptata [s] coniux,frater optimus,

l v.c.aut auxerunt,aut defenderūt, aut seruarunt,&c.
m v.c. consecutos.
n v.c. actorem,
o al.nostrę.
p copula & abest à v.c.
q v.c.dedit
r v.c. illo die,cùm.
s L.cōiunx.

credibili pietate, amore inaudito, in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorũ: ego pulsus aris, focis, diis penatibus, distractus à meis carui patria, quã (vti leuissimè dicã) certè texerã: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudem inuidorum. || Si hoc non 146
est satis, quòd hæc omnia deleta videntur reditu meo, multò mihi, multò, inquã, iudices, præstat, in eandem illam recidere fortunã, quã tantam importare meis defensoribus, & conseruatoribus calamitatẽ. An ego in hac vrbe esse [r] possum, his pulsis, qui me huius vrbis cõpotem fecerunt? non ero. non potero esse, iudices: neq; hic vmquam puer, qui his lacrymis, qua sit pietate declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumen videbit: nec, quotiescunque me viderit, ingemiscet, ac pestem suã, & patris sui sese dicet videre. Ego verò vos in omni fortuna, quæcumque erit oblata, cõplectar: nec me ab iis, quos meo nomine sordidatos videtis [u] vmquam vlla fortuna diuellet: neque eæ nationes, quibus me senatus cõmendauit, quibus de me gratias egit, hunc exsulẽ propter me sine me videbunt. || Sed hæc, dij immortales, qui me suis 147
tẽplis aduenientẽ receperunt, stipatum ab his viris, & P. Lentulus consul, atque ipsa respublica, qua nihil est sanctius, vestræ potestati, iudices, cõmiserunt: vos hoc iudicio omniũ bonorum menteis confirmare, improborum reprimere potestis: vos his ciuibus vti optimis, vos me reficere, & renouare remp. potestis. Quare vos obtestor, atq; obsecro, vt si me saluum esse voluistis, eos conseruetis, per quos me recuperauistis.

r al. possim.

u al. vlla vmquam.

IN



IN VATINIVM.

ORATIO TRICESIMA TERTIA.

Cùm in P. Sextilium de vi reum, P. Vatinius testimonium dixisset, Sextij patronus Cicero, iniectus est in eum acerbissimè. QVAESTIO *est itaque an Vatinio testi aduersus Sextium dicenti fides habenda sit, Cicero non habendam esse contendit.*

1  I * TVA tantummodo, Vatini, quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod is vehementer placebàt, vt te, cuius testimonium, propter turpitudinem vitæ, sordeisque domesticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterē. nemo enim horum aut ita te refutandū, vt grauem aduersarium, aut ita rogandū, vt religiosū testē, arbitrabatur.[1] sed fui paulò in te intemperantior fortasse, quā debui. odio enim tui, in quo, etsi omneis propter tuū in me scelus, superare debeo, tamē ab omnibus pænè vincor, sic sum incitatus, vt cùm te nō minùs contemnerē, quā odissem, tamē vexatū pótius, quā despectū vellē dimittere. * EXORDIVM.

2 ‖ Quare, ne tibi hûc honorē à me haberi fortè mirere, quòd interrogē, quē nemo cōgressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignū putet: nulla me ad id causa impulisset: nisi vt ferocitatem tuā istā cōprimerē, & audaciā, frangerē, & loquacitatē paucissimis interrogationibus irretitā retardarē. Etenim debuísti, Vatini, etiam si falsò venisses in suspicionē P. Sextio, tamē mihi ignoscere, si in tāto hominis de me optimè meriti periculo, & tēpori eius, & voluntati parere voluisse.[2] a v.c. paucis meis interr.

3 ‖ Sed hesterno pro testimonio esse mēritū, cùm affirmares nullū tibi omnino cum Albinouano ser-

monē non modò de Sextio accuſando,ſed nulla vmquāde re fuiſſe,paulò antè imprudens indicaſti:qui & T.Claudium tecū communicaſſe, & à te conſilium P.Sextij accuſandi petiiſſe, & Albinouanū,quem antea vix tibi notum eſſe dixiſſes,domum tuā veniſſe,[b] multa tecum locutum dixeris : denique contiones P. Sextij ſcriptas,quas neque noſſet, neque reperire poſſet, te Albinouano dediſſe,eáſque in hoc iudicio eſſe recitatas. In quorū altero es confeſſus , à te accuſatores eſſe inſtructos,& ſubornatos : in altero inconſtantiam tuam cùm leuitate tum etiam periurio implicatam refelliſti:cùm [c] quem à te alieniſſimum eſſe dixiſſes , eum domi tuæ fuiſſe:quem [d] præuaricatorem eſſe ab initio iudicaſſes,ei te,quos rogaſſet,ad accuſandum libros dixeris dediſſe.‖Nimiùm es vehemens, feroxque natura,nō putas fas eſſe verbum ex ore exire cuiuſquam,quod non iucundum,& honorificum ad aureis tuas [e] accedat, veniſti iratus omnibus:quod ego ſimulac te adſpexi , priùs quàm loqui cœpiſti,cùm ante Gellius nutricula ſeditioſorum omniū,teſtimoniū diceret,ſenſi,atque [f] prouidi.repentè enim te,tanquā ſerpens è latibulis,oculis eminētibus,inflato collo,tumidis ceruicibus intuliſti:[g] vt mihi renouatus ille tuus in te * * * 4

‖ * veterem meum amicū,ſed tamen tuū familiarē,defenderim,cùm in hac ciuitate oppugnatio ſoleat,qua tu nunc vteris, nōnumquam defenſio,numquā vituperari. Sed quæro à te , cur C. Cornelium nō defenderem. num legē aliquā Cornelius contra auſpicia tulerit.num Aeliam, num Fuſiā legē neglexerit:num conſuli vim attulerit:num armatis hominibus,tēplum tenuerit:nū interceſſorē vi deiecerit:num religiones polluerit:ærarium exhauſerit: remp,compilarit. Tua ſunt , tua ſunt hæc omnia. Cornelio eiuſmodi nihil obiectū eſt. Codicē legiſſe diceba 5

b al. multa tecū locutum eſſe d.

c L.quem alieniſſimū dix.& ita v. c.

d L.præuaricatorem.ab

e L.accidat & ita v.c.

f al. prævidi.

g L.vt mihi renouatus ille tuus tribunatus videretur: At mihi primum obiecisti,quòd Cornelium veterē meū am.

* Reſpondet obiectionibus Vatinij.

batur. defendebatur,testibus collegis suis,non
recitandi causa legisse, sed recognoscendi.Cō-
stabat tamen,Cornelium h consilium illo die
dimisisse,intercessioni paruisse.Tu verò,cui Cor
nelij defensio displicet,quam causam ad patro-
nos tuos,aut quod os afferes? quibus iam præ-
scribis,quanto illis probro futurum sit,si te de-
fenderint,cùm tu mihi Cornelij defensionem
6 in maledictis obiiciēdam putaris.‖Attamē hoc,
Vatini,memento, paulò post istā defensionem
meam, quam tu bonis viris displicuisse dicis,
me cū vniuersi populi Romani summa volunta-
te,tū optimi cuiusque singulari studio, magni-
ficentissimè post hominum memoriā consulem
factum,omniaque ea me prudenter viuendo cō-
secutum esse, quæ tu impudenter vaticinando
sperare te sæpe dixisti.Nā quòd mihi discessum
obiecisti meum,& quòd horū,quibus ille dies
acerbissimus fuit,qui idē tibi lætissimus,luctum
& gemitum renouare voluisti:tantùm tibi res-
pondeo,me,cùm tu,ceteræque reip.pestes,armo
rum causam quæreretis,& cùm per meū nomen
fortunas,i locupletū diripere,* sanguinē prin-
cipum ciuitatis exsorbere,crudelitatem vestrā,
odiúmque diuturnum, quod in bonos iam in-
ueteratum habebatis,saturare cuperetis: scelus,
& furorem vestrum cedendo maluisse frangere,
7 quàm resistendo.‖ Quare peto à te,k vt mihi
ignoscas,Vatini,cùm patriæ pepercerim, quam
seruarā:&,si ego te perditorem,&vexatorē rei-
publicæ fero,tu me conseruatorem, & custodē
feras. l deinde eius viri discessum increpas,quē
vides omniū ciuiū desiderio,m ipsius deniq; reip.
luctu esse reuocatum?At enim dixisti,non mea
sed reipublicæ causa,homines de meo reditu la
borasse.Quasi verò quisquam excellenti animo
in rempublicam ingressus, optabilius quidquā
arbitretur,quàm se à suis ciuibus reip.causa di-
8 ligi.‖ Scilicet aspera mea natura: difficilis adi-

h L. concilium.

i L.locupletium dir.

* al.sanguinem ciuitatis.

k L.vt & mihi ignoscas,Vat.quæ patriæ pop.

l for.deinde eius viri discessione increpes,q. vid.omn. ciu.des.ipsi denique rei pub.luctu esse reuocatum. At.

m for.ipsius denique reip.voce esse reu.

tus:grauis vultus:superba responsa:insolens vita:nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem,nemo consilium,nemo auxilium requirebat:cuius desiderio (vt hæc minima dicã) forũ mæstum,muta curia,omnia denique bonarũ artium studia siluerunt.Sed nihil sit factum mea causa:omnia illa senatusconsulta : populi iussa Italiæ totius cunctarum societatum,collegiorũ omniumdecreta de me,reipublicę causa esse facta fateamur.Quid ergo homo * imperitissime solidæ laudis,ac verę dignitatis,præstantius mihi potuit accidere?quid optabilius ad immortalitatem gloriæ,atque ad memoriam mei nominis sempiternam , quàm omneis hos ciueis meos iudicare,ciuitatis salutem cum mea vnius salute esse coniunctam?

* al.impudentissime.

9 Quod quidem ego tibi reddo tuum.nam vt tu me carum esse dixisti senatui,populóque Ro.non tam mea causa,quàm reip.sic ego te,quamquam sis omni diritate, atque immanitate teterrimus,tamen dico esse odio ciuitati non tam tuo,quàm reip.nomine.At que vt aliquando ad te veniã,de me hoc sit extremum quid quisq; nostrûm de se ipse loquatur,non est sanè requirẽdum:boni viri iudicẽt. id est maximi momenti,& ponderis.

10 Duo sunt tempora,quibus nostrorum ciuium spectentur iudicia de nobis: vnum honoris , alterum salutis.[n] Honos talis populi Ro. voluntate paucis est delatus.ac mihi salus tanto studio ciuitatis nemini reddita:de te autem homines quid sentiant,in honore experti sumus,in salute,[o]exspectamus.5 Et,vt ne me cum homine vno non solùm impudentissimo,atque infimo conferam:de te ipso,homine & arrogãtissimo,& mihi inimicissimo,quæro,Vatini,vtrùm tandem putes,huic ciuitati,*huic vrbi,his templis, ærario , curiæ, viris his,quos vides,horum bonis, fortunis, liberis,ciuibus,ceteris denique deorum immortalium delubris , auspiciis , religionibus , melius

n L. honos tali populi R.vol.

o L. exspectamus.Sed tamen, ne me cum his principibus qui adsunt, P.Sextio, sed tecum homine vno n.&c.

* huic ciuitati,huic reipublicæ, huic vrbi.

lius fuisse,& prestabilius,me ciuem in hac ciuitate nasci,an te?cùm mihi [p] hæc responderis, aut ita impudenter,vt manus à te homines vix abstinere possint:aut ita dolenter,vt aliquando [o] ista illa,quę sunt inflata,rumpantur:tum memoriter respõdero ad ea,quæ de te ipso rogaro.

p v.c.hoc respond.

11 || [q] At illud* tenebricosissimũ tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere.licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis,vicinos cõpilaris,matrem verberaris. habebat hoc præmium tua indignitas,vt adolescentiæ turpitudo, obscuritate,& sordibus tuis obtegatur. Quæsturã petisti cum P. Sextio,cùm hic nihil loqueretur, nisi quod agebat:tu de altero consulatu gerendo [r] te diceres cogitare.Quæro abs te, teneásne memoria,cùm P.Sextius,quæstor sit cunctis suffragiis factus,tunc te vix,inuitis omnibus,nõ populi beneficio,sed consulis extremum adhæsisse?||

q I. Atque illud Ten.
* De vita Vatinij.
r v.c. diceres ,te cogitare.

12 in eo magistratu,cùm tibi magno clamore aquaria prouincia sorte obtigisset, missúsne sis à me consule Puteolos,vt inde aurũ exportari,argentúmque prohiberes?in eo negotio cùm te non custodé ad continendas,sed * portitoré ad partiendas merceis missum putares, cúmque omnium domos,apothecas,naueis , furacissimè scrutarere,hominésque [s] negotia geréteis,iudiciis iniquissimis irretires,mercatores è naui egredienteis terreres,conscendenteis morarere: teneásne memoria,tibi in cõuentu Puteolis manus esse allatas ad me consulé,[t] Puteolanorum querelas esse delatas:post quæsturam exierísne legatus in vlteriore Hispaniã,C.Cosconio procõsule?cùm * illud iter Hispaniése pedibus ferè confici soleat,[u] aut,si quis nauigare velit,certa sit ratio nauigandi.venerísne in Sardiniam , atque inde in Africam?fuerísne , quod sine senatuscõsulto tibi facere non licuit,in regno Hiẽpsalis?fuerísne in regno Mastanesosi? venerísne ad fretum per Mauritaniam ? quem scias vmquam

* al.partitorem.
s v.c. negotij geréteis,
t v.c.querelas Puteolanorum.
* hinc constat,consules certis itineribus proficisci subitò in suas prouincias.
v v.c.aut, qui nauig.

quam legatum Hispaniensem [x] in illã prouin-
ciam istis itineribus peruenisse? ‖ Factus es tri- 13
bunus pl. quid enim te de Hispaniensibus flagi-
tiis tuis, sordidissimisque furtis interrogẽ?) quæ
ro abs te, [y] primum quod genus improbitatis,
& sceleris in eo magistratu prætermiseris? Ac
tibi iam inde præscribo, ne tuas sordeis cũ cla-
rissimorũ virorũ splẽdore * permisceas. Ego, te,
quęcunq; rogabo, de teipso rogabo. neq; te ex
amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenębris
extrahã, omniaque mea tela sic in te [a] coniiciẽ-
tur, vt nemo per tuum latus (quod soles dicere)
saucietur in tuis pulmonibus, ac visceribus hæ-
rebunt. ‖ Et quoniã omnium rerum magnarum [b] 14
à diis immortalibus principia ducuntur, [c] volo
vt mihi respondeas tu, qui te Pythagoricum so-
les dicere, & hominis doctissimi nomen tuis
immanibus, & barbaris moribus prætẽdere, quæ
te tanta prauitas mentis tenuerit, qui tantus fu-
ror, vt, cùm inaudita, ac nefaria sacra susceperis,
cùm inferorum animas elicere, cùm puerorum
extis deos manes mactare soleas: auspicia, qui-
bus hæc vrbs condita est, quibus omnis respu-
blica, atque imperium tenetur, contempseris, i-
nitioque tribunatus tui senatui denunciaris,
tuis actionibus augurũ responsa, atque ius col-
legij arrogantiam impedimento non futuram?
‖ Secũdum ea quęro seruarisne in eo fidem? num 15
quando tibi moram attulerit, [d] quo minùs cõ-
silium aduocares, legémque ferres, quòd eo die
scires de cælo esse seruatum? Et quoniã hic lo-
cus [e] vnus est, quem tibi cum Cæsare commu-
nẽ esse dicas: seiungam te ab illo, non solũ reip.
causa, verùm etiã Cæsaris, ne qua ex tua summa
indignitate labes, illius dignitati adspersa vi-
deatur. Primùm quæro, num tu senatui causam
tuam permittas, quod facit Cæsar? deinde quæ
sit auctoritas eius, qui se alterius facto, non suo
defendat? deinde (erumpet enim aliquando
ex

x v.c. & L. istis itineribus in illã prouinciã p.
y L. primũ vniuersè, quod g. & ita v.c.
* pertimescas.
a v.c. conicientur,
b v. c. ab diis.
c al. volo mihi resp.
d L. quo minus concilium aduoc.
e L. est vnus, & ita v.c.

ex me vera vox, & dicam sine cunctatione quod sentio) si iam violentior aliqua in re C. Cæsar fuisset, si eum magnitudo contentionis, studiũ gloriæ præstans animus, excellens nobilitas, aliquò impulisset, quod in illo viro, & tum ferendum esset, & maximis rebus, quas postea gessit, obliterandum: id tu tibi furcifer, sumes, & Vatinij latronis, ac sacrilegi vox audietur, hoc postulantis, vt idem sibi concedatur, quod Cæsari?

16 ¶Sic enim ex te quæro, Tribunus pl. fuisti. seiunge te à consule. collegas habuisti viros forteis nouem. ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas [f] de cælo seruare: quos irridebas, quos priuatos esse dicebas: de quibus duos prætextatos sedenteis vides, [g] te ædilitiam prætextam togã, quam frustra confeceras, vendidisse: tertium scis ex illo obsesso, atque afflicto tribunatu, consularem auctoritatẽ hominem esse adolescentem consecutũ: reliqui sex fuerunt: [h] ex quibus partim planè tecum sentiebant, partim mediũ quẽdam cursum tenebant. omnes habuerunt leges promulgatas: in his multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius, iudex noster: quem [i] tu disrumperis, cũ ædilitium vides.

17 ¶Volo vti mihi respondeas, num quis ex toto collegio legem sit ausus ferre præter vnum te? quæ tanta in te [k] fuit audacia: quæ tanta vis: vt, [l] cùm tui nouem collegæ sibi timendum esse duxerint, id vnus tu, emersus è cœno, omnium facilè omnibus rebus infimus, cõtemnendum, despiciendum, irridendum putares? num quẽ post vrbem conditam scias tribunum pl. egisse cum

18 plebe, cùm constaret seruatum esse de cœlo? ¶Simul etiã illud volo vti respondeas, cùm, te tribuno pl. esset etiã tum in rep. lex Aelia, [m] & Fusia: quæ leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt, & represserunt, quas contra, preter te, nemo vmquã est facere conatus, quæ quidem leges anno post, [n] sedentibus in templo duobus,

f L. seruare de cælo, & ita v.c.

g for. tu ædilitiam prætext ã togam, q. fr. conf. vendidisti:

h v.c. è quibus planè partim.

i L. tu dirũperis,

k L. fuerit aud.

l L. cùm tui collegæ nouẽ sibi tim. al. cùm nouẽ tui collegæ.

m L. & Fusia: vide in Pisc. & ibidem Asconium, post red. in Senatu, de Prou. Conf. & 2. ad Att. ep. 10.

n al. præsidentibus.

numentis ſtudium ſalutis meæ, teſtimonium dignitatis?|| c Nã quid ego illa de me diuina ſenatuſcõſulta cõmemorẽ? vel quod in templo Iouis optimi maximi factũ eſt, cùm vir is, qui d tripartitas orbis terrarum oras, atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit, de ſcripto ſententia dicta, mihi vni teſtimoniũ patriæ conſeruatæ dedit? cuius ſententiã ita frequentiſſimus ſenatus ſecutus eſt, vt vnus diſſentiret hoſtis: idq; ipſũ tabulis publicis mandaretur, ad memoriã poſteri temporis ſempiternam: vel quod eſt poſtridie decretum in curia, populi ipſius R. & eorum, qui ex municipiis conuenerant, admonitu, ne quis de cælo ſeruaret? ne quis morã vllã afferret? ſi quis aliter feciſſet, eũ planè euerſorem reipublicæ fore, idque ſenatum grauiſſimè laturũ: & vt ſtatim de eius facto referretur? Qua grauitate ſua, cùm frequẽs ſenatus nonnullorum ſcelus audaciãq; tardaſſet: tum illud addidit, ſi diebus quinq;, quib. agi de me potuiſſet, nõ eſſet actũ, redirẽ in patriam, dignitatẽ omni recuperata. Decreuit eodem tempore ſenatus, vt iis, qui ex tota Italia ſalutis meæ cauſa conuenerant, agerentur gratiæ: e atq; vt iidẽ 70 ad res redeuntes, vt venirent, rogarentur.|| Hæc 130 erat ſtudiorũ in mea ſalute contentio: vt ij, qui à ſenatu de me rogabãtur, iidem ſenatui pro me ſupplicarent. Atq; ita in his rebus vnus eſt ſolus inuentus, qui ab hac tã impenſa volũtate bonorũ palàm diſſideret, vt etiam Q. Metellus cõſul, qui mihi vel maximè ex magnis contentionib. reipublicæ fuiſſet inimicus, de mea ſalute retulerit. 73 f Qui excitatus ſumma cũ auctoritate, P. Seruilij quadam grauitate dicendi cùm ille omneis propè ab inferis euocaſſet Metellos, & ad illius generis, quod ſibi cũ eo cõmune eſſet, dignitatem, propinqui ſui mentẽ à Clodianis latrociniis reflexiſſet: cũq; eum ad domeſtici exẽpli memoriam, g & ad vnum dicto citius Metelli caſum, vel glorioſum, vel grauem conuertiſſet:

c al. Nam quid ego diuina illa de me ſen.

d L. tripertitas

e L. atque vt iidem, ad illam diẽ, res cum rediſſent, vt venirent, rogarẽtur.

f L. Qui excitatus cum ſumma auctoritate P. Seru. tum incredibili quad. gr. * al authoritate veſtra, tunc P. Seruilio

g L. & ad Numidici illius Metelli c. al. & ad vnius Numidici Metelli caſum,

h collacrymauit, vt vir egregius, ac verè Metellus, totúmque se[i] P. Seruilio dicenti etiam tum tradidit: nec illam diuinam grauitatem, plenam antiquitatis, diutius homo eiusdẽ sanguinis potuit sustinere, & mecum absens [k] beneficio re-
131 diit in gratiam. || Quod certè, si est[l] aliquis sensus in morte præclarorum virorum, cũ omnibus Metellis, tũ verò vni viro fortissimo, & præstantissimo ciui, gratissimũ, fratri suo, fecit, socio laborũm, periculorum, consiliorũ meorum. Reditus verò meus qui fuerit, quis ignorat? quemadmodum mihi aduenienti tanquam totius Italiæ, atq; ipsius patriæ dexteram porrexerint Brũdusini? cùm? * ipsis nonis Sextil. idem dies aduentus mei fuisset, [m] *qui reditus natalis: idem carissimę filiæ? quam ex grauissimo tum primùm desiderio, luctúque conspexi: idem etiam ipsius coloniæ Brundusinæ: [n] idem vt scitis? cúmq; me domus eadem optimorum, & doctissimorum virorum, Lenij Flacci & patris, & fratris eius lætissima accepisset, quæ proximo anno mærẽs receperat, & suo præsidio, periculoq; defenderat? cúmque itinere toto vrbes Italiæ festos dies agere aduentus mei videbantur? viæ multitudine legatorũ, vndiq; missorum celebrabantur? ad vrbem accessus incredibili hominum multitudine, & gratulatione florebat? iter à porta, in Capitolium adscensus, domũ reditus erat eiusmodi, vt summa in lætitia illud dolerem, ciuitatem tam gratam, tam miserã, atque oppressam fuisse?
132 ||Habes igitur, quod ex me quæsisti, qui essent optimates. nõ est natio, vt dixisti: quodego verbum agnoui: est enim illius, à quo vna maximè P. Sextius se oppugnari videt, hominis eius, qui hanc nationem deleri, & concidi cupiuit: qui C. Cæsarem, mitem hominem, & à cæde abhorrentem, sæpe increpuit, sæpe accusauit, cùm affirmaret, illum, numquam, dum hæc natio viueret, sine cura futuram.

h L. collacrymauit vir
i L. P. Seruilio etiam tum dicenti, trad.
k al. beneficio suo r.
l al. alicui sens.

* L. ipsius
m L. qui reditus? natalis idem carissimæ fil.
* patri fuit reditus? natalis idem carissimæ filiæ? Pant. qui natalis idem carissimæ filiæ? (quam ego grauissimo cùm primum desiderio luctũque conspexi) idem etiam ipsius coloniæ Brundusinæ, idem & salutatio
n L. idem Salutis, vt scitis?

nihil profecit de vniuersis: de me agere non destitit: me oppugnauit primùm[73] per indicē Vettium, quem in contione de me, & de clarissimis viris interrogauit. in quo tamen eos ciueis coniunxit eodem periculo, & crimine, vt à me inierit gratiam, quòd me cum amplissimis, & fortissimis viris congregauit. ‖ Sed postea mihi, nul- 133
lo meo merito nisi quòd bonis placere cupiebam, omneis est insidias sceleratissimè machinatus. Ille ad eos à quibus audiebatur, quotidie [74] [o] aliquid defecti afferebat: ille hominē mihi amicissimum, Cn. Pompeium, monebat, vt meam domū metueret, [p] atque à me ipso caueret: ille se sic cum inimico meo copularat, vt illum meæ proscriptionis, quā adiuuabat Sex. Clodius, homo iis dignissimus, quibuscumviuit, tabulam esse, se scriptorem diceret: ille vnus ordinis nostri discessu meo, luctu vestro, palàm exsultauit. de quo ego, cùm quotidie rueret, verbum feci, iudices, numquā: neq; putaui, cū omnib. machinis, ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnarer, de vno sagittario me queri cōuenire.[75] [q] Acta mea illi displicere, quis nescit? qui * legē contemnat, quę dilucidè vetat, gladiatores biēnio, quo quis petierit, aut petiturus sit, dare? ‖ In quo eius te- 134
meritatem satis mirari, iudices, non queo. facit apertissimè cōtra legem: facit is, qui neque elabi ex iudicio iucūditate sua, neq; emitti gratia potest: neque opibus & potentia leges, ac iudicia perstringere. Quæ res hominē impellit, vt sit tam intemperans? ista nimia gloriæ cupiditate familiā gladiatoriā, credo, nactus est, speciosam, nobilem, gloriosam, norat studia populi: videbat clamores, & cōcursus futuros. Hac exspectatione elatus homo, flagrans cupiditate gloriæ, tenere se non potuit, quin hos gladiatores induceret, quorum esset ipse pulcherrimus. Si ob eam caussam peccaret, & pro recenti populi Romani in se beneficio, opulari studio elatus: tamen

o L. aliquid de me ficti afferebat: al. aliquid deferebat:

p for. atque à me ipso sibi caueret:

q L. Acta mea ait sibi displicere. Quis nescit?

* legem Tulliā, quā ipse consul de ambitu tulerat, videtur intelligere.

men ignosceret nemo. cũ verò ne de venalibus quidẽ homines electos, sed ex ergastulis emtos nominibus gladiatoriis ornarit,& sortitò alios Samniteis,alios Prouocatores fecerit: tanta licentia, tanta legum contentione non habitura
135 sit exitum,pertimescit? || Sed habet defensiones duas:primùm,Do,inquit,bastiarios:lex est scripta de gladiatoribus.Festiuè.Accipite [r] aliquid etiam acutius.dicit se non gladiatores,sed*vnũ gladiatorem dare,&totam ædilitatem in munus hoc transtulisse.Præclara ædilitas.vnus leo:ducenti bestiarij. Verùm vtatur hac defensione: cupio eum suæ causæ confidere.Solet enim tribunos pl.appellare,& vi iudiciũ disturbare,cùm diffidit.quem nòn tã [s] admiror,quòd meã legem contemnat, hominis inimici,[t] quàm quòd se statuit omnino consularem legem nullam putare. [u] Aciliam,Didiam,Liciniam,Iuniam contemsit. Etiámne eius,quẽ sua lege,& suo beneficio ornatum,munitũ,armatũ solet gloriari,C.Cæsaris legẽ de pecuniis repetũdis non putat esse legẽ? Et aiũt,alios esse,qui acta Cæsaris rescindant,cũ hæc optima lex,& ab illo socero eius,& ab hoc assecla negligatur? Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos,iudices,vt aliquando essetis seueri,aliquãdo medicinã adhiberetis reip. Nõ est ea medicina,cũ sanæ parti corporis scalpellũ adhibetur,atq;integræ:carnificina est ista, & crudelitas.hi medentur reip.qui exsecant pe-
136 stẽ aliquã,tanquã strumã ciuitatis.||Sed,* vt extremũ habeat[x] aliquid oratio mea,&vt ego antè dicendi finẽ faciã,quã vos me tã attẽtè audiẽdi, cõcludã illud de optimatibus, eorúmque principibus,ac reip.defensoribus:vósq;, adolescentes,& qui nobiles estis, ad maiorũ vestrorũ imitationẽ excitabo,& qui ingenio, & virtute nobilitatẽ potestis consequi, ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore, & gloria
137 floruerunt,cohortabor.|| Hæc est vna via, mihi credi

r L. aliud etiam
† Pantag. vnam venationem dare,
s L. demiror.
t L. quàm quòd statuat omn.
v L. Cæciliam, Didiam:vtræque erant sumptuariæ.

*PERORATIO, cohortationẽ & effectum continens.
x al. aliquod

credite, & laudis, & dignitatis, & honoris: à bonis viris, sapientibus, & bene natura constitutis, laudari, & diligi nosse descriptionem ciuitatis, maioribus nostris sapientissimè constitutam: qui cùm regum potestatē non tulissent, ita magistratus annuos creauerunt, vt consilium senatus reipublicæ[y] præponerent sempiternum: deligerentur autem in id consilium ab vniuerso populo, aditúsque in illum summum ordinem omnium ciuium industriæ, ac virtuti pateret. senatum reipublicæ custodem, præsidē, propugnatorē collocauerunt: huius ordinis auctoritate vti magistratus, & quasi ministros grauissimi consilij esse voluerūt: senatū autem ipsum, proximorum ordinū splendore confirmari: plebis libertatem, & cōmoda tueri, atque augere voluerunt.

|| Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates 138
sunt, cuiuscumq; sint ordinis: qui autē præcipuè suis ceruicibus tanta munia, atque rempublicam sustinent, ij semper habiti sunt optimatiū principes, auctores, & conseruatores ciuitatis. Huic hominum generi fateor, vt ante dixi, multos aduersarios, inimicos, inuidos esse, multa proponi pericula, multas inferri[z] iniurias, magnos esse experiundos & subeundos labores: sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia: cū dignitate, non cum voluptate: cum iis, qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno, & conuiuiis, & delectationi natos arbitrantur. Nam, siqui voluptatibus ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum latrociniis dediderunt: missos faciant honores,[a] nec attingant rempublicam.[b] patiantur viros forteis labore, se otio suo perfrui. || Qui autem 139
bonam famam bonorum, quæ sola verè gloria nominari pòtest, expetunt aliis otium quærere debent, & voluptates, non sibi. sudandum est his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro republica tempestates: cum

y L. præponerent f.

z al. insidias,

a L. ne attingant r.

b v.c. patiātur viros forteis frui. q. li. patiantur viros forteis laborum patienteis, honor. frui.

Q

cum multis audacibus, improbis,nonnumquam
etiam potentibus,dimicandum. Hæc audiuimus
de clariſſimorum virorum conſiliis,& factis:hęc
accepimus,hæc legimus.neque eos in laude po-
ſitos videmus, qui incitarunt aliquando populi
animos ad ſeditionem aut qui largitione cæca-
runt menteis imperitorũ,aut qui forteis, & cla-
ros viros,& bene de republica meritos, in inui-
diam aliquam vocauerunt. Leueis hos ſemper
noſtri homines,& audaceis, & malos, & perni-
cioſos ciueis putauerunt. At vero qui horũ im-
petus, & conatus repreſſerunt: qui auctoritate
qui fide,qui conſtantia,qui magnitudine animi,
conſiliis audacium reſtiterunt:ij graues,ij prin-
cipes,ij duces,ij auctores huiusdignitatis,atque
140 imperij ſemper habiti ſunt.|| Ac, ne quis ex no-
ſtro,aut aliquorum præterea caſu hanc vitæ viã
pertimeſcat:vnus in hac ciuitate, quem quidem
ego poſſim dicere,pręclarè vir de republica me-
ritus,L. Opimius indigniſſimè concidit: cuius
monumentum celeberrimũ in foro,ſepulcrũ de-
ſertiſſimũ in littore Dyrrhachino relictum eſt.
Atque hunc tamen flagrantẽ inuidia propter in-
teritum C. Gracchi ſemper ipſe populus R. pe
riculo liberauit.alia quædã ciuem egregiũ ini-
qui iudicij procella peruertit. ceteri verò aut
repentina vi perculſi, ac tẽpeſtate populari, per
populum tamen ipſum recreati ſunt, atque re-
uocati: aut omnino inuulnerati, inuiolatique
vixerũt.At verò ij, qui ſenatus conſiliũ, qui au-
ctoritatem bonorum:qui inſtituta maiorum ne-
glexerunt,&imperitæ,aut concitatæ multitudi-
ni iucundi eſſe voluerunt: omnes ferè reipubli-
cæ pœnas aut præſenti morte,aut turpi[c] exſilio c L. exſulio.
141 dependerunt.|| Quòd ſi apud Athenienſeis, ho-
mines Græcos, longè à noſtrorum hominum
grauitate diſiunctos, non deerant qui rem-
publicam contra populi temeritatem defen-
derent, cùm omnes, qui ita fecerant, è ciuita-
te eii

te eiicerentur:ſi Themiſtoclem illum,conſeruatorẽ patriæ,non deterruit à rep.defendenda,nec Miltiadis calamitas,qui illã ciuitatẽ paulò antè
d φυγή, ſeruarat,nec Ariſtidis[d] fuga, qui vnus omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur: ſi poſtea ſummi eiuſdẽ ciuitatis viri,quos nominatim appellari non eſt neceſſe , propoſitis tot exemplis iracundiæ, leuitatiſque popularis,tamen ſuam remp. illam defenderunt:quid nos tandem facere debemus, primùm in ea ciuitate nati,vnde orta mihi grauitas,& magnitudo animi videtur? tum in tanta gloria inſiſtẽtes,vt omnia humana leuiora videri debeãt?deinde,ad eã rẽ tuendã aggreſſi , quæ tanta dignitate eſt,vt eã defendentem occidere
e L. quàm pugnantem nõ aliud ſit,[e] quã oppugnantẽ rerũ potiri?|Homines Græci,quos antea nominaui,iniquè à ſuis ciuib.dãnati,atq; expulſi,tamen,quia bene ſunt de ſuis ciuitatib. meriti,tãta hodie gloria ſunt, nõ in Græcia ſolùm,ſed etiã apud nos,atque in ceteris terris,vt eos,à quib.illi oppreſſi ſunt,nemo nominet : horũ calamitatẽ dominationi illorũ omnes anteponant.QuisKarthaginienſium 142
f L.Hanniballe, pluris fuit[f] Annibale conſilio,virtute,rebus geſtis : qui vnus cũ tot imperatoribus noſtris per tot annos de imperio , & de gloria decertauit? hunc ſi ciues à ciuitate eiecerunt:nos etiam hoſtẽ literis noſtris,& memoria videmus eſſe celebratũ.||Quare imitemur noſtros Brutos, Camil- 143
g L. Ahalas, h v.c. Aimilios, los,[g] Halas,Decios,Curios,Fabricios,Maximos, Scipiones,Lẽtulos, [h] Aemilios,innumerabileis alios,qui hanc rẽpublicã ſtabiliuerunt: quos equidẽ in deorũ immortaliũ cœtu,ac numero repono.amemus patriã,pareamus ſenatui, cõſula-
i v. c. præſentis k v.c.poſteritati, gloria mus bonis:[i] præſenteis fructus negligamus,[k] poſteritati , & gloriæ ſeruiamus : id eſſe optimum putemus,quod erit rectiſſimũ:ſperemus quæ volumus,ſed quod acciderit, feramus , cogitemus denique corpus virorum fortium , magnorúmque hominum, eſſe mortale : animi verò motus,

tus,& virtutis gloriam sempiternam:neque hãc opinionem,si in illo sanctissimo Hercule cõsecratã videmus,cuius corpore ambusto,vitã eius & virtutẽ immortalitas excepisse dicitur.minùs existimemus,eos,qui hãc tantã rẽp.suis cõsiliis, aut laboribus [l] aut auxerint, aut defenderint, aut seruarint esse immortalẽ gloriã [m] consecu-
144 turos.‖Sed me repente,iudices,de fortissimorũ, & clarissimorum ciuium dignitate,& gloria dicentẽ,& plura etiam dicere parantẽ, horum aspectus in ipso cursu orationis repressit. Video P.Sextium, meæ salutis,vestræ auctoritatis, publicę causæ defensorem,propugnatorẽ,[n]auctorẽ reum:video hunc prætextatum eius filium oculis eius lacrymantibus me intuentẽ:video Milonem,vindicẽ vestræ [o] libertatis,custodẽ salutis meæ,subsidium afflictę reip.exstinctorem domestici latrocinij,repressorem cædis quotidianæ,defensorẽ templorum,atque tectorum,pręsidium curiæ,sordidatum, & reum:video P. Lentulum,cuius ego patrem,deum,ac parentem statuo fortunæ,ac nominis mei,[p] & fratris, rerũq; nostrarum,in hoc misero squalore, & sordibus: cui superior annus idem & virilem patris & prætextam,populi iudicio togã [q] dederit,hunc hoc anno in hac toga, rogationis iniustissimæ subitã acerbitatẽ pro patre fortissimo, & cla-
145 rissimo ciue deprecantem ‖Atque hic tot & talium ciuium squalor,hic luctus,hæ sordes susceptæ sunt propter vnum me,quia me defenderunt,quia meũ casum luctúmq; doluerunt, quia me lugenti patriæ,flagitanti, senatui poscenti Italiæ,vobis omnibus orantibus, reddiderunt. Quod tãtum est in me scelus?quid tãtopere deliqui [r] illo, illo die,cùm ad vos indicia,literas, cõfessiones cõmunis exitij detuli? cũ parui vobis?At,si scelestum est amare patriã,periculi pœnarum satis:euersa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi,raptata [s] coniux,frater optimus,

l v.c.aut auxerunt,aut defenderũt, aut seruarunt,&c.

m v.c. consecutos.

n v.c. actorem,

o al.nostrę.

p copula & abest à v.c.

q v.c.dedit

r v.c. illo die,cùm.

s L.cõiunx.

credibili pietate, amore inaudito, in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorũ: ego pulsus aris, focis, diis penatibus, distractus à meis carui patria, quã (vti leuissimè dicã) certè texerã: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudem inuidorum. || Si hoc non 146
est satis, quòd hæc omnia deleta videntur reditu meo, multò mihi, multò, inquã, iudices, præstat, in eandem illam recidere fortunã, quã tantam importare meis defensoribus, & conseruatoribus calamitatẽ. An ègo in hac vrbe esse [t] possum, his pulsis, qui me huius vrbis cõpotem fecerunt? non ero. non potero esse, iudices: neq; hic vmquam puer, qui his lacrymis, qua sit pietate declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumen videbit: nec, quotiescunque me viderit, ingemiscet, ac pestem suã, & patris sui sese dicet videre. Ego verò vos in omni fortuna, quæcumque erit oblata, cõplectar: nec me ab iis, quos meo nomine sordidatos videtis [u] vmquam vlla fortuna diuellet: neque eæ nationes, quibus me senatus cõmendauit, quibus de me gratias egit, hunc exsulẽ propter me sine me videbunt. || Sed hæc, dij immortales, qui me suis 147
tẽplis aduenientẽ receperũt, stipatum ab his viris, & P. Lentulus consul, atque ipsa respublica, qua nihil est sanctius, vestræ potestati, iudices, cõmiserunt: vos hoc iudicio omniũ bonorum menteis confirmare, improborum reprimere potestis: vos his ciuibus vti optimis, vos me reficere, & renouare remp. potestis. Quare vos obtestor, atq; obsecro, vt si me saluum esse voluistis, eos conseruetis, per quos me recuperauistis.

t al. possim.

u al. vlla vmquam.



IN VATINIVM.

ORATIO TRICESIMA TERTIA.

Cùm in P. Sextilium de vi reum, P. Vatinius testimonium dixisset, Sextij patronus Cicero, iniectus est in eum acerbissimè. QVAESTIO *est itaque an Vatinio testi aduersus Sextium dicenti fides habenda sit, Cicero non habendam esse contendit.*



I* TVA tantummodo, Vatini, quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod is vehementer placebat, vt te, cuius testimonium, propter turpitudinem vitæ, sordeisque domesticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterẽ. nemo enim horum aut ita te refutandũ, vt grauem aduersarium, aut ita rogandũ, vt religiosũ testẽ, arbitrabatur.[1] sed fui paulò in te intemperantior fortasse, quã debui. odio enim tui, in quo, etsi omneis propter tuũ in me scelus, superare debeo, tamẽ ab omnibus pænè vincor, sic sum incitatus, vt cùm te nõ minùs contemnerẽ, quã odissem, tamẽ vexatũ pótius, quã despectũ vellẽ dimittere. * EXORDIVM.

2 || Quare, ne tibi hũc honorẽ à me haberi fortè mirere, quòd interrogẽ, quẽ nemo cõgressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignũ putet: nulla me ad id causa impulisset: nisi vt ferocitatem tuã istã cõprimerẽ, & audaciã, frangerẽ, & loquacitatẽ paucissimis interrogationibus irretitã retardarẽ. Etenim debuisti, Vatini, etiam si falsò venisses in suspicionẽ P. Sextio, tamẽ mihi ignoscere, si in tãto hominis de me optimè meriti periculo, & tẽpori eius, & voluntati parere voluisſẽ.[2] a v.c. paucis meis interr.

3 || Sed hesterno pro testimonio esse mẽtitũ, cùm affirmares nullũ tibi omnino cum Albinouano ser-

monẽ non modò de Sextio accuſando,ſed nulla vmquã de re fuiſſe,paulò antè imprudens indicaſti:qui & T.Claudium tecũ communicaſſe, & à te conſilium P.Sextij accuſandi petiiſſe, & Albinouanũ,quem antea vix tibi notum eſſe dixiſſes,domum tuã veniſſe,[b] multa tecum locutum dixeris: denique contiones P. Sextij ſcriptas,quas neque noſſet, neque reperire poſſet, te Albinouano dediſſe,eáſque in hoc iudicio eſſe recitatas. In quorũ altero es confeſſus, à te accuſatores eſſe inſtructos,& ſubornatos: in altero inconſtantiam tuam cùm leuitate tum etiam periurio implicatam refelliſti:cùm [c] quem à te alieniſſimum eſſe dixiſſes, eum domi tuæ fuiſſe:quem [d] præuaricatorem eſſe ab initio iudicaſſes,ei te,quos rogaſſet,ad accuſandum libros dixeris dediſſe.‖Nimiùm es vehemens, feroxque natura,nõ putas fas eſſe verbum ex ore exire cuiuſquam,quod non iucundum,& honorificum ad aureis tuas [e] accedat, veniſti iratus omnibus:quod ego ſimulac te adſpexi, priùs quàm loqui cœpiſti,cùm ante Gellius nutricula ſeditioſorum omniũ,teſtimoniũ diceret,ſenſi,atque [f] prouidi.repentè enim te,tanquã ſerpens è latibulis,oculis eminẽtibus,inflato collo,tumidis ceruicibus intuliſti:[g] vt mihi renouatus ille tuus in te * * * 4

‖ * veterem meum amicũ,ſed tamen tuũ familiarẽ,defenderim,cùm in hac ciuitate oppugnatio ſoleat,qua tu nunc vteris, nõnumquam defenſio,numquã vituperari. Sed quæro à te, cur C.Cornelium nõ defenderem. num legẽ aliquã Cornelius contra auſpicia tulerit.num Aeliam, num Fufiã legẽ neglexerit:num conſuli vim attulerit:num armatis hominibus,tẽplum tenuerit:nũ interceſſorẽ vi deiecerit:num religiones polluerit:ærarium exhauſerit: remp.compilarit. Tua ſunt, tua ſunt hæc omnia. Cornelio eiuſmodi nihil obiectũ eſt. Codicẽ legiſſe diceba 5

b al. multa tecũ locutum eſſe d.

c L.quem alieniſſimũ dix.& ita v. c.

d L.præuaricatorem.ab

e L.accidat & ita v.c.

f al. præuidi.

g L.vt mihi renouatus ille tuus tribunatus videretur: At mihi primum obiecisti,quòd Cornelium veterẽ meũ am.

* Reſpondet obiectionibus Vatinij.

batur. defendebatur,teſtibus collegis ſuis,non
recitandi cauſa legiſſe, ſed recognoſcendi.Cō-
ſtabat tamen,Cornelium [h] conſilium illo die
dimiſiſſe,interceſſioni paruiſſe.Tu verò,cui Cor
nelij defenſio diſplicet,quam cauſam ad patro-
nos tuos,aut quod os afferes? quibus iam præ-
ſcribis,quanto illis probro futurum ſit,ſi te de-
fenderint,cùm tu mihi Cornelij defenſionem
6 in maledictis obiiciēdam putaris.‖Attamē hoc,
Vatini,memento , paulò poſt iſtā defenſionem
meam, quam tu bonis viris diſplicuiſſe dicis,
me cū vniuerſi populi Romani ſumma volunta-
te,tū optimi cuiuſque ſingulari ſtudio, magni-
ficentiſſimè poſt hominum memoriā conſulem
factum,omniaque ea me prudenter viuendo cō-
ſecutum eſſe , quæ tu impudenter vaticinando
ſperare te ſæpe dixiſti.Nā quòd mihi diſceſſum
obiecisti meum,& quòd horū,quibus ille dies
acerbiſſimus fuit,qui idē tibi lætiſſimus,luctum
& gemitum renouare voluiſti:tantùm tibi reſ-
pondeo,me,cùm tu,ceteræque reip.peſtes,armo
rum cauſam quæreretis,& cùm per meū nomen
fortunas,[i] locupletū diripere,+* ſanguinē prin-
cipum ciuitatis exſorbere,crudelitatem veſtrā,
odiúmque diuturnum, quod in bonos iam in-
ueteratum habebatis,ſaturare cuperetis: ſcelus,
& furorem veſtrum cedendo maluiſſe frangere,
7 quàm reſiſtendo.‖ Quare peto à te,[k] vt mihi
ignoſcas,Vatini,cùm patriæ pepercerim , quam
ſeruarā:&,ſi ego te perditorem,&vexatorē rei-
publicæ fero,tu me conſeruatorem , & cuſtodē
feras. [l] deinde eius viri diſceſſum increpas,quē
vides omniū ciuiū deſiderio,[m] ipſi9 deniq; reip.
luctu eſſe reuocatum?At enim dixiſti,non mea
ſed reipublicæ cauſa,homines de meo reditu la
boraſſe.Quaſi verò quiſquam excellenti animo
in rempublicam ingreſſus, optabilius quidquā
arbitretur,quàm ſe à ſuis ciuibus reip.cauſa di-
8 ligi.‖ Scilicet aſpera mea natura : difficilis adi-

h L. concilium.

i L.locupletium dir.
* al. ſanguinem ciuitatis.

k L.vt & mihi ignoſcas,Vat. ꝙ patriæ pop. l ſer.deinde eius viri diſceſſione increpes,q. vid.omn. ciu.deſ.ipſ. denique rei pub.luctu eſſe reuocatum. At.

m ſor.ipſius denique reip.voce eſſe reu.

tus:grauis vultus:superba responsa:insolens vita:nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem,nemo consilium,nemo auxilium requirebat:cuius desiderio (vt hæc minima dicã) forũ mæstum,muta curia,omnia denique bonarũ artium studia siluerunt.Sed nihil sit factum mea causa:omnia illa senatusconsulta : populi iussa Italiæ totius cunctarum societatum,collegiorũ omniumdecreta de me,reipublicę causa esse facta fateamur.Quid ergo homo * imperitissime solidæ laudis,ac verę dignitatis,præstantius mihi potuit accidere?quid optabilius ad immortalitatem gloriæ,atque ad memoriam mei nominis sempiternam , quàm omneis hos ciueis meos iudicare,ciuitatis salutem cum mea vnius salute esse coniunctam?

9 Quod quidem ego tibi reddo tuum.nam vt tu me carum esse dixisti senatui,populóque Ro.non tam mea causa,quàm reip.sic ego te,quamquam sis omni diritate, atque immanitate teterrimus,tamen dico esse odio ciuitati non tam tuo,quàm reip.nomine.Atque vt aliquando ad te veniã,de me hoc sit extremum quid quisq; nostrûm de se ipse loquatur,non est sanè requirẽdum:boni viri iudicẽt. id est maximi momenti,& ponderis.

10 Duo sunt tempora,quibus nostrorum ciuium spectentur iudicia de nobis: vnum honoris , alterum salutis.[n] Honos talis populi Ro. voluntate paucis est delatus.ac mihi salus tanto studio ciuitatis nemini reddita:de te autem homines quid sentiant,in honore experti sumus,in salute,[o]exspectamus.[5] Et,vt ne me cum homine vno non solùm impudentissimo,atque infimo conferam:de te ipso,homine & arrogãtissimo,& mihi inimicissimo,quæro,Vatini,vtrùm tandem putes,huic ciuitati,*huic vrbi,his templis, ærario , curiæ, viris his,quos vides,horum bonis, fortunis, liberis,ciuibus,ceteris denique deorum immortalium delubris, auspiciis ,religionibus, melius

* al.impurissime.

n L. honos tali populi R.vol.

o L. exspectamus.Sed tamen, ne me cum his principibus qui adsunt, P.Sextio, sed tecum homine vno n.&c.

* huic ciuitati,huic reipublicæ, huic vrbi.

lius fuisse,& prestabilius,me ciuem in hac ciuitate nasci,an te?cùm mihi [p] hæc responderis, aut ita impudenter,vt manus à te homines vix abstinere possint:aut ita dolenter,vt aliquando [o] ista illa,quę sunt inflata,rumpantur:tum memoriter respõdero ad ea,quæ de te ipso rogaro.

p v.c. hoc respond.

11 ‖ [q] At illud * tenebricosissimũ tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere.licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis,vicinos cõpilaris,matrem verberaris. habebat hoc præmium tua indignitas,vt adolescentiæ turpitudo, obscuritate,& sordibus tuis obtegatur. Quæsturã petisti cum P. Sextio,cùm hic nihil loqueretur, nisi quod agebat:tu de altero consulatu gerendo [r] te diceres cogitare.Quæro abs te, teneásne memoria,cùm P.Sextius,quæstor sit cunctis suffragiis factus,tunc te vix,inuitis omnibus,nõ populi beneficio,sed consulis extremum adhæsisse?‖

q I. Atque illud ten.
* De vita Vatinij.
r v.c. diceres,te cogitare.

12 in eo magistratu,cùm tibi magno clamore aquaria prouincia sorte obtigisset, missúsne sis à me consule Puteolos,vt inde aurũ exportari,argentúmque prohiberes?in eo negotio cùm te non custodẽ ad continendas,sed * portitorẽ ad partiendas merceis missum putares, cúmque omnium domos,apothecas,naueis, furacissimè scrutarere,hominésque [s] negotia gerẽteis,iudiciis iniquissimis irretires,mercatores è naui egredienteis terreres,conscendenteis morarere: teneásne memoria,tibi in cõuentu Puteolis manus esse allatas ad me consulẽ,[t] Puteolanorum querelas esse delatas:post quæsturam exierísne legatus in vlteriorẽ Hispaniã,C.Cosconio procõsule?cùm * illud iter Hispaniẽse pedibus ferè confici soleat,[u] aut,si quis nauigare velit,certa sit ratio nauigandi.venerísne in Sardiniam , atque inde in Africam?fuerísne , quod sine senatuscõsulto tibi facere non licuit,in regno Hiẽpsalis?fuerísne in regno Mastanesosi? venerísne ad fretum per Mauritaniam ? quem scias vmquam

* al.partitorem.
s v.c.negotij gerẽtis,
t v.c.querelas Puteolanorum.
* hinc constat,consules certis itineribus proficisci subitò in suas prouincias.
u v.c.aut, qui nauig.

x v.c.& L. istis itineribus in illā prouinciā p.

quam legatum Hispaniensem [x] in illā prouinciam istis itineribus peruenisse? || Factus es tri- 13
bunus pl. quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidissimisque furtis interrogē?) quæro abs te, [y] primum quod genus improbitatis, & sceleris in eo magistratu prætermiseris? Ac tibi iam inde præscribo, ne tuas sordeis cū clarissimorū virorū splēdore * permisceas. Ego, te, quęcunq; rogabo, de teipso rogabo, neq; te ex amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris extrahā, omniaque mea tela sic in te [a] coniiciētur, vt nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur in tuis pulmonibus, ac visceribus hærebunt. || Et quoniā omnium rerum magnarum b 14
à diis immortalibus principia ducuntur, [c] volo vt mihi respondeas tu, qui te Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætēdere, quæ te tanta prauitas mentis tenuerit, qui tantus furor, vt, cùm inaudita, ac nefaria sacra susceperis, cùm inferorum animas elicere, cùm puerorum extis deos manes mactare soleas: auspicia, quibus hæc vrbs condita est, quibus omnis respublica, atque imperium tenetur, contempseris, initioque tribunatus tui senatui denunciaris, tuis actionibus augurū responsa, atque ius collegij arrogantiam impedimento non futuram?
|| Secūdum ea quęro seruarísne in eo fidem? num 15
quando tibi moram attulerit, [d] quo minùs cōsilium aduocares, legémque ferres, quòd eo die scires de cælo esse seruatum? Et quoniā hic locus [e] vnus est, quem tibi cum Cæsare communē esse dicas: seiungam te ab illo, non solū reip. causa, verùm etiā Cæsaris, ne qua ex tua summa indignitate labes, illius dignitati adspersa videatur. Primùm quæro, num tu senatui causam tuam permittas, quod facit Cæsar? deinde quæ sit auctoritas eius, qui se alterius facto, non suo defendat? deinde (erumpet enim aliquando ex

y L. primū vniuersè, quod g. & ita v.c.

* pertimescas.

a v.c. conicientur,

b v.c. ab diis.

c al. volo mihi resp.

d L. quo minus concilium aduoc.

e L. est vnus, & ita v.c.

ex me vera vox, & dicam sine cunctatione quod sentio) si iam violentior aliqua in re C. Cæsar fuisset, si eum magnitudo contentionis, studiũ gloriæ præstans animus, excellens nobilitas, aliquò impulisset, quod in illo viro, & tum ferendum esset, & maximis rebus, quas postea gessit, obliterandum: id tu tibi furcifer, sumes, & Vatinij latronis, ac sacrilegi vox audietur, hoc postulantis, vt idem sibi concedatur, quod Cæsari?
16 ‖Sic enim ex te quæro, Tribunus pl. fuisti. seiunge te à consule. collegas habuisti viros forteis nouem. ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas [f] de cælo seruare: quos irridebas, quos priuatos esse dicebas: de quibus duos prætextatos sedenteis vides, [g] te ædilitiam prætextam togã, quam frustra confeceras, vendidisse: tertium scis ex illo obsesso, atque afflicto tribunatu, consularem auctoritatẽ hominem esse adolescentem consecutũ: reliqui sex fuerunt: [h] ex quibus partim planè tecum sentiebant, partim mediũ quẽdam cursum tenebant. omnes habuerunt leges promulgatas: in his multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius, iudex noster: quem [i] tu disrumperis, cũ ædilitium vides. ‖Volo vti mihi respondeas, num quis ex toto
17 collegio legem sit ausus ferre præter vnum te? quæ tanta in te [k] fuit audacia: quæ tanta vis: vt, [l] cùm tui nouem collegæ sibi timendum esse duxerint, id vnus tu, emersus è cœno, omnium facilè omnibus rebus infimus, cõtemnendum, despiciendum, irridendum putares? num quẽ post vrbem conditam scias tribunum pl. egisse cum
18 plebe, cùm constaret seruatum esse de cœlo? ‖Simul etiã illud volo vti respondeas, cùm, te tribuno pl. esset etiã tum in rep. lex Aelia, [m] & Fusia: quæ leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt, & represserunt, quas contra, præter te, nemo vmquã est facere conatus, quæ quidem leges anno post, [n] sedentibus in templo duobus,

f L. seruare de cælo, & ita v.c.
g for. tu ædilitiam prætextã togam, q. fr. conf. vendidisti:
h v.c. è quibus planè partim.
i L. tu dirũperis,
k L. fuerit aud.
l L. cùm tui collegæ nouẽ sibi tim. al. cùm nouẽ tui collegæ.
m L. & Fusia: vide in Pisc. & ibidem Asconium, post red. in Senatu, de Prou. Conf. & 2. ad Att. ep. 10.
n al. præsidentibus.

non consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis, ac pestibus, vnà cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagrauerunt: ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere,[o] & consilium conuocare? numquã ex omnibus tribunis pl. quicumque seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, vt vmquã contra legẽ Aeliam, aut Fusiam concilium[q] cõuocaret?[r] Quæro illud etiam ex te, conatúsne 19
sis, voluerísne, denique cogitaris (est enim res eiusmodi, vt, si tibi modò in mentẽ venit, nemo sit, qui te vllo cruciatu esse indignum putet) cogitarísne, in illo tuo intolerabili, nõ regno (nã cupis id audire) sed latrocinio, augur fieri in Q. Metelli locũ? vt quicunque te adspexisset, duplicem dolorem, gemitúmque susciperet, & ex desiderio clarissimi,[s] & fortissimi ciuis, & ex honore turpissimi, atque improbissimi? Adeóne[t] non labefactam remp. te tribuno, neque conquassatam ciuitatem, sed captam hanc vrbẽ, atque euersam[u] putares, vt augurem Vatinium ferre possemus? Hoc loco quæro, si id, quod cõ 20
cupieras, augur factus esses: in qua tua cogitatione nos, qui te oderamus, vix dolorem ferebamus: illi autem, quibus eras in deliciis, vix risum tenebant: sed quæro, si ad certa vulnera, 7 quibus[x] putasti remp. deleri, hanc quoq; mortiferam plagã inflixisses auguratus tui, vtrũ decreturus fueris id, quod augures omnes vsque à Romulo decreuerunt, Ioue fulgente, cum populo agi nefas esse, an quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus? Ac ne diutiùs 21
loquar de auguratu tuo, quod inuitus facio, vt recorder ruinas reip. (neque enim tu vmquã, stante non modò maiestate horum, sed etiãm vrbe, te augurẽ fore putasti) verùm tamen, vt somnia tua relinquã, ad scelera veniã, volo vti mihi respondeas: cũ M. Bibulum consulẽ, non dicã bene de rep. sentientem, ne tu mihi homo potens irascare, qui ab eo dissensisti; sed hominẽ certè

o L. & concilium & ita v. c.
p L. aut Fusiam.
q v. c. aduocauit?
r v. c. Quæro etiam illud ex te, & ita L.
s L. ac fortissimi c.
t L. non labefactatam remp.
u for. putaris.
x for. remp. putasti posse del. v. c. remp. putasti deleri.

nusquam progredictem, mihi in rep. molienté, tantùm animo ab actionibus tuis dissentiétem: cùm eum tu consulem [y] in vincula duceres, & à tabula Valeria collegæ tui mitti iuberent: fecérisne ante Rostra pontem, continuatis tribunalibus per quem consul populi Rom. moderatissimus, & constantissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum hominum incitata, [z] turpissimè, miserrimoque spectaculo, non in carcerē, sed ad supplicium, & ad necem duceretur? Quæro, nũ quis ante te tam fuerit nefarius,

22 qui id fecerit? vt sciamus, vtrũ veterum facinorũ sis imitator, an inuentor nouorum. Idemque tu cũ his, atque huiusmodi cõsiliis, ac facinoribus, nomine C. Cæsaris, clementissimi, atque optimi viri, scelere verò, atq; andacia tua, M. Bibulũ foro, curia, téplis, locis publicis omnibus expulisses, [a] inclusum domi cõtineres, cũque non maiestate imperij, nõ iure legũ, sed ianuæ præsidio, & parietũ custodiis, cõsulis vita tegeretur: misisne viatoré, qui M. Bibulũ domo vi extraheret, vt quod in priuatis séper est seruatũ, id, te trib. pl. consuli domus [b] exsilium esse non posset?

23 ||Simulque mihi respondeto tu, qui nos, qui de cõmuni salute cõsentimus, tyrannos vocas, fuerisne nõ trib. pl. sed intolerãdus ex cœno nescio quo, atque ex tenebris tyrannus? qui primùm eã rempublicã, quę auspiciis inuẽtis constituta est, iisdem auspiciis sublatis conarere peruertere: deinde sanctissimas leges leges, Aeliã, [c] & Fusiã dico, quæ in Gracchorũ ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in cõtétione Sulpicij, & in cruore Cinnano, [d] & inter Syllana arma vixerũt, solus cõculcaris, ac pro nihilo putaris: qui consulem morti obieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis: qui in eo magistratu nõ modò emerseris ex mẽdicitate, sed etiam diuitiis nos iam tuis terreas: fuerisne tanta crudelitate, vt [e] delectos viros.

&

y L. in vincla

z L. turpissimo, m. & ita v.c.

a v.c. domi inclusum contin. & ita L.

b L. exsulium

c L. & Fufiam

d v.c. etiam inter arma Syllan. & ita L.

e L. dilectos

& principes ciuitatis tollere, & delere tua rogatione [f] coneris?

24 Cùm L. Vettiũ, qui in senatu confessus esset se cum telo fuisse, [7] Cn. Pōpeio, summo & clarissimo ciui, suis manibus [g] necem afferre voluisse, in contionem produxeris, iudicẽ in rostris, in illo, inquam, [h] augurato tẽplo, ac loco collocaris, quò auctoritatis exquirendę causâ ceteri tribuni pl. principes ciuitatis producere consueuerunt, [i] ibi tu indicem Vettium, linguam, & vocem suã sceleri, & menti tuæ præbere [k] voluisti, vt diceret L. Vettius in cõtione tua, rogatus à te, se auctores, & impulsores, & socios habuisse sceleris illius eos viros, quib⁹ è ciuitate sublatis, quod tu eo tempore moliebare, ciuitas stare nõ posset? M. Bibulum, cuius inclusione contẽtus nõ eras, interficere volueras, [l] spoliaueras consulatu, patria priuare cupiebas: L. Lucullum, cuius tu rebus gestis, quòd ipse ad imperatorias laudes à puero videlicet spectatas vehementiùs inuidebas: C. Curionem, perpetuũ hostem improborũ omniũ, auctorẽ publici consilij, libertate communi tuenda maximè liberũ, cum filio principe iuuentutis, cum rep. coniunctiore etiam, quàm ab illa ætate postulãdũ fuit, delere voluisti.

25 L. Domitium, cuius dignitas, & splendor [m] perstringebat, credo, oculos Vatinij [n] quẽ tu propter commune odiũ in bonos, oderas: in posterum autem, propter omnium spem, quæ de illo est atque erat, antè aliquantò timebas: L. Lentulum hunc iudicem nostrum, flaminẽ Martialem, quòd erat eo tempore Gabinij tui cõpetitor, eiusdẽ Vettij indicio opprimere voluisti. Qui si tum illã labem, pestemque vicisset, quod ei tuo scelere non licuit, respublica victa nõ esset. Huius etiã filium eodẽ indicio, & crimine, ad patris interitum aggregare voluisti L. Paulũ, qui tum quæstor Macedoniã obtinebat, quem ciuẽ? quẽ virum? qui duos nefarios patriæ proditores, domesticos hosteis, legibus extermina

f L. conareris? & ita v. c.

g L. necem offerre vol.

h al. inaugurato templo,

i al. ibi tu Vettium indicem, ling.

k L. voluisti, dixerisne L. Vetti⁹

l L. spoliaras cons. & ita v. c.

m L. præstinguebat, c.

n L. quem tum pr.

minarat, hominem ad conſeruandã remp. natũ,
in idem Vettij indicium, atque in eundem hunc
26 numerum [o] congregaſti.|| Quid ego de me que-
rar? qui etiã gratias tibi agere debeo, quòd me
ex fortiſſimorum ciuium numero ſeiungendum
non putaris.[p] Sed qui fuit ille tãtus furor tuus,
vt, cùm iam Vettius ad arbitrium tuum peroraſ-
ſet, & ciuitatis lumina notaſſet, deſcendiſſétque
de roſtris, eum repente reuocares, colloquerere,
populo Ro. vidẽte? deinde interrogares, ecquóſ-
nam alios poſſet nominare? inculcariſne, vt C.
Piſonem, generum meũ, nominaret: qui in ſum-
ma copia optimorum adoleſcentium, pari cõti-
nentia, virtute, pietate reliquit neminẽ? itémque
M. Laterenſem, hominem dies, [q] ac noctes de
de laude, & de rep. cogitantem? promulgariſne
impuriſſimè, [8] & * perditiſſimè hoſtis, quæſtionẽ
[r] de tot ampliſſimis, & talib[9] viris, indici Vettio
præmia ampliſſima? quibus rebus, omnium mor-
talium non voluntate, ſed conuicio repudiatis,
fregeriſne in carcere ceruices ipſi illi Vettio,
ne quod indicium corrupti indicij exſtaret, eiuſ-
27 que ſceleris in te ipsũ quæſtio flagitaretur?|| Et,
quoniã crebrò vſurpas, legem te de alternis cõ-
ſiliis reiiciẽdis tuliſſe, vt omnes intelligãt, te ne
rectè quidẽ facere ſine ſcelere potuiſſe, quæro,
[s] cũ lex eſſet æqua promulgata initio magiſtra-
tus, [t] multas etiã alias tuliſſes, exſpectáriſne, dũ
C. Antonius reus fieret [u] apud Cn. Lentulum, &
Qu. Claudium? & poſteaquã ille eſt reus factus,
ſtatim tuleris in eum, qui tuam poſt legem reus
factus eſſet: vt homo conſularis excluſus, miſer,
puncto tẽporis ſpoliaretur beneficio, & æquita-
28 te legis tuæ? || Dices, familiaritatẽ tibi fuiſſe cũ
Qu. Maximo. Præclara defenſio facinoris tui, nã
Maximi quidem ſumma laus eſt, ſumtis inimici-
tiis, ſuſcepta cauſa, quæſitore, conſilióque de-
lecto, [9] commodiorem inimico ſuo [x] contẽtio-
nem reiectionis dare noluiſſe: nihilque Maxi-
mus

o L. aggregaſti.

p L. Sed qui fuit tuus ille tantus f. & ita v. c.

q v. c. atque noctis

* vox perditiſſimè, deeſt in quibuſdam libris.

r L. de tot, & talibus viris, ind. Vett.

s L. cùm lex eſſet à te tua promulg.

t v. c. multas iã alias tuliſſes, &c. & ita L.

v L. apud Cn. Lentulum Clodianũ? & poſteaq. & ita v. c.

x L. conditionem reiect.

mus fecit alienum,aut sua virtute,aut illis viris clarissimis,Paulis,Maximis,Africanis:quorũ gloriam huius virtute renouatam non modò speramus,verùm etiã iam videmus.tua fraus, tuum maleficium,tuũ scelus illud est,te id,quod promulgasses misericordiæ nomine,ad crudelitatis tempus distulisse.At nunc quidem C. Antonius hac vna re miseriam suã consolatur,quòd imagines [y] patris,& fratris sui,fratrisque filiã, non in familia,sed in carcere collocatas audire maluit,quàm videre.

y al.& patris,

Et quoniam pecunias aliorũ 29
despicis,de tuis diuitiis intolerãtissimè gloriaris,volo vt mihi respondeas, feceris ne fœdera tribunus pl.cum ciuitatibus,cum regibus, cũ * tetrarchis?erogarisne pecunias ex ærario tuis legitus?eripuerisne parteis illo tempore carissimas,partim à Cæsare, partim,à publicanis?Quę cùm ita sint,quæro ex te,sisne ex pauperrimo diues factus illo ipso anno,quo lex lata est de pecuniis repetũdis acerrima:vt omnes intelligere possent à te non modò nostra acta quos tyrãnos vocas,sed etiã in amicissimi tui legem esse contẽtam.apud quem tu etiam nos criminari soles, qui illi sumus amicissimi,cùm tu ei cõtumeliosissimè toties maledicas,quoties illi affinem te esse dicis.

* vide Str. lib. 12.

Atque illud etiam scire ex te cupio, 30
quo cõsilio,aut qua mente feceris,vt in epulo [z] Qu.Arij,familiaris mei,cum toga pulla accũberes?quem vmquam videris?quẽ audieris? quo exẽplo,quo more feceris?Dices, supplicationes te illas nõ probasse. Optimè. nullæ fuerint supplicationes.vidẽsne,me nihil de anni illius causa,nihil de eo,quod tibi cum summis viris commune esse videatur,sed de tuis propriis sceleribus ex te quærere?Nulla supplicatio fuerit.cedò, quis vmquã [a] cenauit atratus?Ita enim illud epulũ est funebre,vt munus sit funeris:epulę quidem ipsæ,dignitatis.

z l. Q.Arrij,

a v.c.cenarit atratus.

Sed omitto epulũ populi 31
R.festum diẽ,argento,veste,omni apparatu, ornatu

natuq́ue visendo. Quis vmquam in luctu domestico, quis in funere familiari cenauit cum toga pulla? cui de balneis exeũti, præter te, toga pulla vmquam data est? cum tot hominũ millia accũberent, cùm ipse epuli dominus [b] Q. Arius, albatus esset, tu in templum Castoris te cũ C. *Fidulo atrato, ceterisq́ue tuis furiis funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reip. casum? quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi, hanc tantam, & tam grauem ciuitatẽ, subiectam esse nõ modò furori, verùm etiam irrisioni
32 tuæ? || Hunc tu morẽ ignorabas? numquam epulũ videras? nũquã puer aut adolescẽs [11] inter [c] coquos fueras Fausti, adolescẽtis nobilissimi, paulò antè ex epulo magnificẽtissimo famem illã veterem tuam non expleras? quẽ accũbere atratum videras, dominũ cum toga pulla, & eius amicos ante conuiuium? quæ te tanta tenuit amẽtia, vt tu, nisi id fecisses, quod fas nõ fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos ciuium, morẽ veterem, eius, qui te inuitarat, auctoritatẽ, [d] parũ putares testificatum esse, supplicationes
33 te illas [e] non probare? || [f] Quæro illud etiam ex te, quod priuatus amisisti: in quo certè iam tibi dicere nõ licebit, cum clarissimis viris causã tuã esse coniunctã: postulatúsne sis [12] lege Licinia [g] & Iulia? edixeritne C. Mẽmius prætor ex ea lege, vt adesses die tricesimo? cũ is dies venisset, fecérisne, quod in hac repub. non modò factum [h] anteà numquã est, sed in omni memoria [i] sit omnino inauditũ? appellárisne tribunos plebis, ne causam diceres? leuius dixi: quãquã idipsum esset & nouum, & nõ ferendum, sed appellarísne nominatim pestẽ illius anni, furiam patriæ, tempestatẽ reip. Clodium? qui tamen cùm iure, cùm more, cùm potestate iudicium impedire nõ posset, rediit ad illam vim, [k] & furorem suum, ducémq; se militibus tuis præbuit. In quo, ne quid à me dictum in te potiùs putes, quàm abs te esse quæsi

b L. Q. Arrius,
* al. Fibulo al. Figulo

c L. coquos al. cocos & ita v. c.

d L. parum putares te testificatũ esse, suppl. te ill.
e L. nõ putare?
f L. Quæro etiam illud ex te,
g L. & Iunia?
h L. ante a.
i L. fit inauditum? al. est omnino inaud.

k al. & ad furorem

quæsitum,nullum onus imponam mihi testimo-
nij;quæ mihi breui tempore ex eodem isto loco
video esse dicenda,seruabo,téque non arguam,
sed,vt in ceteris rebus fecis rogabo.|| Quæro ex 34
te,Vatini, num quis in hac ciuitate post vrbem
conditam tribunos pl.appellarit,ne causam di-
ceret?num quis reus in tribunal sui quæsitoris
adscēderit,eúmque vi deturbarit?subsellia dis-
siparit?[13] vrnas [l] deieçerit?eas denique omneis
res in iudicio disturbando commiserit, quarum
rerū causa iudicia sunt constituta?sciásne tū fu-
gisse Memmium? accusatores esse tuos de tuis,
tuorúmque manib.ereptos?iudices quæstionum
de proximis tribunalibus esse depulsos?[m] in fo-
ro,in luce,inspectante populo Ro. quæstionem,
magistratus,morem maiorum,leges,iudices, [n]
reū,pœnā esse sublatam?hæc omnia sciátne dili
gētiaC.Mēmij publicis tabulis esse notata,atq;
testata?[o] Atque illud etiā quæro,ꝙ posteaquàm
es postulatus,ex lēgatione redieris, ne quis te
iudicia defugere arbitraretur:téque, cùm tibi,
vtrū velles,liceret,dictitaris causam dicere ma-
luisse:quî cōsentaneū fuerit,cùm legationis per
fugio vti noluisses, appellatione improbissima
te ad auxiliū nefarium confugisse.|| Et quoniam 35
legationis tuæ facta mentio est,[p] volo etiā au-
dire de te,quo tandem S.C.legatus sis?De gestu
intelligo, quid respondeas:tua lege dicis. Esne
igitur patriæ certissimus [q] parricida? [r] sperásne
id,vt patres cōscripti ex rep. funditus tolleren-
tur?ne hoc quidē senatui relinquebas, ꝙ nemo
vmquā ademit,vt legati ex eius ordinis auctori-
tate [s] legarentur?adeóne tibi sordidū consiliū
publicum visum est?adeò afflictus senatus,adeò
misera & prostrata resp.vt non nuncios pacis ac
belli,non curatores,non interpretes, nō bellici
consilij auctores,nō ministros muneris prouin-
cialis senatus [14] more maiorū deligere posset?
|| Eripueras senatui prouinciæ decernendæ pote- 36
statem,

l for. deiecerit?

m L.in foro, luce, insp.

n L.scelerū pœnā esse

o v.c. Atq; etiam illud q.

p v.c.volo audire de te,

q L.patricida?

r al.spectarásne id, vt p. v.c. spectarísne id, &c. forr. sperarisne id,

s fortè, legerentur?

ſtatem imperatoris [s] deligendi iudicium,ærarij diſpenſationem:quæ numquã ſibi populus Ro. appetiuit,[15] [t] qui numquam hæc à ſummi conſilij gubernatione auferre conatus eſt,Age: factum eſt horum aliquid in aliis:raro:ſed tamen factum eſt,vt populus [v] deligeret imperatorẽ. Quis legatos vmquam audiuit ſine ſenatuſconſulto?ante te nemo.Poſt continuò fecit idẽ in duobus prodigiis reip.Clodius:quo etiã maiore es malo mactandus,quòd nõ ſolùm facto tuo, ſed etiam exemplo rẽp vulneraſti:[x] neque tantũ es improbus ipſe,ſed etiam alios [16] docere [y] vo-

37 luiſti.|| Atque illud etiam audire à te cupio,quare, cùm ego legem de ambitu tulerim, ex S. C. tulerim,ſine vi tulerim,ſaluis auſpiciis tulerim, ſalua lege Ælia,&[z] Fuſia,tu eam eſſe legem nõ putes:præſertim cùm ego legibus tuis, quoquo modo latæ ſint,parẽ.Cùm mea lex dilucidè vetet, BIENNIO,QVO QVIS PETAT,PETITVRVSVE SIT, GLADIATORES DARE, NISI EX TESTAMENTO PRAESTITVTA DIE : quæ tanta * in te ſit amentia, vt in ipſa petitione,gladiatores audeas dare?num quem putes illius tui certiſſimi gladiatoris ſimilem tribunum pl.poſſe reperiri, qui ſe interponat ,quo minus reus mea lege [a] eas?Ob haſce omneis res ſciáſne,te ſeueriſſimorum hominum,Sabinorũ, fortiſſimorum virorũ, Marſorum & Pelignorum,tribulium tuorum iudicio notatum,nec poſt Romam conditã,preter te,tribulẽ quemquam,tribum Sergiã perdidiſſe?

38 || [b] Ac ſi hæc omnia [c] contẽnis,ac deſpicis,ꝙ ita tibi perſuaſeris,vt palàm dictitas, te,diis,hominibúſque inuitis,amore in te incredibili quodã C Cæſaris,omnia,quæ velis,conſecutum:ecquid audieris,ecquiſnam tibi dixerit,C.Cæſarẽ nuper Aquileiæ,cùm de quibuſdã eſſet mentio facta, dixiſſe,C.Alfium præteritum permoleſtè tuliſſe, quòd in homine ſummam fidem,probitatémque cognoſſet:grauitérque etiam ſe ferre,prætorem

s v.c.dilegendi
t L.qui nũquam antea ſummo conſilio gubernationẽ auf.
v v.c.dilegeret
x L.neque tantũ ipſe es improbus,
y v.c.voluiſti. Ob haſce omneis res ſciáſne ſeueriſſ. &c. perdidiſſe? Atq; etiam illud aud. à te c. &c. mea fias? At , ſi hæc omnia contemnis,&c.
z L. Fuſia,
* v.c. ſit in te am.[1] & ita L.
a L. fias? At ſi hæc omnia, &c.
b L. At ſi hæc omn.
c v.c. contempnis,

aliquem esse factum, qui à suis rationibus dissensisset? tum quæsisse quędam, de Vatinio quęadmodum ferret: ipsum respondisse, Vatiniũ in tribunatu gratis nihil fecisse? qui omnia in pecunia posuisset, honore animo æquo carere debere? ‖ Quòd si ipse qui te suæ dignitatis augẽdę causa, periculo tuo, nullo suo delicto, ferri præcipitem est facilè passus, tamen te omni honore indignissimum iudicat: [d] si te vicini, si affines, si tribules ita oderũt, vt repulsam tuam, triumphũ suũ duxerint: si nemo adspicit, quin ingemiscat, nemo mentionẽ facit, quin exsecretur: si vitant, fugiunt, [e] audire de te nolunt: cùm viderunt, tãquam auspicium malum detestantur: si cognati respuunt, tribules exsecrantur, vicini metuunt, affines erubescunt, strumæ deniq; ab ore improbo demigrarunt, & aliis iã se locis collocarunt: si es odium publicum populi, senatus, vniuersorum [f] hominum: quid est, quam ob rem præturã potiùs exoptes, quàm mortem? præsertim cùm popularem te velis esse, neque vlla in re populo gratius facere possis? ‖ Sed, vt aliquando audiamus, [g] quàm copiosè ad interrogata respõdeas, concludam iam interrogationem meã, téque in extremo pauca de ipsa causa rogabo. Quæro, quæ tanta in te vanitas, tãta leuitas fuerit, vt in hoc iudicio T. Annium iisdem verbis laudares, [h] quibus eũ laudare & boni viri, & boni ciues consueuerunt, cũ in eundẽ nuper ab eadem illa tæterrima furia productus ad populũ, cupidissimè falsũ testimoniũ dixeris? An erit hæc optio, & potestas tua, vt, cùm Clodianas operas, & facinorosorum hominũ, & perditorum manũ videris, Milonẽ dicas, id quod in cõtione dixisti, gladiatoribus, & * bestiariis obsedisse remp. cùm autem ad taleis viros veneris, non audeas ciuem singulari virtutẽ, fide, cõstãtia, vituperare? ‖ Sed, cũ T. Anniũ tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullã laudatione tua labeculã adspergas (in illo

39 40 41

[d] L. si te vicini, si affines, si tribules

[e] L. audire te nolunt:

[f] L. hominũ rusticanorum: quid est, &c. & ita v.c.

[g] L. quã copiosè mihi ad rog. & ita v.c.

[h] L. quibus eum verbis laud. boni viri, &

* Bestiarii qui ludis publicis cũ bestiis pugnabant.

illorũ enim numero mauult T.Annius esse, qui à te vituperantur) [i] verùm etiam quæro, cum in rep. administranda T.Annio cum P.Sextio consiliorum omnium societas fuerit (id quòd non solùm bonorum, verùm etiam improborum iudicio declaratum est: est enim reus vterque ob eãdem causam, & eodem crimine: alter die dicta ab eo, quem tu vnum improbioré esse, quàm te, numquam soles confiteri: alter tuis cõsiliis, illo tamen adiuuante) quæro, quî possis eos, quos
42 crimine coniungis, testimonio disiungere. || Extremum illud est, q mihi abs te responderi velim: cùm multa in Albinouanum de præuaricatione diceres, dixerísne, nec tibi placuisse, nec oportuisse Sextiũ de vi reum fieri? quauis lege, quouis crimine accusandum potius fuisse? [k] etiã illud dixeris, causam Milonis, fortissimi viri, cõiunctam cum hoc existimari? quæ pro me à Sextio facta sint, bonis esse grata? Non coarguo inconstantiam orationis, ac testimonij tui. Quas enim huius actiones probatas bonis esse dicis, in eas pluribus verbis testimonium dixisti: quicum autem eius causam, periculúmque coniungis, eum summis laudibus extulisti. || Sed hoc
43 quæro, num P.Sextium ; qua lege accusandum omnino fuisse negas, ea lege condemnari putes oportere? aut, si te in testimonio consuli [l] noles, ne quid tibi auctoritatis à me tributum esse videatur, dixerísne in eum testimonium de vi, quem negaris reum omnino de vi fieri debuisse?

i L. verùm tamé quæro,

k L. etiámne i'i al. etiã id dixeris.

l L. nolis,



PRO M. COELIO.

ORATIO TRICESIMA-QVARTA.

M. Cælius Rufus Equitis Romani filius accusatus de vi à Sempronio Atratino, à Cicerone defenditur apud Cn. Domitium Caluinum Prætorem, Marcellino & Philippo COSS. QVESTIO, *an Cælius à Claudia aurũ mutuò sũpserit, &, ne ei id redderet, venenũ parauerit,* ACCVSATORES, *Atratinus. Herẽnius, Balb⁹,* REVS, *Cælius.* PATRONI, *Cicero & M. Crassus.*

* EXORDIVM.
a v.c. assit,
b sic v.c. al. consuetudinis q. nostræ
c v.c. forẽsibus negotiis
d al. scceleratisque



I * QVIS, iudices, fortè nunc[a] ad- 1
sit ignarus legum iudiciorũ,[b] cõ-
suetudinis nostræ: miretur profe-
cto, quę sit tanta atrocitas huiusce
causæ, ꝙ diebus festis, ludisq; pu-
blicis omnibus [c] negotiis forensibus intermis-
sis, vnum hoc iudicium exerceatur: nec dubitet,
quin tãti facinoris reus arguatur, vt, eo negle-
cto, ciuitas stare non possit. Idem, cũ audiat esse
legẽ, quæ de seditiosis, [d] cõsceleratisque ciuib⁹,
qui armati senatũ obsederint, magistratibus vim
attulerint, rẽp. oppugnarint, quotidie quæri iu-
beat: legem non improbet: crimen, ꝙ versetur in
iudicio, requiret, cũ audiat, nullũ facinus, nullã
audaciã, nullã vim in iudiciũ vocari: [1] sed ado-
lescentẽ illustri ingenio, industria, gratia, accu-
sari ab eius filio, quẽ ipse in iudiciũ & vocet, &
vocarit: [e] oppugnari autẽ opibus meretriciis, [2] *
Atratini illi⁹ pietatẽ nõ reprehẽdat, muliebrẽ
libidinẽ cõprimẽdã putet, vos laboriosos existi
met, quib. otiosis ne in cõmuni quidẽ otio lice-
at esse. ‡ Etenim si attẽdere diligẽter, existimare 2
verò de õni hac causa volueritis, sic cõstituetis,
iudices, nec defẽsurũquẽquã ad hãc accusationẽ
fuis

e L. oppugnari autẽ hũc opibus
* vocem Atratini, quidam nõ habent.

fuisse, cui, verum vellet, liceret: nec, cùm descendisset, quidquā habiturū spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur. sed ego Atratino, humanissimo, atq; optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationē vel pietatis, vel necessitatis, vel ætatis. si voluit accusare: pietati tribuo. si iussus est: necessitati. si sperauit aliquid: pueritiæ. ceteris non modò nihil ignoscēdum, sed etiam

3 acriter est resistendum. Ac mihi quidē videtur, iudices, hic introitus defensionis, adolescentiæ M. Cœlij maximè cōuenire, vt ad ea, quæ accusatores, deformandi huius causa, detrahendæ, spoliandæque dignitatis gratia, dixerunt, primùm respondeā.* Obiectus est pater variè, quòd aut parum splēdidus ipse, aut parum piè tractatꝰ à filio diceretur. De dignitate, [f] Cœlius notis, ac maioribꝰ natu etiā sine mea oratione, tacitus, facilè ipse respondet. quibus autem propter senectutem, quò iamdiu minùs in foro nobiscum versatur, non æquè est cognitus: hi sic habeant: quæcūque in equite Romano dignitas esse possit, quæ certè potest esse maxima, eam semper in M. Cœlio [g] habitam esse summam, hodiéque haberi, non solùm à suis, sed etiam ab omnibus,

4 quibus potuerit aliqua de causa esse notus. [h] Equitis autem Ro. esse filiū, criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. Nam, quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed iudicium certè parētis. quid nos opinemur, audietis ex iuratis. quid parentes sentiant, lacrymæ matris, incredibilísque mæror, squalor patris, & hæc præsens mæstitia, quam cernitis,

5 luctúsque declarat. Nam, quod est obiectū, municipibus esse adolescentem non probatū suis: [i] nemini vnquam præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm absenti M. Cœlio quē & absentem in amplissimum ordinē cooptarūt

* Vitá Cœlii à calumnia liberat.

f al. M. Cœlius.

g L. habitá esse sūmā, summámq; hodie hab.

h v.c. Equitis R. autē esse f. & ita L.

& ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt: iidémque nũc lectissimos viros, & nostri ordinis, & equites Rom. cum legatione ad hoc iudicium, & cum grauissima, atque ornatissima laudatione miserunt. Videor mihi iecisse fundamenta defensionis meę: quæ firmissima sunt, [k] si nitantur iudicio suorum. neque enim vobis satis commendata huius ætas esse posset, si non modò parenti tali viro, verùm etiã municipio tã illustri, ac tam graui, displiceret.
6 ‖Equidem, vt ad me reuertar, [5] ab his fontibus profluxi ad hominũ famam: & meus hic forensis labor, vitæq; ratio [l] diminauit ad existimationẽ hominum paulò latiùs commendatione ac iudicio meorum. Nã quod obiectum est de pudicitia, quódque omniũ accusatorum non criminibus, sed vocibus, maledictisque celebratum est, id numquã tã acerbè feret M. Cœlius, [6] vt eum pœniteat non deformẽ esse natum. [m] sunt enim ista maledicta permulgata in omneis, quorũ in adolescentia forma, & species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud accusare. accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominẽ vt notet, argumẽto probet, teste cõfirmet. maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: [7] quę si petulantiùs [n] iactatur, conuicium: si facetiùs, vrbanitas nominatur.
7 ‖Quam quidem partem accusationis [o] admiratus sum, & molestè tuli potissimùm esse Atratino datam. neque enim decebat, neque ętas illa postulabat, neque, id quod animaduertere poteratis, pudor patiebatur [p] optimi adolescentis, in tali illum oratione versari. Vellem aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum [q] suscepisset aliquantò liberiùs, & fortiùs, & magis more nostro refutaremus istam maledicendi licentiam. Tecum, Atratine, [r] agam leuiùs, quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ: & meum erga te, parentémque tuum beneficium tueri debeo.

Illud

k v. c. si nitantur

l v. c. demanauit

m L. sunt etenim

n sic v. c. fort. iaciatur,

o fort. demiratus sũ,

p vox, optimi, abest à v. c.

q v. c. cepisset. & ita L.

r L. agam leniùs,

8 ‖[s] Illud tamen te esse admonitum volo: [8] [r] primū qualis es, talem te esse existimes: vt, quantū à rerum turpitudine abes, tantū te à verborū libertate seiungas: deinde, vt ea in alterum ne dicas, quæ cùm tibi falsò responsa sint erubescas. Quis est enim, cui via ista non pateat? ?qui isti [v] ætati non possit quàm velit petulanter, etiam si sine vlla suspicione, at non sine argumento, maledicere? Sed istarū partium culpa est eorū, qui te agere voluerunt: laus pudoris tui, quòd ea te inuitum dicere videbamus: ingenij, quòd ornatè, politeque dixisti.
9 ‖ Verùm ad istam omnem orationem breuis est defensio. nam quoad ætas M. Cœlij [x] dare potuit isti suspicioni locum, fuit primùm ipsius pudore, deinde etiā patris diligētia, disciplinaq; munita: qui [y] vt huic virilem togā dedit, nihil dicā hoc loco de me: tantum sit, quantū vos existimatis: hoc dicā, hūc à patre cōtinuò ad me esse deductū. nemo hunc M. Cœliū in illo ætatis flore vidit, nisi aut cū patre, aut mecū, aut in M. Crassi castissima domo, cùm artibus
10 honestissimis erudiretur. ‖ Nam quòd Catilinæ familiaritas obiecta Cœlio est, longè ab ista suspicione abhorrere debet. Hoc enim adolescēte scitis consulatū mecū petisse Catilinā. ad quem si accessit, [z] aut si à me discessit vmquā (quāquā multi boni adolescentes illi homini nequā, atq; improbo studuerunt) tū existimetur Cœlius Catilinæ nimiùm familiaris fuisse. At enim postea scimus, & vidimus esse hūc in illius amicis. Quis negat? sed ego illud tempus ætatis, quod ipsum sua sponte infirmū, aliorum libidine infestū est, id hoc loco defendo. fuit assiduus mecū, prætore me: non nouerat Catilinam. Africam tum prætor ille obtinebat, secutus est annus. causam de pecuniis repetundis Catilina dixit. mecum erat hic: illi ne aduocatus quidem venit vmquam. deinceps fuit annus, quo ego consulatum petiui. petebat Catilina mecum num-

s al. Illud tantum te esse monitū
r L. primū, (vt, qualis es, talem hi te esse existiment,) vt, quantū à rer.
v L. ætati, ac dignitati non poss.
x L. dare potuit suspicioni loc.
y al. vt virilem huic tog.
z v.c. aut à me disc.

a al. numquam à me rec.

* prætexta pueri vtebantur ad annum vsque XVI. tum verò virilem togam in Capitolio sumebant.

b sic v. c. al constitutus: vt exercit.

c al. merere

d I. defenderet:

* Catilinæ descriptio.

e L. ex tam contrariis, diuersisq; , atque inter se pugn.

quam ad illum accessit: [a] à me numquam recessit.‖Tot igitur annos versatus in foro sine suspi- 11
cione, sine infamia, studuit Catilinæ iterum petenti. Quem ergo ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? Nobis quidem olim*annus erat vnus ad cohibendum brachium toga, [b] cõstitutus: & vt exercitatione, ludóque campestri tunicati vteremur. eadémque erat, si statim [c] mereri stipendia cœperamus, castrensis ratio, ac militaris. qua in ætate, nisi qui se ipse sua grauitate, & castimonia, & cùm disciplina domestica, tum etiã naturali quodam bono [d] defenderat: quoquo modo à suis custoditus esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. [10] Sed qui prima illa initia ætatis, integra, atque inuiolata præstitisset: de eius fama ac pudicitia, cùm is iã se corroborauisset, ac vir inter viros esset, nemo loquebatur.‖Studuit*Catilinæ, cùm iam aliquot 12
annos esset in foro Cœlius, & multi hoc idem ex omni ordine, atque ex omni ætate fecerunt. Habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. vtebatur hominibus improbis multis: & quidem optimis se viris deditum esse simulabat. erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam industriæ quidam stimuli, ac laboris. flagrabant vitia libidinis: apud illum vigebant etiam studia rei militaris. neque ego vnquam fuisse tale monstrum in terris vllũ puto, [e] tam ex cõtrariis, diuersisque inter se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibusque cõflatum.‖ Quis clarioribus viris quodã tempore 13
iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis meliorum partium aliquando? quis tetrior hostis huic ciuitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effusior? Illa verò, iudices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio,

quio, cum omnibus communicare quod habe-
bat, seruire temporibus suorum omnium, pecu-
nia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si ɩ pus
esset, & audacia: versare suam naturam, & regere
ad tempus, atque huc, & illuc torquere, f & fle-
ctere, cum tristibus seuerè, cùm remissis iucundè,
cum senib. grauiter, cum iuuẽtute comiter, cum
facinorosis g audacter, cum libidinosis luxuriosè
14 viuere.|| Hac ille tam varia, multiplicique natu-
ra, cùm omneis omnibus ex terris homines im-
probos, audaceisque collegerat: tum etiam mul
tos forteis viros, & bonos specie quadam virtu-
tis h assimulatę tenebat. neque vmquã ex illo de-
lendi huius imperij tã i sceleratus impetus exti-
tisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibus-
dam facilitatis, & patientiæ radicib. niteretur.
Quare ista conditio, iudices, respuatur, nec Ca-
tilinæ familiaritatis crimẽ hæreat. est enim cõ-
mune cum multis, & cum quibusdam etiam bo-
nis. Me ipsum, me, inquam quondã pænè ille de-
cepit, cùm & ciuis mihi bonus, & optimi cuius-
que cupidus, & firmus amicus, k & fidelis vide-
retur. cuius ego facinora oculis priùs, quã opi-
nione, manibus antè, quàm suspicione, depreh&etilde;-
di. cuius in magnis cateruis amicorum, si fuit e-
tiã Cœlius, l magis est, vt ipse molestè ferat er-
rasse se, sicuti nonnumquam in eodem homine
me quoque erroris mei pœnitet, m quã vt istius
amicitiæ crimen reformidet.|| Itaque à maledi-
15 ctis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio
est vestra delapsa. posuistis enim, atque id tamẽ
titubanter, & strictim, coniurationis hunc pro-
pter amicitiam Catilinæ, participem fuisse: n
in quo non modo crimen non hærebat, sed vix
diserti adolescẽtis cohærebat oratio. Qui enim
tantus furor in Cœlio? quod tantum aut in mo-
ribus, naturáque vulnus, aut in re, atque fortu-
na? o vbi denique in ista suspicione est Cœlij
nomen auditum? Nimiùm multa de re minimè

f L. ac fle-ctere, & ita v.c.
g L. auda-citer, & ita v.c.
h L. assimi latæ
i v.c. cõsce leratus
k for. ac fi-dus vid.
l L. magis est, cur ipse mol.
m L. quàm cur ist.
n L. in quo non modò, crimine nõ inhærebat, sed vix d.
o L. vbi de nique est in ista susp. Cœlij

dubia loquor: [p] Hoc tamē dico, non modò si so-
cius coniurationis, sed nisi inimicissimus istius
sceleris fuisset, numquam coniurationis accu-
satione adolescētiam suam potissimùm cōmen-
dare voluisset: || quod, haud scio, an de ambitu, 16
[q] & de criminibus istius sodalium, ac sequestriū,
quoniam huc incidi, similiter respondendum
putem. nūquā enim tam Cœlius amens fuisset,
vt, si se isto infinito ambitu cōmaculasset, ambi-
tus alterum accusaret. neque [r] enim eius facti in
altero suspicionē quæreret, cuius ipse sibi per-
petuam licentiam optaret: nec, si sibi semel pe-
riculū ambitus subeūdū putaret, ipse iterum am-
bit[9] crimine arcesseret. quod quāquā nec sapiē-
ter, & me inuito facit, tamē est[11] [s] eiusmodi cupi
dus, vt magis insectari alterius innocentiā, quā
de se timidè cogitare videatur. || Nā quòd æs a- 17
lienū obiectū est, sumtus reprehensi, tabulæ fla-
gitatæ: videte, quàm pauca respondeā. Tabulas,
qui in patris potestate est, nullas [t] conficit. ver-
surā numquā omnino fecit vllā. Sūtus vnius ge-
neris obiectus est, habitationis: triginta millib.
dixistis eum habitare. Nunc demū intelligo, P.
Clodij insulam esse venalem, cuius hic in ædi-
culis [v] habitet, decem, vt opinor, millibus. vos
autem, dum illi placere vultis, ad tēpus ei men-
dacium vestrum [x] accommodauistis. || Reprehē- 18
distis, à patre quòd semigrarit. Quod quidē iam
in hac ætate minimè reprehendendum est. [y] qui
cùm ex reip. causa, esset mihi quidem molestam,
sibi tamen gloriosam, victoriam consecutus, &
per ætatem magistratus petere posset: non mo-
dò permittente patre, sed etiam suadente, ab eo
semigrauit: &, cùm domus patris à foro longè
abesset, quo faciliùs [z] & nostras obire domos,
& ipse à suis coli posset, conduxit in Palatio,
non magno, domum. Quo loco possum dicere
id, quod vir clarissimus, M. Crassus, cùm de ad-
uentu regis Ptolemæi quereretur, paulò antè
dixit,

p L. Hoc tā tum dico,

q L. & de criminibus istis sed & ita v.c.

r particula, enim abest ab vno cod. antiq.

s L. eiusmodi cupiditatis, vt m. Turne. eiusmodi gloriæ cupidus,

t sic v. c. fort. confecit.

v L. habitat, al. habet

x v. c. accommodastis.

y L. qui cū & ex reip. & ita v.c.

z v. c. & nostras domus obire,

dixit, " *Vtinam ne in memore Pelio* — ac longiùs
quidem mihi contexere hoc carmen liceret. nā
numquam hera errans hanc molestiam nobis
exhiberet, " *Medea animo ægra, amore sæuo sau-
cia.*—Sic enim, iudices, reperietis, quòd, cùm ad
id loci venero, ostendam, hanc Palatinam Me-
deam, migrationémque, huic adolescenti cau-
sam siue malorum omnium, siue potius sermo-
19 num fuisse. || Quamobrem illa, quæ ex accusa-
torum oratione præmuniri iam, & fingi intelli-
gebam, fretus vestra prudentia, iudices, nō per-
timesco. Aiebant enim fore testem senatorem,
qui se pontificiis comitiis pulsatum à Cœlio di-
ceret. A quo quærā, si prodierit: primùm cur sta-
tim nihil egerit:[a] deinde,[b] si id quæri:[12] quàm
agere maluerit, cur productus à vobis potiùs,
quàm ipse per se: cur tantò pòst potiùs, quā cō-
tinuò,[c] quæri maluerit. Si mihi ad hęc acutè, ar-
gutéque respondèrit: tum quæram denique, ex
quo iste fōte senator emanet. nā si ipse orietur,
& nascetur ex sese: fortasse, vt soleo, commoue-
bor.[d] sin autem, vt riuulus, arcessitus, & ductus
ab ipso capite accusationis vestræ: lætabor cùm
tāta gratia, tātisq; opibus accusatio vestra nita-
tur, vnū senatorem solum esse, qui vobis gratifi-
20 cari vellet, inuentum. || Nec tamē illud genus al-
terum nocturnorū testium pertimesco. est enim
dictum ab illis, fore qui dicerent, vxores suas à
cena redeunteis attrectatas esse à Cœlio. Graues
erunt homines, qui hoc iurati dicere[e] audebūt:
cùm sit his confitendū nūquā se non congressu
quidē, & cōstituto cœpisse de tantis iniuriis ex-
periri. Sed totū gen⁹ oppugnationis huius, iudi-
ces, & iā prospicitis animis & cū inferetur, pro-
pulsare debebitis. nō enim ab iisdē accusatur M.
Cœlius, à quib. oppugnatur. palam in eū tela ia-
21 ciūtur, clàm subministrātur. || Neq; id ego dico,
vt inuidiosum sit in eos, quibus gloriosum[f] hoc
etiam esse debet. funguntur officio: defendunt
suos

a v.c. deinde,
b L. si id queri,
c L. queri maluerit.
d fort. sin autem vt riuulus, erit arcessitus, & d. v. c. sin autem est riuulus, arcessitus, & d.
e L. audeant
f L. etiam hoc

g verbum, faciunt, abest à q. v. c.

suos [g] faciunt quod viri fortissimi solẽt.læsi do-
lent,irati efferuntur,pugnant lacessiti.sed vestrę
sapientiæ tamen est,iudices, non , si causa iusta
est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideò
vobis quoque vos causam putare esse iustam a-
lieno dolori potiùs, quàm vestræ fidei cõsulen-
di.Quæ sit multitudo in foro, quæ genera , quæ
studia , quæ varietas hominum , videtis ex hac
copia quàm multos esse arbitramini, qui homi-
nibus potentibus,gratiosis,disertis,cùm aliquid
eos velle arbitrentur,vltrò se offerre soleant,o-
perã nauare, testimoniũ polliceri? || Hoc ex ge- 22
nere si qui se in hoc iudiciũ fortè proiecerint:
excluditote eorum cupiditatẽ, iudices, sapiẽtia

h al. & huius

i L. periculosas hom. & ita v. c.

vestra:vt eodẽ tẽpore [h] huius saluti, & religioni
vestræ,& contra [i] periculosissimas hominum po-
tentias conditioni omnium ciuium prouidisse
videamini.Equidem vos abducam à testibus:ne-
que huius iudicij veritatẽ,quæ mutari nullo mo-
do potest,in voluntate testium collocari sinam:

k L. fingi,

l v. c. luce omni

quæ facillimè [k] effingi,nullo negotio flecti , ac
detorqueri potest argumentis agemus:signis [l] o-
mni luce clarioribus crimina refellemus.res cũ
re,causa cum causa,ratio cum ratione pugnabit.
||Itaq; illã partem causæ facilè patior grauiter, 23

* L. à M. Crasso esse pero.

m copulatio, &, abest à v. c.

n L. est enim rex, quid.

o L. qui negauit, abs.

p L. afuit?

q L. non modò suspicione,

& ornatè à * M.Crasso peroratam,de seditionib.
Neapolitanis,de Alexandrinorũ pulsatione Pu-
teolana, [m] & de bonis Sallæ.Vellẽ dictũ esset ab
eodem etiam de Dione.de quo ipso tamen quid
est,quod exspectetis:quod is, qui fecit, aut non
timet,aut etiam fatetur? [n] Etenim,reus,qui di-
ctus est & adiutor fuisse , & conscius , P. Asci-
tius,is iudicio est liberatus.Quod igitur est hu-
iusmodi crimẽ,vt,qui commisit,non neget: [o] qui
non negauit , absolutus sit: id hic pertimescat,
qui non modò à facto,verùm etiã à conscientiæ
suspicione [p] abfuit ? & , si Ascitio causa plus
profuit,quàm nocuit inuidia , huic oberit tuum
maledictum , qui istius facti [q] non modò non

suspicio

ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt adſpers⁹?
24 ‖At præuaricatione eſt Aſcitius liberatus. Perfacilè eſt iſti loco reſpondere, mihi præſertim à quo illa cauſa defenſa eſt. Sed Cœlius, optimā cauſam Aſcitij eſſe arbitrauit:[r] cuiuſmodi autē ſit, à ſua putat eſſe ſeiunctā: neq. ſolùm Cœlius, ſed etiam adoleſcentes humaniſſimi, & doctiſſimi, rectiſſimis ſtudiis,[14] atque optimis artib. prędiri, Titus, Caiuſq; Coponij, qui ex omnib. maximè Dionis mortem doluerunt: qui cùm doctrinæ ſtudio atque humanitatis, tū etiā hoſpitio Dionis tenebātur. Habitabat is apud L. Lucceiū, vt audiſtis. fuerat ei cognitus Alexandriæ. Quid aut hic, aut ſummo ſplendore præditus, frater eius, de M. Cœlio exiſtimet, ex ipſis, ſi pro-
25 ducti erūt, audietis.‖ Ergo hæc remoueantur, vt aliquando, in quibus cauſa nititur, ad ea veniamus. Animaduerti enim, iudices, audiri à vobis meum[s] familiarem, L. Herenniū, perattentè. in quo etſi magna ex parte ingenio eius, & dicendi genere quodā tenebamini: tamen nonnúquam verebar, ne illa ſubtiliter ad criminandū inducta oratio, animos veſtros ſenſim[t] ac leuiter accenderet. dixit enim multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis iuuētutis, multa de morib. &, qui in reliqua vita mitis eſſet, & in hac ſuauitate humanitatis, qua propè iā delectantur homines, verſari periucūdè ſoleret, fuit in hac cauſa pertriſtis quidē patruus, cenſor, magiſter. obiurgauit M. Cœliū, ſicut neminē vmquam parens. multa de incontinentia, intemperantiáque diſſeruit. Quid quæritis, iudices? ignoſcebā vobis attentè audiētibus, propterea quòd egomet tā triſte illud, & tā aſperū genus orationis hor-
26 rebā.‖ Ac prima pars fuit illa, quæ me minùs mouebat, fuiſſe meo neceſſario Beſtiæ Cœliū familiarē, cęnaſſe apud eū, ventitaſſe domum, ſtuduiſſe Præturæ. Non me hæc mouent, quæ perſpicuè falſa ſunt. etenim eos vnà cænaſſe dicit,[u] qui aut

r L. cuiuſcuiuſmodi autē ſit al. cuicuimodi autem ſit,

s v.c. familiarem, Herennium,

t al. ac leuiter acc.

v L. aut qui abſ.

* al. necesse ibidem licere.

aut absunt, aut quibus*necesse est idem dicere. Neque verò illud me commouet, quòd sibi in Lupercis sodalem esse Cœlium dixit. Fera quædam sodalitas,& planè pastoritia,atque agrestis germanorum Lupercorum : quorum coitio illa siluestris,antè est instituta,quàm humanitas,atque leges.siquidem non modò nomina deferunt inter se sodales,sed etiam commemorant sodalitatem in accusando[x] vt ne,si quis id fortè nesciat,timere videatur.|| Sed hæc omittam: ad illa,quæ me magis mouerunt, respondebo. Deliciarum obiurgatio fuit longa,& ea lenior:plusque disputationis habuit,quàm atrocitatis:quo etiam audita est attentiùs.nā P. Clodius amicus meus,[y] cùm se grauissimè , vehementissiméque iactaret,&omnia * inflāmatus ageret tristissimis verbis voce maxima: tametsi probabā eius eloquentiam,tamen nō pertimescebam. aliquot enim in causis eumvideram frustra litigantem.tibi autē Balbe, respondebo primum precariò , si licet,si fas est defendi à me eum,15qui nullū cōuiuiū*renuerit,qui vnguenta sumserit,quiBaias viderit.|| Equidē multos & vidi in hac ciuitate, &audiui,non modò qui**primoribus labris gustassent* genus hoc vitæ,& *extremis* , vt dicitur , *digitis attigissent*.sed qui totam adolescentiam voluptatibus[z] dedidissent,emersisse aliquando,& se ad frugem bonam,vt dicitur, recepisse,graueisque homines,atque illustreis fuisse.Daturenim, concessu omniū,huic aliquis ludus ętati,& ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates:quæ si ita erumpunt , vt nullius vitam labefactent, nullius domum euertant:faciles, & tolerabiles haberi solēt.|| Sed tu mihi videbare ex communi infamia iuuentutis aliquam inuidiam Cœlio velle conflare.Itaque omne illud silentiū,quod est orationi tributum tuæ, fuit ob eam causam, quòd vno reo proposito, de multorum vitiis cogitabamus. Facile est accusare luxuriem.

27 (beside "sciat,timere videatur.|| Sed hæc omittam")
28 (beside "viderit.|| Equidē multos")
29 (beside "haberi solēt.|| Sed tu mihi")

x for. vt ne quis,si id f. al. vt ne, si quis id fortè nesciat, temere facere videantur,

y v. c. cùm se vehementissimè,grauissiméque iacta.

*al.inflammatus

*vet.remunerit,

* Vide Vic. 9.var.lec. c.19.

z v.c.dedissent,

dies

dies iam me deficiet, si, quæ dici in eam sententiam possunt, coner expromere: de corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumtib. immensa oratio est. vt tibi reum neminem, [a] sed vitia proponas, res tamen ipsa & copiosè, & grauiter accusari potest. sed vestræ sapientiæ est, iudices, non abduci ab reo: nec, quos aculeos habeat seueritas, grauitásque vestra, cùm eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem, & in reum: cùm is non suo crimine, sed multorum vitio sit in quoddam o-
30 diũ iniustũ vocatus. Itaque seueritati tuæ, [b] vt oporteret, ita respondere non audeo: erat enim meũ deprecari vacationẽ adolescentię, veniámque petere, nõ, inquã, audeo: perfugiis non vtor ętatis: concessa omnib. iura dimitto: tantùm peto, vt, siqua est inuidia cõmunis hoc tẽpore æris alieni, petulãtiæ, libidinũ iuuentutis, quã video esse magnã, ne huic aliena peccata, ne ætatis, ac temporũ vitia noceant. *Atque ego idẽ, qui hęc postulo, quin criminibus, quæ in hunc propriè conferuntur, diligentissimè respondeã, nõ recuso. Sunt autẽ duo crimina, auri, & veneni: in quibus *vna, atque eadẽ persona *versatur. Aurũ sũtũ à Clodia: venenum quæsitũ, quod Clodiæ daretur, dicitur. omnia sũt alia, nõ crimina, sed maledicta iurgij petulãtis magis, quã publicæ quęstionis. Adulter, impudicus, sequester, cõuicium est, nõ accusatio. nullum est enim fundamentum horũ criminũ, nulla sedes. voces sunt cõtumeliosæ, temerè ab irato accusatore, nullo auctore, e-
31 missæ. Horũ duorũ criminũ [c] video fontẽ, video auctorẽ, video certũ nomẽ, & caput. Auro opus fuit: sumsit à Clodia, sũsit sine teste, habuit quãdiu voluit. maximum video signũ cuiusdã egregiæ familiaritatis. necare eandem voluit, quæsiuit venenum, sollicitauit quos potuit, [d] parauit locum, constituit, attulit, magnum rursus odium video [16] cum crudelissimo [e] dissi-

dio

a al. sed vitia ipsa prop.

b L. vt oporteret, & ita v.c.

* CONFVTATIO vtriusque criminis, & auri scilicet, & veneni, quod Cœlio obiiciebatur.

* al. vna eademque persona versatur.

* al. vrgetur.

c sic v.c. al. video auctorem, video fõtem,

d v.c. parauit, locum constituit,

e L. discidio & ita v.c.

dio exstitisse. Res est omnis in hac causa nobis, iudices, cum Clodia muliere, non solùm nobili, sed etiam nota: de qua ego nihil dicam, nisi de pellendi criminis causa. || Sed intelligis pro tua 32
præstanti prudentia, Cn. Domiti, cùm hac sola rem esse nobis: quæ si se aurum Cœlio [17] cõmodasse non dicit, si venenum ab hoc sibi paratum esse non arguit: petulanter facimus, si matremfamiliâs, secus, quàm matronarũ sanctitas postulat, nominamus. sin ista muliere remota, nec crimen vllũ, nec opes ad oppugnandũ Cœliũ illis relinquentur, quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi vt eos, qui insectantur, repellamus? quod quidem facerem vehementiùs, nisi intercederent mihi inimicitiæ cum istius mulieris [18] viro: fratrẽ volui dicere: semper hîc erro. nunc agã modicè, nec longiùs progrediar, quã me mea fides, & causa ipsa coget. neq; enim muliebreis vmquam inimicitias mihi gerendas putaui, præsertim cum ea, quam omnes semper [19] amicã omniũ potiùs, quàm cuiusquam inimicam putauerunt. || sed [f] tamen ex ipsa quærã priùs, v- 33
trùm me secum, seuerè, & grauiter, & priscè agere malit, an remissè, [e] ac leniter, & vrbanè. si illo austero more, ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, nõ hac barbula. qua ista delectatur: sed illa horrida, quam in statuis antiquis, & imaginib. videmus: qui obiurget mulierẽ, [g] & pro me loquatur, ne ista mihi fortè succenseat. Exsistat igitur ex hac ipsa familia aliquis: ac potissimũ [h] cæcus ille. minimũ enim dolorẽ capiet, qui istã non videbit, qui profectò si exstiterit, sic aget, & sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cũ homine adolescentulo? quid cũ alieno? cur aut tã familiaris huic fuisti, vt aurum cõmodares: aut tã inimica, vt venenum timeres? non patrẽ tuum videras? non patruum, non auum, [i] proauum, atauum audieras consules fuisse? || non denique modò te Qu. Metelli 34
matri

f Obiurgat Clodiam.
e L. & leniter, & ita v. c.
g al. & qui pro me loq.
h L. Cæcus
i al. non proauum, non atauum

matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi, [k] & fortissimi viri, patriæque amantissimi? qui simul-ac pedem limine extulerat, omneis propè ciueis virtute, gloria, dignitate superabat? cui cùm ex amplissimo genere in familiam clarissimã nupsisses, cur tibi Cœlius tam coniunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil [l] horum, quid igitur fuit, nisi quædam temeritas, ac libido? nónne te, si nostræ imagines viriles non cõmouebant, ne progenies quidem mea,* Q. illa Claudia, æmulã domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa Vestalis Claudia, quæ patrẽ complexa triumphantem ab inimico tribuno [m] pl. de curru detrahi passa nõ est? cur te fraterna vitia potiùs, quàm bona paterna, & auita, & vsque à nobis cùm in viris, tum etiã in fæminis repetita mouerunt? ideóne* ego pacẽ Pyrrhi diremi, vt tu amorũ turpissimorum quotidie fœdera ferires? ideò aquã [n] adduxi, vt ea tu incestè vterere? ideò viã muniui, vt eã tu alienis viris comitata celebrares? ‖ Sed quid ego, iudices, ita graue personã induxi, vt verear, ne se idẽ Appius repẽtè conuertat, & Cœliũ incipiat accusare illa sua grauitate censoria? Sed videò hoc posterius, atq. ita, iudices, vt vel seuerissimis disceptatoribus, M. Cœlij vitam me probaturũ esse cõfidã. [o] Tu verò mulier (iam.n. ipse tecũ nulla persona introducta loquor) si ea quæ facis, quæ dicis, quæ insimulas, quę moliris, quæ arguis, probare cogitas: rationẽ tãtæ familiaritatis, tãtæ consuetudinis, tãtæ cõiunctionis reddas, atque exponas necesse est. Accusatores quidẽ libidines, amores, adulteria, Baiis acta cõuiuia. [p] comessationes, cãtus, symphonias, nauigia iactant: iidẽque significant, nihil se, te inuita, dicere, quæ tu, quoniã mente nescio qua efrenata, atq; præcipiti in forũ deferri, iudiciũq; voluisti: aut diluas oportet, & falsa esse doceas, aut nihil neq; crimini tuo, neq; testimonio cre-

k L. ac fortissimi & ita v.c.

l v.c. eorũ.

* vide Suet. in Tiberio.

m v.c. plebeij.

* Eadem refert in Officiis Cicero, Flor. 13. Epitome, Pli. de viris illustr. c. 34.

n for. deduxi.

o L. Tu modò mulier.

p L. cõmissationes.

dendum esse fateare.|| Sin autem vrbanius me a- 36
gere mauis : sic agam tecum. remouebo illum
senem durum, ac pænè agrestem, ex hísque tuis
sumã aliquẽ, ac potissimùm minimum fratrẽ tuũ,
qui est in isto genere vrbanissimus: qui te amat
plurimùm: qui, propter nescio quã, credo, timi-
ditatem, & nocturnos quosdam inaneis metus,
tecum, & semper pusio cũ maiore sorore cubi-
tauit. eum putato tecũ loqui: Quid tumultuaris,
soror? quid insanis?[q] quid clamore exorsa, ver-
bis, paruam rẽ, magnam facis? vicinum adoles-
centulum adspexisti: candor huius te, & proce-
ritas, vultus,[19] oculique [r] perpulerunt : sæpius
videre voluisti:[20 s] nonnumquã in iisdẽ hortis*
visa nobilis mulier: illum filiumfamiliâs patre
parco, ac tenaci, habere tuis copiis deuinctũ nõ
potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse
tanti. confer te aliò: habes hortos ad Tiberim:
ac diligenter eo loco [t] præparasti, quò omnis
iuuentus natandi causa venit. hinc licet condi-
ciones quotidie legas. cur huic, qui te spernit,
molesta es?|| Redeo nunc ad te, Cœli, vicissim, ac 37
mihi auctoritate patriã, seueritatémque susci-
pio: sed dubito, quẽ patrem potissimùm sumam.
Cęcilianúmne aliquẽ vehementẽ, atque durum?
Nunc enim demũ *mihi animus ardet, nunc meũ cor*
cumulatur ira:[u] Aut illum, O *infelix, ô scelest e.—Fer-*
rei sunt isti patres. Egone quid dicam? egóne quid ve-
lim?[x] *quæ tu omnia tuis fœdis factis facis, vt ne quid-*
quã velim.[y] Vix ferenda diceret talis pater, *Cur*
te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur il-
lecebris cognitis non refugisti? cur alienam vllam mu-
lierẽ nosti?[21 z] *dede te, ac disiice, per me licebit. Si egebis,*
tibi dolebit: mihi sat est, qui, ætatis, quod reliquum est,
oblectẽ meæ.|| [22] Huic tristi, [a] ac decrepito seni 38
rèsponderet Cœlius se nulla cupiditate inductũ
de via decessisse. Quid signi? nulli sumtus, nulla
iactura, nulla versura. At fuit fama. Quotus quis-
que istam effugere potest in tam maledica ciui-
tate? Vicinum eius mulieris miraris malè audis-

q L. quid à clamore exorsa,

r L. percu- lerunt.

s L. fuisti nonnumquam in iisdem hor.

* al. vis, ô nobilis mulier.

t v.c. parasti, & ita L.

v L. an illũ,

x for. quin tu omnia t.

y L. vix ferendi. Diceret talis p.

z L. dide, ac dissice.

a L. ac dilecto.

se, cuius frater germanus sermones iniquorũ effugere non potuit? Leni verò, & clementi patri, cuiusmodi ille est: *Fores effregit? restituentur: discidit vestem? resarcietur.* Cœlij causa est expeditissima. Quid enim esset, in quo se nõ facilè defenderet? nihil iam in istam mulierem dico: sed si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus peruulgaret, quę haberet palàm decretũ semper aliquẽ cuius in hortos domũ, [a]Baias, iure suo libidines omniũ cõmearent: quæ etiã aleret adolescẽteis, & parsimoniã patrũ suis sumtibus sustentaret: si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarẽ, si quis hanc paulò liberius salutasset. 39 Dicet aliquis, Hęc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescenteis? ob hanc causam [b] tibi hũc puerũ parẽs cõmendauit, & tradidit, vt [c] in amore, & voluptatibus adolescentiam suã collocaret: [d] & hanc tu vitã, atque hæc studia defenderes? Ego, si quis, iudices, hoc robore animi, atque hac indole virtutis, ac cõtinẽtiæ fuit, vt respueret omneis voluptates, omnémque suæ vitæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret: quem nõ quies, non remissio, non æqualiũ studia, non ludi, non conuiuia delectarent: nihil in vita expetendũ putaret, nisi quod esset cũ laude, & cũ dignitate coniũctũ: hunc mea sententia diuinis quibusdã bonis instructũ, atq; [e] ornatũ puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror, Camillos, Fabricios, Curios, omneisque eos, qui hęc ex minimis tanta fecerunt. 40 Verùm hæc genera virtutũ non solũ in moribus nostris, sed vix iã in libris reperiuntur. chartæ quoque, quæ illã pristinã seueritatem continebant, [*]absoluerunt, neq; solùm apud nos, qui hanc sectã, rationémque vitæ, re magis, quã verbis, secuti sumus, sed etiã apud Græcos, doctissimos homines: quibus cùm facere non possent, loqui tamen, & scribere honestè, & magnificè lice-

[a] al. balneas

[b] sic v.c. al. parens tibi hunc puerũ commen.

[c] al. in amoribus.

[d] al. & hanc tu viam.

[e] l. ornatũ fuisse puto.

[*] L. absoleuerunt.

* Sententię Philosophorum de sũmo bono.

f v.c. illud vnum directum iter ad laudem cum labore qui probauerunt.

g sic v.c. al. ac prol.

h sic v.c. al. & directa via ac rat.

i q.v.c. atq; familiam.

k v.c. vi terreat:

l sic v.c. al. atque inaneis.

m v.c. reique publ.

n al. prespexerat.

licebat. Alia quædam mutatis Græciæ temporibus, præcepta exstiterunt. ‖ Itaque * alij volup- 41
tatis causa omnia sapienteis facere dixerunt, neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt. alij cum voluptate dignitatem coniungendã putauerunt, vt res maximè inter se repugnanteis dicendi facultate coniungerẽt, [f] illud vnum ad laudẽ cum labore directũ iter qui probauerunt, propè iã soli in scholis sunt relicti. multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniueret: & interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, [g] aut prolapsione vix posset, & multarum rerũ iucundissimarum varietatẽ dedit, qua non modò hæc ætas, sed etiã iã corroborata caperetur. ‖ Quamobrem si quem fortè inueneri- 42
tis, qui aspernetur oculis, pulchritudinẽ rerum, non odore vllo, non tactu, non sapore capiatur, excludat oribus omnem suauitatẽ huic: homini ego fortasse, & pauci, deos propitios, pleriq; autem iratos putabunt. Ergo hæc deserta via, & inculta, atque interclusa iam frondibus, & virgultis, relinquatur: detur aliquid ætati: sit adolescentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur: non semper superet vera illa, [h] & directa ratio: vincat aliquãdo cupiditas, voluptásque rationẽ, dũmodò illa in hoc genere præscriptio, moderatioque teneatur: pareat iuuẽtus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienã: ne effundat patrimonium, ne fęnore trucidetur,[24] ne incurrat in alterius domũm,[i] atque famã: ne probrũ castis, labem integris, infamiã bonis inferat:[25] ne quẽ [k] interimat: ne intersit insidiis, scelere careat: postremò, cùm paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis,[l] atque ad inaneis hasce adolescentiæ cupiditates: reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, [m] reipublicæ, vt ea, quæ ratione antea nõ [n] per-

spe

ſpexerat,ſatietate abieciſſe,experiendo contē-
43 ſiſſe videatur.[o] Ac multi & noſtra,& patrum,
maiorúmque memoria,iudices,ſummi homines,
& clariſſimi ciues fuerunt,quorum cū adoleſ-
centiæ[26] cupiditates deferbuiſſent,eximiæ vir-
tutes,firmata iam ætate exſtiterūt.ex quibus ne-
minem mihi[p] neceſſe eſt[q] nominare:voſmet vo
biſcum recordamini. nolo enim cuiuſquā for-
tis,atque illuſtris viri ne minimum quidē erra-
tum cum maxima laude coniungere.quod ſi fa-
cere vellem,multi à me ſummi, atque ornatiſſi-
mi viri prædicarentur:quorū partim nimia li-
bertas in adoleſcentia,partim profuſa luxuries,
magnitudo æris alieni,[27] [r] ſumtus,libidines,no
minarentur:quæ multis poſtea virtutibus obte-
cta,adoleſcentiæ,qui vellet,excuſatione defen-
44 deret. At verò in M.Cœlio(dicam enim iā con-
fidentiùs de ſtudiis eius honeſtis,quoniā audeo
quædā,fretus veſtra ſapientia, liberè confiteri)
nulla luxuries reperietur,nulli ſumtus,nullū æs
alienum,nulla[28] conuiuiorū,ac [*] luſtrorum li-
bido. quod quidem vitium ventris[s] & gutturis,
non modò non minuit ætas hominibus,ſed e-
tiam auget.Amores autē,& hæ deliciæ,quæ vo-
cantur,quæ firmiore animo præditis diutius mo
leſtæ non ſolent eſſe(maturè enim & celeriter
defloreſcunt)numquam hunc occupatum, im-
45 peditúmque tenuerunt. Audiſtis,cum pro ſe di-
ceret:audiſtis anteà,cùm accuſaret(defendendi
hæc cauſa,non gloriandi loquor)genus oratio-
nis,facultatē,copiā ſententiarum,atque verbo-
rū,quæ veſtra prudentia eſt perſpexiſtis.Atq; in
eo non ſolùm[t] ingenium elucere eius videba-
tis,quod ſępe etiā ſi induſtria non alitur, valet
tamē ipſum ſuis viribus:[u] ſed inerat,niſi me pro
pter beneuolentiam fortè fallebat,[x] oratio, &
bonis artibus inſtituta,[y] & cura,& vigiliis ela-
borata.[z] Atq; ſcitote,iudices, eas cupiditates,
quæ[a] obiiciuntur Cœlio,atque hæc ſtudia, de

o L. Ac multi quidē & noſtra.

p L. deferuiſſent. q v.c. liquet nō. non pl.

r L. ſumtus libidinis nominar.

* al. ſtuprorum.

s v.c. & gurgitis.

t v.c. ingenium eius elucere vid.

v for. ſed in eo erat.

x v.c. ratio & bon. non pl.

y L. & cura, ac vigiliis elaborata.

z L. Atquì ſcitote.

a v.c. obiicitur.

quibus disputo, non facilè in eodē homine esse posse. fieri.n.nō potest, vt animus libidini deditus: amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquā impeditus hoc quidquid est, quod nos facimus in dicendo, nō modò agendo, verùm etiā cogitando possit sustinere. An vos aliam causam esse vllā putatis, 46
cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, [b] tanta gratia, tanto honore, tam sint pauci, sempérque fuerint, qui in hoc labore versentur? [29] Omittendæ sunt omnes voluptates: relinquenda studia delectationis: [30] ludus, iocus, conuiuium, sermo [c] etiā pænè omniū familiariū deserendus, quæ res in hoc genere homines à labore, studioque dicendi deterret, [d] non quo aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis. An hic, si sese isti vitæ dedis- 47
set, consularem hominem admodum adolescens in iudicium vocauisset, hîc si laborem fugeret, si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac acie quotidie versaretur? appeteret inimicitias? in iudiciū vocaret? subiret periculum capitis? ipso inspectante populo R. [e] tot menses, aut de salute, aut de gloria dimicaret? Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Baiæ denique ipsæ loquuntur? illæ verò non loquuntur solùm, verùm etiā personant, huc vni9 mulieris libidinem esse prolapsam, vt ea nō modò solitudinē, ac tenebras, atque hæc flagitiorū integumenta non quærat sed in turpissimis reb. frequentissima celebritate, & clarissima luce lætetur. Verùm si quis est, qui etiā meretriciis a- 48
moribus interdictū iuuentuti putet: est ille quidem valdè seuerus: negare non possum: sed abhorret non modò ab huius sæculi licentia, verū etiā à maiorū cōsuetudine, atque concessis. quādo enim hoc [f] non factum est? quando reprehensum? quando non permissum? quando denique fuit, vt, quod licet, non liceret? Hîc ego [g] iā rem definiam: mulierem nullā nominabo: tantū

b L. tanta gloria.

c particula etiam abest à v.c.

d al. non quòd.

e sic v.c. al. tot iam mēses.

f L. non factitatū est?

g al. rem iā.

49 in medio relinquā.|| Si qua non nupta mulier domum suā patefecerit omnium cupiditati, palāq; sese in meretricia vita collocarit, virorum alienissimorum conuiuiis vti instituerit, si hoc in vrbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciet: si denique ita sese geret, nō incessu solùm, sed ornatu, atque comitatu: non * flagrantia oculorum, nō libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, cōuiuiis, vt non solùm meretrix, [31]*sed etiam procax videatur: cum hac si quis adolescens forte fuerit, vtrùm hic tibi, L. Herenni, adulter, an amator: expugnare pudicitiam, an explere libidinē voluisse videatur?
50 || Obliuiscor iā [h] iniurias, Clodia: depono memoriam doloris mei: quæ abs te crudeliter in meos, me absente, facta sunt, negligo. ne sint hæc in te dicta, quæ dixi, sed ex te ipsa requiro, quoniā & crimen accusatores abs te, & testem eius criminis te ipsam dicunt se habere: si qua mulier sit eiusmodi, qualem ego paulò antè descripsi, tui dissimilis, vita, institutoq; meretricio, cum hac aliquid adolescentē hominem habuisse rationis, nū tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo: quid est, quod obiiciant Cœlio? sin eā te volunt esse: quid est, cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam, rationémque defensionis. nam aut pudor tuus defendet, nihil à M. Cœlio petulantiùs esse factū: aut impudentia & huic, & ceteris magnā ad se defendendum facultatem dabit.
51 || Sed quoniā emersisse iā è vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina vna in muliere summorū facinorum: auri, quod sumtum à Clodia dicitur: & veneni, quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cœlium criminantur. Aurum sumsit, vt dicitis, quòd L. Lucceij seruis daret, per quos Alexan-

* al. fragantia odorū,

* proterua meretrix vī deatur.

h L. iniurias tuas, Clodia.

drinus Dio, qui tum apud Luceiū habitabat, ne-
caretur. magnum crimē vel in legatis [i] insidiā-
dis, vel in seruis [32] ad [k] hospitem domi necan-
dum sollicitandis: plenum sceleris consiliū, ple-
num audaciæ.|| Quo quidem in crimine primùm 52
illud requiram, dixeritne Clodiæ, quam ad rem
aurū tū sumeret, an nō dixerit, si nō dixit, cur de-
dit? si dixit, eodē se consciētiæ scelere deuinxit.
túne aurū ex armario tuo promere ausa es? túne
Venerē illam tuam spoliatricem spoliare orna-
mentis? Ceterùm cùm scires, quantum ad facin⁹
aurum hoc quæreretur, [l] ad necem scilicet le-
gati, ad P. Lucceij sanctissimi hominis, atque in-
tegerrimi: labem sceleris sempiternam: huic fa-
cinori tanto tua mens liberalis cōscia tua do-
mus popularis, ministra: tua denique hospitalis
illa Venus, adiutrix esse non debuit.|| Vidit hoc 53
Balbus. [m] facinoris tantum celatā esse Clodiā
dixit, atque ita Cœlium ad illam attulisse [n] se
ad ornatum ludorum aurum quærere. Si tam fa-
miliaris erat Clodię, quàm tu esse vis, cum de li-
bidine eius tam multa dicis: dixit profectò, quo
velles aurum, si tam familiaris non erat. non de-
dit. Ita si verum tibi Cœlius dixit, ô immodera-
ta mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti. si
non est ausus dicere: non dedisti: Quid ego nūc
argumentis huic crimini, quæ sunt innumera-
bilia, resistam? possum dicere, mors M. Cœlij lō-
gissimè à tanti sceleris [o] atrocitate esse disiun-
ctos: minimè esse credendum, homini tam inge-
nioso, tamque prudenti non venisse in mentem,
rem tanti sceleris, ignotis, alienisque seruis non
esse credendam. possum etiam illa & ceterorū
patronorum, & mea consuetudine ab accusato-
re perquirere, vbi sit congressus cum seruis Lu
ceij Cœlius: qui ei fuerit aditus. si per se, quā
temeritate? si per alium, per quē? Possum om-
neis latebras suspicionum peragrare dicendo.
non

i L. violandis, al. insidiosè violādis.
k L. ad hospitem domini necandum s.
l v.c. ad necem legati, ad.
m al. facinus tātum cel. al. facinoris tanti al facinori tanto.
n v.c. se ad ornamentū lud.
o v.c. immanitate.

non causa,non locus,non facultas,non cõſcius, non perficiendi,non occultandi maleficij ſpes, non ratio vlla,non veſtigium maximi facinoris
54 reperietur ‖ Sed hæc,quæ ſunt oratoris propria: quæ mihi non propter ingenium, meum, ſed propter hanc exercitationem, vſumque dicendi fructum aliquem ferre potuiſſent, cùm à me ipſo [p] laborata proferri viderentur, breuitatis cauſa relinquo omnia. habeo enim, iudices, quẽ vos ſocium veſtræ religionis, iuriſque iurandi facilè eſſe [q] patiemini. L. Luceium, ſanctiſſimum hominem, & grauiſſimum teſtem: 33 qui tantum facinus, in famam, atque fortunas ſuas neque non aueiſſet illatum à Cœlio, neque neglexiſſet, neque tuliſſet. An ille vir, illa humanitate præditus, illis ſtudiis, [r] artibus, atque doctrina illius ipſius periculum quem propter hæc ipſa ſtudia diligebat, negligere potuiſſet? & quod facinus [s] in alienum hominem illatum ſeuerè acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite? quod per ignotos actum tùm comperiſſet, doleret, id à ſuis tentatum eſſe negligeret? quod in agris, locíſue publicis factum reprehenderet, id in vrbe, [u] ac ſuæ domi cœptum eſſe, 34 leuiter ferret? quod in alicuius agreſtis periculo non [*] prætermitteret, id homo eruditus in inſidiis doctiſſimi
55 hominis diſſimulandum putaret? ‖ Sed cur diutius vos, iudices, teneo? ipſius iurati religionem, auctoritatemque percipite atque omnia diligenter teſtimonij verba cognoſcite. Recita teſtimonium Luceij. TESTIMONIVM LVCEII. Quid exſpectatis amplius? an aliquam vocem putatis ipſam pro ſe cauſam, & veritatem poſſe mittere. Hæc eſt innocentiæ defenſio, hæc ipſius cauſæ oratio: hæc vna vox veritatis. In crimine ipſo nulla ſuſpicio eſt, & in re nihil eſt argumenti, in negotio, quod actum eſſe dicitur, nullum veſtigium ſermonis,

p L. elaborata prof.

q v.c. patiamini, L. Luceium.

r al. illis artibus.

s L. in alieno homine ſeuerè acc.

t al. ſi comperiſſet.

u ſi v.c. al. ac domi ſuæ cœpit.

* poſt mitteret.

loci,temporis:nemo teſtis,nemo conſcius nominatur.totũ crimen profertur ex inimica, ex infami,ex crudeli,ex facinoroſa, ex libidinoſa domo:domus autem illa,quæ tentata ſcelere iſto nefario dicitur,plena eſt integritatis,officij, religionis:ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta auctoritas:vt res [x] minimè dubia,tamen in contẽtione ponatur,vtrum temeraria,procax,irata mulier finxiſſe crimẽ,an grauis,ſapiens,moderatúſque vir religioſè teſtimoniũ dixiſſe videatur.|| Reliquũ * eſt igitur crimẽ 56
de veneno:cuius ego neque principiũ inuenire, neque euoluere exitum poſſum. Quæ fuit enim cauſa,quamobrẽ iſti mulieri venenũ vellet dare Cœlius?ne aurum redderet?nũ petiuit?ne crimen hæreret?num quis obiecit?num quis denique feciſſet mentionem,ſi hic * nemini nomen detuliſſet?Quin etiã [y] Herenniũ dicere audiſtis, verbo ſe moleſtũ non futurum fuiſſe Cœlio,niſi iterum eadẽ de re ſuo familiari abſoluto nomẽ hic detuliſſet.Credibile eſt igitur,tantũ facinꝰ [z] nullã ob cauſam eſſe cõmiſſum?& vos non videtis fingi ſceleris maximi crimen,[a] vt alterius cauſa ſceleris ſuſcipiendi fuiſſe videatur? || Cui 57
denique cõmiſit?quo adiutore vſus eſt?quo ſocio?quo cõſcio?cui tantum facinus, cui ſe,cui ſalutem ſuam credidit? ſeruiſne mulieris?ſic enim obiectũ eſt. Et erat tã demens hic,[b] cui vos ingeniũ certè tribuitis,etiã ſi cetera,inimica oratione detrahitis,vt omneis ſuas fortunas alienis ſeruis cõmitteret? At quibus ſeruis? refert enim magnopere idipſum. hiſne,quos intelligebat non cõmuni condicione ſeruitutis vti, ſed licẽtiùs, liberiùs,familiariùs cũ domina viuere: quis.n.hoc non videt,iudices? aut quis hoc ignorat,in eiuſmodi domo,in qua materfamiliãs meretricio more viuat:in qua nihil geratur, ꝙ foras proferendũ ſit:in qua luſtra,libidines, luxuries,omnia deniq; inaudita vitia,atque flagitia

x al. minimè dubitanda,in cont.

* VENEFICII crimẽ à Cœlio reiicit.

* al.nemine

y L.al.Herẽnium.

z v.c. ob nullam cauſam.

a al.vt alterius ſceleris ſuſcipiẽdi cauſa fuiſſe vid.

b v.c.cui vos certè ingen.& ita L.

tia verſentur:hic ſeruos,non eſſe ſeruos?quibus
omnia cōmittantur?per quos gerantur?qui ver-
ſentur iiſdē in voluptatib⁹?quibus occulta cre
dantur?ad quos aliquantū etiā ex quotidianis
58 ſumptibus,ac luxuria redundet?||Id igitur Cœ- c L. ac luxu
lius nō videbat?ſi.n.tā familiaris erat mulieris, riæ red.
quā vos vultis:iſtos quoque ſeruos familiareis
eſſe dominæ ſciebat.ſin ei tanta cōſuetudo,quā
ta à vobis inducitur,non erat:quæ cū ſeruis po-
tuit familiaritas eſſe tanta?Ipſius autem veneni
quæ ratio fingitur?vbi quæſitū eſt? quēadmodū
paratū?quo pacto?cui,quo in loco traditū? Ha-
buiſſe aiunt domi vimque eius eſſe expertū in
ſeruo quodā ad rē ipſam parato:cuius perceleri
59 interitu d eſſe ab hoc cōprobatū venenum?||Prò d fert ab
dij immòrtales!cur interdū in hominū ſcelerib. hoc eſſe ve
maximis,aut conniuetis, aut præſentis fraudis nenum cō-
pœnas in diē reſeruatis?Vidi.n.vidi & illū hauſi probatum.
dolorē,vel acerbiſſimū in vita cùm Q.Metellus
abſtraheretur è ſinu,gremioque patriæ,cumque
ille vir,qui ſe natū huic imperio putauit,tertio
die poſt quā in curia,in Roſtris, in rep. floruiſ-
ſet integerrima ætate, optimo habitu,maximis
viribus,eriperetur indigniſſimè bonis omnibus
atque vniuerſæ ciuitati. quo quidem tempore
ille moriens,cùm iā cæteris ex partibus oppreſ
ſa mens eſſet,extremū ſenſum ad memoriā reip.
reſeruabat:cùm me intuens flentē ſignificabat
interruptis,atque morientibus vocibus,quanta
impenderet procella vrbi,quanta tēpeſtas ciui-
tati:& cùm parietē ſæpe feriens eū,qui cū Q.Ca
tulo fuerat ei cōmunis,crebrò Catulū,ſæpe me,
ſæpiſſimè remp.nominabat:vt non tam ſe emo-
ri,quàm ſpoliari ſuo præſidio cùm patriam,tum
80 etiam me doleret.||Quē quidē virum ſi nulla vis
repentini ſceleris ſuſtuliſſet : 35 quonam modo
ille furenti e fratri tuo patrueli conſulari reſti- e L. fratri
tiſſet,qui conſulem incipientem furere , atque ſuo patrue
conantem , ſua ſe manu interfecturum,audien- li conſul in
te ſenatu dixerit? Ex hac igitur domo pro- cipientem.

gressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? nónne ipsam domum metuet,[36] nequã vocẽ [f] eliciat? non parietes conscios, non noctem illã funestã, ac luctuosam perhorrescet? Sed reuertar ad crimen.|| Sed enim hæc facta illius clarissimi, ac fortissimi viri mentio, & vocẽ fletu meã debilitauit, & mentem dolore impediuit. Sed tamen venenum vnde fuerit, quemad modum paratum sit non dicitur. Datũ esse hoc aiunt P. Licinio pudenti adolescenti & bono, Cœlij familiari:[37] [g] constitutũ factum esse cum seruis, vt veniret ad balneas Xenias: eodem Licinium esse venturum. atque iis veni pyxidem traditurum. Hîc primũ illud requiro. quid attinuerit illud ferri in eum locũ constitutum: cur illi serui non ad Cœlium domũ venerint. si manebat tanta illa consuetudo Cœlij cum Clodia, tantaque familiaritas: quid suspicionis esset, si apud Cœlium mulieris seruus visus esset? sin autem iam suberat simultas, exstincta erat consuetudo dissidiũ exstiterat: *hic illæ lacrymæ* nimirum, & hæc causa est horum omnium scelerum atq; criminum.|| Immò inquit, cùm serui ad dominã rem istam, & maleficium Cœlij detulissent, mulier ingeniosa, præcepit suis, vt omnia Cœlio pollicerentur:[i] & vt venenum, cùm à Licinio traderetur manifestò cõprehendi posset, constitui locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent: deinde repentè, cùm venisset Licinius,[k] venenum traderet: prosilirent, hominémque comprehenderent. Quæ quidem omnia iudices, perfacilem rationem habẽt reprehendendi. Cur enim [l] balneas potissimũ constituerat, in quibus non inuenio quæ latebra togatis hominibus esse possit. nam, si essent in vestibulo balnearum: non laterent, sin se in intimum coniicere vellent: nec satis commodè calceati, & vestiti id facere possent, & fortasse non reciperentur: ni fortè mulier

61 (margin, at "Sed enim hæc facta il-")
62 (margin, at "criminum.|| Immò inquit")

[f] al. eliciat.
[g] L. constitutum esse cum seruis, al. constitutum locum esse cum s.
[h] L. dissidium exst.
[i] L. sed vt venenum,
[k] L. venenumque traderet.
[l] L. potissimum balneas publicas.

potens*quadrãtaria illa*permutatione fi miliaris facta erat balneatori.||Atque equidem vehementer exspectabam,quinã isti viri boni,testes huius manifesto deprehensi veneni dicerentur. nulli enim sunt adhuc nominati:sed nõ dubito, quin sint pergraues,qui primũ sint talis fœminę familiares:[m] deinde eam prouinciam, susceperint,[38] vt in balneas*contruderentur:quod illa, nisi à viris honestissimis, ac plenissimis dignitatis,[n] quàm velit,sit potẽs,nũquã impetrauisset. Sed quid ego de dignitate istorũ testiũ loquor? virtutẽ eorum,diligentiãq; cognoscite. In balneis delituerunt.Testeis egregios.[o] deinde temere prosilierunt.[39]* Homines grauitati deditos,sic enim fingunt,cùm Licinius venisset, pyxidem teneret in manu,conaretur tradere,nondum tradidisset,tum repentè euolasse istos præclaros testeis sine nomine:Licinium autẽ, cùm iam manũ[p] ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse,atque illo repentino hominũ impetu se in fugã coniecisse.O magna vis veritatis,quæ contra hominum ingenia,calliditatem,solertiã cõtraque fictas omniũ insidias,[q] facilè se per seipsam defendat.||Verùm hæc tota fabella veteris,& plurimarum fabularum poëtriæ,quàm est sine argumento?quàm nullum inuenire exitum potest?Quid enim isti tot viri (nam necesse est fuisse non paucos,vt & comprehendi Licinius facilè posset,& res multorum oculis esset testatior)cur Licinium de manibus amiserunt ? quî minùs enim Licinius cõprehendi potuit,cùm se retraxit,ne pyxidẽ traderet,quàm si non retraxisset?erant enim illi positi,vt comprehenderẽt Licinium:vt manifesto Licinius teneretur , aut cùm retineret venenũ,aut cum tradidisset. Hoc fuit totum consilium mulieris, hæc istorũ prouincia,qui rogati sunt. quos quidem tu quamobrem temere prosiluisse dicas,atque ante tempus,non reperio,[40] fuerant hoc rogati,fuerant ad

63 * vide Qu. li. 1. cap.6.
* Pantag. pensitatione vel per mulsatione
m v.c.dein eam pr.
* al.cõdu-cerentur,
n al.quàm velis, sit potens,
o L. dein temere pro siluerunt.
* al.homines tempe rantes. al. homines intẽperantes.
p al.ad tradendam
q L.facilè se per se ipsa defendat.

64
r L.fuerant ad hoc rogati,

ad hanc rem collocati,vt venenum, vt insidiæ, facinus denique ipsum vt manifestò cõprehen- 65
deretur.|| Potuerúntne meliori tempore prosilire,quàm cùm Licinius venisset?cùm in manu teneret veneni pyxidem? [s] quæ si cùm iam erat tradita seruis,euasissent subitò ex balneis mulieris amici,Liciniũq; comprehẽdissent, imploraret hominum fidem,atque à se illam pyxidem traditam pernegaret.quem quomodo illi reprehenderent?vidisse se dicerent?primùm ad se reuocarent maximi facinoris crimen:deinde id se vidisse dicerent,quod,quo loco collocati *fuẽrãt,non potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt,cùm Licinius venisset, pyxidem expediret,manum porrigeret, venenũ traderet. Mimi ergo est iã exitus,non fabulæ:in quo cùm clausula non inuenitur,fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

s L.quæ cũ iam erat tradita seruis, si euasissent subitò ex b.

* L. fuissent,

||Quæro enim,cùm Licinium titubantem, hæsi- 66
tantem,cedentem,fugere conantem, mulieraria [t] manus ista +1 de manibus * emiserit: [u] cur non comprehenderint,+2 cur non ipsius confessionẽ multorum oculis,facinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserint. an timebant,ne tot vnum,valentes imbecillũ,alacres perterritũ superare non possent?Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa,nullus exitus criminis reperietur.Itaq; hæc causa,ab argumentis, à coniectura,ab iis signis,quibus veritas illustrari solet,ad testeis tota traducta est. Quos quidẽ ego testeis,iudices,non modò sine vllo timore, sed etiam cũ aliqua spe delectationis expecto.||Prę- 67
gestit animus iã videre,primùm lautos iuuenes, mulieres beatæ, ac nobilis familiareis: deinde forteis viros,ab imperatrice in insidiis,atque in præsidio balnearũ locatos.ex quibus requiram, quónã modo latuerint,aut vbi.aluéusne ille,an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros, muliebre bellũ gerẽteis tulerit,ac texerit. Illud verò

t L. ista manus

* al.miserit: al.amiserit:

v L.cur nõ comprehẽderit, cur non ipsius confessione, multorũ oculis, facin.denique voce tanti scel. crim. expresserit.

verò respõdere cogam, cur tot viri, ac tales, hũc & vnũ, & tã imbecillum, quàm videtis, non aut stantẽ comprehenderint aut fugiẽtem cõsecuti sint, qui se numquã profectò,[x] si istum in locum processerint, explicabunt: quã volẽt in cõuiuiis faceti, dicaces, nõnumquã etiam ad vinũ diserti sint. alia fori vis est, alia triclinij: alia subselliorũ ratio, alia lectorũ: non idem iudiciũ,[y] comessatorúmq; conspectus: lux denique lõgè alia est solis,[z] & lychnorũ. Quamobrẽ excutiemus omneis istorum delicias, omneis ineptias, si prodierint. sed, si me audiant, nauent aliam operã, aliã ineant gratiã, in aliis se rebus ostentent: vigeant apud istã mulierẽ venustate: dominentur sumtibus: hæreãt,[a] iaceãt, deseruiãt: capiti verò innocentis, & fortunis parcant. || At sunt serui illi de cognatorum sententia nobilissimorum, & clarissimorum hominũ, manumissi. Tandem aliquid inueniemus, quod ista mulier de suorũ propinquorum, fortissimorũ virorũ, sententia, atq; auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio, quid habeat argumẽti ista manumissio: in qua aut crimen est Cœlio quæsitũ,[b] aut quęstio subleuata, aut multarũ rerum consciis seruis cũ causa præmiũ persolutum. At propinquis placuit. Cur non placeret, cùm rẽ tute ad eos non ab aliis tibi allatã, sed à te ipsa cõpertã, deferre diceres? || Hîc etiam miramur, si illã commentitiã pyxidẽ obscœnissima sit fabula consecuta? Nihil est quod in eiusmodi mulierẽ no cadere videatur. Audita, & peruulgata, & percelebrata sermonibus res est. percipitis animis, iudices, iamdudũ quid velim, vel potiùs, quid nolim dicere. quod etiam si est factũ, certè à Cœlio non est factũ. Quid enim attinebat? Est enim ab aliquo fortasse adolescente, non tam insulso, quàm non verecundo: sin autem est fictum: non illud quidem modestum, sed tamen est non[c] infacetum mendacium. quod profectò numquam hominum sermo,

68

69

x L. si in istum locũ

y L. comissatorũque

z al. alia lychnorũ.

a L. adiaceant, Pantag. teneãt,

b L. aut quęstio sublata, aut mult.

c v. c. infacetum

sermo,atque opinio comprobasset, nisi omnia,
quæ cum turpitudine aliqua dicerētur,in istam
d for. aptè quadrare
[d] quadrare aptè viderentur. || Dicta * est à me 70
causa,iudices,& perorata. Iam intelligitis,quā-
* PERORATIO.
tum iudicium sustineatis,quanta res sit cōmissa
vobis.De vi quæritis. quæ lex ad imperium , ad
maiestatem,ad statum patriæ,ad salutem omniū
pertinet: quam legē Quin. Catulus armata dis-
sensione ciuium , reipublicæ pænè extremis tē-
poribus tulit: * quæque lex,sedata illa flamma
consulatus mei, fumantis reliquias coniuratio-
nis exstinxit,Hæc enim lege Cœlij adolescētia
non ad reipublicæ pœnas,sed ++ ad mulieris li-
bidines,& delicias deposcitur.|| Atque hoc etiā 71
loco M.Cammurti,& Ceserni damnatio prædi-
catur.[e] O stultitiam,stultitiámne dicam,an im-
pudētiam singularem?audetísne,cùm ab ea mu-
liere veniatis,facere istorum hominum mentio-
nem?audetisne excitare tanti flagitij memoriā,
non exstinctam illam quidem,sed repressam ve-
tustate?Quo enim illi crimine , peccatóque pe-
rierunt? nempe quòd eiusdem mulieris dolorē,
& iniuriam Vettiano nefario sunt stupro perse-
cuti. Ergo,vt audiretur Vettij nomen in causa,
vt illa vetus [f] Afrania fabula refricaretur,idcir-
co Camurti,& Ceserni [g] causa est renouata?qui
quamquam lege de vi certè non tenebantur,eo
maleficio tamen erant implicati , vt ex nullius
legis laqueis emittendi viderentur. || M. verò 72
Cœlius cur in hoc iudicium vocatur?cui neque
proprium quæstionis crimen obiicitur,[h] nec ve-
rò aliquid eiusmodi, quod sit à lege seiunctum,
& cum vestra seueritate coniunctum. cuius pri-
ma ætas dedita disciplinis fuit iisque artibus
quibus instruimur ad hunc vsum forensem , ad
capessendam rempublicam , ad honorem , glo-
riam,dignitatem. iis autem fuit amicitiis ma-
iorum natu, quorum imitari industriam, conti-
nentiámq; maximè velit:iis æqualium studiis,vt
eundem,

* Lege Plā. cia L.Paulū Catilinā reum interrogarat, quod iudicium de vi vocat Dio lib.30.

e L.O stultitiámne dicam , an impudent.

f L.Afraniana

g L.est causa

h L. neque verò

eũdem, quem optimi, ac nobilissimi, petere cursum laudis videretur. || Cùm autem paulùm iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q. Pompeio [i] proconsuli contubernalis, castissimo viro, atque omnis officij diligentissimo: in qua prouincia cùm res erant, & possessiones paternæ, tum etiam vsus quidam prouincialis, non sine causa à maioribus huic ætati tributus. discessit illinc Pompeij iudicio probatissimus, [k] vt ipsius testimonio cognoscetis. voluit, vetere instituto, eorum adolescentium exemplo, qui pòst in ciuitate summi viri, & clarissimi ciues exstiterunt, industriam suã à populo Ro. ex aliqua illustri accusatione cognosci. ||

74 Vellem aliò potiùs eum [45] cupiditas gloriæ detulisset. [l] sed abiit huius tempus querelæ. Accusauit C. Antoniũ, collegam meũ, cui misero præclari in remp. beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati, postea nemini concessit æqualium, plus vt in foro, plus, vt in negotiis versaretur, causisque amicorũ, plus vt valeret inter suos gratia. quæ nisi [m] vigilanteis homines, nisi sobrij, nisi industrij, consequi non possunt, omnia labore, & diligentia est cõsecutus. ||

75 In hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo, fret[9] humanitate ac sapiẽtia vestra) fama adolescẽtis paulùm hæsit ad metas notitia noua mulieris, & infelici vicinitate, & insolentia voluptatum. quæ cùm inclusæ diutius, & prima ætate compressæ, & constrictæ fuerunt, subitò se nonnumquã profundunt, atque eiiciunt vniuersę. quę ex vita, vel dicã, quo ex sermone (nequaquã enim tãtũ erat, quantũ homines loquebantur) verũ ex eo, quidquid erat, emersit, totúmque se eiecit, atque extulit: tãtúmque abest ab illius familiaritatis infamia, vt eiusdem nunc ab sese inimicitias, odiúmque propulset. ||

76 Atque vt iste interpositus sermo deliciarũ, desidiæque mereretur (fecit me hercule inuito, & multũ repugnante, sed tamen se

i Lib. pro coss. al. pro consule

k al. vt ex ipsius testimonio cognoscetis.

l lib. vul. sed abiit hoc tempus querelæ.

m οἱ νήφοντες, οἱ γρηγοροῦντες

[illegible] nomen amici mei de ambitu detulit: quē absolutum insequitur, revocat: nemini nostrûm obtemperat: est vehementior, quam vellē. Sed ego non loquor de ista audacia, quæ non cadit in hanc mediocritatem ingenii: loquor, de cupiditate vehementiore atque ardore animi ad gloriam: quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debebunt: adolescentium verò, tãquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quātæ fruges industriæ sint futuræ. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potiùs à gloria, quam incitandi fuerunt: amputanda plura sunt illi ætati, siquidem efflorescit ingenij laudibus, quàm inserenda. Quare, si cui nimiùm [n] 77
efferbuisse videtur huius vel in suscipiendis, vel in gerendis inimicitiis vis, ferocitas, pertinacia: si quem etiam minimorū horum aliquid offēdit, si purpuræ genus, si amicorum catervæ: si splendor, si nitor: [o] iam ista deferverunt: [p] iā ætas omnia, iam res, iam dies mitigarit. Conservate igitur reip. iudices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum. Promitto hoc vobis, & reip. spondeo, si modò nos ipsi reipublicæ satisfecimus, nunquā hunc à nostris rationibus seiunctum fore. quod cùm fretus nostra familiaritate promitto, tū quòd durissimis se ipse legibus iam [r] obligavit. [¶] Neque enim potest, qui 78
hominem consularem, quòd ab eo rempublicam violatam [s] diceret, in iudiciū vocarit, ipse esse in republica civis turbulentus: non potest, qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impunè unquā esse largitor. Habet à M. Cælio respublica, iudices, duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora volūtatis. Quare oro, obtestorque vos, iudices, ut qua in civitate paucis his diebus Sex. Clodius absolut⁹ sit, quem vos per biennium aut ministrū seditionis, aut ducē vidistis: qui ædeis sacras, qui censū pop. R. qui memoriam publicam suis manibus incen

incendit,[47] hominem ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine ſede, ſine fortunis: ore, lingua, manu, vita omni inquinatum: qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit: qui in Palatio, atque in vrbis oculis ſeruitia ad cædem, & inflammandã vrbem incitauit: in ea ciuitate ne patiamini illum abſolutũ muliebri gratia, M. Cœlium, libidini muliebri condonatum: ne eadem mulier cum ſuo cõiuge, & fratre, turpiſſimum latronem eripuiſſe, & honeſtiſſimũ

79 adoleſcentem oppreſſiſſe videatur. || Quòd cùm huius vobis adoleſcentiam propoſueritis, conſtituitote vobis ante oculos [r] huius etiã miſeri ſenectutem, qui hoc vnico filio nititur, in huius ſpe [s] requieſcit, huius vnius caſum pertimeſcit: quem vos ſupplicem veſtræ miſericordiæ, ſeruũ poteſtatis abiectum non tam ad pedes, quàm ad mores, ſenſuſque veſtros, vel recordatione parentum veſtrorum, vel liberorum iucũditate ſuſtentare: vt in alterius dolore, vel pietati, vel indulgentiæ veſtræ ſeruiatis. Nolite, iudices, aut hunc iam natura ipſa occidẽtem, velle maturiùs exſtingui vulnere veſtro, quàm ſuo fato, aut hũc nunc primum floreſcentem firmata iam ſtirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut ſubita tẽ-

80 peſtate peruertere. || Conſeruate parenti filium, parentem filio: ne aut ſenectutem iã propè deſperatam contemſiſſe, aut adoleſcentiam plenã ſpei maximæ, non modò non aluiſſe vos ſed etiã perculiſſe, atque afflixiſſe videamini. Quem ſi vobis, ſi ſuis, ſi reipub. conſeruatis, addictum, deditum, obſtrictum vobis, ac liberis veſtris habebitis: omniúmque huius neruorum, ac laborum vos potiſſimùm, iudices, fructus vberes, diuturnóſque capietis.

r L. etiam huius

s al. acquieſcit,



DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS.

ORATIO TRICESIMA-QVINTA.

C. Sempronius Gracchus frater Tiberij in tribunatu legem tulit, vt annua esset tãtùm prouinciarum administratio. Ex ea lege Marcellinus & Philippus Marcius coss. *retulerunt ad Senatum de prouinciis decernendis, eæ tum quatuor erãt. Macedonia, cui L. Piso: Syria, cui A. Gabinius: & duæ Galliæ, quibus præerat C. Cæsar, de quibus variæ sentẽtiæ dictæ sũt. Suadet Cicero Syriam & Macedoniam futuris Consulibus decerni, Galliam Cæsari non adimi: ita Piso & Gabinius in vrbẽ reuocati, ille Pompeio & Crasso, & hic Q. Domitio, & App. Pulchro* coss.

* EXORDIVM.

a L. retrahendi sint,

* Declinat odium.

b al. vtilis sententia vobis videretur:

c v. c. beniuolentia.



SI QVIS * vestrûm, P.C exspectat, 1
quas sim prouincias decreturus,
consideret ipse secũ, qui mihi homines ex prouinciis potissimùm [a]
detrahẽdi sint: nõ dubitabit, quid
me sentire cõueniat, cùm quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac, * si princeps eam sentẽtiã
dicerẽ: laudaretis profectò. si solus: certè ignosceretis. etiã si paulò minùs [b] vtilis vobis sentẽtia videretur: veniam tamen aliquã dolori meo
tribueretis. Nunc verò P.C. non parua afficior
voluptate, vel quòd hoc maximè reip. cõducit,
Syriam Macedoniámque decerni, vt dolor meus
nihil à communi vtilitate dissentiat; vel quòd
habeo auctorẽ P. Seruiliũ, qui ante me sententiã
dixit, virum clarissimum, & cùm in vniuersam
rempublicã, tum etiã erga meam salutẽ fide, ac [c]
beneuolẽtia singulari. Quòd si ille & paulò an- 2
tè,

tè,& quotiescũque ei locus dicendi,ac potestas fuit,Gabiniũ,& Pisonem,duo reip.portẽta,[d] ac pænè funera,cũ propter alias causas,tũ maximè propter illud insigne scelus eorum,& importunã in me crudelitatem,non solùm sentẽtia sua, sed etiam verborũ grauitate esse notandos putauit:quonã me animo in eos esse oportet,cui⁹ illi salutem pro pignore tradiderunt ad explẽdas suas cupiditates?Sed ego in hac sentẽtia dicenda non parebo dolori meo, [e] nec iracundiæ seruiã.quo animo vnusquisque vestrũ debet esse in illos,hoc ero:præcipuum illum,& proprium sensum doloris mei,quem tamen vos cõmunem semper vobis mecũ esse duxistis,à sententia dicenda [f] amouebo:ad vlciscendi tẽpora reseruabo. ‖ Quatuor sunt * prouinciæ,P.C.de quibus
3 adhuc intelligo sententias esse dictas : Galliæ duæ,quas hoc tẽpore vno imperio videmus esse coniunctas:& Syria,& Macedonia : quas,vobis inuitis,& oppressis,pestiferi illi consules pro euersę reip.præmiis [g] occupauerunt.*Decernẽdæ [h] nobis sunt lege Sẽpronia duæ.quid est,[i] quod possimus de Syria,Macedoniáq; dubitare? Mitto,quòd eas ita partas habent ij,qui nunc obtinent,vt non antè attigerint,quàm hunc ordinẽ cõdemnarint:quàm auctoritatem vestram è ciuitate exterminarint:quàm fidem publicã,quàm perpetuam populi Romani salutẽ , quàm me,ac meos omneis fœdissimè, crudelissiméque vexarint.‖ Omnia illa domestica,atq; vrbana mitto:
4 quæ tanta sunt,vt nũquam [l] Annibal huic vrbi tantũ mali optarit,quãtũ illi effecerint.Ad ipsas venio prouincias,quarum Macedonia,quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus,[m] sed trophæis , quæ multis victoriis erat iãdiu,triũphisque pacata,sic à Barbaris,quibus est propter auaritiã,pax erepta,vexatur , vt Thessalonicenses,positi in gremio imperij nostri,relinquere oppidum,& arcẽ munire cogantur:

d v. c. ac funera,

e v. c. non iracund.

f al.remouebo:

* PARTITIO.

g fort. occuparunt.

* CÕFIRMATIONIS pars prior qua suadet Piso nẽ ex Macedonia reuocandum.

h v.c. sunt nobis.

i v.c. quod possumus

k v.c. Omnia domestica,atque vrbana m.

l v.c.Hannibal

m L. sed tropæis , & ita v.c.

tur:vt via illa nostra, quæ per Macedoniam est vsque ad Hellespõtum militaris, non solùm excursionibus barbarorum sit infesta,[r] sed etiam[n] castris Thraciis distincta, ac notata. Ita gẽtes eę, quæ, vt pace vterentur, vim argenti dederant,[o] preclaro imperatori nostro: vt exhaustas domos replere possent, pro emta pace bellũ nobis propè iustum intulerunt. || Iam verò exercitus[p] ille noster superbissimo[q] delectu, & durissima conquisitione collectus, omnis interiit. Magno hoc dico cum dolore, miserãdum in modum milites populi R. capti, necati, deserti, dissipati sunt, incuria, fame, morbo, vastitate consumti: vt[r] quod est indignissimum scelus, is imperator in pœnam exercitus expetitus esse videatur. Atque hanc Macedoniam, domitis iam gentibus finitimis, Barbariáque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam, tenui præsidio, atque exigua manu, etiã sine imperio, per legatos nomine ipso populi Ro. tuebamur, quæ nunc cõsulari imperio, atque exercitu ita vexata est, vix vt se possit diuturna pace recreare: cùm interea quis vestrûm hoc nõ audiuit, quis ignorat, Achæos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotãnis? vectigal, ac portorium Dyrrhachinorum totum in huius vnius questũ esse cõuersum? vrbem Byzantiorũ, vobis, atque huic imperio fidelissimã; hostilem in modum esse vexatam? quò ille,[s] postquam nihil exprimere ab egẽtibus, nihil vlla vi à miserijs extorquere potuit, cohorteis in hiberna misit: his præposuit, quos putauit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. || Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges, senatusque consulta: cædeis relinquo, libidines prætereo: quarum acerbissimum exstat iudicium, & ad insignẽ memoriam turpitudinis, & pænè ad iustũ imperij nostri odiũ, quòd cõstat, nobilissimas virgines se in puteos abiecisse, & morte voluntaria[t] nefariam

tur

n L. castris Threiciis d.
o v. c. præclaro nostro imperatori:
p v. c. noster ille
q L. dilectu & ita v. c.
r al. quod est indignissimum, is imp.
s v. c. posteaquam

5 6

turpitudinem depulisse. Nec hæc idcirco omitto, quòd non grauissima sint: sed quia nunc sine teste dico. Ipsam verò vrbem Byzantiorum, fuisse refertissimam atque ornatissimam signis, quis ignorat? quæ illi exhausti [t] sumtibus bellorum maximis, cùm Mithridaticos impetus, totúmque Pontum armatum, efferuescentem in Asiam, atq; erumpentem, ægrè repulsum, & ceruicibus interclusum suis, sustinerēt, tum inquā, Byzantij, & postea signa illa reliqua vrbis or-
7 namenta, sanctissimè custod ta, tenuerūt. Te imperatore infelicissimo, & teterrimo, Cæsonine Caluenti, ciuitas libera, & proximis suis beneficiis à senatu & à populo Romano liberata, sic spoliata, atque nudata est, vt nisi C. Virginius, legatus, vir fortis, & innocens interuenisset, vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaia, qui loc⁹, aut lucus in Græcia tota, tā sanctus fuit, in quo vllum simulacrum, vllum ornamentum reliquū sit? Emisti à fœdissimo tribuno plebis tum in illo naufragio huius vrbis, quam tu idem, qui gubernare debueras, [v] euerteras: tum, inquam, emisti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra senatusconsultū, & cōtra legem generi tui dicere liceret. id emtū ita vendidisti, vt aut ius non diceres, aut bonis
8 [x] ciueis Romanos euerteres. Quorum ego [y] nihil dico, patres conscripti: nunc in hominem ipsum de prouincia disputo. Itaque omnia illa, quæ & sæpe audistis, & tenetis animis, etiam si non audiatis, prætermitto: nihil de hac eius vrbana, quam ille præsens in oculis vestris, mentibúsque deficit, audacia loquor: nihil de superbia, nihil de [z] contumacia, nihil de crudelitate disputo. lateant libidines eius illæ tenebricosæ, quas fronte, & supercilio, non pudore, temperantia contegebat: de prouincia, quod agitur, id disputo. Huic vos non summittetis

t al. sumtibus, bellisque maximis,
v al. euerteres:
x v. c. ciuis
y v. c. nihil dico, nunc, P.C. in hominem ipsum relinquo de prouincia disp.
z L. contumelia,

hunc diutius manere patiemini? cuius, vt pro-
uinciam tetigit, sic fortuna cum improbitate
certauit, vt nemo posset, vtrũ[a] deterior, an infe-
licior esset, iudicare. ‖ An * verò in Syria diutius 9
est Semyramis illa retinenda? cuius iter in pro-
uinciã fuit eiusmodi, vt rex Ariobarzanes con-
sulem vestrum ad cædem faciendã, tanquam ali-
quem Thracem conduceret. Deinde aduentus in
Syriam primus, equitatus habuit interitum, pòst
concisæ sunt optimæ cohortes. Igitur in Syria,
imperatore illo, [b] nihil aliud actũ est, nisi pactio-
nes pecuniarum cũ tyrãnis, decisiones, direptio-
nes, latrocinia, cædes, cùm [c] palàm populi Ro-
mani imperator, instructo exercitu, dexterã ten-
dens, non ad laudem milites hortaretur, sed o-
mnia sibi & emta, & emenda esse clamaret. ‖ Iam 10
verò publicanos miseros (me etiam miserum, il-
lorum ita de me meritorum miseriis, ac dolore)
tradidit in seruitutem Iudæis, & Syris, nationi-
bus natis seruituti, statuit ab initio, & in eo per-
seuerauit, ius [d] publicanis non dicere: pactiones
sine vlla iniuria factas rescidit: custodias sustu-
lit, vectigaleis multos ac stipendiarios libera-
uit, quo in oppido ipse esset, aut quò veniret, ibi
publicanum, aut publicani seruum esse vetuit.
Quid multa? crudelis haberetur, [e] si in hostem
animo fuisset eo, quo fuit in ciueis R. eius ordi-
nis præsertim, qui est semper dignitate sua, be-
nignitate magistratus sustentatus. ‖ Itaque vide- 11
tis, patres conscripti, non temeritate redemtio-
nis, aut negotij gerendi [g] inscitia, sed auaritia,
superbia, crudelitate Gabinij, pænè afflictos iã,
atque euersos publicanos: quibus quidem vos,
in his angustiis ærarij, tamen subueniatis neces-
se est: etsi iam multis non potestis: qui propter
illũ hostem senatus, inimicissimũ ordinis eque-
stris, bonorúmq; omnium, non solum bona, sed
etiam honestatem miseri deperdiderunt: quos
non parsimonia, non continentia, non virtus, nõ
labor,

a L. proteruior.
* SECVNDA PARS CONFIRMATIONIS, Gabinio Syriam esse auferendam.
b L. nihil aliud vsq; actum est, & ita ferè o.v.c.
c vox, palàm, abest à v.c.
d L. publicano
e L. si in hosteis an. v. c. si in hostis
f v.c. Itaque, p.c. videtis,
g L. inscientia,

labor, non ſplendor tueri potuit contra illius
12 h helluonis,& prædonis audaciã. || Quid? qui ſe
etiam nunc ſubſidiis patrimonij,aut amicorũ liberalitate ſuſtentant,hos perire i patiemini? An,
ſi qui frui publico non potuit per hoſtem, hic tegitur ipſa lege cenſoria: quem is frui nõ ſinit, qui eſt,etiam ſi non appellatur,hoſtis,huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in prouincia diutius eum, qui de ſociis cum hoſtibus, de ciuibus cum ſociis faciat pactiones: qui hoc etiam ſe pluris eſſe,quàm collegam putet,ꝙ ille vos triſtitia,vultúque deceperit,ipſe numquam ſe min⁹,quã erat,nequã eſſe ſimularit. Piſo autẽ alio quodã modo gloriatur, ſed breui tempore perfeciſſe, k ne Gabinius, vnus omnium nequiſ-
13 ſimus exiſtimaretur. || Hos vos de prouinciis, ſi non aliquando deducendi eſſent, l diripiendos non putaretis?? &has m publicas peſteis ſociorũ, militũ claceis, publicanorũ ruinas,prouinciarũ vaſtitates, imperij maculas teneretis? At iidem vos anno ſuperiore hos eoſdem reuocabatis,cũ in prouincias iam perueniſſent. Quo tempore ſi liberũ veſtrum iudicium fuiſſet,nec toties dilata res,nec ad extremum è manibus erepta eſſet: reſtituiſſetis,id quod cupiebatis,veſtram auctoritatem,iis,per quos erat amiſſa,reuocatis,&his ipſis præmiis extortis,quæ erant pro ſcelere,at-
14 que euerſione patriæ conſecuti. || n Quã pœnam ſi tum aliorum opibus,non ſuis,inuitiſſimis vobis,euolarũt:at aliam multò maiorem,grauiorémque ſubierunt. quæ enim homini, in quo aliquis ſi non famæ pudor,at ſupplicij timor eſt, grauior pœna accidere potuit, quàm non credi literis iis, quæ rem bene geſtam in bello nũtiarent? Hoc ſtatuit ſenatus, cùm frequens ſupplicationem Gabinio denegauit: primùm,homini ſceleribus, o flagitiis contaminatiſſimo,nihil eſſe credendũ:deinde à proditore,atque eo,quem præſentem hoſtem reipublicæ cognoſſet, p benẽ

h L. helluonis,
i v.c. patiemur?
k ſic v.c. & L. ne C. Gab.
l L. deripiendos
m L. dupliceis poſt.
n al. Quæ ex pœna ſi ſ,
o for. flagitiiſque contam.
p v.c. bene remp. geri-

loci,temporis:nemo testis,nemo conscius no-
minatur.totũ crimen profertur ex inimica, ex
infami,ex crudeli,ex facinorosa, ex libidinosa
domo:domus autem illa,quæ tentata scelere i-
sto nefario dicitur,plena est integritatis,officij,
religionis:ex qua domo recitatur vobis iure-
iurando deuincta auctoritas:vt res [x] minimè du
bia,tamen in contẽtione ponatur,vtrum teme-
raria,procax,irata mulier finxisse crimẽ,an gra-
uis,sapiens,moderatúsque vir religiosè testimo
niũ dixisse videatur.|| Reliquũ * est igitur crimẽ 56
de veneno:cuius ego neque principiũ inuenire,
neque euoluere exitum possum. Quæ fuit enim
causa,quamobrẽ isti mulieri venenũ vellet da-
re Cœlius?ne aurum redderet?nũ petiuit?ne cri
men hæreret?num quis obiecit?num quis deni-
que fecisset mentionem,si hic * nemini nomen
detulisset?Quin etiã [y] Herenniũ dicere audistis,
verbo se molestũ non futurum fuisse Cœlio,nisi
iterum eadẽ de re suo familiari absoluto nomẽ
hic detulisset.Credibile est igitur,tantũ facin⁹
[z] nullã ob causam esse cõmissum?& vos non vi-
detis fingi sceleris maximi crimen,[a] vt alterius
causa sceleris suscipiendi fuisse videatur? || Cui 57
denique cõmisit?quo adiutore vsus est?quo so-
cio?quo cõscio?cui tantum facinus, cui se,cui
salutem suam credidit ? seruísne mulieris?sic e-
nim obiectũ est. Et erat tã demens hic,[b] cui vos
ingeniũ certè tribuitis,etiã si cetera,inimica o-
ratione detrahitis,vt omneis suas fortunas alie-
nis seruis cõmitteret? At quibus seruis? refert
enim magnopere idipsum. hisne,quos intellige
bat non cõmuni condicione seruitutis vti, sed
licẽtiùs, liberiùs,familiariùs cũ domina viuere:
quis.n.hoc non videt,iudices ? aut quis hoc i-
gnorat,in eiusmodi domo,in qua materfamiliâs
meretricio more viuat:in qua nihil geratur, ꝙ
foras proferendũ sit:in qua lustra,libidines, lu-
xuries,omnia deniq; inaudita vitia,atque flagi-
tia

x al. minimè dubitanda,in cont.

* VENEFICII crimẽ à Cœlio reiicit.

* al.nemine

y L.al.Herẽnium.

z v.c. ob nullam causam.

a al.vt alterius sceleris suscipiẽdi causa fuisse vid.

b v.c.cui vos certè ingen.& ita L.

tia verſentur:hic ſeruos,non eſſe ſeruos?quibus
omnia cõmittantur?per quos gerantur?qui ver-
ſentur iiſdẽ in voluptatibꝰ?quibus occulta cre
dantur?ad quos aliquantũ etiã ex quotidianis
58 ſumptibus,ac luxuria redundet?‖Id igitur Cœ-
lius nõ videbat?ſi.n.tã familiaris erat mulieris,
quã vos vultis:iſtos quoque ſeruos familiareis
eſſe dominæ ſciebat.ſin ei tanta cõſuetudo,quã
ta à vobis inducitur,non erat:quæ cũ ſeruis po-
tuit familiaritas eſſe tanta?Ipſius autem veneni
quæ ratio fingitur?vbi quæſitũ eſt? quẽadmodũ
paratũ?quo pacto?cui,quo in loco traditũ? Ha-
buiſſe aiunt domi vimque eius eſſe expertũ in
ſeruo quodã ad rẽ ipſam parato:cuius perceleri
59 interitu [d]eſſe ab hoc cõprobatũ venenum?‖Prò
dij immòrtales!cur interdũ in hominũ ſcelerib.
maximis,aut conniuetis, aut præſentis fraudis
pœnas in diẽ reſeruatis?Vidi,nã vidi & illũ hauſi
dolorẽ,vel acerbiſſimũ in vita cùm Q.Metellus
abſtraheretur è ſinu,gremioque patriæ,cumque
ille vir,qui ſe natũ huic imperio putauit,tertio
die poſt quã in curia,in Roſtris, in rep. floruiſ-
ſet integerrima ætate, optimo habitu,maximis
viribus,eriperetur indigniſſimè bonis omnibus
atque vniuerſæ ciuitati. quo quidem tempore
ille moriens,cùm iã cæteris ex partibus oppreſ
ſa mens eſſet,extremũ ſenſum ad memoriã reip.
reſeruabat:cùm me intuens flentẽ ſignificabat
interruptis,atque morientibus vocibus,quanta
impenderet procella vrbi,quanta tẽpeſtas ciui-
tati:& cùm parietẽ ſæpe feriens eũ,qui cũ Q.Ca
tulo fuerat ei cõmunis,crebrò Catulũ,ſæpe me,
ſæpiſſimè remp.nominabat:vt non tam ſe emo-
ri,quàm ſpoliari ſuo præſidio cùm patriam,tum
80 etiam me doleret.‖Quẽ quidẽ virum ſi nulla vis
repentini ſceleris ſuſtuliſſet : 35 quonam modo
ille furenti [e] fratri tuo patrueli conſulari reſti-
tiſſet,qui conſulem incipientem furere , atque
conantem , ſua ſe manu interfecturum,audien-
te ſenatu dixerit? Ex hac igitur domo pro-

c L.ac luxuriæ red.

d fort ab hoc eſſe venenum cõprobatum.

e L. fratri ſuo patrueli conſul incipientem.

gressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? nónne ipsam domum metuet,[36] nequã vocẽ [f] eliciat? non parietes conscios, non noctem illã funestã, ac luctuosam perhorrescet? Sed reuertar ad crimen.|| Sed enim hæc facta illius clarissimi, ac fortissimi viri mentio, & vocẽ fletu meã debilitauit, & mentem dolore impediuit. [i] Sed tamen venenum vnde fuerit, quemad modum paratum sit non dicitur. Datũ esse hoc aiunt P. Licinio pudenti adolescenti & bono, Cœlij familiari:[37] [g] constitutũ factum esse cum seruis, vt veniret ad balneas Xenias: eodem Licinium esse venturum. atque iis veni pyxidem traditurum. Hîc primũ illud requiro. quid attinuerit illud ferri in eum locũ constitutum: cur illi serui non ad Cœlium domũ venerint. si manebat tanta illa consuetudo Cœlij cum Clodia, tantaque familiaritas: quid suspicionis esset, si apud Cœlium mulieris seruus visus esset? sin autem iam suberat simultas, exstincta erat consuetudo dissidiũ exstiterat: *hic illæ lacrymæ* nimirum, & hæc causa est horum omnium scelerum atq; criminum.|| Immò inquit, cùm serui ad dominã rem istam, & maleficium Cœlij detulissent, mulier ingeniosa, præcepit suis, vt omnia Cœlio pollicerentur: [i] & vt venenum, cùm à Licinio traderetur manifestò cõprehendi posset, constitui locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent: deinde repentè, cùm venisset Licinius, [k] venenum traderet: prosilirent, hominémque comprehenderent. Quæ quidem omnia iudices, perfacilem rationem habẽt reprehendendi. Cur enim [l] balneas potissimũ constituerat, in quibus non inuenio quæ latebra togatis hominibus esse possit. nam, si essent in vestibulo balnearum: non laterent, sin se in intimum coniicere vellent: nec satis commodè calceati, & vestiti id facere possent, & fortasse non reciperentur: ni fortè mulier

po

f al. eliciat.

g L. constitutum esse cum seruis, al. constitutum locum esse cum s.

h L. dissidium exst.

i L. sed vt venenum,

k L. venenúmque traderet.

l L. potissimum balneas publicas.

61

62

potens* quadrātaria illa* permutatione fa miliaris facta erat balneatori.
63 ||Atque equidem vehementer exspectabam, quinā isti viri boni, testes huius manifesto deprehensi veneni dicerentur. nulli enim sunt adhuc nominati: sed nō dubito, quin sint pergraues, qui primū sint talis fœminę familiares:[m] deinde eam prouinciam, susceperint,[38] vt in balneas* contruderentur: quod illa, nisi à viris honestissimis, ac plenissimis dignitatis,[n] quàm velit, sit potēs, nūquā impetrauisset. Sed quid ego de dignitate istorū testiū loquor? virtutē eorum, diligentiaq; cognoscite. In balneis delituerunt. Testeis egregios.[o] deinde temere prosilierunt.[39] * Homines grauitati deditos, sic enim fingunt, cùm Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum repentè euolasse istos præclaros testeis sine nomine: Licinium autē, cùm iam manū[p] ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse, atque illo repentino hominū impetu se in fugā coniecisse. O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiā cōtraque fictas omniū insidias,[q] facilè se per seipsam defendat.
64 ||Verùm hæc tota fabella veteris, & plurimarum fabularum poëtriæ, quàm est sine argumento? quàm nullum inuenire exitum potest? Quid enim isti tot viri (nam necesse est fuisse non paucos, vt & comprehendi Licinius facilè posset, & res multorum oculis esset testatior) cur Licinium de manibus amiserunt? qui minùs enim Licinius cōprehendi potuit, cùm se retraxit, ne pyxidē traderet, quàm si non retraxisset? erant enim illi positi, vt comprehenderēt Licinium: vt manifesto Licinius teneretur, aut cùm retineret venenū, aut cum tradidisset. Hoc fuit totum consilium mulieris, hæc istorū prouincia, qui rogati sunt. quos quidem tu quamobrem temere prosiluisse dicas, atque ante tempus, non reperio,[40] fuerant hoc rogati, fuerant
ad

* vide Quint. li. I. cap. 6.

* Pantag. pensitatione vel per mulsatione m v.c. dein eam pr.

* al. cōducerentur,

n al. quàm velis, sit potens,

o L. dein temere prosiluerunt.

* al. homines temperantes. al. homines intēperantes.

p al. ad tradendam

q L. facilè se per se ipsa defendat.

r L. fuerant ad hoc rogati,

ad hanc rem collocati, vt venenum, vt insidiæ,
facinus denique ipsum vt manifestò cōprehen-
deretur.|| Potuerúntne meliori tempore prosi- 65
lire, quàm cùm Licinius venisset? cùm in manu
teneret veneni pyxidem? [s] quæ si cùm iam erat
tradita seruis, euasissent subitò ex balneis mu-
lieris amici, Liciniúq; comprehēdissent, implo-
raret hominum fidem, atque à se illam pyxidem
traditam pernegaret. quem quomodo illi repre-
henderent? vidisse se dicerent? primùm ad se re-
uocarent maximi facinoris crimen: deinde id se
vidisse dicerent, quod, quo loco collocati *fuē-
rāt, non potuissent videre. Tempore igitur ipso
se ostenderunt, cùm Licinius venisset, pyxidem
expediret, manum porrigeret, venenū traderet.
Mimi ergo est iā exitus, non fabulæ: in quo cùm
clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus:
deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.
||Quæro enim, cùm Licinium titubantem, hæsi- 66
tantem, cedentem, fugere conantem, mulieraria
[t] manus ista 41 de manibus * emiserit: [v] cur non
comprehenderint, 42 cur non ipsius confessionē
multorum oculis, facinoris denique voce tanti
sceleris crimen expresserint. an timebant, ne tot
vnum, valentes imbecillū, alacres perterritū su-
perare non possent? Nullum argumentum in re,
nulla suspicio in causa, nullus exit[9] criminis re-
perietur. Itaq; hæc causa, ab argumentis, à con-
iectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari so-
let, ad testeis tota traducta est. Quos quidē ego
testeis, iudices, non modò sine vllo timore, sed
etiam cū aliqua spe delectationis expecto.|| Præ- 67
gestit animus iā videre, primùm lautos iuuenes,
mulieres beatæ, ac nobilis familiareis: deinde
forteis viros, ab imperatrice in insidiis, atque in
præsidio balnearū locatos. ex quibus requiram,
quónā modo latuerint, aut vbi. aluéusne ille, an
equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros,
muliebre bellū gerēteis tulerit, ac texerit. Illud
verò

s L. quæ cū iam erat tradita seruis, si euasissent subitò ex b.

* L. fuissent,

t L. ista manus

* al. miserit: al. amiserit:

v L. cur nō comprehēderit, cur non ipsius confessione, multorū oculis, facin. denique voce tanti scel. crim. expresserit.

verò respõdere cogam, cur tot viri, ac tales, hûc & vnũ, & tã imbecillum, quàm videtis, non aut stantē comprehenderint aut fugiẽtem cõsecuti sint, qui se numquã profectò,[x] si istum in locum processerint, explicabunt: quã volét in cõuiuiis faceti, dicaces, nõnumquã etiam ad vinũ diserti sint. alia fori vis est, alia triclinij: alia subselliorũ ratio, alia lectorũ: non idem iudiciũ,[y] comessatorúmq; conspectus: lux denique lõgè alia est solis,[z] & lychnorũ. Quamobrẽ excutiemus omneis istorum delicias, omneis ineptias, si prodierint. sed, si me audiant, nauent aliam operã, aliã ineant gratiã, in aliis se rebus ostentent: vigeant apud istã mulierẽ venustate: dominentur sumtibus: hæreãt,[a] iaceãt, deseruiãt: capiti verò inno

68 centis, & fortunis parcant. || At sunt serui illi de cognatorum sententia nobilissimorum, & clarissimorum hominũ, manumissi. Tandem aliquid inueniemus, quod ista mulier de suorũ propinquorum, fortissimorũ virorũ, sententia, atq; auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio, quid habeat arguméti ista manumissio: in qua aut crimen est Cœlio quæsitũ,[b] aut quęstio sublevata, aut multarũ rerum consciis seruis cũ causa præmiũ persolutum. At propinquis placuit. Cur non placeret, cùm rẽ tute ad eos non ab aliis tibi al-

69 latã, sed à te ipsa cõpertã, deferre diceres? || Hîc etiam miramur, si illã commentitiã pyxidẽ obscœnissima sit fabula consecuta? Nihil est quod in eiusmodi mulierẽ no cadere videatur. 4 Audita, & peruulgata, & percelebrata sermonibus res est. percipitis animis, iudices, iamdudũ quid velim, vel potiùs, quid nolim dicere. quod etiam si est factũ, certè à Cœlio non est factũ. Quid enim attinebat? Est enim ab aliquo fortasse adolescente, non tam insulso, quàm non verecundo: sin autem est fictum: non illud quidem modestum, sed tamen est non [c] infacetum mendacium. quod profectò numquam hominum sermo,

x L. si in istum lócũ

y L. comissatorũque

z al. alia lychnorũ.

a L. adiaceant, Pantag. teneãt,

b L. aut quęstio sublata, aut mult.

c v.c. inficetum

sermo, atque opinio comprobasset, nisi omnia,
quæ cum turpitudine aliqua diceretur, in istam
[d] quadrare aptè viderentur. ‖ Dicta * est à me 70
causa, iudices, & perorata. Iam intelligitis, quã-
tum iudicium sustineatis, quanta res sit cõmissa
vobis. De vi quæritis. quæ lex ad imperium, ad
maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omniũ
pertinet: quam legẽ Quin. Catulus armata dis-
sensione ciuium, reipublicæ penè extremis tẽ-
poribus tulit: * quæque lex, sedata illa flamma
consulatus mei, fumantis reliquias coniuratio-
nis exstinxit, Hæc enim lege Cœlij adolescẽtia
non ad reipublicæ pœnas, sed ** ad mulieris li-
bidines, & delicias deposcitur. ‖ Atque hoc etiã 71
loco M. Cammurti, & Ceserni damnatio prædi-
catur.[e] O stultitiam, stultitiámne dicam, an im-
pudẽtiam singularem? audetísne, cùm ab ea mu-
liere veniatis, facere istorum hominum mentio-
nem? audetisne excitare tanti flagitij memoriã,
non exstinctam illam quidem, sed repressam ve-
tustate? Quo enim illi crimine, peccatóque pe-
rierunt? nempe quòd eiusdem mulieris dolorẽ,
& iniuriam Vettiano nefario sunt stupro perse-
cuti. Ergo, vt audiretur Vettij nomen in causa,
vt illa vetus [f] Afrania fabula refricaretur, idcir-
co Camurti, & Ceserni [g] causa est renouata? qui
quamquam lege de vi certè non tenebantur, eo
maleficio tamen erant implicati, vt ex nullius
legis laqueis emittendi viderentur. ‖ M. verò 72
Cœlius cur in hoc iudicium vocatur? cui neque
proprium quæstionis crimen obiicitur, [h] nec ve-
rò aliquid eiusmodi, quod sit à lege seiunctum,
& cum vestra seueritate coniunctum. cuius pri-
ma ætas dedita disciplinis fuit iisque artibus
quibus instruimur ad hunc vsum forensem, ad
capessendam rempublicam, ad honorem, glo-
riam, dignitatem. iis autem fuit amicitiis ma-
iorum natu, quorum imitari industriam, conti-
nentiámq; maximè vellet: iis æqualium studiis, vt
eundem,

d for. aptè quadrare

* PERORATIO.

* Lege Plácia L. Paulũ Catilinã reum interrogarat, quod iudicium de vi vocat Dio lib. 30.

e L. O stultitiámne dicam, an impudent.

f L. Afraniana

g L. est causa

h L. neque verò

eũdem, quem optimi, ac nobilissimi, petere cur-
sum laudis videretur. || Cùm autem paulùm iam
roboris accessisset ætati, in Africam profectus
est, Q. Pompeio [i] proconsuli contubernalis, ca- *i Lib. pro coss. al. pro consule*
stissimo viro, atque omnis officij diligentissimo:
in qua prouincia cùm res erant, & possessiones
paternæ, tum etiam vsus quidam prouincialis,
non sine causa à maioribus huic ætati tributus.
discessit illinc Pompeij iudicio probatissimus,
[k] vt ipsius testimonio cognoscetis. voluit, vete- *k al. vt ex ipsius testimonio cognoscetis.*
re instituto, eorum adolescentium exemplo, qui
pòst in ciuitate summi viri, & clarissimi ciues
exstiterunt, industriam suã à populo Ro. ex ali-
74 qua illustri accusatione cognosci. || Vellem aliò
potiùs eum 45 cupiditas gloriæ detulisset. [l] sed *l lib. vul. sed abiit hoc tempus querelæ.*
abiit huius tempus querelæ. Accusauit C. Anto-
niũ, collegam meũ, cui misero præclari in remp.
beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio
maleficij cogitati, postea nemini concessit æqua
lium, plus vt in foro, plus, vt in negotiis versare-
tur, causisque amicorũ, plus vt valeret inter suos
gratia. quæ nisi [m] vigilanteis homines, nisi so- *m οἱ νήφοντες, οἱ νηφαλίοι,*
brij, nisi industrij, consequi non possunt, omnia
75 labore, & diligentia est cõsecutus. || In hoc flexu
quasi ætatis (nihil enim occultabo, fret⁹ huma-
nitate ac sapiẽtia vestra) fama adolescẽtis pau-
lùm hæsit ad metas notitia noua mulieris, & in-
felici vicinitate, & insolentia voluptatum. quæ
cùm inclusæ diutius, & prima ætate compressæ,
& constrictæ fuerunt, subitò se nonnumquã pro
fundunt, atque eiiciunt vniuersę. quę ex vita, vel
dicã, quo ex sermone (nequaquã enim tãtũ erat,
quantũ homines loquebantur) verũ ex eo, quid-
quid erat, emersit, totúmque se eiecit, atque ex-
tulit: tãtúmque abest ab illius familiaritatis in-
famia, vt eiusdem nunc ab sese inimicitias, o-
76 diúmque propulset. || Atque vt iste interpositus
sermo delitiarũ, desidiæque moreretur (fecit me
hercule inuito, & multũ repugnante, sed tamen

fecit)nomen amici mei de ambitu detulit: quē absolutum insequitur,reuocat:nemini nostrûm obtemperat:est violentior,quàm vellē.Sed ego non loquor de sapientia,quæ non cadit in hanc ætatem:de impetu animi loquor,de cupiditate vincendi,de ardore mentis ad gloriam:quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent:in adolescentia verò,tãquam in herbis, significant,quæ virtutis maturitas,& quãtæ fruges industriæ sint futuræ.Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potiùs à gloria,quàm incitandi fuerunt: amputanda plura sunt illi ætati,siquidem efflorescit ingenij laudibus,quàm inserenda.‖Quare,si cui nimiùm [n] 77
efferbuisse videtur huius vel in suscipiendis,vel in gerendis inimicitiis vis,ferocitas,pertinacia: siquem etiam minimorũ horum aliquid offēdit, si purpuræ genus,si amicorum cateruæ,si splendor,si nitor.46 iã ista deferuerint:[o] iã ætas omnia,iam ista dies mitigarit. Conseruate igitur reip.iudices,ciuem bonarum artium, bonarum partium,bonorum virorum. Promitto hoc vobis,& reip.spondeo,si modò nos ipsi reipublicæ satisfecimus;numquã hunc à nostris rationibus seiunctum fore.quod cùm fretus nostra familiaritate promitto,tũ quòd durissimis se ipse legibus iam [p] obligarit. ‖ Neque enim potest, qui 78
hominem consularem,quòd ab eo rempublicam violatam [q] diceret,in iudiciũ vocarit,ipse esse in republica ciuis turbulentus:non potest, qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum,ipse impunè vnquã esse largitor.Habet à M.Cœlio respublica,iudices,duas accusationes vel obsides periculi,vel pignora volũtatis.Quare oro,obtestórque vos,iudices,vt qua in ciuitate paucis his diebus Sex.Clõdius absolutꝰ sit, quem vos per biennium aut ministrũ seditionis, aut ducē vidistis:qui ædeis sacras,qui censũ populi Ro.qui memoriam publicam suis manibus incen

n L.efferuisse
o L. iam ætas, iam dies ista omnia mitig.
p L.obligauit.
q L.ab esse diceret,

incendit,47 hominem ſine re,ſine fide, ſine ſpe,
ſine ſede,ſine fortunis:ore , lingua , manu , vita
omni inquinatum:qui Catuli monumentum af-
flixit,meam domum diruit,mei fratris incendit:
qui in Palatio,atque in vrbis oculis ſeruitia ad
cædem,& inflammandā vrbem incitauit : in ea
ciuitate ne patiamini illum abſolutū muliebri
gratia,M.Cœlium , libidini muliebri condona-
tum:ne eadem mulier cum ſuo cõiuge,& fratre,
turpiſſimum latronem eripuiſſe,& honeſtiſſimū
79 adoleſcentem oppreſſiſſe videatur. || Quòd cùm
huius vobis adoleſcentiam propoſueritis, con-
ſtituitote vobis ante oculos [r] huius etiā miſeri
ſenectutem,qui hoc vnico filio nititur,in huius
ſpe [s] requieſcit,huius vnius caſum pertimeſcit:
quem vos ſupplicem veſtræ miſericordiæ,ſeruū
poteſtatis abiectum non tam ad pedes,quàm ad
mores, ſenſuſque veſtros,vel recordatione pa-
rentum veſtrorum,vel liberorum iucūditate ſu-
ſtentare:vt in alterius dolore,vel pietati,vel in-
dulgentiæ veſtræ ſeruiatis. Nolite,iudices , aut
hunc iam natura ipſa occidētem,velle maturiùs
exſtingui vulnere veſtro,quàm ſuo fato,aut hūc
nunc primum floreſcentem firmata iam ſtirpe
virtutis, tanquam turbine aliquo,aut ſubita tē-
80 peſtate peruertere.|| Conſeruate parenti filium,
parentem ſilio ne aut ſenectutem iā propè de-
ſperatam contemſiſſe, aut adoleſcentiam plenā
ſpei maximæ,non modò non aluiſſe vos ſed etiā
perculiſſe,atque afflixiſſe videamini. Quem ſi
vobis,ſi ſuis,ſi reipub.conſeruatis,addictum,de-
ditum,obſtrictum vobis,ac liberis veſtris habe-
bitis:omniúmque huius neruorum,ac laborum
vos potiſſimùm, iudices,fructus vberes, diutur-
nóſque capietis.

r L. etiam huius

s al.acquieſcit,



DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS.

ORATIO TRICESIMA-QVINTA.

C. Sempronius Gracchus frater Tiberij in tribunatu legem tulit, vt annua esset tãtùm prouinciarum administratio. Ex ea lege Marcellinus & Philippus Marcius coss. *retulerunt ad Senatum de prouinciis decernendis, eæ tum quatuor erãt. Macedonia, cui L. Piso: Syria, cui A. Gabinius: & duæ Galliæ, quibus præerat C. Cæsar, de quibus variæ sentẽtiæ dictæ sũt. Suadet Cicero Syriam & Macedoniam futuris Consulibus decerni, Galliam Cæsari non adimi: ita Piso & Gabinius in vrbẽ reuocati, ille Pompeio & Crasso, & hic Q. Domitio, & App. Pulchro* coss.

* EXORDIVM.



SI QVIS * vestrûm, P.C exspectat, 1
quas sim prouincias decreturus,
consideret ipse secũ, qui mihi homines ex prouinciis potissimùm [a]
detrahẽdi sint: nõ dubitabit, quid
me sentire cõueniat, cùm quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac, * si princeps eam sentẽtiã
dicerẽ: laudaretis profectò. si solus: certè ignoscceretis. etiã si paulò minùs [b] vtilis vobis sentẽtia videretur: veniam tamen aliquã dolori meo
tribueretis. Nunc verò P.C. non parua afficior
voluptate, vel quòd hoc maximè reip. cõducit,
Syriam Macedoniámque decerni, vt dolor meus
nihil à communi vtilitate dissentiat; vel quòd
habeo auctorẽ P. Seruiliũ, qui ante me sententiã
dixit, virum clarissimum, & cùm in vniuersam
rempublicã, tum etiã erga meam salutẽ fide, ac [c]
beneuolẽtia singulari. || Quòd si ille & paulò an- 2

a L. retrahendi sint,

* Declinat odium.

b al. vtilis sententia vobis videretur:

c v. c. beniuolentia.

tè,

tè,& quotiescũque ei locus dicendi,ac potestas fuit,Gabiniũ,& Pisonem,duo reip.portẽta,[d] ac pænè funera,cũ propter alias causas,tũ maximè propter illud insigne scelus eorum,& importunã in me crudelitatem,non solùm sentẽtia sua, sed etiam verborũ grauitate esse notandos putauit:quonã me animo in eos esse oportet,cui illi salutem pro pignore tradiderunt ad explẽdas suas cupiditates?Sed ego in hac sentẽtia dicenda non parebo dolori meo, [e] nec iracundiæ seruiã.quo animo vnusquisque vestrũ debet esse in illos,hoc ero:præcipuum illum,& proprium sensum doloris mei,quem tamen vos cõmunem semper vobis mecũ esse duxistis,à sententia dicenda [f] amouebo:ad vlciscendi tẽpora reseruabo. ¶ Quatuor sunt * prouinciæ,P.C.de quibus
3 adhuc intelligo sententias esse dictas : Galliæ duæ,quas hoc tẽpore vno imperio videmus esse coniunctas:& Syria,& Macedonia : quas,vobis inuitis,& oppressis,pestiferi illi consules pro euersę reip.præmiis [g] occupauerunt.*Decernẽdæ [h] nobis sunt lege Sẽpronia duæ.quid est,[i] quod possimus de Syria,Macedoniáq; dubitare? Mitto,quòd eas ita partas habent ij,qui nunc obtinent,vt non antè attigerint,quàm hunc ordinẽ cõdemnarint:quàm auctoritatem vestram è ciuitate exterminarint:quàm fidem publicã,quàm perpetuam populi Romani salutẽ , quàm me,ac meos omneis fœdissimè, crudelissiméque vexarint.¶ Omnia illa domestica,atq; vrbana mitto:
4 quæ tanta sunt,vt nũquam [l] Annibal huic vrbi tantũ mali optarit,quãtũ illi effecerint.Ad ipsas venio prouincias,quarum Macedonia,quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus,[m] sed trophæis , quæ multis victoriis erat iãdiu,triũphisque pacata,sic à Barbaris,quibus est propter auaritiã,pax erepta,vexatur , vt Thessalonicenses,positi in gremio imperij nostri,relinquere oppidum,& arcẽ munire cogantur:

d v.c. ac funera,

e v.c. non iracund.

f al.remouebo:

* PARTITIO.

g fort. occuparunt.

* CÕFIRMATIONIS pars prior qua suadet Pisonẽ ex Macedonia reuocandum.

h v.c.sunt nobis.

i v.c. quod possumus

k v.c. Omnia domestica,atque vrbana m.

l v.c.Hannibal

m L. sed tropæis , & ita v.c.

tur: vt via illa nostra, quæ per Macedoniam est vsque ad Hellespõtum militaris, non solùm excursionibus barbarorum sit infesta,[1] sed etiam [n] castris Thraciis distincta, ac notata. Ita gẽtes eæ, quæ, vt pace vterentur, vim argenti dederant, [o] præclaro imperatori nostro: vt exhaustas domos replere possent, pro emta pace bellũ nobis propè iustum intulerunt. ‖ Iam verò exercitus [p] ille 5
noster superbissimo [q] delectu, & durissima conquisitione collectus, omnis interiit. Magno hoc dico cum dolore, miserãdum in modum milites populi R. capti, necati, deserti, dissipati sunt, incuria, fame, morbo, vastitate consumti: vt [r] quod est indignissimum scelus, is imperator in pœnam exercitus expetitus esse videatur. Atque hanc Macedoniam, domitis iam gentibus finitimis, Barbariáque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam, tenui præsidio, atque exigua manu, etiã sine imperio, per legatos nomine ipso populi Ro. tuebamur, quæ nunc cõsulari imperio, atque exercitu ita vexata est, vix vt se possit diuturna pace recreare: cùm interea quis vestrûm hoc nõ audiuit, quis ignorat, Achæos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotãnis? vectigal, ac portorium Dyrrhachinorum totum in huius vnius quęstũ esse cõuersum? vrbem Byzantiorũ, vobis, atque huic imperio fidelissimã; hostilem in modum esse vexatam? quò ille, [s] postquam nihil exprimere ab egẽtibus, nihil vlla vi à miseriis extorquere potuit, cohorreis in hiberna misit: his præposuit, quos putauit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. ‖ Omitto iurisdictionem in libera 6
ciuitate contra leges, senatúsque consulta: cædeis relinquo, libidines prætereo: quarum acerbissimum exstat iudicium, & ad insignẽ memoriam turpitudinis, & pænè ad iustũ imperij nostri odiũ, quòd cõstat, nobilissimas virgines se in puteos abiecisse, & morte voluntaria[2] nefariam

tur

n L. castris Threiciis d.
o v.c. præclaro nostro imperatori:
p v.c. noster ille
q L. dilectu & ita v.c.
r al. quod est indignissimum, is imp.
s v. c. posteaquam

turpitudinem depulisse. Nec hæc idcirco omitto, quòd non grauissima sint: sed quia nunc sine teste dico. Ipsam verò vrbem Byzantiorum, fuisse refertissimam atque ornatissimam signis, quis ignorat? quæ illi exhausti [t] sumtibus bellorum maximis, cùm Mithridaticos impetus, totúmque Pontum armatum, efferuescentem in Asiam, atq; erumpentem, ægrè repulsum, & ceruicibus interclusum suis, sustinerēt, tum inquā, Byzantij, & postea signa illa reliqua vrbis or-

7 namenta, sanctissimè custod ti, tenuerūt. ‖ te imperatore infelicissimo, & teterrimo, Cæsonine Caluenti, ciuitas libera, & proximis suis beneficiis à senatu & à populo Romano liberata, sic spoliata, atque nudata est, vt nisi C. Virginius, legatus, vir fortis, & innocens interuenisset, vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaia, qui loc⁹, aut lucus in Græcia tota, tā sanctus fuit, in quo vllum simulacrum, vllum ornamentum reliquū sit? Emisti à fœdissimo tribuno plebis tum in illo naufragio huius vrbis, quam tu idem, qui gubernare debueras, [v] euerteras: tum, inquam, emisti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra senatusconsultū, & cōtra legem generi tui di. ere liceret. id emtū ita vendidisti, vt aut ius non diceres, aut bonis

8 [x] ciueis Romanos euerteres. ‖ Quorum ego [y] nihil dico, patres conscripti: nunc in hominem ipsum de prouincia disputo. Itaque omnia illa, quæ & sæpe audistis, & tenetis animis, etiam si non audiatis, prætermitto: nihil de hac eius vrbana, quam ille præsens in oculis vestris, mentibúsque defixit, audacia loquor: nihil de superbia, nihil de [z] contumacia, nihil de crudelitate disputo. lateant libidines eius illæ tenebricosæ, quas fronte, & supercilio, non pudore, temperantia contegebat: de prouincia, qu & agitur, id disputo. Huic vos non summittend

t al. sumtibus, bellisque maximis,

v al. euerteres:

x v. c. ciuis

y v. c. nihil dico, nunc, P.C. in hominem ipsum relinquo de prouincia disp.

z L. contumelia,

 tis

hunc diutius manere patiemini? cuius, vt pro-
uinciam tetigit, sic fortuna cum improbitate
certauit, vt nemo posset, vtrū[a] deterior, an infe-
licior esset, iudicare. ‖ An * verò in Syria diutius 9
est Semyramis illa retinenda? cuius iter in pro-
uinciā fuit eiusmodi, vt rex Ariobarzanes con-
sulem vestrum ad cædem faciendā, tanquam ali-
quem Thracem conduceret. Deinde aduentus in
Syriam primus, equitatus habuit interitum, pòst
concisæ sunt optimæ cohortes. Igitur in Syria,
imperatore illo, [b] nihil aliud actū est, nisi pactio
nes pecuniarum cū tyrānis, decisiones, direptio-
nes, latrocinia, cædes, cùm [c] palàm populi Ro-
mani imperator, instructo exercitu, dexterā ten-
dens, non ad laudem milites hortaretur, sed o-
mnia sibi & emta, & emenda esse clamaret. ‖ Iam 10
verò publicanos miseros (me etiam miserum, il-
lorum ita de me meritorum miseriis, ac dolore)
tradidit in seruitutem Iudæis, & Syris, nationi-
bus natis seruituti, statuit ab initio, & in eo per-
seuerauit, ius [d] publicanis non dicere: pactiones
sine vlla iniuria factas rescidit: custodias sustu-
lit, vectigaleis multos ac stipendiarios libera-
uit, quo in oppido ipse esset, aut quò veniret, ibi
publicanum, aut publicani seruum esse vetuit.
Quid multa? crudelis haberetur, [e] si in hostem
animo fuisset eo, quo fuit in ciueis R. eius ordi-
nis præsertim, qui est semper dignitate sua, be-
nignitate magistratus sustentatus. ‖ Itaque vide- 11
tis, patres conscripti, non temeritate redemtio-
nis, aut negotij gerendi [g] inscitia, sed auaritia,
superbia, crudelitate Gabinij, pænè afflictos iā,
atque euersos publicanos: quibus quidem vos,
in his angustiis ærarij, tamen subueniatis neces-
se est: etsi iam multis non potestis: qui propter
illū hostem senatus, inimicissimū ordinis eque-
stris, bonorúmq; omnium, non solum bona, sed
etiam honestatem miseri deperdiderunt: quos
non parsimonia, non continentia, non virtus, nō
labor,

a I. proteruior,

* SECVNDA PARS CONFIRMATIONIS, Gabinio Syriam esse auferēdam.

b I. nihil aliud vsq; actum est, & ita ferè o.v.c.

c vox, palàm, abest à v.c.

d I. publicano

e I. si in hosteis an. v. c. si in hostis

f v.c. Itaque, p.c. videtis,

g L. inscientia,

labor, non ſplendor tueri potuit contra illius
12 h helluonis,& prædonis audaciã. || Quid? qui ſe etiam nunc ſubſidiis patrimonij,aut amicorũ liberalitate ſuſtentant,hos perire i patiemini?An, ſi qui frui publico non potuit per hoſtem, hic tegitur ipſa lege cenſoria: quem is frui nõ ſinit, qui eſt,etiam ſi non appellatur,hoſtis,huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in prouincia diutius eum, qui de ſociis cum hoſtibus, de ciuibus cum ſociis faciat pactiones: qui hoc etiam ſe pluris eſſe,quàm collegam putet,q ille vos triſtitia,vultúque deceperit,ipſe numquam ſe min9,quã erat,nequã eſſe ſimularit. Piſo autẽ alio quodã modo gloriatur, ſed breui tempore perfeciſſe, k ne Gabinius, vnus omnium nequiſ-
13 ſimus exiſtimaretur. || Hos vos de prouinciis, ſi non aliquando deducendi eſſent, l diripiendos non putaretis?7 &has m publicas peſteis ſociorũ, militũ claceis, publicanorũ ruinas,prouinciarũ vaſtitates, imperij maculas teneretis? At iidem vos anno ſuperiore hos eoſdem reuocabatis,cũ in prouincias iam perueniſſent. Quo tempore ſi liberũ veſtrum iudicium fuiſſet,nec toties dilata res,nec ad extremum è manibus erepta eſſet: reſtituiſſetis,id quod cupiebatis,veſtram auctoritatem,iis,per quos erat amiſſa,reuocatis,&his ipſis præmiis extortis,quæ erant pro ſcelere,at-
14 que euerſione patriæ conſecuti.|| n Quã pœnam ſi tum aliorum opibus,non ſuis,inuitiſſimis vobis,euolarunt:at aliam multò maiorem,grauiorémque ſubierunt. quæ enim homini, in quo aliquis ſi non famæ pudor,at ſupplicij timor eſt, grauior pœna accidere potuit, quàm non credi literis iis, quæ rem bene geſtam in bello nũtiarent? Hoc ſtatuit ſenatus, cùm frequens ſupplicationem Gabinio denegauit: primùm,homini ſceleribus, o flagitiis contaminatiſſimo,nihil eſſe credendũ:deinde à proditore,atque eo,quem præſentem hoſtem reipublicæ cognoſſet, p benę

h L.helluonis,
i v.c.patiemur?
k ſic v.c. & L. ne C. Gab.
l L. deripiendos
m L.dupliceis peſt.
n al. Quæ ex pœna ſi t,
o for.flagitiiſque contam.
p v.c. bene temp. geri-

rem geri non potuisse: postremò, ne deos quidē immortaleis velle aperiri sua templa, & sibi supplicari hominis impurissimi, & sceleratissimi nomine. Itaque ille alter, aut ipse est homo doct[p], & à suis Græcis subtiliùs eruditus, [s] quibuscum iam[q] in orchestra heluatur, antea post siparium solebat: aut amicos habet prudentiores, quàm Gabinius, cuius nullæ literæ perferuntur. || Ho- 15
sce igitur imperatores habebimus? quorum alter non audet nos certiores facere, [r] ne imperator appelletur: alterū si tabellarij non cessarint, necesse est paucis dieb. pœniteat audere. cuius amici siqui sunt, aut si belluæ tam immani, tāq; tetræ possunt vlli esse amici, hac consolatione vtuntur, etiā T. Albutio supplicationem hūc ordinem denegasse. Quod est primùm dissimile. res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à proprætore vna cohorte auxiliaria gesta, & bellum cum maximis Syriæ[s] gentibus, tyrannis, cōsulari exercitu, imperióque confectum. deinde Albucius, quod à senatu petebat, ipse sibi in Sardinia ante[t] decreuerat. constabat enim, Græcū hominem, ac leuem, in ipsa prouincia quasi triumphasse. Itaq; hanc eius temeritatem senatus supplicatione denegata notauit. || Sed fruatur sanè 16
hoc solatio: atque hāc insignē ignominiā, quoniam vni præter se, inusta est, putet esse leuiorē: dummodò cuius exēplo se consolatur, eius exitū exspectet: præsertim cùm in Albucio nec Pisonis libidines, nec audacia Gabinij fuerit: hac tamen vna plaga conciderit, ignominia senatus.
|| [u] At * qui duas Gallias decernit consulib. duo- 17
bus, [x] hos retinet ambos: qui autem alterā Galliā, & aut Syriam, aut Macedoniā: tamē alterū retinet, & in vtriusque pari scelere [y] disparē conditionē facit. Faciā, inquit, illas prætorias, vt Pisoni, & Gabinio succedatur statim. Si hic sinat. Tū enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest. Itaque ego idē, qui nunc consulibus iis, qui

q L. in exostra

r al. vt imper.

s L. gentib. ac tyrānis,

t al. decreerat.

v L. At duas Gallias qui decernit conf. al. Atque duas Gallias qui dec.

* TERTIA pars confirmationis, Cæsari duas Gallias non esse adimendas.

x L. hos retinet ambo: & ita v. c.

y v. c. disparem consiliarem cō dic. fort. disparem cō sularem condic. vel dolo, consularem

qui designati erũt, Syriam, Macedoniámque decerno, decernam easdem pretorias, vt & prætores annuas prouincias habeant, & eos quàprimũ videamus, quos animo æquo videre non possumus. Sed mihi credite: numquam succedetur illis, nisi cùm ea lege referetur, qua intercedi de prouinciis nõ licebit. Itaque hoc tempore amisso, annus est integer vobis exspectãdus: quo interiecto ciuium calamitas, sociorum ærumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagatur.

18 ‖Quòd si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Cæsari succedendum nondum putarem. Qua de re dicã, patres conscripti, quod sẽtio, atque illã interpellationẽ mei familiarissimi, qua paulò antè interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimiciorem Gabinio debere esse, quàm Cæsari. omnem enim illã tempestatẽ, cui cesserim, Cæsare impulsore, atque adiutore esse excitatam. Cui si primùm sic respondeam, me cõmunis vtilitatis habere rationẽ, non doloris mei: posśimne probare, cùm id me facere dicã, quod exemplo fortissimorum, & clarissimorum ciuium facere possim?[9]

19 ‖An Ti. Gracchus (patrem dico, cuius vtinã filij non degenerassent à grauitate paterna) tantã laudem est adeptus, quòd tribunus plebis solus, ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus, & ipsius, & fratris eius, Africani: iurauitque in cõtione, se in gratiã non rediisse, sed alienum sibi videri dignitate imperij, quò duces essent hostiũ, Scipione triũphante, ducti, eodẽ ipsũ duci,[10] qui triumphasset.

20 ‖[11]Quis plenior inimicorũ fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus. aliine inimici? omnes Metelli. At hi nõ modò illũ inimicum ex Gallia sententiis suis non [a] detrahebant, sed & propter rationem [b] Gallici belli, prouinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum gestum est: domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legi

a for. retrahebant,
b L. belli Gallici, pr: & ita v.c.

rem geri non potuisse: postremò, ne deos quidē
immortaleis velle aperiri sua templa, & sibi sup-
plicari hominis impurissimi, & sceleratissimi no
mine. Itaque ille alter, aut ipse est homo doct⁹,
& à suis Græcis subtiliùs eruditus, ⁸ quibuscum
iam[q] in orchestra heluatur, antea post siparium
solebat: aut amicos habet prudentiores, quàm
Gabinius, cuius nullæ literæ perferuntur. || Ho- 15
sce igitur imperatores habebimus? quorum al-
ter non audet nos certiores facere,[r] ne impera-
tor appelletur: alterū si tabellarij non cessarint,
necesse est paucis dieb. pœniteat audere. cuius
amici siqui sunt, aut si belluæ tam immani, tāq;
tetræ possunt vlli esse amici, hac consolatione
vtuntur, etiā T. Albutio supplicationem hūc or-
dinem denegasse. Quod est primùm dissimile. res
in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à pro-
prætore vna cohorte auxiliaria gesta, & bellum
cum maximis Syriæ[s] gentibus, tyrannis, cōsula-
ri exercitu, imperióque confectum. deinde Al-
bucius, quod à senatu petebat, ipse sibi in Sardi-
nia ante[t] decreuerat. constabat enim, Græcū ho-
minem, ac leuem, in ipsa prouincia quasi trium-
phasse. Itaq; hanc eius temeritatem senatus sup-
plicatione denegata notauit. || Sed fruatur sanè 16
hoc solatio: atque hāc insignē ignominiā, quo-
niam vni præter se, inusta est, putet esse leuiorē:
dummodò cuius exēplo se consolatur, eius exi-
tū exspectet: præsertim cùm in Albucio nec Pi-
sonis libidines, nec audacia Gabinij fuerit: hac
tamen vna plaga conciderit, ignominia senatus.
||[u] At * qui duas Gallias decernit consulib. duo- 17
bus,[x] hos retinet ambos: qui autem alterā Galliā,
& aut Syriam, aut Macedoniā: tamē alterū reti-
net, & in vtriusque pari scelere[y] disparē condi-
tionē facit. Faciā, inquit, illas prætorias, vt Piso-
ni, & Gabinio succedatur statim. Si hic sinat. Tū
enim tribunus intercedere poterit, nunc non
potest. Itaque ego idē, qui nunc consulibus iis,
qui

q L. in exostra

r al. vt imper.

s L. gentib. ac tyrānis,

t al. decrerat.

v L. At duas Gallias qui decernit conf. al. Atque duas Gallias qui dec.

* TERTIA pars confirmationis, Cæsari duas Gallias non esse adimendas.

x L. hos retinet ambo: & ita v. c.

y v. c. disparem consiliarem cō. dic. fort. disparem cōsularem condic. vel dolo, consularem

qui designati erũt, Syriam, Macedoniámque decerno, decernam easdem prętorias, vt & prætores annuas prouincias habeant, & eos quãprimũ videamus, quos animo æquo videre non possumus. Sed mihi credite: numquam succedetur illis, nisi cùm ea lege referetur, qua intercedi de prouinciis nõ licebit. Itaque hoc tempore amisso, annus est integer vobis exspectãdus: quo interiecto ciuium calamitas, sociorum ærumna, sceleratissimorum hominum impunitas propa-
18 gatur.||Quòd si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Cæsari succedendum nondum putarem. Qua de re dicã, patres conscripti, quod sẽtio, atque illã interpellationẽ mei familiarissimi, qua paulò antè interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimiciorem Gabinio debere esse, quàm Cæsari. omnem enim illã tempestatẽ, cui cesserim, Cæsare impulsore, atque adiutore esse excitatam. Cui si primùm sic respondeam, me cõmunis vtilitatis habere rationẽ, non doloris mei: possímne probare, cùm id me facere dicã, quod exemplo fortissimorum, & clarissimorum ciuium facere pos-
19 sim?[9]||An Ti. Gracchus (patrem dico, cuius vtinã filij non degenerassent à grauitate paterna) tantã laudem est adeptus, quòd tribunus plebis solus, ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus, & ipsius, & fratris eius, Africani: iurauitque in cõtione, se in gratiã non rediisse, sed alienum sibi videri dignitate imperij, quò duces essent hostiũ, Scipione triũphante, ducti,
20 eodẽ ipsũ duci,[10] qui triumphasset.||[11]Quis plenior inimicorũ fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus. aliíne inimici? omnes Metelli. At hi nõ modò illũ inimicum ex Gallia sententiis suis non [a] detrahebant, sed & propter rationem [b] Gallici belli, prouinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum gestum est: domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legi

[a] for. retrahebant,
[b] L. belli Gallici, pr. & ita v.c.

legibus, nondum iure certo, nondum satis firmæ pace deuinctæ. Bellū affectū videmus, &, verè vt dicā, pęnè confectum: sed ita, vt, si idem extrema persequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videamus. si succeditur: periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias, ac renouatas audiamus. Ergo ego senator, inimicus, si ita vultis, homini amic⁹ esse, sicut semper fui, reipublicæ debeo. ‖ Quid, si ipsas inimicitias depono reipubli- 21
cæ causa? quis me tandē iure reprehendat? præsertim cùm ego omniū meorum consiliorum, atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. An nō M. ille Lepidus, qui bis consul, & pontifex maximus fuit, non solùm[c] memoria & testimonio, sed etiam annalium literis. & summi poëtæ voce laudatus est, quòd cū M. Fuluio collega, quo die cēsor est factus, homine inimicissimo, in cāpo statim rediit in gratiam, vt commune officiū censuræ communi animo, ac voluntate defēderent? Atque, vt vetera, quæ sunt innumerabilia, mittam, tuus pater, Philippe, nónne vno tempore cum suis inimicissimis in gratiā rediit?[d] quibus cū omnib. eadem respublica reconciliauit, quæ alienarat. ‖ Multa prætereo, quòd intueor 22
coràm hæc lumina, atq; ornamenta reipublicæ P. Seruilium, & M. Lucullū (vtinā etiā L. Lucullus ille[e] viueret.) Quæ fuerunt inimicitiæ grauiores in ciuitate, quàm Lucullorum, atque Seruiliorū? quas in viris fortissimis non solùm exstinxit reipublicæ dignitas, & ipsorum, sed etiā ad amicitiā, consuetudinémque traduxit. Quid? Quintus Metellus Nepos, nónne consul in templo Iouis optimi, maximi, permotus cùm auctoritate vestra, tū illius P. Seruilij incredibili grauitate dicendi, absens mecū, summo suo beneficio rediit in gratiam? An ego possum huic esse inimicus, cuius literis, fama, nuntiis, celebrantur aures quotidie meæ nouis nominibus gentium, natio

c L. memoriæ testimonio,

d al. quibus cum omn.

e v. c. desideret. fort. hic sederet.

nationum,locorũ? ‖ Ardeo,mihi credite,patres conscripti(id quod vosmet [f] de me existimatis, & facitis ipsi) incredibili quodã amore patriæ: qui me amor & subuenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis, & rursum, cùm omnia tela vndique esse intenta in patriam viderem,subire coëgit, atque excipere vnum pro vniuersis. [g]Hic meus in rempublicam animus pristinus,ac perennis, cum C.Cæsare re-
24 ducit, reconciliat, restituit in gratiam.‖ Quod volent denique, homines existiment. [h] nemini ego esse possum bene de republica merenti non amicus. Etenim si iis,qui hæc omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solùm, sed etiam bellum indixi, atque intuli, cùm partim mihi illorum familiares, partim etiam, me defendente, capitis iudiciis essent liberati: cur eadem respublica quæ me in amicos inflammare potuit,inimicis placare nõ possit?Quod mihi odium cum P.Clodio fuit,nisi ꝙ perniciosum patriæ ciuem fore putabã, qui turpissima libidine incensus,duas res sanctissimas,religionem& pudicitiam vno scelere violasset?Nũ est igitur dubium ex iis rebus,quas is egit, agitq; quotidie, quin ego in illo oppugnando, reipublicæ plus, quàm otio meo:nonnulli, in eodem defendendo,suo plus otio,quàm communi,prospexerint?
25 ‖Ego me à C.Cæsare in republica dissensisse, fateor,& sensisse vobiscum: sed nunc iisdem vobis assentior,cũ quibus anteà sentiebam.Vos enim,ad quos literas L.Piso de suis rebus nõ audet mittere: qui Gabinij literas insigni quadam nota atque ignominia noua condẽnastis,C.Cæsari supplicationes decreuistis,numero,[i] vt nemini [i] vllo ex bello: honore, vt omnino nemini. [k] Cur igitur exspectem hominẽ aliquem,qui me cũ illo in gratiã reducat? Reduxit ordo amplissimus,& ordo is, qui est & publici consilij, & meorũ omniũ consiliorũ auctor,&princeps.Vos sequor,

f L. & de me exist.

g al. Hic me meus

h v.c. nemini ego possum esse &c.& ita L.

i L. vno ex bello:

k v.c. Cur ergo

ſequor, patres conſcripti: vobis obtempero, vobis aſſentior: qui, quandiu C. Cæſaris conſilia in republica non maximè diligebatis, me quoque cum illo minùs coniunctum videbatis. poſteaquam rebus geſtis menteis veſtras, [l] voluntatẽque mutaſtis: me non ſolùm comitem eſſe ſententiæ veſtræ, ſed etiam laudatorẽ vidiſtis. 26

Sed quid eſt, quod in hac cauſa maximè homines [m] admirentur, & reprehendant meum conſiliũ, cùm ego idem anteà multa * decreuerim, quæ magis ad hominis dignitatẽ, quã ad reipublicæ neceſſitatem pertinerent? Supplicationem quindecim dierũ decreui ſententia mea. Reipublicæ ſatis erat tot dierum, quot C. Mario. Diis immortalib. non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis. Ergo ille cumulus dierũ hominis eſt dignitati tributus. 27

In quo ego, quo conſule referente, primùm decem dierum ſupplicatio decreta Cn. Pompeio, Mithridate interfecto, [n] confectóque Mithridatico bello, [12] & cuius ſententia primùm duplicata eſt ſupplicatio cõſularis (mihi enim eſtis aſſenſi, cùm, eiuſdẽ Põpeij literis recitatis, confectis omnib. maritimis, terreſtribúſque bellis, ſupplicationem dierum duodecim decreuiſtis) ſum Cn. Pompeij virtutẽ, & animi magnitudinem admiratus, quòd, cùm ipſe ceteris omnibus eſſet omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat, quàm ipſe erat conſecutus. Ergo in illa ſupplicatione, quam ego decreui res ipſa tributa eſt diis immortalibus, & maiorũ inſtitutis, & vtilitati reipublicæ: ſed dignitas verborum, honos, & nouitas, & numerus dierum, Cæſaris ipſius laudi, [o] & gloriæ conceſſus eſt. 28

Relatum eſt ad nos nuper de ſtipendio exercitus. non decreui ſolùm, ſed etiam, vt vos decerneretis, laboraui: multa diſſentientibus reſpõdi: ſcribendo affui. tum quoque homini plus tribui, quàm neſcio cui neceſſitati. illum enim arbitrabar etiam ſine hoc ſubſidio

l v.c. voluntatéſque, & ita L.

m ſic v.c. fort. demirentur,

* v.c. decrerim, & ita L.

n v.c. & cõfecto Mithridatico b.

o L. gloriæque conc. & ita v.c.

sidio pecuniæ retinere exercitum præda ante
parta, & bellum conficere posse: sed decus il-
lud, & ornamentum triumphi, minuendum no-
stra parsimonia nõ putaui. Actũ est de decem le-
gatis, quos alij omnino non dabant, alij exẽpla
quærebant, alij tempus differebant, alij sine vl-
lis verborum ornamentis dabant. in ea quoque
re sic sum locutus, vt omnes intelligerent, me
id, quod reipublicæ causa sentirem, facere vbe-
29 riùs propter ipsius Cæsaris dignitatem. || At ego
idem nunc in prouinciis decernendis, qui illas
omneis res egi silentio, interpellor:[p] cùm supe- p L. cùm in
rioribus causis hominis ornamenta fuerint, in superiorib.
hac me nihil aliud, nisi ratio belli, nisi summa
vtilitas reipublicæ moueat. Nam, ipse Cæsar,
quid est, cur in prouincia commorari velit, nisi
vt ea, quæ per eum affecta sunt,[13] perfecta reipu-
blicæ [q] tradantur? Amœnitas eum, credo, loco- q L. tradat?
rum, vrbium pulchritudo, hominum, natio- & ita v. c.
númque illarum humanitas, & lepos, victoriæ
cupiditas. finium imperij nostri propagatio re-
tinet. Quid illis terris asperius? quid incultius
oppidis? quid nationibus immanius? quid porrò
tot victoriis præstabilius? quid Oceano longius
inueniri potest? An reditus in patriam habet
aliquam offensionem? vtrùm apud populum,[r] à r v.c. à quo
quo missus est: an apud senatum, à quo ornatus missus: an
est? an dies auget eius desiderium? [s] an magis apud s.
obliuionem? an laurea illa magnis periculis par- s L. an ma-
ta, amittit longo interuallo viriditatem? Quare, gis obliuio
si qui hominem non diligunt, nihil est, quòd nem ac lau
eum de prouincia deuocent. ad gloriam deuo- rea illa m.
cant, ad triumphum, ad gratulationem, ad sum- & ita v. c.
mum honorem senatus, equestris ordinis gra-
30 tiam, populi caritatem. || Sed, si ille hac tam
eximia fortuna propter vtilitatem reipubli-
cæ frui non properat, vt omnia illa confi-
ciat: quid ego senator facere debeo, quem,
etiam si ille aliud vellet, reipublicæ consulere
oporte

oporteret? Ego verò sic intelligo, patres conscri
pti, nos hoc tempore in prouinciis decernendis
perpetuæ pacis[t] habere oportere rationem.[u] nā
quis hoc tempore nō sentit, omnia alia esse no-
bis vacua ab omni periculo, atque etiam ab o-
mni suspicione belli? || Iamdiu mare videmus il- 31
lud immēsum, cuius feruore non solùm mariti-
mi cursus, sed vrbes etiam, & viæ militares iam
tenebantur, virtute Cn. Pompeij sic à populo
Romano, ab Oceano vsque ad vltimum pontū,
tanquam vnum aliquem portum, tutum, & clau-
sum teneri nationes eas, quę numero hominum,
ac multitudine ipsa poterant in prouincias no-
stras redūdare, ita ab eodem esse partim recisas,
partim repressas, vt Asia, quæ imperiū antea no-
strum terminabat, nunc * tribus nouis prouinciis
ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni
hostium genere dicere. nulla gens est, quæ non
aut ita subacta sit, vt vix exstet: aut ita domita,
vt quiescat: aut ita pacata, vt victoria nostra, im-
perióque lætetur. || Bellū Gallicum, patres con- 32
scripti, C. Cæsare imperatore, gestum est: anteà
tātūmodò repulsū. semper illas nationes nostri
imperatores refutandas potiùs bello, quàm la-
cessendas putauerūt. Ipse ille C. Marius, cuius
diuina, atque eximia virtus magnis populi Ro-
mani luctib. funeribúsq; subuenit, influēteis in
Italiā Gallorū maximas copias repressit, nō ipse
ad eorū vrbeis, sedeisque penetrauit. Modò ille
meorū laborū, periculorū, cōsiliorū socius,[x] C.
Pōtinius, fortissim[9] vir, ortū repente bellū Al-
lobrogū, atque hac scelerata coniuratione ex-
citatū, præliis fregit, eosq; domuit, qui lacessie-
rant: & ea Victoria cōtentus, republica metu li-
berata, quieuit. C. Cæsaris longè aliā video fuis-
se rationē. non enim sibi solùm cum iis, quos iā
armatos contra populum Romanum videbat,
bellandum esse duxit, sed totam Galliā in no-
stram ditionem esse redigendam. || Itaque cum 33
acer

t sic v. c. for. habere rationem oportere. nam qu. v L. nam quis hoc non sentit, &c. & ita v.c.

* Ponto, Syria, Armenia.

x I.C. Pōtinus,

acerrimis nationibus,& maximis Germanorum, & Heluetiorum, prœliis feliciſſimè decertauit: ceteras [14] contriuit,[y] compulit,domuit, imperio populi R.parere [z] aſſuefecit.&,quas regiones,quáſque genteis nullæ nobis antea literæ, nulla vox,nulla fama notos fecerat, has noſter imperator,noſtérque exercitus, & populi Romani arma peragrarunt.Semitã tantùm Galliæ tenebamus antea patres conſcripti:ceteræ partes à gentibus,aut inimicis huic imperio , aut infidis,aut incognitis,aut certè immanibus , & barbaris,& bellicoſis tenebantur,quas nationes nemo vmquam fuit,[a] qui non frangi,domarique cuperet:nemo ſapienter de republica noſtra cogitauit iam inde à principio huius imperij,quin Galliam maximè timendam huic imperio [b] putaret:ſed propter vim,ac multitudinem gentiũ illarum,numquam eſt anteà cũ omnibus dimicatum.reſtitimus ſemper laceſſiti. nunc deniq; eſt perfectum,vt imperij noſtri terrarúmque illarum idé eſſet extremum.

34 Alpibus Italiam munierat antè natura,non ſine aliquo diuino numine.nam,ſi ille aditus Gallorum immanitati, multitudinique patuiſſet: numquam hæc plebs ſummo imperio domicilium,ac ſedẽ præbuiſſet : quæ iam licet conſidant. nihil eſt enim vltra illam altitudinem montium vſque ad Oceanum,quod ſit Italiæ pertimeſcendum. Sed [c] tamen vna,aut altera æſtas vel metu, vel ſpe, vel pœna,vel præmiis,vel armis,vel legibus poteſt totam Galliam ſempiternis vinculis adſtringere impoſitæ verò res,& acerbæ ſi erunt relictæ:quamquam ſunt abſciſſæ,tamen efferrent ſe aliquando,[25] & ad renouandum bellum * reuireſcent.

35 Quare ſit in eius tutela Gallia [d] cuius virtuti,fidei,felicitati commendata eſt. * Qui ſi fortunæ muneribus ampliſſimis ornatus,ſæpius eius deæ periculum facere nollet:ſi in patriam, ſi ad deos penateis , ſi ad eam dignitatem

y L.contudit.
z al.cõſuefecit.
a L. quin frangi, & ita v.c.
b v.c. deputaret.
c L.vna atque altera æſt.& ita v.c.
* vel reuideſcent al. reuirideſcent.
d v.c.cuius fidei,virtuti,felicitati.
* L.Etenim

tem,quam in ciuitate sibi propositam videt, si ad iucundissimos liberos,si [e] ad clarissimũ generũ,redire properaret:si in Capitolium inuehi victor cum illa insigni laurea gestiret: si deniq; timeret casum aliquem, is qui illi tantũ addere iam non potest,quantum auferre:vos tamen oporteret ab eodem illa omnia,à quo profligata sunt,confici velle. Cùm verò ille suæ gloriæ iãpridem reip.nondum satisfecerit, & malit tamẽ tardiùs ad suorum laborum fructus peruenire, quàm non explere susceptum reipu.munus: nec imperatorem incensum ad remp. bene gerendã reuocare,nec totam Gallici belli rationẽ, propè iam explicatam,perturbare atque impedire debemus.|| Nã * illæ sententiæ virorum clarissi- 36
morum minimè probandæ sunt:quorũ alter vlteriorem Galliã decernit cum Syria, alter citeriorẽ. qui vlteriorẽ:omnia illa,de quibus disserui paulò antè,perturbat:simul ostendit,eam se scire legem,quam esse legem neget:&,quæ pars prouinciæ sit,[16] * cui non possit intercedi,hanc se auellere:quæ defensorem habeat,non tangere,simul & illud facit,vt quod illi à populo datum sit,id non violet:quod senatus dederit, id senator properet auferre.|| Alter belli Gallici ra 37
tionem habet:fungitur officio boni senatoris: legem,quam non putat,eam quoque seruat.prędinit enim successori diẽ, [17] f qui mihi nihil videtur minùs à dignitate, disciplináque maiorũ dissidere,quàm vt,qui consul Kalendis Ian. habere prouinciam debet,is vt eam desponsam, nõ decretã habere videatur.Fuerit toto in consulatu sine prouincia,cui fuerit,antequã designatus esset prouincia [g] decreta.sortietur,an non? nã & non sortiri absurdũ est, & quod sortitus sis,non habere. Proficiscetur paludatus? quò? quò peruenire ante certam diem non licebit.Ianuario,Februario,prouinciam non habebit.kalendis ei deique Martiis nascetur repentè prouin

e al. ad carissimum.

* CONFVTATIO.

* al. & cui possit inter cedi quæ pars prouinciæ sit,& cui nõ possit interce- di, hanc se auellere:

f L. Atqui nihil nihil vſdetur magis &c.al. Atque mihi &c.& ita v.c.

g L. decreta?

38 uincia.|| [h] Attamen his sententiis Piso in prouincia permanebit. Quæ cum grauia sunt, tum nihil grauius illo, quòd mulctari imperatorem [i] diminutione prouinciæ, contumeliosum est: neque solùm summo in viro, sed etiam [k] in mediocri homine ne accidat, prouidendū. Ego vos intelligo, P.C. multos decreuisse * honores eximios C. Cæsari, & prope singulareis, * quod ita meritus erat: gratis etiā, vt quam coniunctis simus huic ordini esset. Sapientes, ac diuini fuistis. neminem vmquam est hic ordo complexus honoribus, & beneficiis suis, qui vllam dignitatem præstabiliorem ea, quam per vos esset adeptus, putarit. nemo vmquā hic potuit esse princeps, qui maluerit esse popularis. Sed homines aut propter dignitatem suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab huius ordinis coniunctione depulsi, sæpe ex hoc portu se in illos fluctus propè necessariò contulerunt, qui si ex illa iactatione, cursúque populari, bene gesta rep. referunt adipectum in curiā, atq; huic amplissimæ dignitati [l] commendati esse volunt: non modò non repellendi sunt, verùm

39 etiam expetendi. || Monemur à fortissimo viro, atque optimo post hominum memoriam consule, vt prouideamus, ne citerior Gallia nobis inuitis alicui decernatur, post eos consules, qui nunc erunt designati, perpetuoque posthac ab iis, qui hunc ordinem oppugnent, populari, ac turbulenta ratione teneatur. Quam ego plagam etsi non contemno, P.C. præsertim monitus à sapientissimo consule, & diligentissimo custode pacis: & otij, tamen vehementius arbitror, pertimescendum, si hominum [m] præclarissimorum, ac potentissimorum aut honorem minuero, aut studiū erga hunc ordinem repudiaro. nā vt C. Iulius omnibus à senatu eximiis, [12] ac nouis [n] rebus ornatus, per manus hanc prouinciā tradat ei, cui minimè vos velitis: per quem

h L. Attamen al. Et tamen.

i L. deminutione pr.

k v.c. mediocri in homine.

** v.c. eximios honores*

** al. quod erat meritus gratis: sin etiam vt quàm coniunctissimus huic ordini esset, Sapientes ac diuini fuistis.*

l v.c. esse commendati volunt:

m L. clarissimorū, & ita v. c.

n L. honoribus orn.

ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus. ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum. postremò, quo quisque animo futurus sit, nescio: quid spe rem, video: præstare hoc senator debeo, quantũ possum, ne quis vir clarus, aut potens, huic ordini iure irasci posse videatur. 40
Atque hoc, si inimicissimus essem C. Cæsari, sentirem tamen reip. causa. Sed non alienum esse arbitror, quo minùs sæpe aut interpeller à nonnullis,[o] aut tacita æstimatione reprehendar, explicare breuiter, quæ mihi sit ratio, & causa cum Cæsare. Ac primũ illud tempus familiaritatis, & consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrũ adolescentia fuit, prætermitto. Posteaquam sum in remp. ingressus, ita dissensi ab illo, vt in disiũctione sententiæ,[19] coniuncti tamen [p] amicitia maneremus.
41 Consul ille egit [q] eas res, quarum participem me esse voluit, quibus ego si minùs assentiebar, tamen illius mihi iudicium gratum esse debebat, me ille, vt quinqueuiratum acciperem, rogauit: me in tribus sibi coniunctissimis consularibus esse voluit: mihi legationem, quã vellem, quanto cum honore vellem, detulit, quę ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui: quàm sapiẽter, non disputo: multis enim non probabo: constãter quidẽ, & fortiter certè. qui cùm me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire, & populareis impetus populari præsidio [r] possem propulsare, quamuis excipere fortunam,[s] subire vim, atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mentibus diffidere, aut de meo statu declinare. Sed nõ is solùm gratus debet esse, qui accepit beneficia, verũ etiam is, cui potestas accipiendi fuit. Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, & conuenire iis rebus, quas gesseram, non putabam.

Illum

o L. aut tacita existimatione repr.

p for. in amicitia mã. al. amicitiã amaremus.

q v.c. illas res, quarum me partici. & ita L.

r v.c. propulsare possem, & ita L.

s sic v.c. for. quamuis subire v.

Illum quidem amico animo me habere eodem loco,[20] quo principem ciuem, suum generũ, sen
42 tiebam.‖Traduxit ad plebem inimicum meum: siue iratus mihi, quod me secum ne beneficiis quidem videbat posse‖coniungi, siue exoratus. [t] Ne hoc quidem fuit iniuria. nam postea me, vt sibi essem legatus, non solùm suasit, verùm etiã rogauit. Ne id quidem accepi:[u] non quo alienum mea dignitate arbitrarer, sed quòd tantũ reip. sceleris impendere à consulibus proximis non suspicabar. Ergo adhuc mihi magis est verendum, ne mea superbia in illius liberalitate, quàm ne illius iniuria in nostra amicitia repre-
43 bendatur.‖Ecce illa tempestas [x] caligo bonorũ. & subita atque improuisa formido tenebræ rei publicę ruina, atque incendium ciuitatis. terror iniectus Cæsari de eius actis, metus cædis bonis omnibus: consulum scelus, cupiditas, egestas, audacia. Si nõ sum adiutus: non debuit. si desertus: sibi fortasse prouidit. si etiam oppugnatus, vt quidam aut putant, aut volunt: violata amicitia est, accepi iniuriam, inimicus esse debui. nõ nego. sed, si idem ille tum me saluum esse voluit, cùm vos me, vt carissimum filium desiderabatis: &, si vos iidem pertinere ad causam illã putabatis, voluntatem C. Cęsaris à salute mea non abhorrere: & si illius voluntatis generum eius habeo testem, qui idẽ Italiã, in municipiis populum R. in contione, vos mei semper cupidissimos, in Capitolio, ad meam salutem incitauit: si denique Cn. Pompeius idẽ mihi testis de volũtate Cæsaris, & sponsor est illi de mea: nónne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, mediũ illud tristissimũ tẽpus debere, si ex rerum natura,[z] non possem ę-
44 uellere, ex animo quidẽ certè excidere?‖Ego verò, si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem atque inimicitias meas reipublicæ cõcessisse, quod magni cuiusdam hominis, & per-

t L. Ne hac quidem f. & ita v. c.

v L. non q alien.

x al. illa caligo bonor.

y v. c. non debui, & ita L.

z al. non possim L. & v. c. non possum.

 sapien-

sapientis videtur: vtar hoc, quod non tã ad laudem adipiscendam, quàm ad vitandam vituperationem valet, hominem esse gratum, & nõ modò tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum beneuolentia commoueri. A viris fortissimis, & de me optimè meritis quibusdam peto, vt, si ego illos meorum laborum, & incommodorum participes esse nolui, ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse: præsertim cũ mihi iidem illi concesserint, vt etiam acta illa Cæsaris, quæ neque oppugnaui anteà, neq; defendi, meo iam iure possim defendere. Nã sum- 45
mi ciuitatis viri, quorum ego consilio rempub. conseruaui, & quorum auctoritatẽ illam [a] cõiurationem Catilinæ defugi, Iulias leges, & ceteras illo consule, rogatas, iure latas negant. Iidem illam proscriptionem capitis mei, contra salutem reipu. sed saluis auspiciis rogatam esse dicebant. Itaque vir summa auctoritate, summa eloquentia, dixit grauiter, casum illum meum, funus esse reip. sed funus iustum & indictum. [b] Et mihi ipsi omnino perhonorificum discessum meum, funus dici reipub. Reliqua non reprehendo: sed mihi ad id, quod sentio, assumo. nam, si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cœlo seruarat: oblitíne erant, tum, cùm ille, qui id egerat, plebeius est lege curiata factus, dici de cœlo esse seruatum? qui si plebeius omnino esse non potuit, quî tribunus pleb. potuit esse? & cuius tribunatus si ratus est, 21 nihil est, [c] quod irritum ex actis Cæsaris possit esse: eius non solùm tribunatus, sed etiam perniciosissimæ [d] res, auspiciorum religione conseruata, iure latæ videbuntur? Quare aut vobis statuendum est, 46
legem Aeliam manere, [e] legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere: cùm lex feratur, de cœlo seruari, obnun-

a L. illam coniunctionem Cæsaris def.

b L. Est mihi ipsi.

c L. quod non irritũ ex act. & ita v. c.

d for. leges.


e L legem Fusiam.

nuntiari, intercedi licere:[22] censoriũ iudiciũ, ac notionẽ, f & illũ morem seuerissimum magistratuum, non esse nefariis legibus de ciuitate sublatũ: si patricius tribunus pl. fuerit contra leges sacratas: si plebeius contra auspicia fuisse, aut mihi concedant [g] homines oportet, aut in rebus bonis non exquirere iura ea, quæ ipsi in perditis non exquirunt: præsertim cùm ab illis aliquoties conditio C. Cæsari lata sit, vt easdem res alio modo ferret, qua conditione auspicia requirebant, leges cõprobabant: in Clodio auspiciorum ratio sit eadem, leges omnes sint e-
47 uersæ ac perditæ ciuitatis. ‖ Extremum * illud est. ego, si essent inimicitiæ mihi cũ C. Cæsare, tamen hoc tempore reip. consulere, inimicitias in aliud tempus reseruare deberem. possem etiã summorũ virorũ exemplo inimicitias reip. causa deponere: sed cùm inimicitiæ fuerint nunquã opinio iniuriæ beneficio sit exstincta: sententia mea, P.C. si dignitas agitur C. Cæsaris, homini tribuã: si honos quidam, senatus concordiæ cõsulam: si auctoritas decretorum vestrorum, constantiã ordinis in eodem ornando imperatore seruabo: si perpetua ratio Gallici belli, reip. prouidebo: si aliquod meum priuatum officium, me non ingratum præstabo. Atque hoc velim probare omnibus, patres conscripti, sed leuissimè feram, si fortè aut iis minus probaro, qui meum inimicum repugnante vestra auctoritate, texe-
38 runt: aut iis, si qui meum cum inimico suo reditum in gratiã vituperabunt, cùm ipsi, & cum meo, & cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

f L. & illud morum seuerissimum magisteriũ, non esse.

g L. homines oportet in rebus bonis, &c.

* PERORATIO.




PRO L. CORNELIO * BALBO.

* Hic Gadibus in Hispania natus bello Sertoriano imp. Romanis probatus primus externorum factus est Consul 7. Plin 43. de Garamantis triumphauit. 5. Pl. 5. de eius theatro vide eundem 36. c. 7.

ORATIO TRICESIMASEXTA.

L. Gellius, Cn. Cornelius cos. legem ex sententia senatus tulerunt, vt ciues Romani essent ij, quos Cn. Pompeius Imperator, magnis in Hispania rebus gestis, de consilij sententia sigillatim ciuitate donasset, ex ea lege Pompeius L. Corneliū Balbum ciuitatis iure donauit: id accusator irritum esse dicebat, quoniam ex fœderato populo, nemo posset, nisi is populus fundus factus esset in ciuitatem Rom. venire. Gaditanum populum cùm Balbus ciuitate donaretur fundum factum non fuisse: ergo donationem illam ratam esse nō debere. QVAESTIO *ergo, an Balbus ciuitate donatus sit.* PATRONVS *Balbi, Cicero. Accusator non nominatur. M. Crassus & Cn. Pompeius hanc causam ante Ciceronem defenderunt.*

* EXORDIVM
a vox viris abest à cod. man.



1 SI* auctoritates patronorū in iudiciis valerent ab amplissimis a viris L. Cornelij causa defensa est: si vsus à peritissimis: si ingenia ab eloquentissimis: si studia, ab amicissimis, & cùm beneficiis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate coniunctis. Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantā vos in me esse voluistis, vsus mediocris ingenij minimè voluntati paris. nā ceteris, à quibus est defensus, hunc debere plurimū video. ego, quantū ei debeā, alio loco ostendā. 2 Principio orationis b hoc oppono, me omnibus, qui amici fuerint c saluti meæ, & dignitati, si minùs referenda gratia satisfacere potuerim, at prædicanda, & habenda certè satis esse facturum. Quæ fuerit hesterno die Cn. Pompeij grauitas, in

b L. hoc pono.
c L. saluti & dignitati meæ.

in dicendo,iudices,quæ * facultas , quæ copia,
non opinione tacita veſtrorum animorum : ſed
perſpicua admiratione declarari videbatur. ni-
hil enim vmquam audiui,quo mihi de iure ſub-
tiliùs dici videretur [1] [d] nihil de memoria , de
more,de exemplis acutiùs,nihil peritiùs de fœ-
deribus,nihil illuſtriore auctoritate de bellis,
nihil de rep.grauiùs,nihil de ipſo modeſtiùs,ni
3 hil de cauſa & crimine ornatiùs.‖vt mihi iã ve-
rum videatur illud eſſe,quod nonnulli [e] litera-
ti,ac ſtudiis,doctriniſque dediti,quaſi quiddam
incredibile dicere putabantur,eum, qui omneis
animo virtutes penitus comprehendiſſet,[2] om-
nia,*quæ facere vellet,facillimè tractare. Qui
enim in L.Craſſo potuit homine nato ad dicẽdi
ſingularẽ quandã facultatẽ,ſi hãc cauſã ageret,
maior eſſe vbertas,varietas,copia, quàm fuit,in
eo,qui tantum potuit impertire huic ſtudio tẽ-
poris,quantũ ipſe à pueritia vſque ad hanc æ-
tatem à continuis bellis , & victoriis conquie-
4 uit?‖Quo mihi difficilior eſt hic extremus per-
orandi locus.etenim ei ſuccedo orationi , quæ
non prætervecta ſit aureis veſtras,ſed in animis
omniũ penitus inſederit: vt plus voluptatis ex
recordatione illius orationis,quàm non modò
ex mea,ſed ex cuiuſquam oratione capere poſ-
ſitis.Sed mos eſt gerendus non modò Cornelio,
cuius ego voluntati in eius periculis nullo mo
do deeſſe poſſum:ſed etiã Cn.Põpeio,qui ſui fa
cti, ſui iudicij,ſui beneficij v. luit me eſſe,vt a-
pud eoſdẽ vos iudices,nuper in alia cauſa fue-
5 rim,[3] & prædicatorẽ,[f] & auctorẽ.‖Ac mihi* qui
dẽ hoc dignũ reo videtur,hoc deberi huius ex-
cellentis viri præſtãtiſſimæ gloriæ,hoc propriũ
eſſe veſtri officij,hoc ſatis eſſe cauſæ,vt quod fe
ciſſe Cn.Põpeiũ conſtet,[g] id omnes & licuiſſe
concedant Nã verius nihil eſt,quàm quod he
ſterno die dixit ipſe ita L. Corneliũ de fortunis
omnibus dimicare,vt nullius in delicti crimen

 vocare

* vbertas.

d L.nihil de more maiorũ de exẽpl. Vrſ.nihil maiori memoria, de exemplis acutius.

e L. & V. c. literis ac ſtudiis doctrinæ ded.

* al. quæ vellet.

f L.& actorem & ita V.c.

* PROPOSITIO & NARRATIO.

g ſic V c. L. id omnes ei licuiſſe cõc.

vocaretur. Non enim furatus esse ciuitatem, non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censũ dicitur: vnũ obiicitur, natum esse Gadibus: quod negat nemo. ceterũ accusator fatetur, hunc in

h al. cũ M. Memmio.

Hispania, durissimo bello, cum Q. Metello, h cũ C. Mẽmio, & in classe, & in exercitu fuisse, & , vt Põpeius in Hispaniã venerit, Mẽmiũmque habere quæstorem cœperit, numquã à Mẽmio discessisse: Karthaginem esse profectum: acerrimis il-

* vide Plut. in Sertorio.

lis prœliis, & maximis, *Sucronẽsi, & Duriẽsi interfuisse: cũ Põpeio ad extremũ belli tẽpus fuisse. || Hæc sunt prœlia Cornelij: talis in remp. no- 6
stram labor, assiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore, spes pro periculis præmio-

i v.c. illa.
k v.c. Donatus est ergo ob eas c.

rum præmia quidem i ipsa non sunt in eius facto, qui adeptus est, sed in eius, qui dedit. k Donatus igitur est ob eas causas à Cn. Põpeio ciuitate. id accusator non negat, sed reprehẽdit: vt in Cornelio causa ipsius probetur, pœna quæratur: in Põpeio causa lędatur, pœna sit nulla. Sic famam, sic innocentissimi hominis fortunas, præstantissimi imperatoris factũ condemnari volunt. Ergo in iudicium, caput Cornelij: factũ Pompeij vocatur. hunc enim in ea ciuitate, in qua sit natus, honestissimo loco natũ esse concedis, & ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus, in nostris bellis, nostris cum imperatoribus ęsse versatũ: nullius laboris, nullius obsessionis, 4 nulli

* CONFIRMATIO, qua probat Balbum iure à Põpeio ciuitate donatum,
* al. vocãda

prœlij expertẽ fuisse, hęc sunt omnia cùm plena laudis, tũ propria Cornelij: nec in his rebus crimen est vllũ. || Vbi * igitur est crimẽ? quòd eum 7
Pompeius ciuitate donauit. Huiuscéne crimen? minimè: 5 nisi honos, ignominia * putanda est. Cuius igitur? Reuera nullius: actione accusatoris, eius vnius, qui donauit. Qui si adductus gra-

l for. sed nõ ita bene meritum.

tia, minùs idoneũ hominẽ præmio affecisset: qui etiam si virum bonum, l sed non ita meritum: si denique aliquid quod non contrà, ac liceret,

fa-

factum diceretur, sed contrà, atque oporteret: tamen esset omnis eiusmodi [m] mali reprehen
8 sio à vobis, iudices, repudianda. ‖ Nunc verò quid dicitur? [n] quid accusator fecisse Pompeiū? quod ei facere non licuerit? quod grauius est, quàm, si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si licet: quidquid verò non licet, certè non oportet. Hîc ego nunc [o] cuncter sic agere, iudices, non esse fas dubitari, quin, quod Cn. Pompeium fecisse constet, [p] id non solùm
9 decuisse, sed etiam debuisse fateamur? ‖ Quid enim abest huic homini? quòd si adesset, [q] iure hoc tribui, & concedi putaremus? vsúsne rerum? qui [6] pueritiæ tempus extremum, principium habuit bellorum, atque imperiorum maximorum? cuius plerique æquales minùs sæpe castra viderunt, quàm hic triumphauit? qui tot habet triumphos, quot oræ sunt, partésque terrarum? tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura [r] genera bellorum? an ingenium? cùm etiam [s] ipsi casus, euentúsque rerum, non duces, sed comites eius consiliorum fuerint? in quo vno ita summa fortuna cum summa virtute certauit, vt omnium iudicio, [t] plus homini, quàm decet, tribueretur? an pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia vmquam requisita est? quem prouinciæ nostræ, quē liberi populi, quem reges, quem exteræ gentes, castiorem, moderatiorem, sanctiorem, non modò viderunt, sed aut sperando vmquam, aut
10 optando [v] cogitauerunt? ‖ Quid dicam de auctoritate? quæ tanta est, quanta in his tantis virtutibus, ac laudibus esse debet. Cui S.P.Q.R. amplissimæ dignitatis [x] præmia dedit, non postulanti imperia, verùm etiam recusanti: huius de facto, iudices, ita quæri, vt id agatur, licuerítne ei facere, quod fecit, an verò, non dicam, non licuerit, sed nefas fuerit (contra

fœdus

m vox, mali, abest à cod. ver.

n L. quid ait accusator? fecisse Pompeiū, quod ei facere nō licuerit? quod gr.

o sic v.c. L. coner.

p L. id non solū licuisse, sed etiā debuisse fateamur?

q L. iure ei hoc trib.

r v.c. bellorū genera? an

s v.c. ipse casus,

t L. plus homini, quā possit, minus quàm decet, trib.

v sic v. c. fort. cogitarunt?

x L. præmia dedit non postulanti, imperia verò etiam recusanti:

fœdus enim, id eſt, contra populi Ro. religionẽ, & fidem feciſſe dicitur) [y] non turpe populo Ro. nónne vobis? || Audiui hoc de paréte meo puer: 11
cùm Q. Metellus. L. F. cauſam de pecuniis repetũdis diceret [z] ille, ille vir, cui patriæ ſalus dulcior, quàm conſpectus fuit, qui * de ciuitate decedere, quàm de ſentẽtia maluit: hoc igitur cauſam dicente, cùm ipſius tabulæ circumferrentur inſpiciendi nominis cauſa, fuiſſe iudicem ex illis equitibus Rom. grauiſſimis viris, neminem, qui * remoueret oculos, & ſe totum auerteret, ne fortè, quod ille in tabulas publicas retuliſſet, dubitaſſe quiſquam, verúmne, an falſum eſſet, videretur. nos Cn. Pompeij decretum, iudicium de conſilij ſententia pronuntiatum recognoſcemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, [a] quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus? || Athenis aiunt, cùm quidam apud 12
eos, qui ſanctè, grauitérque vixiſſet, & teſtimonium publicè dixiſſet, & (vt mos Græcorum eſt) iurandi cauſa ad aras accederet, vna voce omneis iudices, ne is iuraret, reclamaſſe. Cùm Græci homines, ſpectati viri, noluerint, religione videri potiùs, quàm veritate, fidem eſſe conſtrictam: nos etiam in ipſa religione & legum, & fœderum conſeruanda, qualis fuerit Cn. Pompeius, dubitabimus? || Vtrùm enim inſcientẽ vul- 13
tis contra fœdera feciſſe, an ſcientem? ſi ſcientem: ô nomen noſtri imperij, ô populi R. excellens dignitas, ô Cn. Pompeij ſic latè, longéque diffuſa laus, vt eius gloriæ domicilium cõmunis imperij finib⁹ terminetur! ô nationes, vrbes, populi, reges, tetrarchæ, tyranni, teſtes Cn. Põpeij nõ ſolùm virtutis in bello, ſed etiam religionis in pace: vos denique mutæ regiones imploro, & ſola terrarum vltimarum: vos maria, portus, inſulæ, [b] litoráque. Quæ eſt enim ora, quæ ſedes, qui locus, in quo non exſtent huius cùm fortitudinis, tum verò humanitatis, tum animi, tum conſi

[y] ſic v.c. al. nónne turpe

[z] ſic v.c.

* vide pro Sextio, in Piſoné, & Plutarc. in Mario.

* Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumẽta ſincerè ad miniſtratæ prouinciæ legenda ſibi iudices crediderunt, indignum rati dignitate tanti viri exigua cera, & paucis nota, perpendi.

[a] L. quorum acerrima dilig. eſt, perpendemus?

[b] fort. litora. Quæ

consilij impressa vestigia? Hunc quisquam incredibili quadam, atque inaudita grauitate, virtute, constantia præditum, fœdera scientem ne-
14 glexisse, violasse, rupisse dicere audebit? ‖ Gratificatur mihi gestu accusator, insciẽtem Cn. Pōpeium fecisse significat.[8] [c] Quasi verò leuius sit, cùm in tanta rep. versere, & maximis negotiis præsis, facere aliquid, quoad scias non licere: [d] an omnino nescire quid liceat.[e] Etenim cùm in Hispania bellū acerrimum, & maximū gesserat, quo iure Gaditana ciuitas esset, nesciebat? an cuius linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? Id igitur quisquā Cn. Pompeium ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo vsu, nullo studio militari præditi, [f] quod librarioli denique scire
15 profiteantur? ‖ [g] Equidẽ cōtra existimo, iudices, cùm in omni genere, ac varietate artium, etiam illarum, quæ sine summo otio non facilè discūtur, Cn. Pompeius excellat, [h] singularẽ quandam laudem eius, & præstabilem esse scientiā in fœderibus, pactionibus, conditionibus, populorū, regū, exterarū nationū: in vniuerso deniq; belli iure, ac pacis. nisi fortè, quæ nos libri docent in vmbra, & otio, ea Cn. Pompeiū, neque cùm requiesceret, literæ: neque, cùm rẽ gereret, res ipsę docere potuerūt.[9] [i] Atq; vt ego sentio, iudices, causa dicta est tẽporis magis, ego nō hui9, inquā, genere iudicij plura dicam. [10] [k] Est enim huius sæculi labes quædā, & macula, virtuti inuidere,
16 velle ipsum florem dignitatis infringere ‖ Etenim, si Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset, is vir, à quo senatus adolescentulo, atque equite Romano sæpe communis salutis auxilium expetisset: cuius res gestæ omneis gẽteis,

c al. Quasi verò nō leuius sit, cū in tanta rep. vers. & max. neg. pr. facere aliq. quod scias non licere, quā omn. nesc. q. lic. L. sic Qua si verò leuius sit, cùm in tanta rep. ver. & max. neg. pr. omnino nescire quid liceat, quàm facere aliquid quod scias nō licere. Etenim verùm &c.

d al. quàm omnino

e L. Etenim verùm. qui in Hisp. & ita v. c.

f L. quòd librarioli, denique se scire prof.

g v. c. Siquidem

h L. tum singularem q.

i L. Atque, vt ego sentio, iudices, causa dicta est temporis magis vnio, quàm vllius Cornelij crimine: de quo plura non dicam, ego de huius, inquam, genere iudicij plura non dicam. Est enim hæc huius sæculi lab.

k v. c. Est enim hæc sæculi quædam macula, atque labes, vitt. al. Est enim hæc huius sæculi quædam macula atque labes.

teis, cum clarissima victoria, terra, marique peragrassent: cuius tres triumphi testes essent, totũ orbem terrarum nostro imperio teneri: quem populus Rom. singularibus honoribus decorasset: si nunc apud vos, id, quod is fecisset, contra fœdus factũ diceretur. quis audiret? nemo profectò. mors enim cùm exstinxisset inuidiam, res eius gestæ sempiterni nominis gloria niterētur. Cuius igitur audita virtus dubitationi locũ non daret:[11] huius præsens, experta, atque perspecta, obtrectatorum voce lædetur? || Omittam igitur 17
Pompeium iam oratione mea reliqua: sed vos, iudices animis, ac memoria tenetote de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua consuetudine ciuitatis nostræ, renouabo ea, quæ dicta sunt. nihil enim mihi noui, nihil integri, neq; M. Crassus, qui totam causam & pro facultate, & pro fide sua diligentissimè vobis explicauit, neque Cn. Pompeius, cuius oratio omnibus ornamentis abundauit, ad dicendum reliquit. Sed, quoniam, me recusante, placuit ambobus adhiberi hunc à me quasi perpoliendi quendam operis [12]
l L. v. c. officii pot. extremum laborem: peto à vobis, vt me [l] officio potiùs, quàm dicendi studio hanc suscepisse operam, ac munus putetis. || Ac prius, quàm ag- 18
grediar ius, causámque Cornelij, quiddam de communi conditione omnium nostrûm deprecandæ [m] maleuolentiæ causa, breuiter commemorandum videtur. Si, quo quisque loco nostrûm est, iudices, natus, aut, si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitæ statũ vsque ad senectutem obtinere debet, &, si omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustrauit labor & industria, pœna sunt afficiendi: non grauior L. Cornelio, quàm multis viris bonis, atque fortibus, constitui lex vitæ, & conditio videtur. Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere, & fortunæ gradu non modò amicitias, & rei familiaris copias

m v. c. mali uolẽtiæ c.

pias cõſecuta eſt, ſed ſummam laudem, honores, gloriam, dignitatem: non intelligo, cur potiùs inuidia [n] violatura virtutem L. Cornelij, quàm æquitas veſtra pudorem eius adiutura videatur.
19 ‖Itaque, quod maximè petendum eſt, à vobis idcirco non peto, iudices, ne de veſtra ſapientia, atque de veſtra humanitate dubitare videar. Eſt autem petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici ſitis induſtriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniẽdam putetis. Illud peto, vt, ſi cauſam ipſam per ſe [o] firmam eſſe, & ſtabilẽ videritis, hominis ipſius ornamenta adiumento cauſæ potiùs, quàm impedimento eſſe malitis. * Naſcitur, iudices, cauſa Cornelij ex ea lege, quã L. Gellius, Cn. Cornelius ex ſenatus ſententia tulerunt. qua lege [p] videmus, ſatis eſſe [q] ſanctum, vti ciues R. ſint ij, quos Cn. Pompeius de conſilij ſententia [r] ſigillatim ciuitate donauerit. [s] Donatum eſſe L. Cornelium præſens Pompeius dicit: indicant [t] publicæ tabulæ: accuſator fatetur. *ſed negat ex fœderato populo quemquam potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet in
20 hanc ciuitatem venire.‖O præclarum interpretẽ iuris, auctorem antiquitatis: correctorem, atque emendatorem noſtræ ciuitatis, qui hanc pœnam fœderibus adſcribat, vt omnium præmiorum, beneficiorúmque, noſtrorum experteis faciat fœderatos. Quid enim potuit dici imperitiùs, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis eſt proprium fœderatorũ, quàm omnium liberorum. Sed totum hoc iudices, in ea fuit poſitum ſemper ratione, atque ſẽtentia, vt, cùm iuſſiſſet P. R. aliquid: ſi id aſciuiſſent ſocij populi ac Latini, &, * ſi ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tãquã in fundo, reſediſſet: vt tum lege eadem is populus teneretur: non vt de noſtro iure aliquid [v] minueretur: ſed vt illi populi aut iure eo, quod à nobis eſſe conſtitutum, aut aliquo commodo, aut

n v.c. violatur à virtute L. Cor. &c. mendosè.

o ſic v c.

* CIVIS eſt Cornelius lege.

p v.c. videamus,

q v.c. ſancti, al. videamus ſãxiſſe ſenatum.

r L. ſingillatim

s ſic v.c.

t al. tabulæ publicæ.

* Ciuitate an donari potuerint fœderati populi qui populi, fundi facti non fuiſſent.

* Populi fundi qui dicti.

v L. demineretur:

x aut beneficio veterentur. ‖Tulit apud maiores 21
nostros legẽ *C. Furius de testamentis: tulit Q.
Voconius de mulierũ hereditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latę, quas Latini voluerunt, asciuerunt. ipsa deniq; Iulia, qua lege ciuitas est sociis, & Latinis data, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem nõ haberent. In quo magna contentio Heracliensiũ, & Neapolitanorũ fuit, cùm magna pars in iis ciuitatibus[13] iuris sui libertatem ciuitati anteferret. Postremò hæc vis est istius & iuris, & verbi, vt fũdi populi, beneficio nostro, non suo iure fiãt. ‖Cùm 22
aliquid populus Ro. iussit, id si est eiusmodi, vt quibusdam populis, siue fœderatis, siue liberis permittendum esse videatur, vt statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus, quo iure vti velint: tũ, vtrùm fundi facti sint, an nõ, quærendum esse videatur. de nostra verò rep. de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt. Atqui, si imperatoribus nostris, si senatui, si popnlo R. non licebit propositis pręmiis elicere ex ciuitatibus sociorum, atque amicorũ, fortissimũ, atque optimũ quemque, ad subeunda pro salute nostra pericula: summa vtilitate ac maximo sæpe præsidio in periculis, atque asperis temporibus y carendum erit.
‖Sed, per deos immortaleis, quę est ista societas, 23
quæ amicitia, quod fœdus, vt aut nostra ciuitas careat in suis periculis Massiliensi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino, aut, si quis ex illis populis sit exortus, qui nostros duces z auxilio laboris, commeatus; periculo suo iuuerit, qui cum hoste nostro cõminus in acie sæpe pugnarit, qui se sæpe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti abiecerit: nulla conditione huius ciuitatis pręmiis affici possit?
‖Etenim in populum R. graue est, non posse vti 24
sociis excellenti virtute præditis, qui velint cũ periculis nostris sua communicare: in socios verò ipsos, & in eos, de quibus agimus, fœderatos,

x sic v.c. al. ac beneficio

* de lege Furia vide Theophil. inst. de regul. iuris.

y L. carendum nobis erit, & ita v.c.

z L. auxilio, labore, commeatu periculo suo iuu.

iniurioſum,& contumelioſum eſt, his præmiis, & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos, & coniunctiſſimos ſocios,quę pateant ſtipēdiariis, pateant hoſtibus,pateant ſæpè ſeruis. Nam & ſtipendiarios ex Africa,Sicilia,Sardinia,ceteris prouinciis multos ciuitate donatos videmus: &,qui hoſtes ad noſtros imperatores perfugiſſent,& magno vſui reipublicæ noſtræ fuiſſent, ſcimus ciuitate eſſe donatos:ſeruos denique, [a] quorum ius, & fortunæ conditio infima eſt, bene de republica meritos, perſæpe libertate, id

25 eſt,ciuitate publicè donari * videbamus.|| Hanc tu igitur, patrone fœderum, ac fœderatorum, conditionem ſtatuis, Gaditanis,tuis ciuibus,vt, quod iis, quos [b] Gaditanis adiutoribus, armis ſubegimus,atque in cōditionem noſtram redegimus,liceat,ſi populus Ro.permiſerit,vt ab ſenatu,ab imperatoribus noſtris, ciuitate donentur:id ne liceat ipſis?qui ſi ſuis decretis,legibúſ ve ſanxiſſent,ne quis ſuorum ciuium, caſtra imperatorum populi Ro.iniret:ne quis ſe pro noſtro imperio in periculum capitis, atque in vitæ diſcrimen[c] inferret:Gaditanorum auxiliis,cùm vellemus,vti nobis non liceret.[d]priuatim verò, ne quis vir & animo & virtute præcellens, pro noſtro imperio periculo ſuo dimicaret:grauiter id iure ferremus,minui auxilia populi Ro.debilitari animos fortiſſimorum virorum, alienigenarū nos hominū ſtudiis,atque externa virtute priuari.||

26 Atqui nihil intereſt,judices,vtrùm hæc fœderati iura conſtituant,vt,necui liceat ex his ciuitatibus ad noſtrorum bellorum pericula accedere:an,quæ nos eorū ciuibus,virtutis cauſa, tribuerimus,ea rata eſſe nō poſſint.[e] nihil enim magis vteremur his adiutoribus, ſublatis præmiis virtutis,quàm,ſi omnino his verſari in noſtris bellis non liceret.Etenim,cū pro ſua patria pauci poſt genus hominū natum, reperti ſint,[14] qui,[f] nullis præmiis propoſitis,vitā ſuam hoſtiū

a v.c.quorū iu., fortuna, condicio inf.

* al. indicamus.

b L. Gaditanis tuis, adiut.

c L. offerret:

d L.priuatim verò ſi, ne quis vir &c.

e L. nihilo enim ma.

f L. multi p.

telis obiecerint: pro aliena republica quemquã fore putatis, qui se opponat periculis, nõ modò nullo proposito præmio, sed etiam interdicto?
27 Sed, cũ est illud imperitissimè dictum de populis fundis, quod commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorum: ex quo intelligi necesse est, aut neminem ex sociis ciuem fieri posse, aut etiam posse ex fœderatis: tũ verò ius omne noster iste magister mutandæ ciuitatis ignorat: quod est, iudices, non solùm in legibus publicis positum, sed etiam in priuatorum volũtate. Iure enim nostro neque mutare ciuitatem quisquã inuitus potest, neque, si velit, * mutare nõ potest, modò asciscatur ab ea ciuitate, [g] cuius esse se ciuitatis velit: vt, si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Ro. vt sit is ciuis Gaditanus, magna potestas sit nostro ciui mutãdæ ciuitatis, nec fœdere impediatur, quo minùs ex ciue Romano ciuis Gaditanus possit esse.
28 Duarum ciuitatũ ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest: non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alij ciuitati dicarit, potest. Neque solùm dicatione, quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, C. Lænati, Q. Philippo, Nuceriæ, C. Catoni [h] Tarracone, Q. Cœpioni, Rutilio, Smyrnæ, vidimus accidisse, vt earum ciuitatum fierent ciues, hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solũ ciuitatis mutatione vertissẽt: sed etiã postliminio potest ciuitatis fieri mutatio, neq; enim sine causa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quẽ apud maiores legati nostri in Græciã proficiscentes interpretẽ secum habere voluerunt, ad populum latum, vt is Publicius, si domũ [i] reuenisset, & inde Romam rediisset, ne minus ciuis esset. Multi etiam superiore memoria ciues Romani suà voluntate indemnati, & incolumes, his rebus relictis, alias se in ciuitates contulerunt.
29 Quòd si ciui Rom. licet esse Gadinatum, [k] siue exsilio, siue postliminio, siue reiectione huius

* Ant. August. non mutare nõ potest,
g L. cuius esse se ciuẽ ciuitatis velit:
h L. Terracone, &c. & ita v.c.
i al. reuertisset,
k L. siue exsulis,

ius ciuitatis: vt iam fœdus veniã, quod ad cau-
ſam nihil pertinet (de ciuitatis enim iure, nõ de
fœderibus diſceptamus) quid eſt, quamobrẽ ciui
Gaditano in hanc ciuitatem venire non liceat?
Equidem longè ſecus ſentio. nam cùm ex om-
nibus ciuitatibus via ſit in noſtram, cumq; no-
ſtris ciuibus pateat iter ad ceteras ciuitates: tum
verò, vt quæque nobiſcum maximè ſocietate, a-
micitia, ſponſione, pactione, fœdere [l] coniuncta
eſt, ita mihi maximè communionem beneficio-
rum, præmiorum, ciuitatis, [m] continere videtur.
Atqui ceteræ ciuitates non dubitarent noſtros
omneis recipere in ſuas ciuitates, ſi idẽ nos iu-
ris haberemus, quod ceteri. ſed nos nõ poſſum⁹
& huius eſſe ciuitatis, & cuiuſuis præterea: cete-
30 ris conceſſum eſt.|Itaque in Græcis ciuitatibus
videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, ce-
teros vndique adſcribi, multarũque eſſe eoſdem
homines ciuitatũ. Quo errore ductos vidi egó-
met nonnullos imperitos homines noſtros ci-
ueis, Athenis in numero iudicũ, atque Areopa-
gitarũ, certa tribu, certo numero, cùm ignora-
rent, ſi illam ciuitatem eſſent adepti, hãc ſe per-
didiſſe, niſi poſtliminio [m] recuperaſſent. Peritus
verò noſtri iuris, ac moris nemo vmquã qui hãc
ciuitatẽ retinere vellet, in aliam ciuitatẽ ſe di-
cauit. Sed hic totus loc⁹ diſputationis, atq; ora-
tionis meæ, iudices, pertinet ad cõmune ius mu-
tandarum ciuitatum: nihil habet, quod ſit pro-
prium religionis, ac fœderũ. Defendo enim rem
vniuerſam, nullam eſſe gentem ex omni regione
terrarum, neque tã diſſidentẽ à populo Ro. odio
quodam, [n] atque diſſidio, neque tam fide, bene-
uolentiáque coniunctam, ex qua nobis interdi-
ctũ ſit, [o] vt neque aſciſcere ciuẽ, aut ciuitate do-
31 nare poſſimus.|O iura præclara, atque diuinitùs
iam inde à principio Romani nominis à maio-
ribus noſtris comparata, ne quis noſtrûm plus
quã vni⁹ ciuitatis eſſe poſſit. diſſimilitudo enim

l v.c. eſt cõiuncta,
m fort. videtur continere.
m al. recuperaſſent.
n v. c. atq; diſcidio, & ita I.
o v.c. vt ne aſciſc al. vt nequem

ciuitatum,varietatẽ iuris habeat necesse est)ne quis inuitus ciuitate mutetur: néve in ciuitate maneat inuitus. Hæc sunt enim fundaméta firmissima nostræ libertatis, sui quemque iuris & retinendi,& dimittendi esse dominũ. Illud verò sine vlla dubitatione maximè nostrũ fundauit imperium,& populi Romani nomen auxit,quòd princeps ille,creator huius vrbis,Romulus fœdere Sabino docuit,etiam hostibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere. Cuius auctoritate & exemplo numquã est intermissa à maioribus nostris largitio,& cõmunicatio ciuitatis. Itaque & ex Latio multi,& Tusculani,& Lanuuini,& ex ceteris generibus gentes vniuersæ in ciuitatẽ sunt receptæ,vt Sabinorum, Volscorũ, Hernicorũ: quibus ex ciuitatibus nec coacti essent ciuitatẽ mutare,si qui noluissent: nec,si qui essent ciuitatem nostram beneficio populi Ro. consecuti,violatum fœdus eorum videretur. ‖ At 32
enim quædam fœdera exstant,vt Germanorum, Insubrium,Heluetiorum,Iapidum,nonnullorum item ex Gallia Barbarorũ,[p] quorum in fœderibus exceptũ est,ne quis eorum à nobis ciuis recipiatur. Quòd si exceptio facit,ne liceat: ibi necesse est licere,vbi non est exceptũ. Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano,ne quẽ populus Rom Gaditanum [q] recipiat ciuitate? nusquã, ac sicubi esset:[r] lex id Gellia,& Cornelia,quę definitè potestatẽ Pompeio ciuitatem donandi dederat,sustulisset. Exceptũ est,inquit,fœd⁹ siquidem sacrosanctum est. Ignosco tibi,si neq: Pœnorum iura calles (reliqueras enim ciuitatẽ tuã) neq; nostras potuisti leges inspicere: ipse enim te à cognitione *sua iudicio publico repulerũt.
‖ Quid fuit in rogatione ea quæ de Pompeio à 33
Gellio,& à Lentulo,Coss. lata est,* in qua aliquid sacrosanctum videretur? Primùm enim sacrosanctum esse nihil potest,nisi,quod populus, plebsve sanxisset: deinde sanctiones sacrãdæ sũt

auc

p I. quorũ fœderibus

q I. recipiat in ciuitatem?

r I. lex videlicet Gellia,& Cor.

* al. sui

* al. in quo aliquid sacrosanctum exceptum lege diceretur?

aut genere ipso,[s] aut obteſtatione,& conſecratione legis,aut*pœnæ,cùm caput eius,qui cōtrà facit,conſecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiuſmodi?Vtrùm* capitis cōſecratione,an obteſtatione legis ſacroſanctum eſſe confirmas? nihil omninò vmquam de iſto fœdere ad populum,[t] nihil ad plebē latum eſſe dico:de quibus etiam ſi latum eſſet,neque legē, neque pœnam latā eſſe, nequem ciuem reciperemus:tamen id eſſet,quod populus poſtea iuſſiſſet,ratum:[15] neque quidquam illis verbis,[u] ſi quid ſacroſanctum eſſet,[x] eſſe exceptum videretur:de his, cùm populus Romanus nihil vmquā iuſſerit,quidquā audes dicere ſacroſanctum
34 fuiſſe?|| Nec verò hæc oratio mea ad infirmandū fœdus Gaditanorū,iudices,pertinet.neque enim eſt meum,contra opinionem vetuſtatis, contra ius optimè meritæ ciuitatis,contra auctoritatē ſenatus dicere.Duris enim quōdam temporibus reip.noſtræ,cùm præpotens terra marique Karthago,nixa duabus Hiſpaniis,huic imperio immineret,[y] & cùm [16] duo fulmina noſtri imperij ſubitò in Hiſpania, Cn. & P. Scipiones,exſtincti occidiſſent:L.Marcius,primipili Centurio,cum Gaditanis fœdus [17] iciſſe dicitur.quod cùm magis fide illius populi,iuſtitia [z] veſtra, vetuſtate denique ipſa,quàm aliquo publico vinculo religionis teneretur:ſapiētes homines, & publici iuris periti,Gaditani,M.Lepido,Q.Catulo Coſs. à ſenatu de fœdere poſtulauerunt.Tū eſt cū Gaditanis fœdus vel renouatum, vel ictum de quo fœdere populus Ro.ſententiam non tulit: qui iniuſſu ſuo,nullo pacto poteſt religione obligari.||
35 Ita Gaditana ciuitas, quę beneficiis ſuis erga remp. noſtrā conſequi potuit,quod imperatorū teſtimoniis,quod vetuſtate,quod Quint.Catuli, ſummi viri, auctoritate, quod iudicio ſenatus, quod fœdere,[a] cōſecuta eſt:quod publica religione ſanciri potuit, id abeſt. populus enim ſe

s L.aut obteſtatione, legis, & cōſecr. aut p.
* Ant. Au. pœna,
* & vtrum à capitis
t L. nihil ad plebem neque lege, neque pœna, latum, eſſe dico. De quib. etiamſi latū eſſet, neque ciuem recip.tamē
v L.nec ſi fœdus ſacroſāctum eſſet,al.etſi fœdus ſacroſāctum eſſet,
x al. exceptum eſſe vid.
y L.& cùm duo lumina noſtri
z v.c. noſtra, & ita L.
a fort.id cōſecuta eſt.

nusquam obligauit. neque ideò est Gaditanorũ causa deterior. grauissimis enim,[b] & plurimis reb. est fulta. sed isti disputationi certè nihil est loci, sacrosanctũ enim nihil potest esse, nisi[18] quod per populum, plebémve[c] sancitum est. Quod si hoc fœdus quod populus Rom. auctore senatu, cõmendatione, & iudicio vetustatis, voluntate, & sententiis suis comprobat, idem suffragiis cõprobasset: quid erat, cur ex ipso fœdere Gaditanum in ciuitatẽ nostrã recipi non liceret? nihil est .n. aliud in fœdere, nisi, vt PIA ET AETERNA PAX sit. Quid id ad ciuitatem? Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: * MAIESTATEM POPVLI ROMANI[19] COMITER[d] CONSERVENT. Id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior. Primùm verbi genus 36
hoc[e] conseruandi, quo magis in legibus, quàm in fœderibus, vti solemus,[20] imperantis est,[f] non precantis. Deinde, cùm alterius populi maiestas conseruari iubetur, de altero siletur: certè ille populus, in superiori conditione, causáque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione [g] defenditur.[21] In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, Comiter, esse communiter: quasi verò priscũ aliquod, aut insolitũ verbũ interpretaretur. Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui errãti comiter monstrant viã: benignè, non grauatè: [g] comites quidem certè, non communiter conuenit. Et simul absurda res est, caueri fœdere, vt 37
maiestatem populi Ro. communiter conseruẽt: id est, vt populus R. suam maiestatem[h] esse saluam velit. Quod si iam ita esset, vt esse non potest, tamen de nostra maiestate, nihil de illorũ caueretur. Potéstne[i] igitur nostra maiestas à Gaditanis benignè conseruari, si ad eam retinẽdã Gaditanos præmiis elicere nõ possumus? potest esse vlla deniq; maiestas, si impedimur, quo minus per pop. R. beneficiorũ virtutis causa tribuen

b al. & pluribus

c v. q. sanctum est.

* al. vt maiestatem, vide Proculum in l. nõ dubito. 7. ff. de captiuis, qui maiestatem nostrã comiter conseruare debent. liberi intelligẽdi.

d L. CONSERVANTO.

e L. CONSERVANTO,

f v. c. & nõ præcantis.

g L. cõmuniter quidẽ certè non conuenit.

h v. c. esse solidam, ac saluã velit.

i v. c. ergo

buendorum poteſtatem imperatoribus noſtris
38 deferamus?||Sed quid ego diſputo,quæ mihi tū,
ſi Gaditani contra me dicerent, [22] [k] verè poſſe
dici viderentur?illis enim repetentibus L.Cor-
nelium,reſponderem, legē populum Romanum
iuſſiſſe de ciuitate tribuenda:[23] [l] hoc genere le-
gum fundos populos fieri non ſolere. Cn.Pom-
peium de conſilij ſententia ciuitatem huic de
diſſe: nullum populi noſtri iuſſum Gaditanos
habere:itaque nihil eſſe ſacroſanctum, [m] quod
lege exceptum videretur,ſi eſſet : tamen in fœ
dere,nihil eſſe cautum,propter pacem. [n] additū
etiā eſſe illud,vt maieſtatem illi noſtram cōſer
uare deberent:quæ certè minueretur, ſi aut ad-
iutoribus illorū ciuib. vti in bellis nobis nō li
ceret,aut prēmij tribuendi poteſtatem nullā ha
39 beremus.|| Nunc verò quid ego contra Gadita
nos loquar,cùm id,quod ego defēdo,voluntate
eorū,auctoritate, legatione ipſa comprobetur?
qui à principio ſui generis, ac reipublicæ ab o-
mni ſtudio,ſenſúq;Pœnorū,menteis ſuas ad no-
ſtrum imperium,nomēnq; flexerunt? quos, cùm
maxima bella nobis inferrentur,mœnib. exclu-
ſerunt?claſſibus inſecuti ſunt? corporibus, co-
piis,opibus depulerunt?qui & veterē illā ſpeciē
fœderis Marciani,ſemper [24] omni [o] ſanctiorem
Marte duxerūt,& hoc fœdere,Catuli, ſenatúſq;
auctoritate, ſe nobiſcū coniunctiſſimos eſſe ar
bitrati ſunt:quorū mœnia,delubra,agros,[p] vt i-
pſe Hercules,itinerū ac laborū ſuorū, ſic maio-
res noſtri imperij, ac nominis populi R. termi-
40 nos eſſe voluerūt?||Teſtātur & mortuos noſtros
imperatores, quorū viuit immortalis memoria,
& gloria,Scipiones,Brutos,* Horatios,Caſſios,
Metellos,& hunc præſentem Cn. Pompeiū, quē
procul ab eorum mœnibus,acre, & magnū bel-
lū gerentem, commeatu, pecuniáque iuuerunt:
& hoc tempore ipſo populum R. quem in ca-
ritate annonæ, vt ſæpe antè fecerant, frumento

k L. verè poſſe reſpō deri viderē tur?al.con-diti

l L. huic generi legū fundos pop. fieri n. vel de hoc ge-nere legum fundos po-pulos

m al. per quod lege. exc.

n v.c.additum eſſe e-tiam illud,

o L.Sanctiorem ara duxer.

p v. c. vt Hercules ipſe,

* vet. Horatios,al.Portios, Aug. Gracchos,

suppeditato,[q] leuauerunt: se hoc ius esse velle, vt sibi, & liberis, si qui eximia virtute fuerunt, [r]sit in nostris castris, sit in imperatorum prætoriis? sit denique[s] inter signa, atque in acie locus, sit his gradib9 adscensus etiã ad ciuitatẽ. ‖ Quòd 41
si Afris, si Sardis, si Hispanis, agris, stipendióque multatis, virtute adipisci licet ciuitatem: Gaditanis autem, officiis, vetustate, fide, periculis, fœdere coniunctis, hoc idem non licebit: non fœdus sibi nobiscum, sed iniquissimas leges impositas à nobis esse arbitrabuntur. Atque hanc, iudices, non à me fingi orationem, sed me dicere, quæ Gaditani iudicarint, res ipsa declarat. Hospitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publicè dico. proferã testeis, proferã legatos: excitabo laudatores, quos ad hoc iudicium, summos homines, ac nobilissimos deprecatores huius periculi, missos videtis. re denique[25] multò antè Gadib. [t] iã audita fore,[u] huic vt ab illo periculum crearetur, grauissima tum in istum ciuem suũ Gaditani[*] senatusconsulta fecerunt. ‖ Potuit magis fundus 42
populus Gaditanus fieri (quoniam hoc magnopere delectare verbo) si tum sit fundus, cùm scita, ac iussa nostra sua sententia cõprobat, [x] quã cùm hospitiũ fecit, vt & ciuitate illũ mutatum esse fateretur,[y] [26] & ius ciuitatis honorẽ dignissimũ iudicaret? potuit certius interponere iudiciũ voluntatis suæ, quàm cùm etiam accusatorẽ huius multa & pœna[z] multauit? potuit magis de re iudicare, quã cũ ad vestrũ iudiciũ ciueis amplissimos legauit, testeis huius iuris, vitæ laudatores, periculi deprecatores? ‖ Etenim quis est tã 43
demens, quin sentiat, ius hoc Gaditanis esse retinendum, ne interseptum sit is iter perpetuò ad hoc amplissimũm præmium ciuitatis: & magnopere iis esse lætandum, huius L. Cornelij beneuolentiam erga suos remanere Gadibus gratiam, & facultatem commendandi in hac ciuitate

q L. & v.c. leuarunt:
r v.c. sint in nostr. castr. sint in imperatorum præt.
s v.c. intra
t L. inaudita,
u L. vt huic ab
* al. senatus conuicio fecerunt.
x for. quã cum hospitium cum L. Cornelio fecit,
y L. & huius ciuitatis honore dignissimũ iudicaret?
z for. n.a. stauit?

tate versari? [a] Quis enim nostrûm est, cui non il- a v. c. Qui
la ciuitas sit huius studio, cura, diligentia, com est enim
mendatior? Omitto, quantis ornamentis populũ nostrûm,
istum C. Cæsar, cùm esset in Hispania prætor af-
fecerit, controuersias sedarit, iura ipsorum per-
missu statuerit, [27] inueteratam quondam barba-
riam ex Gaditanorum moribus, disciplináque
delerit, summa [b] in eam ciuitatem, huius rogatu, b sic v.c.
studia, & beneficia contulerit, multa prætereo,
quæ quotidie labore huius, & studio, aut omni-
no, aut certè faciliùs consequuntur. Itaque &
adsunt principes ciuitatis, & defendunt: amore,
vt suum ciuem: testimonio vt nostrum: [c] officio, c L. officio,
[28] vt nobilissimum, & sanctissimum hospitẽ: stu vt ex nobi-
dio, vt diligentissimum defensorem cõmodorũ lissimo, ciui
44 suorum. Ac, ne ipsi Gaditani arbitrentur, quã- sanctissimũ
quã nullo incommodo afficiantur, si liceat eorũ hosp. & ita
ciueis virtutis causa in nostram ciuitatẽ venire, v.c.
tamen hoc ipso inferius esse suum fœdus, quàm
ceterorum: consolabor & hos præsenteis viros
optimos, & illam fidelissimam, atque amicissimã
nobis ciuitatem simul & vos, non ignoranteis,
iudices, admonebo, quo de iure hoc iudiciũ cõ-
stitutum sit, [d] de eo numquam omnino esse du- d al. de eo
45 bitatum. Quos* igitur prudentissimos interpre iure numq.
tes fœderũ, quos peritissimos bellici iuris, quos * Ciuis Bal
diligentissimos in exquirendis condicionibus bus inter-
ciuitatum, atque causis, esse arbitramur? eos pro pretatione
fectò, qui iam imperia, ac bella gesserũt. Etenim, peritissimo
si [e] Q. Scæuola ille augur, cùm de iure prædiato rum.
rio consuleretur, homo iuris peritissimus, con- e lib. vulg.
sultores suos nonnumquam ad Furium, [f] & Ca- Q. Scæuola
sellium, prædiatores, reiiciebat: si nos de aqua f L. & Ca-
nostra Tusculana M. Tugionem potiùs, quàm scellium,
C. Aquillium consulebamus, quòd assiduus v- al. Cæsel-
sus vni rei deditus, & ingenium, & artem sæ- lium,
pe vincit: quis dubitet de fœderibus, & de
toto iure pacis, & belli, * omnibus iuris pe- * al. homini
ritissimis imperatores nostros anteferre? bus

‖Possumúsne igitur tibi probare auctorem exẽ 46
pli,atque facti illius, quod à te reprehenditur,
C.Marium?quæris aliquẽ grauiorem?cõstãtio-
rem?præstantiorem virtute, prudentia, religio-
ne,æquitate?Is igitur M. Annium Appium, for-
tissimum virum, summa virtute præditum, ciui-
tate donauit,cùm Camertinam fœdus, sanctissi-
mum, atq; æquissimum sciret esse. Potest igitur,
iudices,L.Cornelius condemnari,vt non C.Ma-
rij factũ cõdemnetur?‖ Exsistat ergo ille vir pa- 47
rumper cogitatione vestra, quoniam re non po-
test:vt conspiciatis eum mentibus,quem oculis
non potestis.dicat,se non imperitum [g] fœderis,
non rudem exemplorum,non ignarũ belli fuis-
se:se P.Africani discipulũ ac militẽ,se stipẽdiis,
se legationibus bellicis eruditũ,se,si tanta bel-
la legisset,quanta gessit,& confecit: si tot con-
sulibus [h] meruisset,quoties ipse consul fuisset,o-
mnia iura belli perdiscere,ac [h] nosse potuisse:si-
bi non fuisse dubium,quin nullo fœdere à repu.
bene gerenda impediretur: à se ex coniunctissi-
ma, atque amicissima ciuitate fortissimum quẽ-
que esse [i] delectum: [k] neque Fulginatium, neque
Camertium fœdere esse exceptum: quo minùs
eorum ciuibus à populo R. præmia virtutis tri-
buerentur.‖Itaque, cũ paucis annis post hãc ci- 48
uitatis donationem acerrima de ciuitate quæ-
stio, Licinia,* & Mucia lege,venisset:num quis
eorum, qui de fœderatis ciuitatibus esset ciui-
tate donatus,in iudicium est vocatus?nã Spole-
tinus [l] T.Macrinus,vnus ex iis,quos C. Marius
ciuitate donasset,dixit causam ex colonia Lati-
na,in primis firma,& illustri.quem cùm disertus
homo L.Antistius [m] accusaret Spoletinus dixit
fundum populum Spoletinum non esse factum,
videbat enim, populos de suo iure, non de no-
stro, fundos fieri solere, sed, cùm lege * Apu-
leia coloniæ non essent deductæ, quæ lege Sa-
turninus C. Mario tulerat, vt in singulas colo-
nias

g sic v.c.al. fœderum, h for. pernosse pot. i L.delectũ: k v. c. neque Ignatiorum,
* Lex Licinia & Mucia à L.Licinio Crasso & Quinctio Scæuo lata vt ne pro ciue se gereret qui ciuis non esset. Cicero de Clar. & 3.Offic.
l L.Matrinius,
m L.accusaret, item Spoletinus non dixit, fundum populum Spoletinum nõ esse factũ:
* Lex Apuleia,à L. Apuleio tribuno plebis lata.

nias ternos ciueis R. facere poſſet, negabat hoc
49 beneficium, re ipſa ſublata valere debere.|| Nihil
habet ſimilitudinis iſta accuſatio: ſed tamen tā-
ta auctoritas in C. Mario fuit, vt non per L. Craſ-
ſum, affinem ſuum, hominē incredibili eloquen-
tia, ſed paucis ipſe verbis cauſam illā grauitate
ſua defenderit, & probarit. Quis enim eſſet, iudi-
ces, qui imperatoribus noſtris, in bello, in acie,
in exercitu, [n] delectum virtutis: qui ſociis, qui n v.c. dilectum
fœderatis, in defendenda repub. noſtra ſpē præ-
miorū eripi vellet? Quòd * ſi vultus C. Marij: ſi * vi. Plut.
vox, ſi ille imperatorius ardor oculorum, ſi re- in Mario.
centes triumphi, ſi præſens valuit adſpectus: va App. li. 1.
leat auctoritas, valeant res geſtæ, valeat memo- belli ciuilis.
ria, valeat fortiſſimi, & clariſſimi viri nomen æ-
ternum: ſit hoc diſcrimen inter gratioſos ciueis,
atque forteis, vt illi viui fruantur opibus ſuis:
horum, etiam mortuorum (ſi quiſquā huius im-
perij defenſor mori poteſt) viuat auctoritas im-
50 mortalis.|| Quid? Cn. Pompeius, pater, rebus Ita-
lico bello maximis geſtis, P. Cæſium, equitē R.
virum bonum, qui vixit Rauennæ, fœderato ex
populo, nónne ciuitate donauit? quid? cohorteis
duas vniuerſas Camertium? quid? [29] Heracliēſiū
legionē, P. Craſſus, vir ampliſſimus, ex ea ciuita-
te, quacū propè ſingulare fœdus Pyrrhi tēpori-
bus, C. Fabricio cōſule, ictū putatur? quid Maſſi-
lienſem Ariſtonē Sylla? quid? quoniā de Gadita-
nis agimus, [o] idem heros LX Gaditanos? quid? vir o ſic v.c. al.
ſanctiſſimus, & ſumma religione, ac modeſtia, Q. idem præ-
Metellus Pius, Q. Fabiū Saguntinum? quid? hic, tor lx.
qui adeſt, à quo hæc, quæ ego nūc percurro, ſub-
tiliſſimè ſunt omnia perpolita: M. Craſſus, non
Aletrinenſem fœderatum ciuitate donauit, ho-
mo [p] tum grauitate, & prudentia præſtans, tum p v. c. cùm
51 vel nimiùm parcus in largienda ciuitate? || Hîc grauitate,
tu, Cn. Pompeij beneficium, vel potiùs iudi- &
cium, & factum infirmare conaris, qui fecit, quod
C. Marium feciſſe audierat: fecit quod P. Craſ-
ſum,

q v.c. & L. neque verò id in vno Corn.fecit. r L. & Mamertinos, Ouios,& q. s L.imperatorum omnium vol. t L. cuiatius fiet. Id habent omnes leue, & semper habuerunt. Itaque & sibi vndique for. * Civis Balbus perpetua consuetudine ciuitatis Romanæ, hoc est,sententiis iudicium populi Senatus probatur. v L. dabo etiam fact. & sapientiss. iudic. v.c.M. x Cassio, y L. sunt recepti

sum,quod L.Syllam,quod Q.Metellū,quod denique domesticū auctorem,patrem suum,facere viderat?[q] neq; verò in vno Cornelio id fecit.nā & Gaditanum Hasdrubalem ex bello illo Africano,[r] & [30] Mamertinos obuios,& quosdam Vticenseis,& Saguntinos fabros, ciuitate donauit.Etenim, cùm ceteris præmiis digni sunt, qui suo labore,& periculo nostram remp.defendūt: tum certè dignissimi sunt qui ciuitate ea donētur,pro qua pericula, ac tela subierunt. Atque vtinam qui vbique sunt propugnatores huius imperij,possent in hāc ciuitatē venire, & cōtrà, oppugnatores reip.de ciuitate exterminari.Neque enim ille summus poëta noster, Annibalis illā magis cohortationem quàm communē[s] imperatorum,voluit esse, " *Hostem qui feriet, mihi erit Karthaginiensis, Quisquis erit,*[t] *ciuitatis*: etsi id habēt hoc leue,& semper habuerunt.[31] Itaq; & ciueis vndique forteis viros adsciuerunt,& hominū ignobilium virtutem persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt.||Habetis*imperatorū summorum & sapientissimorū hominū, clarissimorū virorum interpretationem iuris,ac fœderū?dabo etiā iudiciū qui huic quæstioni præfuerunt: dabo vniuersi populi R.[u] dabo sanctissimum etiam iudicium senatus.Iudices cùm prę se ferrent,palāque loquerētur,quid essent lege Papia de [v] M. Crasso,Mamertinis repetētibus,iudicaturi : Mamertini,publicè suscepta causa,destiterūt.Multi in ciuitatem [y] recepti ex liberis, fœderatisq, populis. nemo vmquā est de ciuitate accusatus, quòd aut populus, fundus factus non esset, aut quòd fœderæ ciuitatis mutādæ ius impediretur. 52
||Audebo etiam hoc contendere, numquam esse condemnatum, quem constaret, ab imperatore nostro ciuitate donatum. Cognoscite nunc populi Rom. iudicium,multis rebus interpositum, atque in maximis causis,re ipsa, atque vsu comprobatum. Cum Latinis omnibus fœdus istum, 53

Sp.Caſſio,Poſtumio Cominio,Coss. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus poſt Roſtra inciſum, & perſcriptum fuiſſe.Quomodo igitur L. Caſſinius Tiburs pater eius equitis R. optimi,atque ornatiſſimi viri,[a] dãnato Cœlio:quomodo ex eadẽ ciuitateT. Coponius,ciuis item ſumma virtute,& dignitate (nepotes T.& C.Coponios noſtis) dãnatio C.

54 Maſſone ciuis Romanus eſt factus. || An lingua, & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit? manu,& virtute non potuit?anne de nobis[b] trahere ſpolia fœderatis licebit: de hoſtibus non licebit?an, quod adipiſci poterunt dicendo, id eis[c] aſſequi pugnando non licebit?an accuſatori maiores noſtri maiora præmia, quàm bellatori,eſſe voluerũt?Quòd ſi acerbiſſima legeSeruilia[d] principes viri,ac grauiſſimi,& ſapientiſſimi ciues,hanc Latinis,id eſt,fœderatis, viam ad ciuitatem populi iuſſu patêre paſſi ſunt: neq; in his eſt hoc reprehenſum Licinia & Mucia lege, cùm præſertim genus ipſum accuſationis,& nomen,eiuſmodi præmiũ, quod nemo aſſequi poſſit,niſi ex ſenatoris calamitate, neque ſenatori, neque bono cuiquam nimis iucundum eſſe poſſet:dubitãdũ fuit,quin,quo in genere, iudicium præmia rata eſſent, in eodẽ iudicia imperatorũ valerent?num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur, aut Seruilia lege, aut ceteris, [e] quibus Latinis hominibus erat propoſitum aliqua ex re præmium ciuitatis? ||

55 Cognoſcite nũc iudiciũ ſenatus,quod ſemper[f] eſt iudicio populi comprobatũ.SacraCereris,iudices,ſumma maiores noſtri religione confici, cæremoniáque voluerunt:quæ cùm eſſent aſſumta de Græcia,& per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes, & Græcá omnia nominata: ſed cùm illam, quæ Græcum illud ſacrum monſtraret, & faceret, ex Græcia [g] deligerent: tamen ſacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt, vt deos immortaleis

a L.damnato T. Cœlio:
b L. detrahere ſp.
c L.pugnando aſſequi non lic. & ita v.c.
d L.principes viri,grauiſſimi & ſapientiſſimi c.
e al.quibus legibus, Lat.
f v.c. iudicio eſt pop.
g for. dilegerent:

taleis ſcientia peregrina & externa:32 mēte domeſtica,& ciuili h precarentur. Has ſacerdotes video ferè aut Neapolitanas,aut Veliēſeis fuiſſe,fœderatarum ſine dubio ciuitatū. Mitto vetera:proxima dico:ante ciuitatē Velienſibus datam,de ſenatus ſententia C. Valerium Flaccum, prætorem Vrbanum, nominatim ad populum de Calliphana Velienſe, vt ea ciuis Romana eſſet, tuliſſe.i Num igitur aut fundos factos Veliēſeis, aut ſacerdotem illā,ciuem R.factā non eſſe,aut fœdus & à ſenatu,& à populo R.violatū k arbitrabamur? *Intelligo, iudices,in cauſa aperta, 56
miniméque dubia, multò & plura, & à pluribus peritiſſimis eſſe dicta, quàm res poſtularet. ſed id factum eſt,non vt vobis rem tam perſpicuam, dicendo probaremus, verùm vt omniū maleuolorū,iniquorum,l inuidorum animos frangeremus:quos vt accuſator m incēderet,vt aliqui ſermones hominum,alienis bonis mærentium,etiā ad veſtras aureis permanerent,& in iudicio ipſo redundarent,idcirco illa33 in omni parte n orationis ſumma arte adſpergi videbatis: tum pecuniam L.Cornelij.quæ neque inuidioſa eſt, &, quantacūq; eſt,eiuſmodi eſt, vt conſeruata magis,o quàm corrupta eſſe videatur: tū luxuriam, quæ non crimine aliquo libidinis,ſed communi maledicto notabatur:tū Tuſculanū,quod Q Metelli fuiſſe meminerat,& L.Craſſi:Craſſum emiſſe de libertino homine,Soterico Marcio,ad Metellum perueniſſe de Venonij Vindicij bonis nō tenebat:ſimul illud neſciebat, prædiorum nullā eſſe gētem: emptionibus ea ſolere ſæpe ad alienos homines,ſæpe ad infimos, non legibus tanquā tutelas peruenire.|| Obiectum eſt etiā, quòd 57
in tribū Cruſtuminam peruenerit: quod hic aſſecutus eſt legis de ambitu præmio minùs inuidioſo,quàm qui legum præmiis prætoriam ſententiam,& prætextam togam conſequuntur. Et adoptio Theophanis agitata eſt: per quam

Cor

h v.c.precaretur.
i v.c. Num ergo
k ſic v.c.al. arbitramur?
*PERORATIO.
l v.c. inuidioſorum anim.
m v.c.accēderet,
n L.& v.c. orationis ſuæ,arte adſp.
o L. quàm correpta eſſe vid. & ita v.c.

Cornelius, nihil est, præterquam propinquorum suorum hæreditates, assecutus. Quamquam istorum animos, qui ipsi Cornelio inuident, non est difficillimum mitigare: more hominum inuidēt, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicāt: 34 p non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. p L. nō illo inimico: sed hoc.

58 ‖Qui amici L. Cornelij aut inimici sunt, aut inuident, hi sunt huic multò vehementiùs pertimescendi. nā huic quidem ipsi quis est vmquam inuentus inimicus? aut quis iure esse potuit, quē bonū nō coluit? cuius fortunæ, dignitatique nō concessit? Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi, in maximis nostris malis, atque discordiis nemiuē vmquā alterius rationis, ac partis nō re, non verbo, nō vultu denique offendit. fuit hoc siue meū, siue reip. fatū, vt in me *omnis illa inclinatio communium temporum incumberet: non modò non exsultauit in ruinis q vestris, nostrisque discordiis Cornelius: sed omni officio, lacrymis, opera, consolatione, om- * al. in me vna q L. nostris, nostr.

59 neis, me absente, meos subleuauit. ‖Quorum ego testimonio, ac precib. 35 mun9 hoc r meritū huic, & , vt à principio dixi, iustam, & debitam gratiā refero: sperόq;, iudices, vt eos, qui principes fuerūt cōseruandæ salutis, aut dignitatis meæ, diligitis, & caros habetis: sic, quæ ab hoc pro facultate s huius, pro loco facta sunt, & grata esse vobis, & probata. Nō igitur à suis, quos nullos habet, sed à suorū, qui & multi, & potentes sunt, vrgetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompeius copiosa oratione, & graui, secū, si vellent, contendere iubebat. 36 ab hoc improbo certamine, atque iniusta contentione auocabat. r sic v. c. al. meritò huic, s L. eius t L. ab hoc impari cert.

60 ‖Et erat æqua lex, & nobis, iudices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer vtilis, vt nostras inimicitias ipsi inter nos geramus amicis nostrorum inimicorum temperemus. Ac, si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cùm me præsertim rerum varietate, atque vsu ipse iā

perdoctum viderent: etiam ab illis eos maioribus discordiis auocarem.[u] id enim contendere mecum de rep. cùm id defendas, quod esse optimum sentias,[x] & fortium virorum, & magnorũ hominum semper putaui: neque huic vmquam labori, officio, muneri defui. sed contentio, tamdiu sapiẽs est, quamdiu aut proficit aliquid, aut, si non proficit, non obest ciuitati. ‖ Voluimus 61
quædã, contendimus, experti sumus: obtenta nõ sunt. dolorem alij, nos luctum mærorémque suscepimus. Cur ea, quæ mutare non possumus cõuellere malumus, quàm tueri? C. Cæsarem senatus & genere supplicationum amplissimo ornauit, & numero dierum est.[y] Idem in angustiis ærarij victorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decreuit, lege* Sempronia succedendum non censuit. Harum ego sententiarũ & princeps, & auctor fui: neq; me dissẽsioni mea pristinæ putaui potiùs assentiri, quã inficientibus reip. temporibus, & cõcordiæ cõuenire. Nõ idẽ aliis videtur. sunt fortasse in sententia firmiores. reprehendo neminẽ: sed assentior non omnib. neq; esse incõstantis puto, sententiã aliquã, tanquã aliquod nauigiũ atq; cursũ, ex reip. tẽpestate moderari: ‖ Sed, si qui sunt, 62
quibus infinitum sit odium,[z] in quos semel susceptum sit. quos video esse nonnullos: cum ducibus ipsis, non cum comitatu, affectatoribusque confligant. Illam enim fortasse pertinaciam nõnulli, virtutem alij putabunt: hanc verò iniquitatem omnes cum aliqua crudelitate coniunctam. Sed, si certorum hominũ menteis[a] nulla ratione placare possumus, iudices: vestros quidem animos certè confidimus, non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos? ‖ Quid enim est, cur non potiùs ad summam lau- 63
dem huic, quàm ad minimam fraudem Cæsaris familiaritas valere debeat? cognouit adolescens: placuit homini prudentissimo in summa

u L. Ita enim contẽdere, mihi videtur è rep. cùm

x L. & id fortium viror.

y L. & numero dierũ nouo, Idẽ

* Pantag. Trebonia de quavide Dio. 39.

z al. ex quo sem. v.c. in quo

a v.c. nulla ratione, iudices, placare, poss. & ita L.

summa amicorum copia cum familiarissimis e-
ius est adæquatus. in prætura,in consulatu præ-
fectum fabrum detulit:consilium hominis pro-
bauit,fidem est complexus:officia,obseruantiã-
que dilexi.fuit hic multorum illi laborũ socius
aliquando:est fortasse nunc nonnullorum par-
ticeps commodorum. quæ quidem si huic ob-
fuerint apud vos,non intelligo,quod bonũ cui-
64 quã sit apud taleis viros profuturum.|Sed,quo-
niam C.Cæsar abest longissimè,atque in iis est
nunc locis,quæ regione orbem terrarum, rebus
illius gestis imperium populi R. definiunt: no-
lite, per deos immortaleis,iudices,hunc illi a-
cerbũ nuntium velle deferri,vt suum præfectum
fabrum,vt hominem sibi carissimum,& familia-
rissimum,non ob ipsius aliquod delictũ, sed ob
suã familiaritatem vestris oppressum sententiis
audiat. Miseremini eius,qui non de suo pecca-
to,sed de huius summi,&clarissimi viri facto:nõ
de aliquo crimine, 37 * sed de periculo suo, de publico iure disceptat.quod ius si Cn. Põpeius ignorauit,si M.Crassus,si Q.Metellus si Cn. Põ- peius pater,si L. Sylla,si L.Crassus,si C. Marius,
*al.sed periculo suo, de publico iure.
si senatus,si populus Ro.si qui de re simili iudi-
carunt,si fœderati populi,si socij,si illi antiqui
Latini:videte ne vtilius vobis,& honestius sit,
illis ducibus errare,quàm hoc magistro erudiri.
65 ||Sed,si de certo,de perspicuo,de vtili,de proba-
to,de iudicato vobis iure esse constituendũ vi-
detis,nolite cõmittere , vt in re tam inueterata
quidquam noui sentiatis.Simul & illa,iudices,
omnia ante oculos vestros b proponite:primùm esse omneis etiam post mortem reos,clarissimos
b.for.ponite.
illos viros , qui fœderatos ciuitate donarunt:
deinde senatum,qui persæpe hoc iudicauit: po-
66 pulum,qui iussit:iudices,qui approbarunt.|| tum
etiã illud cogitatote: sic viuere,ac vixisse Cor-
nelium , vt cùm omnium peccatorum quæstio-
nes sint,non de vitiorum suorum pœna, sed de

virtutis præmio in iudicium vocetur. Accedat etiam illud, vt statuatis hoc iudicio, vtrùm posthac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus, an ornamento esse malitis. Postremò illud, iudices, fixũ in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelij, sed de beneficio Cn. Pompeij iudicaturos.



IN L. CALPVRNIVM PISONEM.

ORATIO TRICESIMA SEPTIMA.

Abfuit Cicero Clodia lege pulsus per quindecim mẽses. Restitutus præcipua Lẽtuli cos. opera memor iniuriæ Pisonis & Gabinij, cùm aliis locis, tum de prouinciis Consularibus acerbè eos accusauit, vt Piso è Macedonia, Gabinius è Syria reuocarentur. Piso, vt prior, ex prouincia, quæ propiùs aberat, rediit. Questus est grauiter in Senatu de sententia Ciceronis, ad eam querelam nactus occasionem vlciscendi doloris sui, iracundè & acerbè hac oratione respondet Pompeio & Crasso Cos.

Deest principium.

Iámne vides, bellua, iámne sentis, quæ sit hominũ querela frõtis tuę? nemo queritur, Syrum, nescio quem de grege nouitiorum, factum esse consulem. non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperùnt: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, [b] hic in errorem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, [c] decepit, fefellit, [1] in fraudem induxit. pauci ista tua lutulenta vitia noueramus: pauci tarditatem ingenij, stuporẽ, debilitatémq; linguæ.

b I. hic in. fraudẽ homines imp. c L. decepit fefellit, induxit. p.

cum

numquã erat audita vox in foro: numquã periculum factum consilij:nullum non modò illustre,sed ne notum quidẽ factum aut militiæ,aut domi. obrepsisti ad honores errore hominum,
2 cõmendatione fumosarum imaginum : quarum simile habes nihil,præter colorem.|| Is mihi etiã gloriabitur, se omneis magistratus sine repulsa assecutum?mihi ista licet de me vera cum gloria prædicare. omneis enim honores populus R.mihi ipsi homini nouo,detulit. Nam,tu, cùm quæstor es factus,etiam qui te numquam viderant,tamen illum honorem nomini mandabant tuo.Aedilis es factus.Piso est à populo R.factus, non iste Piso.Pratura item maioribus delata est tuis.noti erant illi mortui:te viuum nõdum nouerat quisquã.Me cum quæstorẽ in primis, ædilem priorẽ,prætorem primum cunctis suffragiis populus R.faciebat:homini ille honorem, non generi:moribus,nõ maioribus meis:virtuti perspectæ,non auditæ nobilitati, deferebat. || Nam
3 quid ego de consulatu loquar?parto vis, ánne gesto?Miserum me:[d] cum hac me peste,atq; labe confero:sed nihil cõparandi causa loquar:[e] ac tamen ea,quæ sunt longissimè disiuncta, cõprehẽdã.Tu consul es renuntiatus (nihil dicam grauius,quàm quod omnes fatentur) impeditis reip.tẽporibus,diffidentibus cos. Cæsare & Bibulo,cùm hoc [f] non recusares,quin ij,à quibus dicebare consul,te luce dignum non putarent nisi nequior,quàm Gabinius exstitisses.Me cuncta Italia,me omnes ordines,me vniuersa ciuitas non prius tabella,quàm voce,priorem consulẽ declarauit. Sed omitto, vt sit factus vterque nostrûm. Sit sanè Fors domina campi. magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quàm quemadmodum
4 ceperimus. || Ego * Kalendis Ianu. senatum, & bonos omneis, legis Agrariæ, maximarúmque largitionum metu liberaui. ego agrum Cam-

d L. cum hac me nũc peste,atque

e L attamẽ ea,q.

f v.c.non recusares iis,à quibus d cebare cõsul, quin te. luce d.

* DE CONSVLATV Pisonis.

Campanum,si diuidi non oportuit, conseruaui: si oportuit,melioribus auctoribus reseruaui. ego in C. Rabirio,perduellionis reo , XL. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra inuidiã , atque defendi. ego adolescenteis bonos,& forteis,sed vsos ea condicione fortunæ,vt,si essent magistratus adepti,reip.statum conuulsuri viderentur, meis inimicitiis,nulla senatus mala gratia comitiorũ ratione priuaui.|| ego Antonium collegam , cu- 5
pidũ prouinciæ, [g] multa in rep. molientẽ , patientia,atque obsequio meo mitigaui. ego prouinciam Galliã,senatus auctoritate,exercitu & pecunia instructam, & ornatam,[h] quam cũ Antonio communicaui , quòd ita existimabam tẽpora reip. ferre,in contione deposui,reclamante populo Romano:ego L.Catilinam,cædem senatus,interitum vrbis non obscurè, sed palàm molientẽ,egredi ex vrbe gessi:vt à quo legibus non poteramus,mœnibus tuti esse possemus. ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis ciuitatis,de coniuratorum nefariis manibus extorsi,ego faceis iam accensas ad huius vrbis incendium,comprehendi,protuli, exstinxi.|| Me Q. Catulus princeps huius ordinis , & 6
auctor [i] publici consilij,frequentissimo senatu, parentem patriæ nominauit. mihi hic vir clarissimus,qui propter te sedet,L.Gellius,his audientibus ciuicam coronã deberi [k] à rep. dixit. mihi togato senatus,non vt multis bene gestæ,sed vt nemini,[l] cõseruatæ reip.singulari genere supplicationis,deorũ immortalium templa patefecit. Ego cùm in contione abiens magistratu,dicere à tribuno * pl.prohiberet,quæ cõstitueram:cúmque is mihi tantũmodo vt iurarẽ,permitteret:sine vlla dubitatione iuraui,rép. atque hanc vrbem mea vnius opera esse saluam.
|| Mihi populus R.vniuersus illa in contione nõ 7
vnius diei gratulationẽ,sed æternitatẽ, immorta

g L.multáque in rep.

h L.quam cum Antonio cõmutaui.

i al.consilij publici,

k L.à populo R.

l L. conseruatæ reip. testimoniũ dedit, & sing. & ita v.c.

* Metellũ intelligit tribunũ pl de q.l.5 fa mi.ep.2.

talitatémque donauit,cùm meum iusiurandum tale,atque tantum,iuratus ipse,vna voce, & cõsensu approbauit. Quo quidem tẽpore is meus domũ fuit è foro reditus,vt nemo,nisi qui mecũ esset,ciuiũ esse in numero videretur. Atque ita est à me consulatus peractus, vt nihil sine consilio senatus,nihil non approbante populo Ro. egerim,vt semper [m] in Rostris curiam,in Senatu populum defenderim:vt multitudinem cum principibus,equestrem ordinem cum senatu cõiunxerim.Exposui breuiter consulatum meum.

8 ‖ Aude nũc,ô furia,de tuo dicere:cuius fuit initium ludi Compitalitij:tum primùm facti post [n] L.Aurelium,& C. Marium cos.contra auctoritatem huius ordinis: quos Q. Metellus (facio iniuriã fortissimo viro mortuo,qui illum [o] cuius paucos pares hæc ciuitas tulit,[p] cum hac importuna bellua conferã) sed ille designatus cõsul,[q] cùm quidem tribunus pl.suo auxilio [*] magnos ludos cõtra senatusconsultũ facere iussisset,priuatus fieri vetuit:atq;id quod nondũ potestate poterat obtinuit auctoritate.Tu cùm in Kalend.Ian.[s] [r] Cõpitalitiorũ dies incidissent, Sex.Clodiũ,qui numquã antea prętextatus fuisset,ludos facere,& prætextatum volitare passus es,hominem impurũ,atque non modò facie,sed

9 etiã oculo tuo dignissimũ.‖ Ergo his fundamentis positis consulatus tui triduo pòst,inspectante,[s] & tacente,à P.Clodio,fatali portento,prodigioque reip.lex Aelia,[t] & Fusia, euersa est, propugnacula,murique tranquillitatis,atque otij collegia,non ea solùm,quæ senatus sustulerat,restituta [u] sunt:sed innumerabilia quædã noua ex omni fæce vrbis,ac seruitio constituta,ab eodẽ homine,in stupris inauditis, nefarijsque versato,vetus illa magistra pudoris,& modestię seueritas censoria,sublata est:cùm tu interim, bustũ rei qui te consulẽ tum Romæ dicis fuisse, verbo numquã significaris sententiã tuam tantis

m for. in Rostris senatum, in sen.

c L. post L. Metellum, & Q Marcium,cos.

o L.cui paucos pares.

p v.c.cum importuna bellua cõf.

q L.cùm quidã trib.

* Turn. 2. Aduer.15. magistros.

r L. compitalitiorum dies incidisset,

s L. & tacete te à P.

t L.& Fusia

v verbum sunt,abest à v.c.

 tis

tis in naufragiis ciuitatis.||Nondum quæ feceris,sed quę fieri passus sis,dico.neque verò multũ interest,præsertim in consule,vtrùm ipse perniciosis legibus,improbis contionibus remp. vexet,an alios vexare patiatur.An potest vlla esse excusatio non dicam malè sentienti,sed sedenti,cunctanti,dormienti in maximo reipu. motu consuli?centum propè annos legem Aeliam[x] & Fusiam tenueramus:quadringentos iudicium,[*] ✝ notionémque censoriam. quas leges [y] ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo vmquã conuellere:quam potestatẽ minuere,quo minus de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur,[z] nemo tam effusè petulãs conatus est.Hæc sunt,ô carnifex,in gremio sepulta consulatus tui.Perséquere connexos his funeribus 10
dies.||Pro Aurelio tribunali, [a] ne conniuente 11
quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis,quàm solitus eras,intuente, [b] delectus seruorum habebatur ab eo, qui nihil sibi vmquam nec facerę,nec pati [c] turpe duxit: arma in templo Castoris (ô proditor templorũ omnium)vidente te, constituebantur ab eo latrone,cui templum illud fuit, te cõsule, arx ciuium perditorum,receptaculum veterum Catilinæ militum,castellum forensis latrocinij, bustum legum omnium,ac religionum. Erat non solùm domus mea,[d] sed totum Palatium senatu,equitibus R.ciuitate omni,Italia cuncta, refertum:cùm tu non modò ad eum Ciceronem (mitto enim domestica,quæ negari possunt:hęc cõmemoro,quę sunt palàm) non modò,inquam, ad eum,cui primam comitiis tuis dederas tabulã prærogatiuæ,quẽ in senatu sentẽtiã rogabas, tertium,numquam adspirasti:sed omnibus consiliis,quæ ad me opprimendum parabantur, non interfuisti solùm,verùm etiam crudelissimè prę-
fuisti.||Mihi verò ipsi corã genero meo,propin- 12
quo tuo,quæ dicere ausus es? Egere, foris esse

Ga

x L. & Fusiam.
* al.notationem al. rationem.
y L. ausus est non nemo improbus potuit quidem nemo conuellere:
z L. nemo quantũuis effusè petulans.
a for. non modò ne conniuente quidem te.
b L.dilectus seru. & ita v.c.
c L. turpe duxit.
d L.sed palatium totum sen. & ita v.c.

Gabinium sine prouincia stare non posse: [e] spē habere à tribuno pl. si tua consilia cum illo cōiunxisses, à senatu quidem desperasse: huius te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in collega meo: nihil esse, quòd præsidium consulū implorarem: sibi quemque consulere oportere. Atque hæc dicere vix audeo. vereor, ne qui sit qui istius insignem nequitiam, frontis inuolutā integumentis, nondum cernat: dicam tamen. ipse certè agnoscet, & cum aliquo dolore flagitiorū

e L. te spē hab.

13 suorū recordabitur. || Meministíne, cœnum, cùm ad te quinta ferè hora, cum C. Pisone venissem, nescio quo è gurgustio te prodire inuoluto capite, soleatum? & cùm isto ore fœtido teterrimā nobis popinā inhalasses, excusatione te vti valetudinis, quòd diceres vinolentis te quibusdā medicaminibus solere curari? quam nos causam cùm accepissemus (quid enim facere poteramus?) paulisper stetimus in illo ganearū tuarū nidore, atq; fumo. vnde tu nos, cùm improbissimè respondēdo, tū turpissimè [f] eructādo eiecisti.

f L. luctando.

14 || Idē illo ferè biduo productus, in contionē ab eo, cui sic [g] æquatū præbebas consulatū tuū, cùm esses interrogatus, quid sētires de cōsulatu meo: grauis auctor Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsoninus, semiplacentinus Caluētius. respōdes altero ad frontem sublato, altero ad mētū depresso supercilio, Crudelitatem tibi nō placere. Hîc te ille homo dignissimus tuis laudib. collaudauit. Crudelitatis, tu furcifer, senatum consul in contione condemnas. nō enim me, qui senatui parui, nā [h] delatio illa salutaris, & diligens, fuerat consulis: animaduersio quidē, & iudiciū senatus. quæ cùm ita reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita fortè accidisset, fueris illo tempore cōsul futurus. stipendio mehercule, & frumēto Catilinā esse putasses

g al. ad æquatum.

h L. relatio illa &c. & ita v.c.

15 iuuandū. || Quid enim interfuit inter Catilinā & eū, cui tu senatus auctoritatem salutē ciuitatis,

totam remp.prouinciæ præmio vendidisti. Quæ enim L. Catilinā conantē consul prohibui, ea P. Clodiū facientē consules adiuuerunt.voluit ille senatum interficere,vos sustulistis:leges incendere,vos abrogastis:[6] *interire patriam,vos adiuuistis.Quid est,vobis coss. gestum sine armis?incendere illa coniuratorum manus voluit vrbem.vos eius domum,[i] quē propter vrbs incensa non est.Ac ne illi quidē,si habuissent vestri similē consulē,de vrbis incēdio cogitassent: nō enim se tectis priuare voluerunt:sed his stātibus nullū domiciliū sceleri suo fore putauerunt.cædē illi ciuiū,vos seruitutē expetistis. [k] Hīc vos etiam crudeliores. huic enim populo ita fuerat ante vos cos.libertas insita, vt emori potiùs quàm seruire præstaret.||
16 Illud verò geminū consiliis Catilinæ & Lentuli,quod me domo mea expulistis,Cn.Pōpeiū domum suā cōpulistis.neque enim me stante,& manēte in vrbis vigilia,neque resistente Cn.Pōpeio, omniū gentium victore vmquā se illi remp.delere posse duxerunt,à me quidē etiam pœnas expetistis, quibus coniuratorū manes mortuorum expiaretis:omne odiū inclusum nefariis sensibus impiorum,in me profudistis. ,quorum ego furori nisi cessissem,in Catilinæ busto, vobis ducibus mactatus essem. Quod autē maius indicium exspectatis,nihil inter vos,& Catilinā interfuisse, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinę reliquiis concitastis?quòd omneis vndique perditos collegistis?quòd in me carcerē effudistis?quòd cōiuratos armastis?quòd eorum ferro meum corpus,atque omnium bonorum vitā obiicere voluistis?||
17 Sed iam redeo ad prçclaram illam contionem tuam.Tu es ille,cui crudelitas displicet?[l] cui,cùm senatus luctum, ac dolorem suum vestis mutatione declarādum censuisset, cùm videres mærere rempub. amplissimi ordinis luctu, ô noster misericorsquid fa-

* al. interimere.

i v.c. propter quem &c.& ita L.

k al. His vos.

l L.qui cū sen.

facis?quod nulla in Barbaria quisquam tyrãnus. omitto enim illud consulē edicere, vt senatus senatusconsulto ne obtemperet:quo fædius nec fieri,nec cogitari quidquā potest. ad misericordiam redeo eius, cui nimis videtur senatus in
18 conseruanda patria fuisse crudelis.|| Edicere est ausus cum illo suo pari,quē tamen omnibus vitiis superare cupiebat,vt senatus,contra, quàm ipse censuisset,ad vestitum rediret. 7 Quis hoc * fecit vlla * in Scythia tyrannus, vt eos, quos luctu afficeret,lugere non fineret?mærorem relinquis:mæroris aufers insignia: eripis lacrymas non consolando,sed minando. Quòd si vestem non publico consilio,patres conscripti,sed priuato officio,aut misericordia mutauissent,tamē id iis non licere per interdicta crudelitatis tuę, potestatis erat non ferendæ. cùm verò id senatus frequens censuisset:ordines reliqui iam antè fecissent:tu ex tenebricosa popina cōsul extractus,cum illa saltatrice tonsa, [m] senatū reip. occasum, atque interitum lugere vetuisti. At quærebat etiam paulò antè de me,quid suo mihi opus fuisset auxilio: cur non meis inimicis, meis copiis restitissem. Quasi verò non modò ego, qui multis sæpe auxilio fuisem, sed quisquā tam inops fuerit vmquam,qui isto non modò propugnatore,tutiorem se,sed aduocato,aut adstipulatore,paratiorem fore putaret. 8 || Ego
19 istius pecudis, [n] ac putidæ carnis,consilio scilicet,aut præsidio niti volebā?ab hoc eiecto cadauere quidquam mihi aut opis, aut ornaméti, exspectabam?Consulē ego tum requirebā,consulem,inquam,non illum quidē,9 quem in hoc [o] animali inuenire non possem,qui tantam rei pub.causam grauitate,& consilio suo tueretur: sed qui tanquam truncus,atque stipes, si stetisset modò,posset sustinere tamen titulum consulatus.Cùm enim esset omnis causa illa mea consularis & senatoria auxilio mihi opus fuerat

* al.fecit, *vide Herodot.li.2.

m L.senatū populi R. occasum, atque interitum reip. lug.

n L.ac putidæ canis cons.

o L. maiali inuen.

rat,& consulis,& senatus:quorum alterum etiã ad perniciem meã erat à vobis consulibus conuersum:alterum reip. penitus ereptum. [p] Attamen,si consilium exquiris meum:neque ego cessissem,& me ipsa suo complexu patria tenuisset, si mihi cum illo bustuario gladiatore,& tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset. ‖ Alia 20
enim causa præstantissimi viri,Q. Metelli, fuit: quem ego ciuem,meo iudicio,cum deorum immortalium laude cõiungo:qui C.illi Mario, fortissimo viro,& cõsuli,& sextum consuli,& eius inuictis legionibus,ne armis confligeret,cedendum esse dixit.Quod mihi igitur certamẽ esset huiusmodi cum C. Mario scilicet,aut cum aliquo pari,an cũ altero [10] [q] barbato Epicureo,cũ altero Catilinæ [r] laternario?quos neq; hercule ego:neq; superciliũ tuũ,neq;collegę tui cymbala,ac* crotala fugi:neque tã fui timidus,vt, qui in maximis turbinibus,ac fluctibus reipu.nauem gubernassem,saluãq; [11] in portu collocassem, [s] frontis tuæ nubeculam,tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. ‖ Alios ego 21
vidi ventos:alias prospexi animo procellas: aliis impendentibus tẽpestatibus non cessi, sed his vnum me pro omnium salute obtuli. Itaque discessu tum meo omnes illi nefarij gladij de manibus crudelissimis exciderunt:cũ quidẽ tu,ô vecors,& amens,cũ omnes boni abditi, inclusique mærerent,templa gemerent, tecta ipsa vrbis lugerent,cõplexus es illud funestum animal ex nefariis stupris,ex ciuili cruore, ex omnium scelerũ importunitate,& flagitiorum impunita concretũ,atque eodem in templo, eodẽ & loci vestigio,& temporis, arbitria non mei solũ, sed patriæ funeris abstulisti.‖Quid ego illorũ die- 22
rum epulas,quid lætitiã, & gratulationem tuã, quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem? quis te illis diebus sobrium,quis agentem aliquid, quod

p L. Ac tamen,si cõs.

q L. barbaro,Epicuro, v.c.barbaro Epicureo.

r v.c.lanternario? non placet.

*vide Lips. var. lect.li. 3.c.18.

s for. tum frontis tuę.

quod esset libero dignum, quis denique in publico vidit? cùm collegæ tui domus cantus, & cymbalis personaret, cumque ipse nudus in cõuiuio saltaret: in quo ne tum quidem, cùm illũ suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotã pertimescebat. Hic autem non tam concinnus heluo, nec tam musicus, iacebat in suo Græcorum fætore, atque vino.[12] [t] Quod quidẽ istius, in illis reipublicæ luctibus, quasi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum conuiuiũ ferebatur: in quo nemo potest dicere, vtrùm iste plus bibe-
23 rit, aut vomuerit, an effuderit.|| Tu etiam mentionẽ facies consulatus tui? aut te fuisse Romæ consulẽ dicere audebis? quid? tu in lictoribus, in toga, & prætexta esse consulatũ putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te cõsule, esse voluisti.[13] [u] Huius tu Clodiani canis, insignib9 consulatum declarari putas? animo consulẽ esse oportet, consilio, fide, grauitate, vigilãtia, cura, toto denique munere consulatus. ego cõsulem esse putem, qui senatum esse in republica non putauit? & sine eo consilio consulem numerem, sine quo Romæ ne reges quidem esse potuerũt? Etenim illa iam omitto: cùm seruorum [x] delectus haberetur in foro: arma in * templum Castoris luce, & palàm comportarentur: id autem templum, sublato aditu, reuulsis gradibus à cõiuratorum reliquiis, atque à Catilinæ, præuaricatore quondam tum vltore, armis teneretur: cùm equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur, senatui non solùm iuuare rempublicã, sed ne lugere quidẽ liceret: cùm ciuis is, quem hic ordo assentiente Italia, cunctisque gentibus, conseruatorem patriæ iudicarat, nullo iudicio, nulla lege, nullo more, seruitio, atque armis pelleretur, non dicã auxilio vestro, quod verè licet dicere, sed certè silẽtio: tũ Romæ fuisse consules quisquam existim a-
24 bit?||Qui latrones igitur, si quidẽ vos consules? qui

t L. Quod quidem istius, in illis reip. luctibus symphosiũ, quasi aliquod Lapith. al. quod quidẽ istius in illis reip. luctibus cõuiuium quasi aliquod lapitharum, aut Cẽtaurorum cõuiuium ferebatur:

u L. His tu, Clodiane canis, insignib.

x L. dilectus

* al. templo

qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis:[y] non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit leuitas ista, non egestas animi: non infirmitas ingenij sustinet, non insolentia rerũ secundarum tantam personam, tam grauem, tã seueram. Seplasia mehercle, vt dici audiebam, te, vt primùm adspexit, Campanum consulem repudiauit. Audierat Decios, Magios, & de Taurea illo Iubellio aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse consulibus, non fuit; at fuit pompa, fuit species, fuit incessus, saltem Seplasia dignus, & Capua. || Gabinium denique si vidissent duumuirum vestri 25
illi vnguentarij, citiùs agnouissent. erant illi comti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes cerussatæque buccæ, dignæ Capua: sed illa vetere. nam hæc quidem, quæ nunc est, splendidissimorum hominum, fortissimorũ virorum, optimorum ciuium, mihique amicissimorum multitudine redundat. quorum Capuæ te prætextatum nemo adspexit, qui non gemeret desiderio mei: cuius consilio cùm vniuersam rempublicam, tum illam ipsam vrbem meminerant esse seruatam. me inaurata statua donarãt: me patronum vnum adsciuerant: à me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur: me & præsentem contra latrocinium tuum suis decretis, legatisque[z] defenderunt, & absentem, principe Cn. Pompeio referente, & de corpore reipublicæ tuorum scelerum tela reuellente,[a] reuocarunt. || An tu eras consul, cùm in Palatio 26
mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis, instigante te? Ecquod in hac vrbe maius vmquã incendium fuit, cui non cõsul subuenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam propè à meis ædibus, cuius domum meam exhauriendam patefeceras, sedebas non extinctor,

y οὐ χωρῦσι

z L. defenderant,

a L. reuocarant.

ctor,sed auctor incendij,& ardenteis faceis furiis Clodianis pænè ipse consul ministrabas. An verò reliquo tempore consulem te quisquam duxit, quisquam tibi paruit? quisquam in curiam venienti assurrexit? quisquam consulenti respondendum putauit? numerandus est ille annus denique in republica, cùm obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, mærerent boni, vis latrocinij vestri tota vrbe volitaret, neque ciuis vnus ex ciuitate, sed ipsa ciuitas tuo, &
27 Gabinij sceleri, furorique cessisset? || [b] At ne tum quidem emersisti,lutulente [c] Cæsonine, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus, cùm experrecta tandem virtus clarissimi viri, celeriter & verum amicum,& optimè meritum ciuem,& suum pristinum morem requisiuit:neque est ille vir passus,in ea republica quam ipse decorarat, atque auxerat,diutius vestrorum scelerum pestẽ morari:cùm tamen ille,qualiscũque est,qui ab vno te improbitate victus Gabinius,collegit ipse se vix:sed collegit tamen,& contra suum Clodiũ, primùm simulatè:deinde non libenter:ad extremum tamen pro Cn. Pompeio verè, vehementérque pugnauit. quo quidem in spectaculo [d] mira reipublicæ æquitas erat.vter eorũ perisset, tanquam lanista,in eiusmodi pari lucrũ fieri putabat:immortalẽ verò quæstum,si vterque ceci-
28 disset.||Sed ille tamen agebat aliquid: tuebatur auctoritatẽ summi viri. erat ipse sceleratus,erat gladiator: cum scelerato tamen, & cum pari gladiatore pugnabat.Tu scilicet homo religiosus,& sanctus,fœdus,quod meo sãguine in pactione prouinciarũ iceras, frãgere noluisti. cauerat.n. sibi ille fororius adulter,vt,si tibi pecuniam, si exercitum,si pecuniã ereptam ex reip.visceribus dedisset,omnium suorũ scelerum socium te,adiutorémq; præberes.Itaque in illo tumultu fracti fasces:ictus ipse:quotidie tela,lapides, fugæ: deprehensus denique cum ferro [e] ad senatum is,quem ad Cn.Põpeium interimendum collo-

b L. Ac ne tum quidẽ
c v.c.Cæso, al. Cæsoni,
d v.c.mira P. R. æq. L. mira populi R.
e fort. in senatu.

catum fuisse constabat.|| [f] Et quis audiuit non 29
modò actionem aliquam, aut relationem, sed
vocem omnino, aut querelam tuam? [g] Cõsulem
tu te fuisse putas, cuius in imperio, qui rempu-
blicam, senatus auctoritatem seruarat, [16] idém-
que in Italia qui omneis omnium gentium par-
teis triumphis deuinxerat, is se in publico tutò
statuit esse non posse? An tum eratis consules,
cùm, quacumque de re verbum facere cœpera-
tis, aut referre ad senatum: cunctus ordo recla-
mabat, ostẽdebátque nihil esse vos acturos, nisi
priùs de me retulissetis? cùm vos, quamquã fœ-
dere obstricti tenebamini, tamen cupere vos di-
ceretis, sed lege impediri?|| Quę lex priuatis ho- 30
minibus esse lex non videbatur, inusta per ser-
uos, incisa per vim, imposita per latrociniũ, su-
blato senatu, pulsis è foro bonis omnibus, capta
republica cõtra omneis leges, nullo scripta mo-
re: hanc qui se metuere dicerent, consules, non
dicam animi hominum, sed facti, vlli ferre pos-
sunt? Nam, si illam legem nõ putabitis, quæ erat
contra omneis leges, indẽnati ciuis, atqui inte-
gri capitis, bonorúmque tribunitia proscriptio:
[h] hac tamen obstricti pactione tenebamini: quis
vos non modò cõsules, sed liberos fuisse putet,
quorum mẽs fuerit oppressa præmio, linguá ad-
stricta mercede? Sin illam vos soli legem puta-
batis: quisquã vos consules tunc fuisse, aut nũc
esse cõsulareis putet, qui eius ciuitatis, in qua in
principum numero vultis esse, non leges, non
instituta, non mores, non iura noritis?|| An, * cũ 31
proficiscebamini paludati, in prouincias vel
emtas, vel ereptas, consules vos quisquam puta-
uit? Itaque, credo, si minùs frequentia sua ve-
strum egressum ornando, atque celebrando: [17] *
at hominibus saltẽ bonis, vt consules: non tri-
stissimis, vt hosteis, aut proditores prosequе-
bantur. Túne etiam immanissimũ, ac fœdissimũ
mõstrũ, [i] ausus es meum discessum illum testem,
scele

[f] L. Ecquis aud.

[g] al. Consulem tũ te f.

[h] fort. & hac tamen

* DE PISONIS abitu & abſẽtia, eiúsque cũ abitu & reditu Ciceronis comparatione.

* omnibus optimis antea hominibus,

[i] for. ausus mihi meum

sceleris,& crudelitatis tuæ,maledicti & contumeliæ loco ponere?Quo quidem tempore cepi, P.C.fructum immortalem vestri in me,& amoris & iudicij,qui non admurmuratione,sed voce,& clamore, abiecti hominis,& semiuiui furorem, petulantiámque fregistis. || Tu luctum senatus,
32 tu desiderium equestris ordinis,tu squalorē Italiæ, tu curiæ taciturnitatem annuam,tu silentiū perpetuum iudiciorum ac fori, [k] tu cetera illa in maledicti loco pones, quæ meus discessus reipublicæ vulnera inflixit?Qui si calamitosissimus fuisset:tamen misericordia dignior,quàm contumelia:& cum gloria potiùs esse coniunctus, quàm cum probro putaretur : atque ille dolor meus duntaxat,vestrum quidem scelus,ac dedecus haberetur.[l] Tum verò forsitan hoc, quod dicturus sum,mirabile auditu esse videatur, sed certè id dicā,ꝙ sentio.Cū tātis à vobis,P.C.beneficiis affectus sim,tantis honoribus:nō modò illā calamitatem esse nō duco:sed,si quid mihi potest à rep.esse seiūctū,quod vix potest:priuatim ad meū nomē augendū,optandā duco mihi
33 fuisse illā,expetendámque fortunam.||Atque,vt tuum lętissimum diē cū tristissimo meo conferā, vtrùm tandem bono viro & sapienti optabilius putas,sic exire [m] à patria,vt omnes sui ciues salutē,incolumitatē,reditū precentur, quod mihi accidit:an,[n] ꝙ tibi proficiscēti euenit,vt omnes exsecrarentur,malè precarentur, vnā tibi illam viam,& perpetuam esse vellent ? Mihi medius fidius in tanto omnium mortalium odio, iusto præsertim,& debito,[o] quæuis fuga potiùs,quàm vlla prouincia esset optatior.. Sed perge porrò. nā si illud meum turbulentissimū tempus profectionis,tuo tranquillissimo præstat,quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena fuerūt, in me dignitatis ? || Me Kalendis Ian. qui dies post obitū,occasumque nostrum reipub.primus illuxit,frequētissimus senatus, concursu Italiæ, refe

k fort. tu cetera illa mihi in maled.

l al. Tibi verò

m L. è patria,vt omnes ei sui ciues s.

n L. quod tibi in prouinciā proficisc.

o L.quauis fuga, quàm vlla pr.

referēte clarissimo, atque fortissimo viro, P. Lē-
tulo,[18] [p] consentiente populo Romano; atque
vna voce reuocauit. me idem senatus exteris
nationibus, me legatis, magistratibúsque nostris
auctoritate sua, consularibus literis,[19] non, [q] vt
tu nuper dicere ausus es, orbatum patria, sed, vt
senatus illo ipso tempore appellauit, [r] ciuem
conseruatorem reip. commendauit. ad meam [s]
vnius salutem, senatus auxilium omnium ciuiū
cuncta ex Italia, qui rempublicam saluam esse
vellent, consuli voce, & literis implorandum
putauit. mei capitis seruandi causa Romam vno
tempore, quasi signo dato, Italia tota conuênit.
de mea salute, P. Lentuli, præstantissimi viri, at-
que optimi consulis, Cn. Pompeij, clarissimi, at-
que inuictissimi ciuis, ceterorúmque [t] principū,
celeberrimæ,[u] & gratissimæ cōtiones fuerūt. ‖ de 35
me senatus ita decreuit, Cn. Pompeio auctore, &
eius sententiæ principe, vt, si quis impedisset re-
ditum meum, in hostium numero [x] putaretur: [y]
iisque verbis ea de me senatus auctoritas decla-
rata est, vt nemini sit triūphus honorificentiùs,
quā mihi salus, restitutioque perscripta. de me,
cùm omnes magistratus promulgassent, præter
vnum prætorem, à quo non fuit postulandum,
fratrem inimici mei, prætérque [20] duos * de la-
pide emtos trib. plebis, legem comitiis cēturia-
tis tulit P. Lentulus consul, de Collegæ Quint.
Metelli sentētia: quem mecum eadem respubli-
ca, quæ in tribunatu eius disiunxerat, in consu-
latu, virtute optimi, ac iustissimi viri, sapiētiáq;
coniunxit. ¶ Quæ lex quemadmodū accepta sit, 36
quid me attinet dicere? ex vobis audio. nemini
ciui vllam, quo minus adesset, [z] iustam excusa-
tionem esse visam: nullis comitiis [a] vmquā mul-
titudinem hominum tantam [b] neque splendi-
diorem fuisse: hoc certè video, quod indicant
tabulæ publicæ, vos rogatores,[20] vos [c] distribu-
tores, vos custodes fuisse tabularum: &, quod in
hono

p L. consentiente, atq; vna voce
q L. vt, tu insuper, dicere
r v. c. ciuē, seruatorē, que reipu.
s v. c. vnius hominis salut. & ita L.
t L. principum ciuitatis cel.
v al. & gratissimæ cont.
x L. reputaretur:
y v. c. eisq; verbis eadē senatus auct.
* Sex. Attilium Serranum, & Numerium Quinctium corruptos à Clodio.
z L. satis iustam excus.
a L. vmquā neq; mult.
b L. neque meliorem f.
c L. vos diribitores,

honoribus veſtrorum propinquorum nõ facitis vel ætatis excuſatione, vel honoris, id in ſalute mea, nullo rogante, vos veſtra ſponte feciſtis.

37 || Confer nunc, Epicure noſter,[21] ex * hara productæ, non ex ſchola, confer, ſi audes, abſentiam tuam cum mea. Obtinuiſti prouinciam conſularẽ finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat, nã lege Cæſaris iuſtiſſima, atque optima, populi liberi, [d] planè & verè erant liberi: lege autem ea, quam nemo legem, præter te, & collegam tuum, putauit, omnis erat tibi Achaia, Theſſalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta. habebas exercitum tantũ, quantum tibi non ſenatus, aut populus Ro. dederat, ſed quãtum tua libido conſcripſerat. ærarium exhauſeras.

38 || [e] Quas res geſſiſti in imperio, exercitu, prouincia conſulari? quas res geſſerit, quæro? qui vt venit ſtatim (nondum commemoro rapinas, [f] nondum exactas pecunias, non captas, nõ imperatas, nõ neces ſociorum, non cædem hoſpitũ, non perfidiam, non immanitatẽ, nõ ſcelera prædico: mox, ſi videbitur, vt cũ fure, vt cum ſacrilego, vt cũ ſicario, diſputabo: nunc meã ſpoliatã fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris.) Quis vmquã prouinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad ſenatum literas miſerit? tantam verò prouinciam cum tanto exercitu, Macedoniam præſertim, [g] quæ tantis barbarorũ gentibus attingitur, vt ſemper [h] Macedonibus imperatoribus iidẽ fines prouinciæ fuerint, qui gladiorum, atque pilorum: ex qua aliquot prætorio imperio, conſulari quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, [i] qui non triumpharit. eſt hoc nouum: multò illud magis.[22] appellatus eſt [k] hic vulturius, illius prouinciæ (ſi diis placet) imperator.

39 || Ne tum quidẽ, Paule noſter, [l] tabulas Romã cũ laurea mittere audebas? Miſi, inquit. Quis vmquã recitauit? quis, vt recitarentur, poſtulauit? [m] nihil enim mea refert, verùm tu cõ

* vide Non. c. 2. in Hara.

d L. planè, & verè liberi: lege

e L. Quas res geſſiſti imperio, exerc.

f L. non exactas pec.

g v.c. quam tantæ barbarorum gentes attingunt, vt

h Macedonicis imp.

i v.c. quin triũpharit.

k L. hic vulturius illius prouinc.

l L. tabellas Romã mitt.

m L. nihil enim mea iam ref.

ſcientia oppreſſus ſcelerũ tuorũ, nihil vmquam
auſus ſis ſcribere ad eũ ordinẽ, quẽ deſpexeras,
quẽ afflixeras,quẽ deleueras:an amici tui [n] ta-
bulas abdiderint,iidẽq; ſilentio ſuo temeritatẽ,
atque audaciã tuã condẽnarint. Atq; haud ſcio,
an malim,te videri nullo pudore fuiſſe in literis
[o] mittendis,[23] an amicos tuos plus habuiſſe &
pudoris,& cõſilij,quã aut te[24] videre pudẽtiorẽ
fuiſſe,quàm ſoles,aut tuũ factũ non eſſe condẽ-
natum iudicio amicorũ.||Quòd ſi non tuis nefa- 40
riis in hũc ordinẽ contumeliis in perpetuũ tibi
curiam præcluſiſſes:quid tandẽ erat actum, aut
geſtum [p] in illa prouincia,de quo ad ſenatũ cũ
gratulatione aliqua ſcribi abs te oporteret? ve-
xatio Macedoniæ? an oppidorũ turpis amiſſio?
an ſociorũ direptio?an agrorũ depopulatio? an
munitio Theſſalonicę?an obſeſſio militaris vię?
an exercit⁹ noſtri interitus,ferro,fame,frigore,
peſtilentia?Tu verò,qui ad ſenatũ nihil ſcripſe-
ris:vt in vrbe nequior inuentus es quàm Gabi-
nius,ſic in prouincia paulò tamen, quã ille de-
miſſior.||Nã ille gurges,atq; heluo,natus abdo- 41
mini ſuo,non laudi,[q] atque gloriæ,cùm equites
Ro.in prouincia,cùm publicanos, nobiſcum &
volũtate & dignitate coniunctos,omneis fortu-
nis,multos fama,vitáque priuaſſet,cùm egiſſet [r]
aliud nihil in illo exercitu,niſi vt vrbeis depo-
pularetur,agros vaſtaret,exhauriret domos: au-
ſus eſt (quid enim ille [s] non auderet?) à ſenatu
ſupplicationẽ per literas poſtulare.O dij immor
tales! túne etiam,atque adeò vos,geminæ vora-
gines,ſcopulique reip. vos meã fortunã depri-
mitis?veſtrã extollitis?cũ de me ea ſenatuſcon-
ſulta abſente facta ſint,eæ contẽtiones habitæ,
is motus fuerit municipiorũ,& coloniarum om-
niũ,ea decreta publicanorũ,ea collegiorum, ea
deniq; generũ,ordinũmque omnium,[t] quæ ego
nõ modò optare numquã auderem,ſed cogitare
nõ poſſem?vos autẽ ſempiternas fœdiſſimæ tur-
pitudi

n L. tabellas abd.

o L. mittẽdis,& amicos tuos

p v.c. in tua prouincia,; & ita L.

q v. c. & gloriæ, & ita L.

r L. aliud nihil il'. exercitu,

s L. nõ audeat?)

t v. c. quæ non modò ego opt. & ita L.

42 pitudinis notas subieritis?|| An ego, si te, & Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior [u] ex infamia? nullum est supplicium putãdum, quo affici casu aliquo etiam boni viri, fortésque possunt. Atque hoc quidẽ etiam isti tui dicunt voluptarij Græci: quos vtinam ita audires, vt erant audiendi. numquam in tot flagitia ingurgitasses. verùm audis in præsentibus: audis in stupris: audis in cibo, & vino. [x] Sed dicũt ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, sapienté, [25] etiam si [y] in Phalaridis tauro inclusus, succensis ignibus torreatur, dicturum tamẽ suaue illud esse, [z] seséque ne tãtulum quidem commoueri, tantam virtutis esse vim voluerũt, vt non posset vmquã esse vir bonus non beatus.

[v] L. ex famæ & ita v.c.
[x] L. sed dicunt isti ipsi,
[y] L. in Falaridis tauro
[z] L. & v.c. séque ne

43 || Quæ est igitur pœna? quod supplicium? Id mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti, suscepta fraus, impedita, [a] & oppressa mẽs, conscientia bonorum omnium odium, [26] nota iusti senatus: amissio dignitatis. Nec mihi ille M. Regulus, quẽ Karthaginienses, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt, supplicio videtur affectus: nec * C. Marius, quem Italia seruata ab illo, demersũ in Minturnensium paludibus, Africa deuicta, ab eodem expulsum, & naufragiũ vidit. fortunæ enim ista tela sunt, non culpæ: supplicium autẽ, est pœna peccati. neque verò ego, si vmquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, in quo dij immortales meas preces audiuerunt, morbũ, aut mortẽ, aut cruciatum precarer. Thyestea ista exsecratio est, poëtæ, vulgi animos, non sapientum, mouentis:

Vt tu naufragio expulsus, vspiam saxis fixus asperis,
Euiscerat[9] latere pẽderes (vt ait ille) saxa spargẽs tabo,

[a] L. & oppressa mens bonorum odium, nota iniusta à senatu, am.
* vide Appia. lib. 1. bell. ciuilis

44 [b] *Sanie, sanguine atro.* || Non ferrem omnino molestè, si ita accidisset: sed id tamen esset humanum. M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari,

[b] L. Sanie, & sanguine

periit in mari: qui tamen ob virtutem [c] gloria, & laude viuit. in fortuna quadam est illa mors, non in pœna, putāda. Quæ est igitur pœna? quod suppliciun? quæ saxa? quæ cruces? [d] Ecce, duos duces in prouinciis populi Ro. habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatū conscientia scelerum, & fraudū suarum, vt ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triūphalis, [e] nullas sit ad senatū literas mittere ausus. Ex qua prouincia modò vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis rebus gestis, me referēte, absens imperator [f] sit appellatus: vnde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli iustissimos triūphos vidimus, ex ea, te imperatore, nuntius ad senatū allatus est nullus. ab altero allatæ literæ, recitatæ, relatum ad senatum. Dij immortales! idne ego optāre, vt inimicus meus, ea, qua nemo vmquam, ignominia notaretur? vt senatus is, [g] qui in eam iam benignitatis consuetudinē venit, vt eos, qui bene remp. gesserint. nouis honoribus afficiat, & numero dierum, & genere verborum huius vnius literis nuntiātibus non crederet? postulātibus denegaret? His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quòd de vobis hic ordo opinatur [27] non [h] secus, ac de teterrimis hostibus: quòd vos equites Rom. quod ceteri ordines, quòd cuncta ciuitas odit: quòd nemo bonus, nemo denique ciuis est, qui modò se ciuē esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa consulatus vestri perhorrescat. 45

46 Hæc ego semper de vobis expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum, plura etiam acciderunt, quàm vellem. nam, vt amitteretis exercitum, [i] numquam mehercule optaui. illud etiam accidit præter optatum meum: sed valdè ex volūtate: mihi enim [k] non venerat in mentem, furorē, & insaniam optare vobis, in quam incidistis.

Atqui

c L. in gloria, & laude viu.
d L. Esse duos duces
e L. nullam sit ad senatum literā mitt.
f L. est ap.
g v. c. qui in eam benign.
h v. c. ac de acerrimis h.
i v. c. numquam her.
k L. numquam venirer in

Atqui fuit optandum.me tamen fugerat,deorum immortalium has esse in impios, & conscelera-tos pœnas certissimas[l] constitutas. Nolite enim putare,P.C.vt [m] in scena videtis homines con-sceleratos impulsu deorũ terreri furiarum tædis ardentibus.sua quemque fraus,suũ facinus, suũ scelus,sua audacia de sanitate, ac mente deturbat.hæ sunt impiorũ furiæ,hæ flammæ,hæ faces.

l vox, constitutas. abest à v.c.
m v.c.in scæna

47 ‖Ego te non vecordem,non furiosum,non mente captum,non tragico illo Oreste,aut Athamãte dementiorem putem,qui sis ausus primùm facere (nam id est caput) deinde paulò antè,Torquato,grauissimo,& sanctissimo viro, premẽte, confiteri,te prouinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses,sine vllo milite reliquisse? Mitto de amissa maxima parte exercitus.sit hoc infelicitatis tuæ.dimittẽdi verò exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti?quã legem? quod senatus consultum?quod ius?quod exemplum?[28] [n] Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines. non cognoscere leges,non senatum,non ciuitatẽ?[29] [o] cruentare corpus suum?maior hęc est vi-

48 tæ,famæ,salutis suæ vulneratio. ‖ Si familiã tuã dimisisses quod ad neminem, nisi ad ipsum te, pertineret,[p] amici te tui cõstringendum putarent.[q] præsidium tu populi Ro. custodiam prouinciæ iniussu populi, senatúsque dimisisses, si tuæ mentis compos fuisses?Ecce tibi alter, effusa iam maxima præda, quam ex fortunis publicanorum, ex agris, vrbibúsq; sociorum exhauserat,[30] [s] cũ partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent,partim noua quædam,&inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, vbi omnia diripuit, emtiones,[t] partim permutationes ad hunc [u] Tusculanum montem exstruendum, cùm illa eius immensa,& intolerabilis ædificatio constitisset: se ipsum, fasceis suos, exercitum populi Ro. numen, interdictúmque deorum

n L. Quid est aliud furere, non cogn.h.
o L cruentare corpus suum, leue est maior h.
p L.amici te constr.
q L. præsidium tu reip. cust.
r L. populi R.len.
s v. c. cùm partem eius pr.profli.deu.partem n.
t v.c. partẽ perm.
v L. Tusculani montem extruẽdum: cùm iam egeret, cùm illa eius intermissa intolerab.

 rum

rum immortalium,responsa sacerdotum, aucto-
ritatem senatus,iussa populi,nomen ac dignita-
tem imperij regi AEgyptio vendidit.||Cũ fineis 49
prouinciæ tantos haberet, quantos voluerat,
x L. quantos pretio mei capitis emerat:
quãtos optauerat,[x] quantos mei capitis pretio,
periculoque emerat:[y] his se tenere non potuit.
exercitum eduxit ex Syria.Qui licuit extra pro-
y v.c.se tenere,non posl.
uinciam?[z] Tribuit se [a] mercenarium comitem
regi Alexandrino. Quid hoc turpius? in AEgy-
z L.Præbuit se merc.
ptum venit: signa contulit cum Alexandrinis.
Quando hoc bellum, aut hic ordo,aut populus
a v.c.mercẽnarium
susceperat?Cepit Alexandriã.Quid aliud exspe-
ctamus à furore eius, nisi vt ad senatũ tantis de
rebus gestis literas mittat? || Hic si mentis esset 50
suæ,nisi pœnas patriæ, diisq; immortalibus eas,
quæ grauissimæ sunt,furore, atque insania pen-
deret.ausus esset,mitto exire de prouincia,edu-
cere exercitum,bellum sua sponte gerere,in re-
b L.ac senatus
gnũ iniussu populi,[b] aut senatus accedere : quæ
cùm plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia
maiestatis,Iulia de pecuniis repetundis,planissi-
c v.c.vetat:
mè [c] vetant:sed hæc omitto. ille, si non acerri-
mè fureret,auderet,quam prouinciam P.Lentu-
lus amicissimus huic ordini, cùm & auctoritate
senatus, & sorte haberet,interposita religione
sine vlla dubitatione deposuisset, eam sibi tùm
asciscere,cùm,etiã si religio non impediret,mos
maiorum tamen,& exẽpla, & grauissimæ legum
d L. Et, quoniam for.
pœnæ vetarent?||[d] Sed quoniam fortunarũ con- 51
tentionem facere cœpimus:de redituGabinij o-
e L. Ac meus
mittamus:quem etsi sibi ipse pręcidit, ego tamẽ
os vt videã hominis,exspecto.Tuũ,si placet,re-
f L. à Brundisio vsque v.c.è Brundisio
ditum cũ meo conferamus.[e] At meus quidem is
fuit,[f] vt à Brundusio vsqueRomã agmen perpe-
g L.viderit
tuum totius Italiæ[g] viderem.neque enim regio
h L.non ad me publicè ven.& ita v.c.
fuit vlla,neque municipium , neque præfectura,
aut colonia, ex qua[h] nõ publicè ad me venerint
gratulatum.Quid dicã aduentus meos?quid ef-
fusiones hominum ex oppidis? quid concursum

ex

ex agris patrum familias cum coniugibus, ac liberis? quid eos dies, qui quasi deorum immortaliũ festi, [k] ac solẽnes, sunt aduentu meo, reditúque celebrati? || Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, [l] quo in patriam redij, cùm senatũ egressum vidi, populúmque R. vniuersum, cùm mihi ipsa Roma propè conuulsa sedib. suis, ad complectendũ conseruatorem suum [m] procedere visa est. quæ me ita accepit, vt non modò omnium generũ, ætatũ, ordinũ omnes viri, ac mulieres, omnis fortunæ, ac loci: sed etiam mœnia ipsa viderentur, & tecta vrbis, ac templa lætari. Me consequentib. dieb. in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules [n] prætores collocauerunt, mihíque, quod ante me nemini pecunia publica ędificandam domum censuerũt. Habes reditum meũ. || Cõfer nũc vicissim tuũ, quandoquidem, amisso exercitu, nihil incolume domũ, pręter os illud [o] pristinũ tuũ, retulisti: qui primũ, quà veneris dũ laureatis tuis lictoribus, quis scit? quos tũ Mæandros, dũ omneis solitudines persequeris, quę diuerticula, [p] flexionésque quęsisti? quod te municipium vidit? quis amicus inuitauit? quis hospes adspexit? nónne tibi nox erat pro die? [q] nõ solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? nõ vt redire ex Macedonia nobilis imperator, sed vt mortuus * infamis referri videretur? Romã verò ipsam fœdauit aduentus [s] tuus. O familiæ non dicam Calpurniæ, sed Caluentiæ: neque huius vrbis, sed Placentini municipij: neque paterni generis, sed * brachatæ cognationis dedecus, quemadmodum venisti? quis tibi, non dicam horum, aut ciuium ceterorum, sed tuorum legatorum obuiam venit? || Mecum enim L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus, atque iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit ad conseruandam remp. dignior, mecum fuit tum,

52 (margin, at "que celebrati")
53 (margin, at "bes reditum")
54 (margin, at "nit?")

k L. atque sollemnes, apud ? omneis sunt adu.

l L. cùm in pat.

m L. progredi visa est.

n L. patres conscripti coll.

o L. tuum pristinum ret. & ita v. c.

p for. quas flexiones quæsisti? q abest hinc negationis particula in c. v.

* al. infames efferri

* Galli Sueto. in Cæsare.

cùm te quidam non longè à porta cum lictorib.
errantem visum esse[r] narrabat. scio item virum
fortem in primis, belli ac rei militaris peritum,
familiarem meum, Q. Marciū, quorū tu legato-
rum prœlio imperator appellatus eras,[s] cùm lō-
gè abfuisses, aduentu isto tuo domi fuisse otio-
sum. Sed quid ego[t] enumero, qui tibi obuiā non
venerint?[u] qui dico venisse pænè neminem, ne
de officiosissima quidem natione candidatorū,
cū vulgò essent & illo ipso, & multis antè die-
bus admoniti, & rogati. Togulæ lictoribus ad
portam præstò fuerunt: quibus illi acceptis, sa-
gula[x] reiecerūt, & cateruam imperatori suo no-
uam præbuerunt. Sic iste,[y] tanto exercitu, tanta 55
prouincia, triennio pòst, Macedonicus impera-
tor in vrbem se intulit, vt nullius negotiatoris
obscurissimi reditus vmquā fuerit desertior. in
quo me tamen, qui esset paratus ad se defendē-
dum, reprehendit. cū ego Cœlimontana[z] porta
introisse dixissem, 31 [a] respōsione me inimica, Es-
quilina introisse homo promtissimus lacessiuit:
quasi verò id aut ego scire debuerim, 32 [b] aut ve-
strûm quispiā audierit, aut ad rem pertineat: qua
tu porta introieris modò ne triūphali: quæ por-
ta Macedonicis semper procōsulibus ante te pa-
tuit. tu inuentus es, qui consulari imperio præ-
ditus, ex Macedonia nō triūphares. At audistis, 56
P.C. philosophi vocem. negauit, se triumphi cu
pidū vmquā fuisse. O scelus, ô pestis, ô labes: cū
exstinguebas senatū, vendebas auctoritatē hui9
ordinis, addicebas tribuno pleb. consulatum
tuum, remp. euertebas, prodebas caput & salutē
meam[c] vna mercede prouinciæ: si triumphum nō
cupiebas, cuius tandem rei te cupiditate arsisse
defendes. sæpe enim vidi, qui & mihi, & ceteris
cupidiores prouinciæ viderentur, triumphi no-
mine 33 tegere, [d] atque velare cupiditatem
suam. Hoc modo D. Silanus consul in hoc or-
dine, hoc meus etiam collega dicebat. neque
enim

r L. narraret.
s L. cùm longè afuisses,
t L. numero,
v L. cui dico
x L. reiecerunt, cateruam imp.
y L. à tanto exercitu,
z vox, porta abest à v.c.
a L. sponsione me, ni Esquilina introisset, homo prōtus lacess.
b L. aut vestrûm quisquam audierit, aut quidquam ad rem pert.
c vox, vna, abest à v c. nec eam agnoscit L.
d v.c. atque celare cup. & ita L.

enim quisquam potest exercitum cupere, apertéq; petere, vt non prætexat cupiditatē triūphi.
57 ||Quòd[c] si te senatus, populúsqueR. aut nō appetentem, aut etiam recusantem, bellum suscipere, exercitum ducere coëgisset: tamen erat angusti animi, atq; demissi,[f] triumphi honorem, atque dignitatē contemnere. nā, vt leuitatis est, inanē aucupari rumorē,[g] vt omneis vmbras etiā falsæ gloriæ consectari:34[h] sic leuis est animi, lucem, splendorémque fugiētis, iustam gloriam, qui est fructus verę virtutis honestissimus, repudiare. Cū verò non modò non postulante, atque cogente, sed inuito, atque oppresso senatu nō modò nullo populiR. studio, sed nullo ferente suffragium libero, prouincia, tibi ista[i] manupretium fuerit non euersæ per te, sed perditæ ciuitatis: cūq; omnium tuorum scelerum hęc pactio exstiterit, vt, si tu totam remp. nefariis latronibus tradidisses: Macedonia tibi ob eam rem,[k] quibus tu finibus velles, redderetur: cùm exhauriebas ærarium: cùm orbabas Italiam iuuentute: cùm mare vastissimum hyeme[l] transibas: si triumphū contemnebas, quæ te, prędo amentissime, nisi prędę, ac rapinarum cupiditas tam cæca rapiebat?||
58 Nō est integrum Cn. Pompeio, consilio iam vti tuo. errauit enim. non gustarat istam tuam philosophiam. tertiam homo stultus triumphauit, Crasse, pudet me tui. quid est,[m] quòd confecto formidolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris à senatu? P. Seruili, Q. Metelle, C. Curio, P. Africane, cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quàm in istum errorem inducere-mini? C. ipsi[n] Pontino, necessario meo, iam non est integrum. religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos, Curios, Fabricos, Calatinos, Scipiones, Marcellos.[o] Maximos! ô amentem Paulum, rusticum Marium, nullius consilij[p] patres istorum amborum consulum, qui

c L. si te senatus, si populus R.
f L. iusti triumphi hon.
g L. & omneis vmb.
h for. sic est leui animi lucē, splēd. fort. sic est animi, lucem, splendorémque fug.
i L. manupretiū fuerit euersæ per te, & perditæ c.
k L. quibus tu velles finibus, traderetur:
l v.c. transiebas: fort. transmeabas:
m al. quòd per te confecto form.
n L. Pontino,
o L. Maximos! amen tem Paul.
p L. patres horū amb. cons. qui triumpharint!

triumpharunt?||Sed,quoniã præterita mutare nõ 59
q L. hic homullus,
possumus,quid cessat [q] hic homulus, ex argilla,
r L. Epicurus,
fictꝰ [r] &lutoEpicureus,dare hęc pręclara pręcepta
sapientię,clarissimo,& summo imperatori,genero
suo? [36] fertur ille vir,mihi crede,gloria: flagrat,
ardet cupiditate iusti, & magni triumphi. non
didicit eadem ista, quæ tu. mitte ad eum libel-
s L. etsi iam ipse coràm cõg. poter.
lum. [s] sed iam, ipse coràm congredi poteris,
meditare,quibus verbis incensam illius cupidi-
tatem comprimas, atque restinguas. valebis a-
pud hominem volitantem gloriæ cupiditate,
vir moderatus, & constans, apud indoctum eru-
ditus, apud generum socer. dices enim. [36] vt es
t L. facetus ad persuadendum, conc. al. factus,
homo [t] facetus, ad persuadendum concinnus,
perfectus, [u] politus è schola: Quid est, Cæsar,
v v.c. politus ex schola:
quòd te supplicationes toties decretæ, tot die-
rum,tantopere delectent?in quibus homines er-
rore ducuntur:quas dij negligunt:qui(vt noster
ille diuinus dixit Epicureus) neque propitij
x L. & fuisse videbit irat.
cuiquam esse solent,neque irati. Non facies fi-
dem scilicet, cùm hæc disputabis. tibi enim &
esse,[x] & fuisse deos videbit iratos.||Vertes te ad 60
y L.T. Flamininus. Fuit autem hic qui Macedoniam subegit, frater L.Quintij Flaminij, quem M. Cato in censura Senatu mouit. vide Cice.1.Off. & de Sen.
alteram scholam:differes de triumpho.Quid tã-
dem habet iste currus? quid vincti ante currum
duces?quid simulacra oppidorum? quid aurum?
quid argentum?quid legati in equis, & tribuni?
quid clamor militum?quid tota illa pompa?ina-
nia sunt ista, mihi crede, delectamenta pænè
puerorum,captare plausus,vehi per vrbem,con-
spici velle.quibus ex rebus,nihil est,quod soli-
dum tenere: nihil, quod referre ad voluptatem
corporis possis.|| Quin tu me vides, qui, ex qua 61
prouincia [37] [y] T.Flaminius,L.Paulus,Q.Metel-
z v.c. leuitate, & cupiditate commot.
lus, T. Didius, innumerabiles alij, [z] leui cupi-
ditate commoti, triumpharunt,ex ea sic redij,vt
ad portam Esquilinam, Macedonicam lauream
conculcarim, ipse cum hominibus quindecim
malè vestitis ad portam Cœlimontanam sitiens
peruenerim? quo in loco mihi libertus, præ-
claro

claro imperatori, domum ex hac die biduo antè conduxerat: quæ vacua ſi non fuiſſet, in campo Martio mihi tabernaculum collocaſſem, nũmus interea mihi, Cæſar, neglectis[a] vehiculis triumphalibus, domi manet, & manebit.[b] rationes ad ærarium retuli continuò, ſicut tua lex iubebat: neque alia vlla in re legi tuæ parui. quas rationes ſi cognôris: intelliges, nemini plus quã mihi, literas profuiſſe. ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè, & literatè, vt ſcriba, ad ærarium, qui eas retulit, perſcriptis rationib⁹, ſecũ ipſe, caput ſiniſtra manu perfricãs, commurmuratus ſit. Ratio quidẽ hercle apparet,[c] argentum οἴχεται. Hac tu oratione non dubito, quin illã iã adſcendentem
62 in currũ [d]poſſis reuocare. O tenebræ, ô lutũ, ô ſordes, ô paterni generis oblite, materni vix me mor: ita neſcio quid iſtuc fractũ, humile, demiſſum, ſordidũ, inferius etiã eſt, quàm vt Mediolanẽſi præcone, auo tuo dignum eſſe videatur. L. Craſſus, homo ſapientiſſimus noſtræ ciuitatis, 38
ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpeis: vt, vbi hoſtis nõ erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret. Eadem cupiditate vir ſummo ingenio præditus, C. Cotta, nullo certo hoſte, flagrauit, eorũ neuter triũphauit, quòd alteri illum honorẽ collega, alteri mors ademit. Irriſa abs te paulò antè M. Piſonis cupiditas triũphandi, à qua te longè dixiſti abhorrere, qui etiã, ſi minùs magnũ bellũ geſſerat, vt abs te dictum eſt, tamen iſtum honorem contẽnendũ non putauit. Tu eruditior, quã Piſo: prudẽtior, quã Cotta, abũdantior cõſilio, ingenio, ſapientia, quã Craſſus, ea contẽnis, quæ illi idiotæ, vt tu appellas, præclara duxerunt.
63 Quòd ſi reprehendis, quòd cupidi laureæ fuerint, cùm bella aut parua, aut nulla geſſiſſent: tu, tantis nationibus ſubactis, tantis rebus geſtis, minimè fructũ laborũ tuorũ, præmia periculorũ, virtutis inſignia contemnere debuiſti. neque verò contemſiſti, [e] licet 39 Themiſta ſapientior, ſi os tuum ferreum ſenatus conuitio verbe-

a L. ferculis triumphalib.
b L. rationes ad ærarium continuò, ſicut tua lex iubebat, detuli. neque
c L. argentũ œchetæ.
d L. reuocare poſſis. & ita v.c.
e L. licet ſis Themiſta ſapientior, ſed os t.

rari noluisti. Iam vides,[f] quandoquidē ita mihi-
met fui inimicus, vt me tecum compararem,[g] & digressum meum, & absentiam, & reditū ita lōgè tuo præstitisse, vt mihi illa omnia immortalē gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint.|| Nunc * etiam in hac quoti- 64
diana, assidua, vrbanáque vita splendorem tuū, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis, aut, vt veriùs dicam, 40 [i] cuiquam ex infirmissimo ac desperatissimo antelaturus? Agè, senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictorem, & [k] proditorē non modò dignitatis, & auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui: videre equites Romani non possunt, quo ex ordine 41 vir præstantissimus, [l] L. Aelius, est, te cōsule, relegatus: plebs Romana perditum cupit, in cuius tu infamiā ea, quæ, [m] per latrones, & per seruos de me egeras, contulisti: Italia cuncta exsecratur, cuius [n] idem tu superbissimè decreta, & preces repudiasti.
||Fac huius odij tanti, [o] ac vniuersi periculum, si 65
audes. Instant post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimíque ludi, quales non modò numquam fuerunt, sed ne quomodo fieri quidem posthac possint, possum vllo pacto suspicari. Da te populo, committe ludis. sibilum metuis? vbi sunt vestræ scholæ? [p] ne acclametur? ne id quidem est curare philosophi. manus tibi ne afferantur, times: dolor enim est malum, vt disputas: existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, [q] verba sunt, atque ineptiæ. Sed de hoc non dubito. [r] non audebit accedere ad ludos. conuiuium publicum non dignitatis gratia inibit (nisi fortè, vt cum P. Clodio, hoc est, [s] cum amoribus suis cenet) sed planè animi sui causa, ludos nobis idiotis relinquet. || solet enim in 66
disputationibus suis, oculorum, & aurium delectationi abdominis voluptates anteferre. nā,
quòd

f I. quon iā quidem
g al. & de gressum m.
h L. Nam etiam
* DE PRIVATIS flagitiis Pisonis.
i L. cuiquā ex infimo, ac despicatissimo ante l.
k L. perditorem
l for. L. Aelius Lamia, est, te cōs.
m L. per latrones, per seru.
n L. item tu
o L. ac tam vniuersi p.
p v. c. ne āc clametur times. ne id q. est curare ph. manus tibi ne afferantur. dolor enim
q L. verba atque ineptiæ.
r L. nam nō audebit
s v. c. cùm amator b. suis &c. al. compotoribus suis &c.

quòd vobis iste tantummodò improbus, crudelis olim furunculus, nũc verò etiam rapax, quòd sordidus, quòd contumax, quòd superbus, quòd fallax, quòd perfidiosus, quòd impudens, quòd audax esse videatur: nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, [t] nihil posterius, nihil ne
67 quius.|| [u] luxuriam* autem in isto nolite hãc cogitare, est enim quædam, quamquam omnis est vitiosa, atque turpis, tamen ingenuo, ac libero dignior. nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitũ (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quidquam, præter libidines, sumtuosum. toreuma nullum: maximi calices, & hi, ne cõtemnere suos videatur, Placentini: exstructa mensa, non conchyliis, aut piscibus: sed multa carne subrancida. serui sordidati ministrant? nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriẽsis: pistor domi nullus, nulla cælla: 42 panis & vinum [x] à propola, atque de cupa: Græci stipati, [y] quini in lectulis, sæpe plures: 43 [z] ipse solus bibiturus quæ eodem de solio ministrentur. vbi galli cãtũ audiuit, auum suum reuixisse putat: men-
68 sã tolli iubet.|| Dicet aliquis, Vnde tibi hæc nota sunt? non [a] mehercule, contumeliæ causa describam quemquam, præsertim ingeniosum hominem atque eruditum, cui generi esse ego iratus, ne, si cupiam quidem, possum. Est quidã Græcus, qui cũ isto viuit, homo, [b] verò vt dicam (sic enim cognoui) humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum. is cùm istum adolescentem 44 iam tum cùm hac diis irata fronte vidisset, [c] non fugit eius amicitiam, cùm esset præsertim appetitus: dedit se in consuetudinem. sic, vt prorsus vnà viueret, [d] nec ferè ab isto vmquam discederet. Nõ apud indoctos, sed, vt ego arbitror, in hominum eruditissimorum, & humanissimorum cætu loquor. Audistis profectò dici, philosophos Epicureos, omneis res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri: rectè,

t L. nihil proteruius,
v al. luxuriam autẽ nolite hãc cogitare in isto, est enim &c. L. luxuriam autem hãc cogitare nolite in isto: est enim &c.
* LVXVRIA Pisonis.
x L. à propala, atque de cupa:
y L. quini in lectis,
z L. ipse solus bibitur vsque eò dum de solioministrentur.
a L. meher cules,
b L. vt verè dicam,
c v. c. non fastidiuit eius amicitiam,
d L. nec ferè vmquã ab isto d.

rectè,an secus,nihil ad nos : aut,si ad nos, nihil
ad hoc tempus. sed tamen lubricum genus orationis adolescenti nō acriter intelligenti,[c] sæpe præceps.||Itaque admissarius iste,simulatque 69
audiuit,à philosopho voluptatē tantopere laudari,nihil expiscatus est:sic suos sensusvoluptarios omneis incitauit,sic[f] ad illius hanc orationem adhinniit,vt nō magistrum virtutis,sed auctorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.Græcus primò distinguere, [g] atque diuidere illa , quemadmodum dicerentur : iste claudus ([h] quomodo aiunt)pilam retinere : quod acceperat,testificari,tabulas obsignare velle,+5 Epicurum disertum decernere : [i] & tamen dictum opinor, se nullum bonū intelligere posse demtis corporis voluptatibus.||Quid multa?Græcus 70
facilis,& valde venustus,nimis pugnax cōtra senatorem populi Romani esse noluit. Est autem hic,de quo loquor,non philosophia solū,[k] sed etiā literis, quod ferè ceteros Epicureos negligere dicunt , perpolitus. Poëma porrò facit ita festiuum,ita cōcinnum,ita elegans,nihil vt fieri possit argutius.in quo reprehendat eum licet,[l] si qui volet,modò leuiter,[m] non vt impurum,non vt improbum,non vt audacem,sed vt Græculū, vt assentatorem,vt poetam. deuenit, aut potiùs incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus,atque aduena,quo tā sapiēs,&tanta ciuitas, reuocare se non poterat, familiaritate implicatus:& simul inconstantiæ famam verebatur: rogatus,inuitatus,coactus. [n] ita multa ad istum de isto scripsit,vt omneis hominis libidines,omnia cœnarum genera,conuiuiorúmque, adulteria eius delicatissimis versibus expresserit. || in qui- 71
bus , si quis velit , possit istius tanquam in speculo vitam intueri : ex quibus multa à multis lecta, & audita recitarem , nisi vererer, ne hoc ipsum genus orationis , quo nunc vtor , ab huius loci more abhorreret : & simul de ipso, qui

c L. est sæpe præc.

f L. ad hanc illius orationem adhinniuit,

g v. c. & diuidere illa, & ita L.

h L. quemadmodum

i L. & tamē dicere,opinor,

k L. sed etiam ceteris studiis, quæ

l v. c. si qui vult,

m L. nō vt improbū, non vt audacem,non vt impurū, sed vt Gr.

n Lam. ita multa ad istum de isto quoque scripsit , vt omneis libidines, omnia stupra, omnia cœnarum,conuiuiorúmque genera, adulteria denique eius delicatissi.

qui ſcripſit, [o] detrahi nolo. qui ſi fuiſſet in diſcipulo comparando meliore fortuna, fortaſſe auſterior, & grauior eſſe potuiſſet: ſed eum caſus in hanc conſuetudinem ſcribēdi induxit, philoſopho valde indignam: ſiquidem philoſophia, vt fertur, virtutis continet, & officij, & bene viuendi diſciplinam: quam qui profitetur, grauiſſimam[p] mihi ſuſtinere perſonam videtur.

72 Sed idem caſus [q] illum ignarum quid profiteretur, cùm ſe philoſophum eſſe diceret. iſtius impuriſſimæ, atque intemperantiſſimæ pecudis cœno, & ſordib. inquinauit: [r] qui modò res geſtas conſulatus mei cùm laudaſſet (quæ quidem [s] laudatio hominis turpiſſimi, mihi ipſi erat pænè turpis.) [t] Nō vlla tibi, inquit, inuidia nocuit, ſed verſus tui. Nimis magna pœna, te conſule, conſtituta eſt ſiue malo poetæ, ſiue libero. [u] Scripſiſti .n. verſus, CEDANT ARMA TOGAE.-- Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitauit. At hoc nuſquā opinor ſcriptū fuiſſe in illo [x] elogio, quod te conſule, in ſepulchro reipublicæ inciſum eſt, Velitis, iubeatis, vt, quòd M. Cicero verſum fecerit: ſed quòd vindicarit.

73 Verùm tamē, quoniā te non Ariſtarchū, ſed Phalarim Grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malū verſū, ſed poëtā armis perſequare: ſcire cupio, quid tandē iſto in verſu reprehendas, CEDANT ARMA TOGAE. Tuæ dicis, inquit, togæ ſummum imperatorem eſſe ceſſurum. Quid nunc te, aſine, literas doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. non dixi hanc togam, qua ſum amictus: nec arma, ſcutum, [y] & gladium vnius imperatoris: [z] ſed, quòd pacis eſt inſigne, & otij, toga: contrà autem arma, tumultus, [a] atque belli: 4 6 more poëtarum locutus, hoc intelligi volui, bellum, ac tumultum paci, atque otio cōceſſurū.

74 Quære ex familiari tuo, Græco illo poëta, probabit genus ipſum, & agnoſcet, neque te nihil ſæpe mirabitur. At in illo altero, inquis, hæres,

CON

o L. nihil detrahi volo.

p v.c. ſuſtinere mihi perſ.

q L. illum non ignarum,

r L. qui modò cùm res geſtas conſulatusmei collaudaſſet:

s L. collaudatio h. & ita v.c.

t L. non illa tibi,

v L. Scripſiſti enim, Cedant

x L. elogio, al. ellogio, al. elegio,

y L. aut gladium vn.

z L. ſed, quia pac.

a L. ac belli: poetarū more tum locut.

b L.linguæ. CONCEDAT LAVREA [b] LAVDI. Immò mehercule habeo tibi gratiam. hærerē enim, [c] nisi tu me expediſſes. nam cùm tu timidus, ac tremens, tuis ipſe furaciſſimis manibus detractam è cruentis faſcibus lauream ad portam Eſquilinam abieciſti: [d] indicaſti, non modò ampliſſimæ, ſed etiam minimæ laudi lauream conceſſiſſe. Atque iſta ratione hoc tamen intelligi, ſcelerate, vis, Pompeiũ inimicum mihi iſto verſu eſſe factum: vt, ſi verſus mihi nocuerit, ab eo quem is verſus offenderit, videatur mihi pernicies eſſe quæſita. ||Omitto nihil iſtum verſum pertinuiſſe ad illũ: 75 non fuiſſe meum: quem quãtum potuiſſem, multis ſæpe orationibus, ſcriptiſq; decoraſſem, hũc vno violare verſu. Sed ſit offenſus. primò nónne cõpenſabit cum vno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum? Quòd ſi eſt cõmotus [e] ad perniciémne non dicam amiciſſimi: non ita de ſua laude meriti, non ita de rep. non conſularis, non ſenatoris, non ciuis, non liberi: in hominis caput ille tam crudelis propter verſum fuiſſet? [f] Tu quidem, tu apud quos, tu de quo dicas, intelligis? cõplecteris ampliſſimos viros ad tuum & Gabinij ſcelus: neque id occultè. nam paulò antè dixiſti, me cum iis confligere, quos deſpicerem: non attingere eos, qui plus poſſent, quibus iratus eſſe deberẽ. quorum quidem (quis enim non intelligit, quos dicas?) quamquam non eſt vna cauſa omnium, tamen eſt omnium mihi probata. ||Me Cn. Pompeius multis obſiſtentibus 76 eius erga me ſtudio atque amori ſemper dilexit, ſemper ſua coniunctione digniſſimum iudicauit, ſemper non modò incolumem, ſed etiam ampliſſimum, atque ornatiſſimum [g] voluit eſſe. veſtræ fraudes, veſtrum ſcelus, veſtræ criminationes inſidiarum mearum, illius periculorum, nefariæ fictæ, ſimul eorum, qui familiaritatis licentia, ſuorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auri-

b L.linguæ.
c L.niſi tum expediſſes.
d al. iudicaſti,
e L.ad perniciem non dicam, &c. & ita v. c.
f L.Tu quid tu apud quos tum de quo.
g al.eſſe voluit.

auribus eius impulsu vestro, [g] collocauerunt, vestræ cupiditates prouinciarum effecerunt, vt ego excluderer, omnésque qui me, qui illius gloriam, qui rēp. saluam esse cupiebāt, sermone, g for. collocarunt.
77 atque aditu prohiberentur. || Quibus rebus est perfectum, vt illi planè suo stare iudicio, nō liceret, cùm certi homines studiū eius à me alienassent, sed auxilium retardassent. Nonne abs te L. Lentulus, qui tum erat prætor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eū, multique mortales oratum in Albanū, obsecratúmque venerant, ne meas fortunas desereret, cùm reip. salute cōiunctas, quos ille ad te, & ad tuum collegam remisit, vt causam publicam susciperetis, vt ad senatū referretis: se contra armatum tribunum pl. sine cōsilio publico decertare nolle: consulibus ex S.C. rē-
78 pub. defendentibus, se arma suscepturum. || Ecquid infelix recordaris, quid respōderis? in quo illi omnes quidem, sed Torquatus præter ceteros, furebat contumacia responsi tui, te non esse tam fortē, quā ipse Torquatus in cōsulatu fuisset, aut ego: nihil opus esse armis, nihil contentione: me posse iterum remp. seruare, si cessissem: infinitam cædē fore, si restitissem: deinde ad extremum, neque se, neque generum, neq; collegā suum tribuno pl. defuturum. || Hic tu hostis, ac proditor, aliis me inimiciorem, quàm tibi debe-
79 re esse dicis? || Ego C. Cæsarem non eadē de rep. sensisse, quæ me scio: sed tamen, quod iā de eo, his audientibus, sępe dixi, me ille sui totius cōsulatus, eorúmque honorum, quos cum proximis communicauit, sociū esse voluit, detulit, inuitauit, rogauit, non sum ego, propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem, adductus ad causam: non postulabam, vt ei carissimus essem, cuius ego ne beneficiis quidem sententiā meam tradidissem. Adducta res in certamen, te consule, putabatur, vtrū quæ superiore anno ille gessisset,

fiſſet, manerent, an reſcinderentur. Quid loquar plura? ſi tantum ille in me eſſe vno roboris, & virtutis putauit, vt ea, quæ ipſe geſſerat, conciderent, ſi ego reſtitiſſem: cur ei non ignoſcam, ſi antepoſuit ſuam ſalutem meæ? ‖ Sed præterita 80
omitto, [h] me vt Cn. Põpeius omnibus ſuis ſtudiis, laboribus, vitæ periculis cõplexus eſt, cùm municipia pro me adiret, Italiæ fidem imploraret, P. Lentulo conſuli, auctori ſalutis meæ, frequens aſſideret, ſenatui ſententiam præſtaret, in cõtionibus non modò ſe defenſorẽ ſalutis meę: ſed etiam ſupplicem pro me profiteretur: huius voluntatis eum, quem multùm poſſe intelligebat, mihi non inimicum eſſe cognorat, ſocium ſibi, & adiutorem C. Cæſarem adiunxit. [i] Iã vides, me tibi non inimicum, ſed hoſtẽ illis, quos deſcribis, non modò non iratum, ſed etiam amicum eſſe debere? quorum alter, id quod meminero ſẽper, æquè mihi fuit amicus, ac ſibi: alter, id quod obliuiſcar aliquando, ſibi amicior: quã
mihi. ‖ Deinde hoc ita fit, vt viri fortes, etiam ſi 81
ferro inter ſe cominus decertarint, tamen illud contentionis odium ſimul cum ipſa pugna, armiſque ponant. [k] Atqui me ille odiſſe numquam potuit, ne tum quidem, cùm diſſidebamus. habet hoc virtus, quem tu ne de facie quidem noſti, vt viros forteis ſpecies eius, & pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet. Equidem dicã ex animo, P.C. quod ſentio, & quod, vobis audientib. ſæpe iam dixi. Si mihi numquã amicus C. Cæſar fuiſſet, ſed ſemper iratus: ſi aſpernaretur amicitiam meã, ſeſeque mihi implacabilem, inexplicabilémque præberet: tamen ei, cùm tantas res geſſiſſet, gereretq; quotidie non amicus eſſe nõ poſſem. 43 cuius ego [l] imperio non Alpiũ vallum contra adſcenſum, tráſgreſſionémque Gallorum, non Rheni foſſam gurgitibus illis redũdantem, Germanorum immaniſſimis gentibus obiicio, & oppono. ‖ Perfecit ille, vt, ſi montes 82

re-

h for. me Cn. Pompeius, vt omnib.

i L. iámne vides,

k v. c. Atq; me ille.

l L. imperium, non Alp. vall. contra adſcenſum, &c. al. cuius ego imperium, non Alpium vallum, adſcenſui tranſgreſſioniq; C.

resedissent, amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed victoria sua rebusque gestis Italiã munitã haberemus. Sed, cũ me expetat, diligat, omni laude dignum putet: tu me à tuis inimicitiis [l] ad simultatẽ reuocabis? sic [m] tuis sceleribus reip. præterita facta refricabis? quod quidem tu, qui bene nosses coniunctionem meã, & Cęsaris, eludebas, cùm me à trementibus omnino labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrẽ, requirebas. Quamquam, quod ad me attinet, numquam istam imminuã curam inficiando tibi: tamen est mihi considerandum, quantum illi tantis reipu. negotiis, tantoque bello impedito, ego homo amicissimus, sollicitudinis, atque oneris imponam. nec despero, tamen, quamquã languet iuuentus, [n] nec perinde, atque debeat, in laudis, & gloriæ cupiditate versatur, futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer consularibus spoliis nudare non nolint, presertim tam afflicto, tam
83 infirmo, tã eneruato reo: qui te ita gesseris, vt timeres, ne indignus beneficio videreris, nisi eius, à quo missus eras, simillimus exstitisses. || An verò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui, stragésq; prouinciæ? quas quidem nos non vestigiis odorãtes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus. *Notata à nobis sunt, & prima illa scelera in aduentu, cùm accepta pecunia à Dyrrachinis ob necẽ hospitis tui Platoris, eius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, eumque seruis symphoniacis, & aliis muneribus acceptis, timentem [o] & multum dubitantem confirmasti, & Thessalonicam fide tua venire iussisti, quem me maiorum quidem more supplicio affecisti, cùm miser ille securibus hospitis sui ceruices subiicere gestiret: sed ei medico, quem tecum eduxeras, imperasti, vt
84 venas hominis incideret. || [p] Tum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris pleura-

l for. ad simultatem C. Cæsaris reuoc.

m L. tuis sceleribus præsentib. præterita facta r.

n L. nec proinde, atque.

*DE CRVDELITATE Pisonis.

o L. multúmque dubitantem.

p L. cùm quidem t.

tus eius comes, quem necasti verberibus, summa senectute confectum. Idémque tu Rabocentum, * Bessicæ gentis principem, 49 q cũ tu trecentis talentis regi Cotto vendidisses, securi percussisti: cùm ille ad te legatus in castra venisset, & tibi magna præsidia & auxilia à Bessis, peditum, equitúmque polliceretur. neque eum solũ, sed etiam ceteros legatos, qui simul venerant: quorum omnium capita regi Cotto vendidisti. Dēseletis, quæ natio semper obediens huic imperio, etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedonica, C. Sextium prætorem, tutata est, nefarium bellum, & crudele intulisti: eisque cùm fidelissimis sociis vti posses, hostibus vti acerrimis maluisti. Ita perpetuos defensores Macedoniæ vexatores, ac perditores effecisti, vectigalia nostra perturbarunt, vrbeis ceperunt, vastarunt agros, socios nostros in seruitutem abduxerunt, 50 r familias arripuerunt, pecus abegerunt, Thessalonicenseis, cùm oppido desperassent, * munire arcem coegerunt. || A te Iouis s Velsuri fanum antiquissimum barbarorum, sanctissimumque direptum est. tua scelera, dij immortales, in nostros milites expiauerunt: qui cũ vno genere morbi affligerentur, neq; se recreare quisquam posset, qui semel incidisset: dubitabat nemo, quin violati hospites, legati, necati, pacati, atque socij, nefario bello lacessiti, fana vexata, hanc tãtam efficerent vastitatem. Cognoscis ex particula t parua, scelerũ & crudelitatis tuæ genus vniuersum. || Quid auaritiæ, * quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea quæ maximè nota sunt, dicã. Nõne sestertiũm centies, & octogies, quod quasi vasarij nomine, in vẽditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributũ, Romæ in questu reliquisti? nónne cùm cc. talenta tibi Appolloniatæ Romæ dedisset, ne pecunias creditas soluerent, vltrò u Fufidium equitem R. hominem orna

*Bessi Thraciæ populi St. 7. App. in Illyr.

q al. cum trecentis al. cum te trecẽtis.

r L. familias abripuerũt.

* al. arcem munire.

s for. Iouis vrij fan.

t al. perparua.

* DE AVARITIA Pisonis.

u L. Fufidium q.

ornatissimum creditorem,debitoribus suis ad-
dixisti?nónne,hiberna cùm legato præfectoque
tradidisses,euertisti miseras funditus ciuitates:
quæ non solùm bonis sunt exhaustæ , sed etiam
nefarias libidinum contumelias,turpitudinésq;
subierunt. Qui modus tibi fuit frumenti æsti-
mandi?qui honorarij?si quidem potest vi,& me
tu extortum honorariũ nominari. quòd [x] cùm
plerǽque omnes,tum acerbissimè Bœotij,& By
zantij,[y] Cherronenses,Thessalonica sensit.vn⁹
tu dominus,vnus æstimator,vnus venditor,tota
in prouincia,per trienniũ,frumenti omnis fui-
7 sti.||Quid ego rererum capitalium quæstiones,
reorum pactiones,redétiones,acerbissimas dam-
nationes,libidinosissimas liberationes proferã?
tantùm locum aliquẽ cùm mihi [z] notum sense-
ris,tecũ ipse licebit,quot in eo genere,& quãta
sint crimina,recordere.Quid illam armorũ offi-
cinã ecquid recordaris,cùm omni totius prouin
ciæ pecore cõpulso,pellium nomine,omnẽ quæ-
stũ illum domesticum,paternúmque renouasti?
videras enim grandis iam puer,bello Italico re-
pleri quæstu vestrã domum,cùm pater armis fa-
ciendis tuus præfuisset.quid? vectigalẽ prouin-
ciã,singulis rebus,quæcumque venirent, certo
portorio imposito,seruis tuis publicanis à te fa
88 ctã esse meministi?||quid?centuriatus palàm vẽ-
ditos?quid?per tuum seruũ ordines assignatos?
quid?stipẽdiũ militib. per omneis annos à ciui-
tatib.'mẽsis palã propositis,esse numeratũ?quid
illa in Pontum profectio,& conatus tuus? quid
debilitatio,atq; abiectio animi tui, Macedonia
prætoria nuntiata,cùm tu nõ solùm,ꝙ tibi suc-
cederetur,sed ꝙ Gabinio non succederetur ex-
sanguis,& mortuus concidisti?quid quæstor æ-
dilitius reiectus?[a] præpositus legatorũ tuorum
turpissimus,optimus abs te quisq; violatus? tri-
buni militum non recepti?M.Bæbius,vir fortis,
interfectus iussu tuo?quid,quòd tu toties diffi-

x L. cùm peræquè omnes,

y L.Cherronesij , al. Chersonenses,

z L.notum esse senseris.

a al.præpositus homo turpissimus legatorum tuorum,optimus abs te quisque viol.

tus 55 ex oppidis [l] Agrinarum, atque Dolopum demigrare,& aras & focos relinquere coëgisti. Hoc tu in exitu præclarè imperator,cùm tibi ad pristinas cladeis accessio fuisset Aetoliæ repẽtinus interitus,exercitũ dimisisti:neq; vllã pœnã,quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire,quàm numerũ tuorũ militum,reliquiasq́;

l L.Agræorum,al.Agrianum.

92 cognoscere.|| Atque,vt duorum Epicureorũ similitudinẽ in re militari, imperioque videatis: Albucius,cùm in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est: hic cùm similem exitum [m] spectaret,in Macedonia tropæa posuit:eaq; quæ bellicæ laudis,victoriæque omnes gentes insignia, & monumẽta esse voluerunt,noster hic præposterus imperator,amissorum oppidorum, cæsarũ legionum,prouinciæ præsidio,& reliquis militibus orbatę,ad sempiternum dedecus sui generis,& nominis, indicia constituit, idémque, vt esset,quod in basi tropæorũ [n] incidi,inscribiq; posset,Dyrrachiũ vt venit,decedẽs, obsessus est ab iis ipsis militibus,quos paulò antè Torquato respõdit,beneficij causa ab se esse demissos,quibus cùm iuratus affirmasset,se,quæ deberentur, postero die persoluturũ,domum se abdidit:inde nocte intẽpesta,crepidatus veste seruili nauem conscendit,Brundisiúmque vitauit,& vltimas [o]

m L.exspectaret.

n al. inscribi,incidiq; poss.

o al.Hadriani.

93 Adriani maris oras petiuit.||cùm interim Dyrrachij milites domũ,in qua istũ esse arbitrabãtur, obsidere cœperunt,&,cùm latere hominẽ putarent,igneis circundederunt. quo metu cõmoti Dyrrachini,profugisse noctu crepidatũ imperatorẽ indicauerũt.Illi autẽ statuã istius persimilẽ, quã stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbãt, affligunt,comminuunt,dissipant.Sic odiũ quod in ipsum attulerant,id in eius imaginem, ac si-

94 mulachrum profuderunt. || Quæ * cum ita sint, non dubito,quin,cùm hæc, quæ excellunt, me nosse videas,nõ existimes mediã illam partem, &

*PERORATIO.

& turbam flagitiorum tuorum mihi esse inau-
ditam. nihil est, quod me hortere: nihil est, ꝙ
inuites: admoneri me satis est. admonebit autem
nemo alius, nisi reip. tempus quod mihi quidem
magis videtur, quàm tu vnquam arbitratus es,
appropinquare. Ecquid vides, ecquid sentis, le-
ge iudiciaria lata, quos posthac iudices simus
habituri?[p] non æquè legetur quisquis voluerit:
nec, quisquis noluerit, non legetur. nulli [q] cõ-
iicientur in illum ordinem, nulli eximentur: nõ
abitio ad gratiam,[56] non iniquitas [r] ad simula-
tionem [s] coniicietur, Iudices iudicabũt ij, quos
lex ipsa, non quos hominum libido delegerit.
Quod cùm ita sit, mihi crede, [57] neminem [t] in-
uitus inuitabis: res ipsa & reipu. tempus aut me-
ipsum, quod nolim, aut alium quempiam, aut in-
uitabit, aut dehortabitur. ‖ Equidẽ, vt paulò an- 95
tè dixi, non eadem supplicia esse in hominibus
existimo, quæ fortasse plerique, damnationes, ex
pulsiones, neces: denique nullam mihi pœnam
videtur habere id, quod accidere innocenti, ꝙ
forti, quod sapienti, quod bono viro, & ciui po-
test. Damnatio ista, quæ in te flagitatur, [u] obti-
git P. Rutilio: quod specimen habuit hæc ciui-
tas innocentiæ. maior mihi iudicũ, & reip. pœ-
na illa visa est, quàm Rutilij. L. Opimius [x] eie-
ctus est à patria, is, qui prætor, & consul maxi-
mis remp. periculis liberarat. non in eo, cui fa-
cta est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris, ac
conscientiæ [y] pœna remansit. At contra bis Ca-
tilina [z] absolutus: emissus etiã ille auctor tuus
prouinciæ, cùm stuprum bonæ deæ puluinaribus
intulisset. Quis fuit in tanta ciuitate, qui illum
[a] incesto liberatum non eos, qui ita iudicarunt,
pari scelere adstrictos arbitraretur? ‖ An ego ex- 96
spectem, dum de te quinque, & septuaginta ta-
bellæ [b] diribeantur, de quo iampridem omnes
mortales omnium generum, ætatum, ordinũ iu-
dicauerunt? quis enim te aditu, quis vllo hono-
re,

p L. non enim legetur quisquis.
q v.c. conicientur.
r for. ad simultatem.
s L. connicietur.
t L. inuitabis inuitum
u al. contigit.
x L. eiectus est è patria.
y for. remãsit pœna.
z L. est absolutus:
a al. incestu
b li. vulg. diripiantur, mendosè.

re,quis denique communi salutatione dignum putet? omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique, ac nomen à rep. detestātur. legati, qui vnà fuere, alienati: tribuni militum, inimici: centuriones, & si qui ex tanto exercitu reliqui milites[c] exsistunt, nō dimissi abs te, sed dissipati, te oderunt, tibi pestem exoptāt, te exsecrantur. Achaia exhausta, Thessalia vexata: laceratę Athenæ: Dyrrachium, & Appollonia exinanita: Ambracia, direpta, Parthini & Bullienses, illusi: Epirus,[d] excisa: Locri,[e] Phocij, Bœotij, exusti: Acarnania, Amphilochia, Perrhæbia, Athamanúmque gens, vendita: Macedonia, condonata barbaris: Aetolia, amissa: Dolopes, finitimique montani, oppidis, atque agris exterminati: ciues Romani, qui [f] in iis locis negotiātur, te vnum solum, suum depeculatorem, vexa-
97 torem, prædonem, hostem venisse senserunt.|| Ad horum omnium iudicia tot, atque tanta, domesticum iudicium accessit sententiæ damnationis tuæ: occultus aduentus, furtiuum iter per Italiam, introitus in vrbem desertus ab amicis, nullæ ad senatum è prouincia literæ, nulla [g] trinis æstiuis gratulatio, nulla triumphi mentio: non modò quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte, & seminario triumphorum cùm arida folia laureæ retulisses: cùm ea abiecta ad portam reliquisti: 58 [h] tum tu ipse de te sentētiam tulisse videris, tū iudiciū pronuntiauisti. qui si nihil gesseras dignum honore, vbi exercitus? vbi sumtus? vbi imperiū? vbi illa vberrima supplicationibus, triūphisq; prouincia? sin autem aliquid sperare volueras, si cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa tropæa, plena dedecoris, & risus, te cōmentatum esse declarant: quis te miserior, quis te damnatior, qui neque scribere ad senatum, à te bene remp. esse gestā,
98 neque præsens dicere ausus es.|| An tu mihi, cui

c L. exstant.
d L. excissa:
e L. Phocei,
f L. in his.
g L. ex trinis æstiuis al. externis æst.
h L. tum tu ipse de te, fecisse videri pron.

ſemper ita perſuaſum fuerit,nō euentis, ſed factis,cuiuſque fortunam [i] ponderari, dicere audes,neque in tabellis paucorū iudicum, ſed in ſententiis omnium ciuium,famam noſtram fortunāque pendere?te indemnatum videri putas, quem ſocij,quem fœderati,quem liberi populi, quem ſtipendiarij,quem negotiatores, quē publicani,quem vniuerſa ciuitas,quem legati,quē tribuni militares,quem reliqui milites,qui ferrum,qui famem,qui mortem effugerunt, omni cruciatu digniſſimum putant?cui non apud ſenatum,non apud [k] illum ordinē,nō apud equites R.non in vrbe,non in Italia,maximorū ſcelerum venia vlla ad ignoſcendum dari poſſit?[l] qui ſeipſum oderit,qui metuat omneis, qui ſuā cauſam nemini committere audeat,qui ſeipſum cōdemnet || Numquam ego ſanguinem expetiui 99
tuum?numquam illud extremum, quod poſſet eſſe improbis,& probis commune ſupplicium, legis ac iudicij,ſed abiectum,contemtum, deſpectum à ceteris,à te ipſo deſperatum & relictum circumſpectantē omnia quidquid increpuiſſet,pertimeſcentem,diffidentem tuis rebus: ſine voce,ſine libertate,ſine auctoritate,ſine vlla ſpecie conſulari:horrentem,trementē, adulantem omnibus,videre te volui:vidi. Quare ſi tibi euenerit,quod metuis,ne accidat: equidem non moleſtè ferā:ſin id tardius fortè fiet, fruar tamen tua indignitate:nec minus libenter metuentem videbo,ne reus fias, quàm reum: nec minus lætabor,cùm te ſemper ſordidum, quàm ſi paulisper ſordidatum viderem.

[i] L. ponderari, neque è tabellis paucorum iudicium:,ſ ſe i e ſ nt. omn.c.ſ. noſt. for.q. pendere: te indem.

[k] L. vllum.

[l] L. qui te ipſum oderis? qui metuas omneiſque tuā cauſ.n.cō. audeas q. teipſ.condemnes?

PRO



PRO T. ANNIO MILONE.

ORATIO TRICESIMAOCTAVA.

Argumentum huius orationis fusè tractat Pedianus. QVAESTIO est autem Clodium an iure occiderit Milo. ACCVSATORES, Appius, M. Antonius, P. Valerius nepos. REVS, T. Annius Milo. PATRONVS Milonis, Cicero. De euentu causæ vide Plut. in Cic.



1 ETSI * vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipiẽtẽ timere, miniméque deceat, cũ T. Annius Milo ipse magis de reip. salute, quã de sua perturbetur, me ad eius causam parẽ animi magnitudinem afferre non posse: tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos: qui quocúque[a] inciderint, veterẽ consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum [b] minimè vident. non enim corona cõsessus vester cinctus est, vt solebat: non vsitata frequentia stipati sumus. 2 Nam illa pręsidia, quę pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim [c] collocata sunt,[1] non afferunt tamen oratori aliquid, vt in foro, & in iudicio, quamquam præsidiis salutaribus, & necessariis septi sumus, tamẽ ne nõ timere quidẽ sine aliquo timore possimus. Quæ si opposita Miloni putarẽ: cederẽ [d] tẽpori, iudices, *ne inter tantã vim armorũ [2] existimarẽ oratori locũ esse. Sed me recreat, & 3 reficit Cn. Põpeij, sapientissimi, & iustissimi viri, consiliũ: qui profectò nec iustitię suę putaret esse, quẽ reũ sentẽtiis iudicũ tradidisset, eundem telis militũ dedere: nec sapientiæ, temeritatem

* EXORDIVM.

a L. inciderunt. &c. & ita v. c.

b L. requirunt.

c L. collocata sunt.

1 afferunt tamen oratori honoris aliq. al. horroris al. terroris.

d al. temporibus iud.

* al. nec enim inter

concitatæ,multitudinis auctoritate publica armare.‖ Quamobrem illla arma, centuriones,co- 3
hortes,non periculum nobis,sed præsidium denunciant:neque solùm, [c] vt quieto, sed etiã vt magno animo simus,hortantur:neque auxilium modò defensioni meæ, verũ etiã silentium pollicentur.Reliqua verò multitudo, quæ quidem est ciuium. tota nostra est: neque eorum quisquam ; [f] quos vndique intuenteis,*ex hoc ipso loco cernitis,vnde aliqua pars fori adspici potest,& huius exitũ iudicij exspectanteis,nõ cùm virtuti Milonis fauet,tũ de se,de liberis suis, de patria,de fortunis hodierno die decertari putat.Vnũ genus est aduersum,infestúmque nobis, eorũ,quos P. Clodij furor rapinis,& incendiis, & omnibus exitiis publicis pauit, qui hesterna etiã contione incitati sunt,vt vobis voce præirent,quid iudicaretis. quorum clamor [g] si quis fortè fuerit,admonere vos debebit,vt eum ciuẽ retineatis,qui semper genus illud hominũ, clamoréſque maximos pro vestra salute neglexit.
‖Quãobrem adeste animis,iudices,& timorem,si 4
quem habetis,deponite.Nam,si vmquam de bonis,& fortibus viris:si vmquam de benemeritis ciuibus potestas vobis iudicandi fuit si denique vmquam locus amplissimorum ordinum [h] delectis viris datus est,vbi sua studia erga forteis, & bonos ciueis,quæ vultu,& verbis sæpe significassent,re & sententiis declararent: hoc profecto tempore eã potestatem omnẽ vos habetis, vt statuatis vtrùm nos,qui semper vestræ auctoritati dediti fuimus,semper miseri lugeamus.an diu vexati à perditissimis ciuibus,aliquando per vos, [i] ac vestram fidem,virtutẽ, sapientiamque recreemur.‖Quid enim nobis duob9,iudices,la- 5
boriosius?quid magis sollicitũ, magis exercitũ dici,aut fingi potest?qui spe amplissimorum præmiorũ ad remp. adducti,metu [k] crudelissimorũ exitiorum carere non possumus?Equidem ceteras

c al. vt æquo,sed.

f L.& v.c. quos vndique intuenteis, vnde aliqua pars fori adspici potest,& huius exitũ iud exspectanteis, videtis, non confluentes,al. contuentes.

* al. non habent hæc verba, ex hoc ipso loco.

g L.si qui f.

h L.delectis

i L. ac per vestr. & ita v.c.

k L. crudelissimorum suppliciorũ car.

ras tẽpestates,& procellas in illis duntaxat fluctibus contionum semper putaui Miloni esse subeundas quòd semper pro bonis contra improbos senserat: in iudicio verò,& in eo cõsilio, in quo ex cunctis ordinibus amplissimi viri iudicarent, numquam existimaui spem vllã esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modò exstinguendam, sed etiam gloriã per
6 taleis viros infringendã.||Quamquã in hac causa, iudices, T. Annij tribunatu, rebus omnibus pro salute reip. gestis,[l] ad huius criminis defensionẽ non abutemur, nisi oculis videritis insidias Miloni à Clodio factas: nec deprecaturi sumus, vt crimen hoc nobis multa propter præclara in rempublicã merita condonetis: nec postulaturi, [m] vt, si mors P. Clodij salus vestra fuerit, idcirco eã virtuti Milonis potiùs, quàm populi Romani felicitati assignetis. [n] sed si illius insidiæ clariores hac luce fuerint: tum denique obsecrabo, obtestabórque vos, iudices, si cetera amisimus, hoc saltẽ nobis vt relinquatur ab inimicorum audacia, telisque vitam vt impunè liceat
7 defendere.||Sed, * antequàm ad eam orationem venio, quæ est propria [o] nostræ quæstionis, videntur ea esse refutanda, [p] quæ s in senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sæpe iactata sunt,& in cõtione etiam paulò antè ab accusatoribus: vt, omni errore sublato, rem planè, quæ venit in iudicium, videre possitis. Negant intueri lucẽ esse fas ei qui à se hominẽ [q] occisũ esse fateatur. In qua tandẽ vrbe hoc homines stultissimi disputãt? nẽpe in ea quæ primum iudicium de capite vidit M. Horatij, fortissimi viri: qui, nõdũ libera ciuitate, tamẽ populi Ro. comitiis liberatus est, cùm sua manu sororẽ interfectam esse fateretur.
8 ||An est quisquam qui hoc ignoret, cùm de homine occiso queratur, aut negari solere omnino esse factum: aut rectè, ac iure factũ esse defendi? Nisi verò existimatis, dementem P. Africanum fuisse,

l sic v. c. al. ad eius cr.

m L. vt, quia mors P.

n L. sin illius insid.

* CONFVTATIO.

o L. vestræ quæst.

p L. quæ & in senatu ab inimicis sæpe iactata sunt, & in contione sæpe ab improbis, & paulò antè ab acc. & ita v. c.

q L. occisũ fateatur.

fuisse,qui cùm à D.Carbone,tribuno plebis[r] in contione seditiosè interrogaretur,quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit iure cæsum videri.Neque enim posset [s] aut Hala ille Seruilius,aut P.Nasica,aut L.Opimius,aut C.Marius, aut,me consule,senatus non nefarius haberi, si sceleratos ciueis interfici nefas esset.Itaq; hoc, iudices,non sine causa [t] fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt,eum,qui patris vlciscēdi causa matrē necauisset,[6] variatis [*] hominū sententiis,[7][u] non solùm humana,sed etiā deæ sapientissimæ sententia liberatū. ¶ Quòd si 9 duodecim tabulę nocturnū furē,quoquo modo: diurnū autem,si se telo [x] defēderit,interfici impunè voluerūt quis est,qui,quoquo modo quis interfectus sit,[y] puniēdum putet,cùm videat aliquando gladiū nobis ad occidendum hominē ab ipsis porrigi legibus?Atqui si tēpus est vllum iure hominis necādi,quę multa sunt,certè illud est non modò iustum,verùm etiam necessarium, cùm vi vis illata defenditur. Pudicitiam cùm eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij,[*] propinquus eius imperatoris: interfectus [9] ab eo est,cui vim afferebat.facere enim probus adolescens periculosè, quàm perepti turpiter maluit.atq; hunc ille vir summus, scelere solutum, periculo liberauit.insidiatori vero, & latroni,quæ potest [z] afferri iniusta nex? ¶ Quid 10 comitatus nostri,quid gladij volunt?hos habere certè non liceret,si vti illis nullo pacto liceret.Est enim hæc,iudices,nō scripta,sed nata lex quā non didicimus;accepimus, legimus. verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus expressimus:ad quā non docti,sed facti,nō instituti, sed imbuti,sumus:vt, si vita nostra in aliquas insidias,si in vim,si in tela aut latronū, aut inimicorū incidisset:omnis honesta ratio esset expediēdæ salutis.Silent .n. leges inter arma, nec se exspectari iubēt, cùm ei,qui exspectare velit, antè

r L.seditiosè in contione int.
s L.aut Ahala ille
t L.etiam fictis fab. Fabulā vide apud Demosthe: in Orat.aduersus Arist.
* al. variatis sententiis
v L.nō solùm diuina, sed etiā
x L.defenderet,
y L.pœniēdum putet, & ita v.c.
* Cl.Clodi qui à Trebonio cui vim inferebat, interfectus Cicero 2. de Inuē. Plut. in Mario.
z L.inferri iniusta nex? & ita v.c.

antè iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetēda. 11 || Etsi persapienter, & quodāmodo tacitè, dat ipsa lex potestatem defendēdi:[a] quæ non modò hominē occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat: vt,* causa, non telum quæreretur:[9] qui sui defendendi causa telo [b] esset vsus, non hominis occidendi causa habuisse telū iudicaretur. Quapropter hoc maneat in causa, iudices, non enim dubito, quin probaturus sim vobis defensionem meā, si id memineritis, quod obliuisci nō potestis, insidiatorem iure interfici posse.

12 || Sequitur illud, qꝫ à Milonis inimicis sæpissime dicitur. Cædem, qua P. Clodius occisus est, senatum iudicasse contra rempublicam esse factā. Illam verò senatus non sententiis suis solùm, sed etiam studiis cōprobauit. Quoties enim est illa causa à nobis acta in senatu? quibus assēsionibus vniuersi ordinis? quàm nec tacitis, nec occultis.[3] Quando enim frequentissimo senatu quatuor, ad summum quinque sunt inuenti qui Milonis causam non probarent? declarāt huius ambusti* tribuni plebis illæ intermortuæ cōtiones, quib[9] quotidie meā potentiā inuidiosè criminabatur, cū diceret, senatū nō quod sentiret, sed quod ego vellē, decernere. Quæ quidē si potētia est appellāda potiùs,[c] quā propter magna in remp. merita, mediocris in bonis causis auctoritas, aut propter officiosos labores meos nō nulla apud bonos gratia: appellētur ita sanè, dummodò ea nos vtamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum.

13 || Hanc verò quæstionem, etsi non est iniqua, numquam tamē senatus constituēdam putauit. erant enim leges, erant quæstiones, vel de cæde, vel de vi: nec tantum mærorem, ac luctum senatui mors P. Clodij afferebat, vt noua quæstio constitueretur. Cuius enim senatui, de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta: de eius interitu quis potest credere senatum iudicium nouum

a al. pœna sit luenda, q.

* Iamb. putat hūc locum corrumptum esse: Godofred. tamen sincerum esse affirmat.

b L. esset vsus: se defendisse, nō hominis occidēdi, sed sui defendendi causa telum hab. iud.

* T. Mannatii Planci Bursæ trib. plebis, qui curiam incenderat. Phi. 6.

c L. quàm aut. pr. & ita v.c.

nouum constituendum putasse? Cur igitur incē-
dium curiæ, oppugnationem ædium M. Lepidi,
cædem hanc ipsam, contra rēpublicam senatus
factam esse decreuit? Quia nulla vis vmquam est
in libera ciuitate suscepta inter ciueis, non cō-
tra rempublicam. ‖ Non enim est vlla defensio 14
contra vim vmquam optanda: sed nōnumquam
est necessaria. Nisi verò [d] aut ille dies, in quo Ti.
Gracchus est cæsus, aut ille, quo Caius, aut quo
arma Saturnini oppressa sunt, etiā si è republi-
ca, rempublicam tamen non vulnerarunt. Itaq;
ego ipse decreui cùm cædem [e] in Appia factam
esse constaret, non eum, qui se defendisset, con-
tra remp. fecisse: sed, cùm inesset in re vis & in-
sidiæ, crimen iudicio reseruaui, rē notaui. Quòd
si per furiosum illum tribunum, senatui, quod
sentiebat, perficere licuisset, nouam quæstionē
nunc nullā haberemus. decernebat enim, vt ve-
teribus legibus tantummodò extraordinē quæ-
reretur. Diuisa sententia est, postulante nescio
quo (nihil enim necesse est [f] omnium flagitia
proferre) sic reliqua auctoritas senatus, emta in-
tercessione sublata est. ‖ At enim Cn. Pompeius 15
rogatione sua & de re, & de causa iudicauit. tu-
lit enim de cæde, quæ in Appia via facta esset: in
qua P. Clodius [g] occisus fuit. Quid ergo tulit?
nempe vt quæreretur. Quid porrò quærendum
est? factúmne sit? At constat. à quo? [h] At patet. [i]
Vidit, etiam in confessione facti, iuris tamen de-
fensionē suscipi posse. Quod nisi vidisset, posse
absolui eum, qui fateretur: cùm videret nos fa-
teri: neque quæri vmquam iussisset, [k] nec vobis
tam salutarem hanc in iudicando literam, quàm
illam tristem dedisset. Mihi verò Cn. Pompeius
non modò nihil grauius contra Milonem iudi-
casse, sed etiam statuisse videtur, [l] quid vos in
iudicando spectare oporteret. Nam qui nō pœ-
nam confessioni, sed defensionem dedit, is
causam interitus quærendam, nō interitum pu-
tauit.

d L. aut ille dies, quo

e L. in via Appia f. & ita v.c.

f L. omniū me flag.

g L. occisus est. al. occisus esset.

h L. At paret. al. Apparet.

i L. Vidit igitur, etiā

k L. neque vobis

l v.c. quid vos iudicā-do sp.

16 tauit. || Iam illud dicet ipse profectò, quòd sua [m] sponte fecit, P. ne Clodio [m] tribuendum putet, au tempori. [n] Domi suæ nobilissimus vir, senatus propugnator, atque illis quidem tẽporibus, pænè patronus,* auunculus huius* nostri iudicis, fortissimi viri,* M. Catonis, tribunus pl. M. Drusus, occisus est. Nihil de eius morte popul[9] consultus, nulla quæstio decreta à senatu est. Quantum luctũ in hac vrbe fuisse à nostris patribus accipimus, cùm P. Africano domi suæ* quiescenti illa nocturna vis esset illata? quis tũ [o] non gemuit? quis non arsit dolore? quem immortalẽ, si fieri posset, omnes esse cuperent, eius ne necessariam quidem exspectatam esse mortẽ?

17 || Num igitur vlla quæstio de Africani morte lata est? Certè nulla. Quid ita? Quia non alio facinore clari homines, alio obscuri necãtur. Intersit inter vitæ dignitatem summorum, atq; infimorum, mors quidem illata per scelus iisdem pœnis teneatur, & legibus.9 Nisi fortè [p] magis erit parricida, si quis consularem patrẽ, quàm si quis humilem necauerit: aut eò mors atrocior erit P. Clodij, quòd is in monumẽtis maiorũ suorum sit interfectus. Hoc enim [q] sæpe ab istis dicitur. [r] perinde quasi Appius ille Cæcus * viam munierit, nõ qua populus vteretur, sed vbi impunè sui posteri latrocinarentur.

18 || Itaque in eadem ista Appia via, cùm ornatissimum equitem Ro. M Papiriũ occidisset, non fuit illud facinus [s] puniendum. homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat. Nunc eiusdẽ Appiæ nomẽ quantas tragœdias excitat? quæ cruentata anteà cæde honesti, atque innocentis viri, silebatur, eadem nunc crebrò vsurpatur, posteaquam latronis, [t] & parricidæ sanguine imbuta est. Sed quid ego [u] illa cõmemoro? cõprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Põpeium interficiẽdum collocarat. extorta est confitenti sica de manibus.

m L. tribuendum putarit, ant.
n v.c. Domini suæ nob.
* apud quẽ educatus Cato. 3. Val. I.
* al. fortissimi
* vide 3. de Natura deor. Plut. in eius vita. Vell. 2. Ap. 1. bell. Ciu. Plin. 66. de viris illus. Flo. 3. c. 17.
o Lãb. non ingemuit? & ita v.c.
p L. magis erit patricida, al. parricida, qui patrem seu hominem occiderit?
q L. ab istis sæpe
r L. proinde quasi
* vide Frõ. li. de aquæ duct. Cice. pro M. Cœlio. Pl. c. 34.
s L. pœniẽdum. & ita v.c.
t L. & paricidæ
v L. illam

bus.caruit foro posteà Pompeius:caruit senatu, caruit publico.ianua se,ac parietibus, non iure legum iudiciorúmq; texit.‖[x] Num quæ rogatio lata?[y] num quæ noua quęstio decreta est.Atqui, si res,si vir,si tempus vllum dignum fuit, certè hæc in illa causa summa omnia fuerunt.Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso senatus:ei viro autē mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis. eo porrò reip. tempore, quo si vnus ille occidisset, nō hæc solùm ciuitas,sed gentes omnes cōcidissent.[z] nisi fortè quia perfecta res non est,non fuit[a] puniēda:perinde quasi exitus rerum,non hominū cōsilia legibus vindicentur. minùs dolendum fuit re non perfecta,[b] puniendum certè nihilo minùs.‖ Quoties ipse, iudices,ex P.Clodij telis,* & ex cruentis eius manibus effugi? ex quibus si me non mea,vel reip. fortuna seruasset,quis tādem de interitu meo quæstionem tulisset? Sed stulti sumus,qui Drusum,qui Africanum, Pompeium,nosmetipsos,cum P.Clodio conferre audeamus.tolerabilia fuerunt illa:P.Clodij mortē æquo animo nemo ferre potest. luget senatus: mæret equester ordo:tota ciuitas cōfecta senio est:squalēt municipia:afflictantur coloniæ: agri denique ipsi tam beneficum,tam salutarem,tam māsuetum ciuē desiderant.‖[c] Non fuit ea causa, iudices,non fuit,cur sibi censeret Pōpeius quæstionem ferendam:sed homo sapiens, [d] & alta quadam mente præditus,multa vidit:fuisse sibi illū inimicum,familiarē Milonem.in communi omniū lætitia si etiam ipse gauderet, timuit,ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. multa etiam alia vidit,sed illud maximè:quāuis atrociter ipse tulisset,vos tamē fortiter esse iudicaturos.Itaque delegit è florentissimis ordinibus ipsa lumina:neque verò,quod nonnulli dictitāt,secreuit in iudicib. legēdis amicos meos. neque enim hoc cogitauit vir iustissimus,neque in

Margin numbers: 29 (beside "legum iudiciorúmq; texit"), 20 (beside "nùs. Quoties ipse"), 21 (beside "māsuetum ciuē desiderant").

x L. num qua r.
y al. Num qua n.
z Lab. nisi verò quia
a L.pœniēda: proinde quasi
b Lab. sed pœniēdum
* al. & cruent.
c L. Non fuit ea causa protectò iudices, & ita v. c.
d L. & alta, & diuina qua.

in bonis viris legendis id aſſequi potuiſſet,etiā
ſi [c] cupiiſſet. non enim mea gratia familiarita — c Lāb. cupiſſet.
tibus contineretur,quæ latè patêre nō poſſunt.
propterea quòd conſuetudines victus non poſ-
ſunt eſſe cum multis,ſed,ſi quid poſſumus,ex eo
poſſumus,quòd reſpublica nos cōiūxit cū mul-
tis.ex quibus ille cùm optimos viros legeret,
idque maximè ad fidem ſuā pertinere arbitra-
22 retur,nō potuit legere nō ſtudioſos mei.|| Quòd
verò,[f] Cn.Domiti,huic quæſtioni præeſſe maxi- — f L.L. Domiti, & ita
mè voluit,nihil quæſiuit aliud,niſi iuſtitiā,gra- — v.c.
uitatē,humanitatē,fidē.tulit,vt cōſularē neceſſe
eſſet:credo,quòd principū munus eſſe ducebat,
reſiſtere & leuitati multitudinis,& perditorum
temeritati.ex cōſularibus te creauit potiſſimū.
dederas enim,quā contēneres populareis inſa-
23 nias,iā ab adoleſcētiā documēta maxima.||Quā
obrem,*iudices,vt aliquādo ad cauſā,crimenq́; — * TRANSITIO.
veniamus:ſi neq; omnis confeſſio facti eſt inuſi-
tata:neq; de cauſa quidquā noſtra aliter,ac nos
vellemus,à ſenatu iudicatū eſt:& lator ipſe le-
gis,cùm eſſet cōtrouerſia nulla facti, iuris tamē
diſceptationē eſſe voluit:& electi iudices,[g] & — g L. is q. præp.
iſti præpoſitus quæſtioni,q. hęc iuſtè,ſapiētérq;
diſceptet:reliquū eſt,iudices,vt nihil iam aliud
quærere debeatis, niſi,vter vtri inſidias fecerit:
& quo faciliùs argumētis perſpicere poſſitis,rē
geſtā vobis dū breuiter expono,quęſo diligēter
24 attēdite.||P.* Clodius cū ſtatuiſſet omni ſcelere — * NARRATIO,
in prætura vexare remp. viderétque ita tracta — qua continentur cō-
eſſe comitia anno ſuperiore,vt nō multos mē — ſilia Clodii,
ſes præturā gerere poſſet:qui nō honoris gradū — occaſio oc-
ſpectaret,vt ceteri,ſed & L.Paulū collegā effu- — cidendi.
gere vellet,ſingulari virtute ciuē, & annum in-
tegrū ad dilacerandā rempublicam quæreret:
ſubitò reliquit annum ſuum, ſéque in annum
proximum tranſtulit,[h] nō religione aliqua,ſed — h L. non, vt
vt haberet,quod ipſe dicebat,ad præturam ge- — ſit, relig.,
rendam, hoc eſt, ad euertendam rempublicam

plenum annum, atque integrum.|| Occurrebat 25 mancam ac debilem præturam suam futurã, cõsule Milone: eum porrò summo consensu populi R. consulem fieri videbat, contulit se ad eius competitores: sed ita, totam vt petitionem ipse solus, etiam inuitis illis, gubernaret: tota vt comitia suis, vt dictitabat, humeris sustineret. conuocabat tribus: se interponebat: [10] [i] coloniã nouam, delectum perditissimorum scribebat ciuiũ. Quantò ille plura miscebat, tantò hic magis in dies conualescebat. Vbi vidit homo ad omne facinus paratissimus, fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem, idque intellexit non solùm sermonibus, sed etiam suffragiis populi Romani sæpe esse declaratum: palàm agere cœpit, & apertè dicere occidẽdum Milonem.|| Seruos agresteis, & barbaros, quibus 26 siluas publicas depopulatus erat, Etruriámque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis, res erat minimè obscura. etenim palàm dictitabat, consulatum Miloni eripi non posse, vitã posse. significauit hoc sæpe in senatu: dixit in in contione. quin etiam Fauonio fortissimo viro, quærenti ex eo, qua spe fureret, Milone viuo: respõdit, triduo illum, ad summũ quatriduo periturum, quã vocem eius ad hunc M. Catonem statim Fauonius detulit.|| Interim cũ sciret Clo- 27 dius[k] (neque enim erat difficile [l] scire) iter solemne, legitimum, necessarium, ante diem XIII. Kalendas Feb. Miloni esse Lanuuium ad flaminẽ prodẽdũ, quòd erat dictator Lanuuij Milo: Roma subitò ipse profectus pridie est, vt ante suum fũdum (quod re intellectum est) Miloni insidias collocaret. atque ita profectus est, vt contionẽ turbulentam, in qua eius furor desideratus est, quæ illo ipso die habita est, relinqueret: quam, nisi obire facinoris locũ, tempúsque voluisset, numquã reliquisset.|| Milo autem cùm in sena- 28 tu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est: domum

i l. Coloniam nouã dilectu perditissimorum ciuiũ cõscribebat & ita v.c. al. Colinam nouam ex dilectu per ditissimorũ ciuium scribebat.

k l. neque enim id erat d.

l v.c. scire à Lanuuinis)

mum venit:calceos,& vestimenta mutauit,paulisper, dum se vxor(vt fit) comparat,commoratus est: deinde profectus est id temporis, cùm iam Clodius,siquidem eo die Romam venturus erat,redire potuisset. obuiam fit ei Clodius expeditus,in equo,nulla rheda,nullis impedimẽtis, nullis Græcis comitibus,vt solebat: sine vxore,quod nũquam ferè:cùm hic insidiator,qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum vxore veheretur in rheda, [m] penulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri & delicato

29 ancillarum,puerorúmque comitatu. || Fit obuiã Clodio antè fundũ eius hora ferè [n] vndecima, aut non multò secus.statim cõplures cum telis in hanc faciũt de loco superiore impetũ. aduersi rhedariũ occidũt.cùm autem hic de rheda,[10] reiecta penula,desiluisset,séque acri animo defenderet:illi,qui erant cũ Clodio,gladiis eductis,partim recurrere ad rhedam, vt à tergo Milonem adorirentur:partim, quòd hunc iam interfectum putarent,cædere incipiũt eius seruos, qui post erant:ex quibus qui animo[o] fideli in domino erant, & præsentes fuerunt, partim occisi sunt,partim,cùm ad rhedã pugnari viderent,& domino succurrere prohiberẽtur,[p] Milonémque occisum etiam ex ipso Clodio audirent.[q] & ita esse putarẽt:fecerunt id serui Milonis (dicã enim nõ deriuandi criminis causa,sed vt factũ est) neque imperante,neque sciẽte,neque præsẽte domino,quod suos quisque seruos

30 in tali re facere voluisset. || Hæc,* sicut exposui, ita gesta sunt,iudices: insidiator superatus, vi victa vis,vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil dico,quid resp. cõsecuta sit:nihil, quid vos:nihil,quid omnes boni:nihil sanè id prosit Miloni, qui hoc fato natus est,vt ne se quidem seruare potuerit,quin vnà rẽp. vósque seruaret. Si id iure non posset,nihil habeo,quod defẽdã. sin hoc & ratio doctis,& necessitas barbaris, &

m L. pænulatus, magno, & impedito, & muliebri, ac delicato ancill. al. penulatus vulgo magno & impedito,

n al. ix.

o L. fideli in dominũ, & præsenti fuer.

p L. & v. c. Milonem occisum & ex ipso Cl.

q I. & re vera putarent:

* CONSTITVTIO causæ.

mos gentibus,& feris natura ipsa præscripsit, vt omnē semper vim,quacūq; ope possēt,à corpore,à capite,à vita sua propulsarent:non potestis hoc facinus improbū iudicare, quin simul iudicetis,omnibus,qui in latrones inciderint,aut illorū telis,aut vestris sentētiis esse pereundem.

¶Quod si ita putasset:certè optabilius Miloni fuit 31
dare iugulū P.Clodio,non semel ab illo,neque tum primū petitum,quā iugulari à vobis,quia se illi,non iugulandum tradidisset.sin hoc nemo vestrûm ita sentit:illud iā in iudicium venit,nō occisúsne sit,quod fatemur:sed iure, an iniuria: [r] quod multis antea in causis iā quæsitum est. Insidias factas esse constat:& id est, quod senatus contra remp.factum iudicauit. ab vtro factæ sint,incertum est.de hoc igitur latum est vt quęreretur.Ita & senatus rē,non hominē, notauit: & Pompeius de iure,nō de facto, quæstionē tulit.Numquid igitur aliud in iudicium venit,nisi, vter vtri insidias fecerit?profectò nihil.si hic illi:vt ne sit impunè.si ille huic: [s] tum nos scelere soluamur.

¶Quonā igitur *pacto probari potest, 32
insidias Miloni fecisse Clodium?satis est quidē in illa tā audaci,tam nefaria bellua,docere,magnam ei causam,magnam spem in Milonis morte propositam,magnas vtilitates fuisse. Itaque illud Cassianum,CVI BONO FVERIT,in his personis valeat:etsi boni nullo emolumēto impelluntur in fraudem, improbi sæpe paruo.Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc assequebatur, non modò vt prætor esset non eo consule, quo sceleris nihil facere posset:sed etiam vt his cōsulibus prætor esset:quibus si non adiuuātibus, at conniuentibus certè,sperasset se posse remp. eludere in illis suis cogitatis furoribus.cuius illi conatus,vt ille ratiocinabatur, " [t] nec,si cuperent,reprimere possent,cùm tantum beneficium ei se debere arbitrarentur:& si vellent, fortasse vix possent frāgere hominis sceleratissimi cor-

robo

r L. quod multis in causis iam sæpe quæs.

s fort. tum vt nos scelere soluamur.

* CŌFIRMATIONIS pars prior,& de insidiarum causis, vtilitate,odio, spe, impunitatis dictis, Clodii tempore.

t L. nec, si possent,reprimere vellēt,cùm tantum b.

33 roboratā iāvetustate audaciā. ‖ An verò, iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac vrbe versamini? vestræ peregrinātur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur, quas ille leges (si leges nominādæ sūt, ac non faces vrbis, & pestes reip.) fuerit impositurus nobis omnibus, atque inusturus. Exhibe, quæso, Sexte Clodi, exhibe[12 u] librariū illud legū vestrarū, quod te aiūt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbáq; nocturna, tanquā Palladium, sustulisse,[x] vt præclarū inde munus, ac instrumētū tribunatus ad aliquē, si nactus esses, qui tuo arbitrio tribu-

34 natū gereret, deferre. ‖ Et adspexit me illis quidē oculis, quib. tū solebat,[y] cùm omnia omnib. minabatur. Mouet me quippe lumē curiæ. Quid? tu me iratū, Sexte, putas tibi, cuius tu inimicissimū multò crudelius etiā[z] punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare? Tu P. Clodij cruentū cadauer eiecisti domo, tu in publicū[a] eiecisti: tu spoliatum imaginib. exsequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis[b] semiustulatū, nocturnis canib. dilaniandū reliquisti.[d] quā rē etsi necessariò fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatē exprōsisti tuā, laudare non possum,

35 irasci certè nō debeo. ‖ P. Clodij præturā nō sine maximo rerū nouarū[c] motu proponi solitā esse videbatis, nisi esset is cōsul,[13] qui eā auderet, possétq;[f] confringere. eū[g] Milonem esse cū sentiret vniuersus populus Ro. quis dubitaret suffragio suo, se metu periculo remp. liberare?[h] At non, P. Clodio mortuo, vsitatis iā rebus, obnitēdum est Miloni, vt tueatur dignitatē suā. singularis illa huic vni concessa gloria, quæ quotidie augebatur frangēdis furorib. Clodianis, iā morte Clodij cecidit. Vos adepti estis, ne quem ciuem metueretis: hic exercitationem virtutis, suffragationem consulatus, fontem perennem gloriæ suæ perdidit. Itaque Milonis consulatus, qui viuo Clodio, labefactari nō poterat, mortuo de-

v al. libellarium ill. libellarium, est cesta vbi custodiū tur libelli. alij legum armarium al. librariū
x L. & v.c. vt præclarum videlicet mun. atque instr.
y v. c. cùm omnib. omnia minab.
z L. pœnitus es, & ita v.c.
a L. abiecisti: al. proiecisti:
b al. semustulatum,
d L. Quare etsi nefarie fecisti,
e L. metu pr.
f L. constringere.
g L. Milonem vnum esse
h L. At nunc P. Clodio remoto, vsit. iam reb. enitendum est M.

nique tentari cœptus est. Non modò igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodij mors Miloni.
||At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, 36
[i] fecit vltor iniuriæ [k] punitor doloris sui. [14] Quid, si hæc, non dico maiora fuerunt in Clodio, quàm in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo, segetem, ac, [l] materiam suæ gloriæ, præter hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus?[15] [n] Ille erat vt odisset primùm defensorem salutis meæ: deinde vexatorem furoris, domitorum armorum suorum: postremò etiam accusatorem suum. reus enim Milonis lege * Plotia, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis quantū odiū illius, & in homine iniusto, quàm etiam [n] iustū esse?||
Reliquum est, vt iam illum natura ipsius, 37
cōsuetudóq. defendat. hūc autē hæc eadē coarguant: nihil per vim vmquā Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo, iudices? cùm, merētib. vobis, [o] vrbe cessi, non seruos, non arma, non vim intentauit? Quæ fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta [p] eiiciendi? Diem mihi, credo, dixerat·multā irrogarat: actionē perduellionis intenderat: [q] & mihi, iudices, in causa aut vestra mala, aut mea nec præclarissima, etiam iudicium timendum fuit. Seruorum, & egentium ciuium, & facinorosorū, armis meos ciueis, meis consiliis, periculísque seruatos, pro me [r] obiici noluit.||Vidi enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensiū, lumen, & ornamentū reip. pænè interfici suo- 38
rū manu, cū mihi adesset: qua in turba C. Vibienus, senator, vir optimus, cū hoc cùm esset vnà, ita est [s] multatus, vt vitā amiserit. Itaq; quando illius postea sica illa, quā à Catilina acceperat, con

i L. & v. c. fuit vlt.
k L. pœnitor do.
l L. materiem
m L. ille erat qui odisset pr. al. ille hunc sic oderat vt, vel illi causa erat cur odisset, vel ille erat quòd odisset
* legē Plautiam de vi intelligit. vide 8. Famil. ep. 8.
n L. iustum fuisse?
o L. & v. c. vrbe cessi, iudiciúmne, timui? non seruos, non arma, non vim? Quæ fuisset igitur vobis iusta caus. restituendi mei, nisi ei fuisset iniusta eiiciendi?
p v. c. eiicēdi?
q v. c. & mihi videlicet in causa aut mala, aut mea non & præclarissima, & vestra iudicium tim. fo. & mihi videlicet in causa aut mala mea, aut non & præclarissima & vestra, iudiciū, &c. r v. c. obiici s L. mulcatus, & ita v. c.

cōquieuit? Hęc intētata [s] nobis est:huic ego vos s al.vobis
obiici pro me non sum passus:hæc insidiata Pō-
peio est: hæc istā Appiam viam, monumentum
sui nominis,nece Papirij cruentauit:hæc eadem
longo interuallo conuersa rursus est in me:nu-
per quidem,vt scitis,me ad regiam pænè confe-
39 cit.||Quid simile Milonis?cuius vis omnis hęc sē
per fuit,ne P.Clodius,cùm in iudicium [t] detra- t L.attrahi
hi non posset, vi oppressam ciuitatem teneret. al. retrahi
quē si interficere voluisset, quātæ [u] quoties oc- v L. quot
casiones,quàm præclaræ fuerunt?Potuítne,cum occ.
domum,ac deos penates suos, illo oppugnante,
defenderet,iure se vlcisci?potuítne, [x] ciue egre- x L. ciui e-
gio,& viro fortissimo,P.Sextio,collega suo,vul gr. & ita
nerato?potuítne, [y] Fabricio,viro optimo,cùm de v.c.
reditu meo legem ferret,pulso, crudelissima in y al.Q. Fabricio,
foro cæde facta?potuítne, [a] L.Cæcilij,iustissimi, a al.L.Cœlij.
fortissimiq; prætoris oppugnata domo? potuít-
ne illo die,cùm est lata lex de me?cùm totius I-
taliæ concursus,quē mea salus concitarat, facti
illius gloriam [b] libens agnouisset: vt, etiamsi id b v.c.lubēs
Milo fecisset,cuncta ciuitas eam laudem pro sua
40 vendicaret?||Atqui erat id tēporis clarissimus &
fortissimus consul,inimicus Clodio,P.Lētulus,
vltor sceleris illius, propugnator senatus,defen
sor vestrę voluntatis,patronus illius publici cō-
sensus,restitutor salutis meæ : septem prætores,
octo [c] tribuni plebis,illius aduersarij, defenso- c v.c.tribuni plebei,
res mei: Cn.Pōpeius auctor, & dux mei reditus,
illius hostis:cuius sententiam senatus omnis de
salute mea grauissimam,&ornatissimam secutus
est:qui populum R.cohortatus est : qui, cùm de
me decretum Capuæ fecisset: ipse cunctæ Italiæ
cupienti,&eius ædem imploranti,signum dedit,
vt ad me restituendum Romā concurrerent. o-
mnia tum denique in illum odia ciuium arde-
bant desiderio mei,quē qui tū interemisset,non
41 de impunitate eius, sed de præmiis cogitaretur. d L.in iudi
||Tamen se Milo continuit, & P. Clodium [d] ad cium

iudicium bis, ad vim numquam vocauit. Quid? priuato Milone, & reo ad populum, accusante P.Clodio,[e] cùm in Cn.Pompeiũ pro Milone dicentem impetus factus est: quæ tum non modò occasiò, sed etiã causa illius opprimendi fuit? Nuper verò cùm M.Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, grauissimámque adolescẽs nobilissimus reipublicæ partem fortissimè suscepisset, atque illam belluam, iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud,[f] dij immortales, fuit? cùm se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset, magnum Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua inuidia,[g] Antonij verò maxima gloria? ‖Quid? comitiis in campo quoties pote- 42
stas fuit?[16] [h] cũ ille vi in septa irruisset, gladios distringẽdos, lapides iaciendos curasset, deinde subitò, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos, & omnes boni vota faceretis, vt Miloni vti virtute sua liceret? Quẽ igitur cum omnium gratia noluit: hunc voluit cum aliquorum querela? quẽ iure, quẽ loco, quẽ tempore, quem impunè non est ausus: hũc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitauit occidere? ‖præsertim, iudices, cùm honoris am- 43
plissimi contentio, & dies comitiorum subesset: quo quidem tẽpore (scio enim quàm timenda sit ambitio, quantáque, & quàm solicita cupiditas consulatus) omnia non modò, quæ reprehendi palàm,[i] sed etiam quæ obscurè cogitari possũt, timemus: rumorem,[k] fabulam fictã, falsam perhorrescimus: ora omnium, atque oculos intuemur, nihil enim est tam molle, tã tenerum, aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos, sensúsque ciuiũ: qui non modò improbitati irascuntur cãdidatorum,[17] [l] sed etiã rectè facta sæpe fastidiunt. ‖Hunc diem igitur cãpi speratum, 44
atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manib. scelus, & facinus præ se ferens, & confitens, ad illa augusta cẽturiarũ auspicia veniebat?

e q.v. c. cũ in Cnæum pro Mil.

f v.c. di. imm.

g L. Marci verò Antonij max.

h v.c. cùm ille in septa ruisset, for. cum ille in septa viruisset, al cum ille irrupisset;

i v.c. sed etiam obscurè quæ cog.

k L. fabulã falsam, fictam, leuẽ perhorr. al. fabulam pictam perhorrescimus.

l al. sed etiã rectè facta, sæpe fastid.

m L. Hunc igitur diem c.

quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum: qui se interfecto Milone, regnaturum putaret? Quid? [n] quod caput audaciæ est, iudices: quis ignorat, maximam illecebrã esse peccandi, impunitatis spẽ? In vtro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti, aut præclari, aut certe necessarij? an in Clodio? qui ita iudicia, pœnámque contemserat, vt eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas
45 esset, aut per leges liceret? || Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te, Q. Petili, appello, optimum, & fortissimum ciuem: te, M. Cato, testor: quos mihi diuina quædam sors dedit iu-
12 dices. Vos ex M Fauonio audistis, Clodium sibi dixisse, & audistis, viuo Clodio, periturũ Milonẽ triduo. post diẽ tertiũ gesta res est, quã dixerat. Cũ ille nõ dubitaret aperire, quid cogitaret, vos
46 potestis dubitare, quid fecerit? || Quẽadmodum igitur eũ dies nõ fefellit? dixi equidẽ modò. Dictatoris Lanuuini [o] stata sacrificia nosse, negotij nihil erat. vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuiũ illo ipso [p] quo profectus est, die. itaque anteuertit. At quo die? quo [q] vt ante dixi, insanissima cõtio ab ipsius [r] mercenario tribuno [s] pl. est concitata: qué diẽ ille, quã cõcionẽ, quos clamores, nisi ad cogitatũ facinus approperaret, nũquã reliquisset. Ergo illi ne causa quidẽ itineris, etiã causa manẽdi: [12] Miloni nulla facultas manẽdi, exeũdi nõ causa solùm, sed etiã necessitas fuit. Quid, si, vt ille sciuit Milonẽ fore eo die in via, sic Clodiũ Milo ne suspicari quidẽ potuit?
47 || Primùm quæro, quî scire potuerit. quod vos idẽ in Clodio quærere nõ potestis. vt .n. neminẽ aliũ, nisi T. Patinã familiarissimũ suũ, rogasset, scire potuit, illo ipso die Lanuuij à dictatore Milone prodi flaminẽ necesse esse. sed erãt permulti alij, ex quib. id facillimè scire posset: [19] omnes scilicet Lanuuini. Milo de Clodij reditu vnde quæsiuit? quæsierit sanè. videte, quid vobis largiar. seruum etiam, [t] vt Arrius meus amicus

n al. quod caput est, iud.

o statuta

p L. quo est profectus, d.

q L. vt ante dixi, fuit insi.

r v.c. mercennario tr.

s L. plebis concitata.

t L. vt Qu. Arrius, meus am.

dixit, corruperit. Legite testimonia testium ve-
strorũ. dixit C. Cassinius, cognomento [v] Schola,
[x] Interamnis, [y] familiaris meus, & idem comes
P. Clodij: cuius iampridem testimonio Clodius
eadẽ hora Interãnæ fuerat, & Romæ, P. Clodium
in illo die Albano mansurum fuisse: sed subitò
ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mor-
tuum: itaque Romam repente constituisse pro-
ficisci. dixit hoc comes item P. Clodij, C. Clo-
dius. || Videte, iudices, quantę res his testimoniis 48
sint confectæ. primùm certè liberatur Milo, non
eo consilio profectus esse, vt insidiaretur in via
Clodio: [a] quippe qui ei obuius futurus omni-
no non erat. deinde (non enim video cur non
meũ quoque agam negotium) scitis iudices fuis-
se, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Mi-
lonis manu cædem esse factam, cõsilio verò ma-
ioris alicuius. [b] Videlicet me latronem, ac sica-
rium abiecti homines, & perditi describebant.
[c] Iacent suis testibus ij, qui Clodium negant eo
die Romam, nisi de Cyro auditum esset, redi-
turum fuisse. Respiraui, liberatus sum: non vereor,
ne, quod ne suspicari quidẽ potuerim, videar id
cogitasse. || Nunc persequar cetera: [d] nam occur- 49
rit illud ne Clodius quidem de insidiis cogita-
uit, quoniam fuit in Albano mansurus. Siquidem
exiturus ad cædem è villa non fuisset. Video e-
nim, illum, [e] qui dicitur de Cyri morte nuntias-
se, non id nuntiasse, sed Milonem appropinqua-
re. nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius
Roma proficiscens reliquerat morientem? Vnà
fui: [f] testamentum simul * obsignaui cum Clodio:
testamentũ autem palàm fecerat, & illum hære-
dẽ, & me scripserat. Quẽ pridie hora tertia ani-
mã efflantem reliquisset, eum mortuum [g] po-
stridie decima ei nuntiabatur? || Age, sit ita fa- 50
ctum: [h] quæ causa, cur Romam properaret? cur in
noctem

v al. Scola, al. Sigola,
x al. Interamnas,
y L. familiarissimus, & idem comes P. Cl.
a tres v. c. quippe si ille obuius ei fuit,
b sic v. c. L. ex Asconio, Me videlicet latron.
c L. Iacent his suis testibus qui Clod.
d L. nam occurrit illud. Igitur ne Clod. & ita v. c.
e q. v. c. qui vocatur
f al. testamentum Cyri simul
* Heredib. ergo licuit apud veteres testimonium præstare in testamentis quod mutatum est § 5. sed neque 10. & ibid. Theoph. Inst. de testa. ordinandis.
g v. c. post diei tertij horam decimam. fort. post diem tertium hora decima ei nunt.
h L quæ causa fuit, cur.

noctem se coniiceret? quid afferebat festinationẽ? q͛ heres erat? primũ erat nihil, cur properato opus esset: deinde, si quid esset, quid tandẽ erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autẽ, si postridie manè Romã venisset?[i] Atque, vt illi nocturnus ad vrbem aduentus[2] [o] vitandus poti[9], quã expetendus fuit: sic Miloni, cùm insidiator esset, si illum ad vrbẽ [k] noctu accessurũ sciebat,
51 [l] subsistendum, atque exspectandum fuit. ‖noctu inuidioso, & pleno latronũ in loco occidisset. nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes saluum, etiã confitentẽ, volunt. Sustinuisset hoc crimẽ primũ ipse ille latronũ occultator,[n] & receptator [o] locus, dũ neque muta solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset Milonẽ: deinde vbi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiã hæc timentes in suspicionem
52 caderẽt: tota denique rea citaretur Etruria. ‖At-que illo die certè Aricia rediens[P] diuertit Clodius ad Albanum. [q] Quòd nisi sciret Milo, illũ Ariciæ fuisse, suspicari tamen debuit, & etiamsi Romã illo die reuerti vellet, ad villã suam, quæ viam tangeret,[r] diuersurum, curæque antè occurrit,[s] ne in villa resideret: nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset? Video adhuc constare omnia, iudices: Miloni etiã vtile fuisse Clodiũ viuere: illi ad ea, quæ concupierat, optatissimum interitum Milonis fuisse, odium illius in hunc acerbissimum,[t] in illũ huius nullum: cõsuetudinem illius perpetuã in vi inferenda, hu-
53 ius tãtũ in repellenda. ‖[u] mortem ab illo denũtiatã palã Miloni, & prędicatã, nihil vmquã auditũ ex Milone: profectionis huius diem illi notum, reditũ illius huic ignotum fuisse. huius iter necessariũ, illius etiã potiùs alienũ hunc præ se tulisse, se illo die Roma exiturum, illum eo die se dissimulasse rediturum: hunc nullius rei mutasse consilium, illum causã mutandi cõsilij finxisse: huic si insidiaretur,[2] [x] nocte propè vrbem exspectandum, illi, etiã si hunc non timeret, ta-

i al. Atqui,

k v.c. nocte

l L. & v.c subsistendũ

m L. insidioso, & pl.

n v.c. & receptor l.

o L. locus tum neque

p L. deuertit v.c. deuortit.

q v.c. Quòd vt sciret Milo, &c.

r L. deuersurum.

s al. ne ille in.

t v.c. nullũ huius in illum cons.

& ita L.

v al. mortẽ ab illo Miloni denũt. & palàm præd.

x L. noctẽ propè vrbẽ exspectandam & ita v. c.

mē accessum ad vrbē nocturnū fuisse metuēdū.
‖Videamus nunc id, quod caput est, locus ad insidias 54
ille ipse, vbi congressi sunt, vtri tandē fuerit aptior. Id verò, iudices, etiam dubitandum, & diutius cogitandū est? Ante fundū Clodij[22] quo in fundo propter insanas illas substructiones, facilè mille hominum versabatur* valentium. Atqui excelso loco superiorē se fore[y] putabat Milo, & ob eam causā eū locum ad pugnam potissimùm [z] delegerat.[a] An in eo loco potiùs exspectādum ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat? Res loquitur, iudices, ipsa: quæ semper valet plurimùm. ‖ Si hæc non gesta audiretis, sed 55
picta videretis: tamen appareret, vter esset insidiator, vter nihil cogitaret mali; cū alter veheretur in rheda penulatus, vnà sederet vxor: quid horū nō impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus prōtum ad pugnā, cum penula irretitus, rheda impeditus, vxore pænè cōstrictus esset? Videte nunc illum, primùm egredientē è villa subitò. Cur vesperi?[23] [b] quid necesse est? qui conuenit præsertim id temporis? [c] Diuertit in villam Pōpeij, Pōpeium vt videret? Sciebat[d] in Alsiensi esse. Villam vt perspiceret? millies in ea fuerat. Quid ergo erat moræ, & tergiuersationis? dum hic veniret, locum relinquere noluit. ‖ Agè nunc iter expediti latronis, cum 56
Milonis impedimētis cōparate. Semper ille cum vxore: tum sine ea.[e] numquam non in rheda: tum in equo, comites Græculi, quocumque ibat, etiā cùm in castra Etrusca properabat: tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui numquam tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat, & ancillarum greges. ille, qui semper secum scorta, sēper exoletos, semper lupas[f] ducebat, tum neminē, nisi vt virum à viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia nō sēper viator à latrone, nōnumquā etiā latro à viatore occiditur: quia, quamquā paratus in imparatos Clodius, tamen mulier

* al. valentium aduersari. al. non habent valentium

y L. putarat Milo, & ob eam rem eum loc. & ita v.c.

z v.c. legerat.

a al. At in eo loco potius exsp. ab eo qui ipsius l. spe f. imp cogitarat.

b lib. vulg. quid necesse est tardè? qui conuenit,

c al. Deuertit.

d lib. vulg. in Alsiensi esse procul inde. Villā vt p. mendosè.

e L. numquam nisi in rheda: & ita v.c.

f L. ducebat.

57 mulier inciderat in viros.||Nec verò sic erat vmquam non paratus Milo contra illum, vt nō satis ferè esset paratus.semper ille & quantum interesset P.Clodij se ^g perire, & quanto illi odio esset,& quantum ille auderet,cogitabat.Quamobrē vitā suā, quā maximis præmiis propositā, & pænè addictā sciebat, numquā in periculum sine præsidio,&sine custodia ^h prouehebat.Adde casus,adde incertos exitus pugnarum, Martémque cōmunē:qui sæpe spoliantē iā, & exultātē euertit,& perculit ab abiecto.[24] Adde inscitiam pransi,poti,oscitātis ducis:qui cùm à tergo hostē interclusum reliquisset: nihil de eius extremis comitib.cogitauit:in quos incensos ira,vitámque domini desperāteis cùm incidisset, hæsit in iis pœnis, quas ab eo serui fideles pro do-

g al.interire,

h L. proiiciebat al. cōiiciebat.

58 mini vita expetiuerunt.||Cur igitur eos manumisit?metuebat scilicet,ne*indicaretur: ne dolorē perferre nō possēt:ne tormētiscogerētur,occisū esse à seruisMilonis inApia viaP.Clodiū cōfiteri.Quid opus est tortore?quidquæris?occiderítne?occidit.Iure,an iniuria?nihil ad tortorē.facti .n. ^i in eculeo quæstio est,iuris in iudicio. Quod igitur in causa quærēdum est,id agamus: hoc,quod tormētis inuenire vis,id fatemur.Manu verò cur miserit,si id potiùs quæris, quā cur parū amplis affecerit præmiis: nescis inimici factum repre-

* al. indicarent:

i al. in equuleo

59 hēdere ||Dixit enim hic idē,qui omnia sēper cōstāter,& fortiter,M Cato:dixitq; in turbulenta cōtione,quæ tamē hui9 auctoritate placata est, nō libertate solùm,sed etiā omnib. præmiis dignissimos fuisse,qui domini caput défendissent. Quod enim præmium satis magnū est tā ^k beneuolis,tā bonis,tā fidelib.seruis,[25] propter quos viuit?etsi quidē nō tāti est,quā quod propter eosdē nō sāguine,& vulnerib. suis crudelissimi inimici mētē,oculósq; satiauit, quos nisi manumisisset,tormentis etiam dedendi fuerunt conseruatores domini,vltores sceleris,defensores necis.

k v.c.beneuolis,

Hic

Hic verò nihil habet in his malis, quod minus moleſtè ferat, quàm, etiam ſi quid ipſi accidat, eſſe tamen illis meritum præmium perſolutum. ‖ Sed 60
quæſtiones vrgent Milonem, quæ ſunt habitæ nunc in Atrio Libertatis. Quibuſnam de ſeruis? rogas de P. Clodij. Quis eos poſtulauit? Appius. quis produxit? Appius vnde? ab Appio. Dij boni, quid poteſt agi ſeuerius? De ſeruis [l] nulla quæſtio eſt in dominũ, niſi de inceſtu, vt fuit in Clodiũ:[26] [m] Proximè ad deos acceſſit Clodius pro piùs quã tũ, cùm ad ipſos penetrarat: cuius de morte, tanquã de cæremoniis violatis, quæritur. Sed tamen maiores noſtri in dominũ de ſeruo quæri noluerunt, nõ quia non poſſet verũ inueniri, ſed quia videbatur indignũ eſſe, & domini morte ipſa triſtius. In reum de ſeruis accuſatoris cùm quæritur, verũ inueniri poteſt? ‖ Age ve- 61
rò, quæ erat, aut qualis quæſtio?[27] [n] Heus vbi Ruſcio, *vbi Caſca? Clodius inſidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux. Nullas fecit. ſperata libertas. Quid hac quæſtione certius? Subitò arrepti in quæſtioné, tamen ſeparantur à ceteris, & in areas [o] coniiciuntur, ne quis cũ iis colloqui poſſit. Hi centũ dies penes accuſatorẽ cũ fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. Quid hac quæſtione dici poteſt integrius? quid incorruptius? ‖ Quòd ſi nõdũ ſatis cernitis, cũ res ipſa 62
tot tã claris argumẽtis, ſignisq; liceat, pura mẽte, atq; integra Milonẽ nullo ſcelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla cõſciẽtia exanimatum Romã reuertiſſe: recordamini, per deos immortaleis, quæ fuerit celeritas reditus eius: qui ingreſſus in forum, ardẽte curia, quę magnitudo animi, qui vultus, quæ oratio. Neque verò ſe [p] populo ſolũ, ſed etiã ſenatui tradidit: neque ſenatui modò, ſed etiã publicis præſidiis, & armis: neq; is tantũ, verũ etiã eius poteſtati, cui ſenatus totã rẽp. omnẽ Italiæ pubẽ, cuncta populi Romani arma cõmiſerat, [q] cui ſe numquã profectò tradidiſſet, niſi cauſę ſuæ confideret, præ-

l al. nulla lege quæſtio eſt in d.
m L. proximè deos acc. & ita v.c.
n L. Heus tu Ruſcio, verbi cauſa caueſis mẽtiaris. Clodius inſ.
* verbi cauſa.
o v.c. coniciuntur,
p L. permiſit v.c. commiſit.
q L. cui nũquã ſe hic profectò tr.

fertim omnia audienti magna metuenti, multa
63 suspicāti,nōnulla credēti.||Magna vis est cōsciē
tiæ,iudices,& magna in vtramq; partem,vt neq;
timeant,qui nihil commiserint:& pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint. Neque verò sine ratione certa, causa Milonis semper à senatu probata est. videbant enim sapientissimi homines facti rationem,præsentiam animi,defensionis constantiam. An verò obliti estis,iudices,recenti illo nuntio necis Clodianæ,nō modò inimicorum Milonis,sermones & opiniones,sed nonnullorum etiā imperitorum:
64 qui negabant eum Romā esse rediturū?||Siue e-
nim illud animo irato,ac percito fecisset,vt incensus odio trucidaret inimicum: arbitrabātur, eum tanti mortem P. Clodij putasse, vt æquo animo patria careret, cùm sanguine inimici explesset odium suum: siue etiam illius morte patriam liberare voluisset,non dubitaturū fortem virum,quin,cùm suo periculo [r] salutē reip. attulisset,cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam,nobis hæc fruēda relinqueret,quæ ipse seruasset.Multi etiā Catilinā,atque illa * portenta loquebantur : erūpet,occupabit aliquem locum, bellū patriæ faciet. Miseros interdum ciueis, optimè de rep. meritos,in quibus homines non modò res præclarissimas obliuiscuntur,sed etiam nefarias su-
65 spicantur.||Ergo illa falsa fuerunt:quę certè vera exstetissent,si Milo ademisset aliquid [s], quod non posset honestè, veréque defendere. Quid quæ postea sunt in eum congesta?[28] [t] quæ quāuis etiam mediocrium delictorum conscientiā perculissent,[29] vt sustinuit,dij immortales? sustinuit?immò verò vt contemsit, ac pro nihilo putauit?quæ neque maximo animo nocens, neque innocens,nisi fortissimus vir,negligere potuisset,scutorum, gladiorum, * frænorum [30] * sparorum, pilorúmque etiam multitudo de

r v.c. salutem P.R. att.
* al. tempora.
s al. coniecta?
t L. quæ quemuis etiam mediocrium del. cōsciū, perc.
* al. framearum.
* Spara Festo minimi generis iacula à spergēdo dicta. Sparo verò Nonio c.28 in Sparos lancere. vide Gel. l.10 c.25.

[v] al. indicabatur.
[x] L. Ocriculanam.

reprehendi posse [u] iudicabatur. nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebāt, in quo Miloni non esset conducta domus: arma in villam,[31] [x] Otriculanam deuecta Tiberi domus in cliuo Capitolino scutis referta: plena omnia malleorum ad vrbis incendia comparatorū. Hæc nō delata solùm, sed pænè credita: nec ante repudiata sunt, quàm quæsita. || Laudabam equidē 66
incredibilē diligentiam Cn. Pompeij: sed dicā, vt sentio, iudices nimis multa audire cogūtur: neque aliter facere possunt ij, quibus tota commissa est resp. [y] Quin etiam audiendus sit Popa Licinius, [z] nescio quis, de circo maximo: seruos Milonis apud se ebrios factos, sibi [a] confessos esse de interficiendo Cn. Pompeio coniurasse: deinde postea se gladio percussum esse ab vno de illis, ne indicaret: Pompeio in hortos nunciauit. Arcessor in primis de amicorum sententia rem defert ad senatum. Non poteram in illius mei, patriæque custodis tāta suspicione nō metu exanimari: sed mirabar tamen, [b] credi Popæ: ebriosorum [32] confessionem seruorum audiri, vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari. || [c] Verumtamen, vt intelligo, cauebat magis Pompeius, quā 67
timebat, non ea solùm, quæ timenda erant, [d] sed omnino omnia ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæsaris clarissimi, & fortissimi viri, permultas noctis horas nuntiabatur. nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat: tamen audiebatur. non poteram Cn. Pompeium [e] præstantissima virtute ciuem, timidum suspicari diligentiā, tota resp. suscepta. nimiam nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in Capitolio senator inuentus est, qui Milonē cùm telo esse diceret. nudauit se in sanctissimo templo, quoniā vita talis & ciuis, & viri fidē non faciebat, [f] nisi, eo tacente, res ipsa loqueretur. Omnia falsa atque insidiosè ficta cōperta sunt. || [g] Quòd 68
si tamen metuitur etiam nunc Milo, non hoc iā

[y] L. Quin etiam fuerit audiendus.
[z] L. nescio qui,
[a] L. confessos esse se de int.
[b] L. credi Popæ: confessionē s.
[c] Verum, vt intell.
[d] L. sed omnia, ne aliq.
[e] L. præstātissima vir tute virum, tim.
[f] v. c. vt eò tacente r.
[g] al. cùm tamē, si met

Clodianum crimen timemus, sed tuas Cn. Pompeij (te enim iam appello ea voce [h] vt me audire possis) tuas inquam, suspiciones perhorrescimus. Si Milonē times, si hunc de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut m[o]litum aliquando aliquid putas: si Italiæ [g] delectus, vt nonnulli cōquisitores tui [h] dictitant, si hæc arma, si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, [i] si delecta iuuentus, quem tuum corpus, domúmque custodit, contra Milonis impetum armata est, atq; illa omnia in hunc vnum [k] instituta, parata, intenta sunt: magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non vnius viri vires, atque opes indicantur, siquidem in hunc vnum & præstantissimus dux electus & tota resp. armata est. || Sed

69 quis non intelligit, omneis tibi reip. parteis ægras, & labanteis, vt eas his armis sanares, & cōfirmares, esse commissas? Quòd si [l] Miloni locus datus esset: probasset profectò tibi ipsi, neminē vmquam hominem homini cariorem fuisse, quā te sibi: nullum se vmquā periculum pro tua dignitate fugisse: [m] cum illa ipsa teterrima peste sæpissimè pro tua gloria contendisse: tribunatū suū ad salutem meā, quæ tibi carissima fuisset: consiliis tuis gubernatum: se à te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione præturę: duos se habere semper amicissimos sperasse: te tuo beneficio, me suo, quę si non probaret: 33 si tibi ita penitus [n] insedisset ista suspicio, nullo vt euelli modo posset: si denique Italia [o] à delectu, vrbs ab armis, sine Milonis clade nūquā esset conquietura. 34 *næ iste haud dubitās cessisset patria is, *qui ita natus est, & ita consueuit 35 te, Magne, tamen [p] adstaretur:

70 quod nunc etiam facit. || Vide, quàm sit varia vitę, commutabilisque ratio, quàm vaga, volubilisque fortuna, 36 quantę infidelitates * in amicis, quàm ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ

h L. vt me exaudire possis) tuas tuas, inquā,
g L. dilectus.
h L. dictitarunt,
i L. si delecta iuu.
k fort. instructa,

l L. si locus Miloni d.
m v. c. tam reipsa illa tet. p. se sæp.

n v. c. inhæsisset al. hæsisset.
o L. à delectu,
* al. ne
* al. in qua natus est,
p L. ante staretur.
* al. amicitiis.

timiditates. Erit, erit illud profectò tempus, & illucescet aliquãdo ille dies, cùm tu* salutarib. vt spero, rebus tuis, sed fortasse motu aliquo cõmunium temporum immutatis, qui quã crebrò accidat, experti debemus scire: & amicissimi beneuolentiam, & grauissimi hominis fidẽ, & vnius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres.|| Quamquam quis hoc credat. Cn. Pompeium, iuris publici, moris maiorum, rei denique publicæ peritissimũ, cùm senatus ei cõmiserit, vt videret, Ne quid respublica detrimenti caperet: quo vno versiculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis: hunc exercitu, hunc [q] delectu dato, iudicium exspectaturum fuisse in eius cõsiliis vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret? Satis [r] iudicatum est à Põpeio, falsò ista cõferri in Milonem: qui legem tulit, qua, vt ego sentio, Milonem [s] absolui oporteret: vt omnes cõfitentur, liceret.|| Quòd verò in illo loco, [t] atq; in illis publicorum præsidiorum copiis circũfusus sedet, satis declarat se non terrorem inferre vobis (quid enim illo minus dignum, quàm cogere, vt vos eum condemnetis, in quem animaduertere ipse & more maiorum, & suo iure posset?) sed præsidio esse: vt intelligatis, contra hesternam contionem illam licere vobis, quod sentiatis, liberè iudicare.|| Nec verò me, iudices, Clodianum crimen mouet: nec tam sum demẽs, tãque vestri sensus ignarus, atque expers, vt nesciam, quid de morte Clodij sentiatis. de qua si iam nollem ita diluere crimen, vt dilui, tamen impunè Miloni palàm clamare, atque mentiri gloriosè liceret: occidi, occidi, non Sp. Melium, qui annona leuanda, iacturísque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi? nõ Ti. Gracchum, qui collegæ magistratuum per seditionẽ [u] abrogauit: quorum interfectores implerunt or-

Margin: 71 (at "Quamquam quis"), 72 (at "Quòd verò in illo loco"), 73 (at "Nec verò me, iudices")

* al. saluis.
q L. allectu
r al. indicatum est.
s L. absolui à vobis oport.
t L. atque illis pub.
v L. abrogabat.

orbē terrarum nominis sui gloria:sed eum (auderet enim dicere,cùm patriā periculo suo liberasset) 37 cuius [x] nefarium in puluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ comprehēderunt.|| x L.nefandum,
74 Eum,cuius supplicio senatus sollemneis religiones expiandas sæpe censuit:eum, quē cū sorore germana nefarium stuprum fecisse L.Lucullus iuratus se,quæstionibus habitis,dixit cōperisse:& eum,qui ciuem,quē senatus,quem populus,quem omnes gentes,vrbis ac vitæ ciuium cōseruatorem[y] iudicabant,seruorum armis exterminauit:eū,qui regna dedit, ademit orbem terrarum,quibuscum voluit,partitus est:eū qui [z] pluribus cædibus in foro factis, singulari virtute,& gloria ciuem domū vi & armis compulit:eum,cui nihil vmquā nefas fuit nec in facinore,nec in libidine:eū,qui ædem Nympharum incendit,[a] vt 38 memoriam publicæ recensionis,tabulis publicis impressam extingueret.|| y L.iudicarant, z L. plurimis. a v.c.vt memoriam publicam recensionis,
75 Eū deniq;,cui iam nulla lex erat, nullū ciuile ius, nulli possessionum termini:qui non [b] calūnia litiū,non iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos,sed castris exercitu, signis inferendis petebat:qui non solū Etruscos(eos enim penitus contemserat) [c] sed hunc 39 Cn. Pompeiū virū fortissimū,atque optimum ciuem, iudicem nostrū:pellere possessionibus,armis, castrisque conatus est. qui cū architectis, & decempedis villas multorum,hortosque peragrabat: qui Ianiculo,& Alpibus spē possessionū terminabat suarū:qui cùm [d] ab equite R.splendidissimo, & forti viro,T. Pacauio non impetrasset,[e] vt insulā [f] in lacu Pretio venderet,repentè lintrib[9] in eam insulam 40 materiā,calcē,cæmenta [g] atque arma conuexit:dominóque trans ripam inspectante,non dubitauit ædificiū extruere in alieno.|| b v.c. kalūnia. c L sed hūc P.Varium fortissimū, atque opt. ciuem. d L.ab equite R.splendido & forti M. Pacanio, non imp. e L.vt sibi inf. f v.c.in lacu Perelio g al.atque arenam. h al.Sentia al. Scantia? * al. Aponio.
76 Qui huic T.Furfanio,cui viro dij immortales?(quid enim de muliercula [h] Sanctia? quid de adolescente [*] Apronio dicā? quorum vtriq;

 mor-

mortem est minitatus, nisi sibi hortorū posses-
sione cessisset) sed ausus est Furfanio dicere, si
sibi pecuniam, quantā poposcerat, non dedisset,
mortuum se in domum eius illaturū: quia inui-
dia huic esset tali viro conflagrandum: qui Ap-
piū fratrē, hominē mihi coniunctum [i] fidelissi-
ma gratia, absentē de possessione fundi deiecit:
qui parietem sic per vestibulū sororis instituit
ducere, sic agere fundamenta, vt sororem [k] non
modò vestibulo priuares, sed omni aditu, & lu-
mine. Quamquā hæc quidē iam tolerabilia vi 77
debantur: *etsi æquabiliter in remp. in priuatos,
in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos
irruebat: sed nescio quomodo iā vsu obdurue-
rat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patiē-
tia. Quæ verò aderant iam, & impendebāt, quó-
nam modo ea aut depellere potuissetis, [m] aut
ferre [41] imperium, si id ille nactus esset? Omitto
socios, exteras nationes, reges, tetrarchas (vota
enim feceratis, [n] vt in eos se potius * mitteret,
quā in vestras possessiones, vestra tecta, vestras
pecunias) à liberis dico. à liberis medius fidius,
& coniugibus vestris numquā ille effrenatas
suas libidines cohibuisset. Fingi hæc putatis,
quæ patent? quæ nota sunt omnibus? quæ tenen-
tur? seruorū exercitus illum in vrbe conscriptu-
rū fuisse, per quos totā remp. resq; priuatas om-
nium possideret? Quamobrē, si cruentū gladiū 78
tenens clamaret T. Annius. Adeste, quæso, atq;
audite, ciues: P. Clodiū interfeci: eius furores,
quos nullis iā legibus, nullis iudiciis frenare
poteram[9], hoc ferro, & hac dextera à ceruicibus
vestris repuli.[42] [o] per me vnum effectū est, vt
ius, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in
ciuitate [p] manerēt: enimuerò timēdum quónam
modo* id factum ferret ciuitas. nunc enim quis
est, qui non probet? qui nō laudet? qui non vnū
post hominum memoriā T. Anniū plurimū reip.
profuisse, maxima lætitia populū R. cunctā Ita-
liam

i L. fidissima.
k L. nō modò vestibulo, sed omni aditu, & limine priuaret Q.
l al. etsi æqualiter
m L. aut ferre imperium ille si nactus esset
n L. vt in eos se potius immitteret, quàm in vestras possessiones (à vestris tectis, vestris pecuniis: vestra tecta, vestras pecunias dico?) à liberis me dius fidius, & à coniugibus vestr.
* al. immitteret.
o L. per me vnum vt ius, æq. &c.
p I. manerent. Esset verò timē. quón.
*id ferre iuit.

liam,nationes omneis affeciſſe,& dicat, & ſen-
tiat?43 * Nequeo vetera illa populi R.[r] quanta
fuerint gaudia,iudicare.multas tamen iã ſum-
morũ imperatorũ clariſſimas victorias ætas no-
ſtra vidit:quarũ nulla neq; tã diuturnam attulit
79 lætitiã,nec tantã.||Mandate hoc memoriæ,iudi-
ces,ſpero multa vos,liberoſq; veſtros in rep.bo
na eſſe viſuros.in his ſingulis ita ſẽper exiſtima
bitis,viuo P.Clodio,[s] nihil horum vos viſuros
fuiſſe.In ſpẽ maximã,& queadmodũ cõfido ve-
riſſimã adducti ſumus,hunc ipſum annũ, hoc ſũ-
mo viro cõſule [x] cõcuſſa hominũ licẽtia cupi-
ditatibus fractis,legibus & iudiciis conſtitutis,
ſalutarẽ ciuitati fore.Num quis igitur eſt tã de-
mens,qui hoc P. Clodio viuo, contingere po-
tuiſſe arbitretur?Quid?ea,quæ tenetis, priuata,
atque veſtra dominante homine furioſo, quod
ius perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent? Nõ
timeo iudices,44 ne odio inimicitiarũ mearum
inflammatus,libentiùs hæc in illum euomere
videar,quàm veriùs. etenim etſi præcipuũ eſſe
debebat,tamen ita cõmunis erat omnium ille
hoſtis,vt in communi odio pęnè æqualiter ver-
ſaretur odium meũ. Non poteſt dici ſatis, ne
cogitari quidẽ,quantũ in illo ſceleris, quantum
80 exitij fuerit.||Quin ſic attendite,iudices.nempe
hæc eſt quæſtio de interitu P.Clodij: fingite a-
nimis:liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ: &
quæ volũt,ſic intuẽtur,vt ea cernimus,quæ vide
mus:fingite igitur cogitatione imaginẽ hui⁹ cõ
dicionis meę:ſi poſſim efficere,vt Milonẽ abſol
uatis:ſed ita,ſi P.Clodius reuixerit. Quid vultu
extimuiſtis?quonã moido ille vos viuus affice-
ret,[y] qui mortuus inani cogitatione percuſſit?
Quid?ſi ipſe Cn.Põpeius,qui ea virtute [z] ac ſa-
pientia eſt,vt ea potuerit ſemper,quæ nemo præ
ter illum : 45 ſi is , inquam , potuiſſet , vt quæ-
ſtionem de morte P. Clodij ferre , ſic ipſum
ab inferis excitare : vtrum [a] putatis facturum

* al. nequeo,
r L. gaudia quanta fuerint,iudic.
s L. nihil eorum vos
t L.ſumus adducti,
v L.hoc ipſo ſummo v.
x L. compreſſa ho.
y v.c.quot mort.
z L. ac fortuna eſt, & ita v.c.
a L.putatis potius factu rum fuiſſe.

fuisse?etiam si propter amicitiã vellet illum ab
inferis [b] reuocare propter remp.non fecisset.E-
ius igitur mortis sedetis vltores,cuius vitam si
putetis per vos restitui posse,nolitis:& de eius
nece lata quæstio est,qui si eadem lege reuiuis-
cere posset,lata lex numquam esset. 46 Huius
ergo [c] interfector non esset etiam confitendo
ab iis impetraturus,ne pœnã timeret, quos li- 81
berauisset? || Græci homines deorum honores
tribuunt iis viris,qui tyrãnos necauerunt. Quæ
ego vidi Athenis?quæ aliis in vrbibus Græciæ?
quas res diuinas talibus instituta viris? quos
cantus?quæ carmina? [d] propè ad immortalita-
tẽ,& religionem, & memoriã consecrãtur. Vos
tanti conseruatorem populi,tanti sceleris vlto-
rem non modò honoribus nullis afficietis. [e] sed
ad supplicium rapi etiã patiemini? Cõfiteretur,
confiteretur,inquam,si fecisset, & magno ani-
mo,&libenter se fecisse libertatis omniũ cau-
sa.quod certè ei non confitẽdum modò fuisset,
verùm etiã prædicandũ.|| Etenim,si id nõ negat, 82
ex quo nihil petit,nisi vt ignoscatur: dubitaret
id fateri,ex quo etiam præmia laudis essent pe-
tẽda?nisi verò gratius putat esse vobis,sui se ca-
pitis,quã vestri ordinis defensorem fuisse: cùm
præsertim in ea confessione,si grati esse velle-
tis,honores assequeretur amplissimos. [f] si factũ
vobis non probaretur(quamquã quî poterat sa-
lus sua [g] cuique non probari?)sed tamen si mi-
nùs fortissimi viri virtus ciuibus grata cecidis-
set magno animo,constantique cederet ex in-
grata ciuitate. nam quid esset ingratius, quàm
lætari ceteros lugere eum solùm,propter quem 83
ceteri lætarentur.||Quamquam hoc animo sem-
per homines fuimus in patriæ proditoribus op-
primendis,vt quoniã nostra futura esset gloria,
periculum quoque,& inuidiã nostram putare-
mus. [i] nam quæ mihi contribuenda laus esset
ipsi,cùm tantum in consulatu meo pro vobis,ac
liberis vestris ausus essem,si id, quod conabar,

b L.euocare.

c L.interfector si esset in confitendo ab hisne pœnam timeret, quos liberauisset?

d L.propè ad immortalitatem, & religione & memoria consf.

e L.sed etiã ad supplicium rapi patiemini?

f L.sin factũ

g L. cuiquã & ita v.c.

h L.fuimus omnes in patr.& ita v.c.

i L.nã quæ mihi ipsi tribuenda laus esset, cùm

ſine maximis dimicationibus meis me eſſe auſurum arbitrarer? quæ mulier ſceleratũ, ac perniciosum ciuem occidere non auderet, ſi periculum non timeret? Propoſita inuidia, morte, pœna, qui nihilò ſegnius remp. defendit, is vir verè putandus eſt. Populi grati eſt, præmiis afficere bene meritos de rep. ciueis: viri fortis, ne ſuppliciis quidẽ moueri, vt fortiter feciſſe pœ-
84 niteat.|| Quamobrẽ vteretur eadem confeſſione T. Annius qua Hala, qua Naſica, qua Opimius, qua Marius, qua noſmetipſi: &, ſi grata reſp. eſſet, lætaretur: ſi ingrata, tamen in graui fortuna, conſcientia ſua niteretur. Sed huius beneficij gratiã, iudices. fortuna populi R. & veſtra felicitas, & dij immortales ſibi deberi putant. nec verò quiſquã aliter arbitrari poteſt, 47 [l] niſi qui nullam vim cæleſtem exiſtimat, numénve diuinum: quem neque imperij [m] veſtri magnitudo, neq; ſol ille, nec cœli, ſignorũq; motus, nec viciſſitudines rerũ, atq; ordines mouẽt, neque id quod maximũ eſt, [n] maiorũ ſapiẽtia: qui ſacra, qui cęremonias, qui auſpicia & ipſi ſãctiſſimè coluerũt,
85 & nobis, ſuis poſteris, prodiderũt.|| Eſt, eſt profectò illa vis: neque in his corporibus, atq; in hac imbecillitate noſtra ineſt quiddã, quod vigeat, & ſentiat, & non ineſt in hoc tanto naturę, [o] tam pręclaro motu. niſi fortè idcirco eſſe non putant, quia non apparet, nec cernitur: [p] perinde quaſi noſtram ipſam mentem, qua ſapimus, qua prouidemus, qua hęc ipſa agimus, ac dicimus, videre, aut planè, qualis, aut vbi ſit, ſentire poſſimus. [q] Ea vis ea eſt igitur, quę ſępe incredibileis huic vrbi felicitates, atq: opes attulit: quę illam perniciem exſtinxit, ac ſuſtulit: cui primũ mentẽ iniecit vt vi irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum virũ auderet, vinceretúrque ab eo, quem ſi viciſſet, habiturus eſſet impunitatem, &
86 licentiã ſempiternã.|| Nõ eſt humano conſilio, ne mediocri quidem, iudices, deorum immorta-

k L. quæ Ahala.

l L. niſi qui nullã vim eſſe ducit, numénve diuinum.

m al. noſtri.

n L. maiorum noſtrorum ſap. & ita v. c.

o L. támq; præcl.

p L. proinde quaſi

q L. Ea vis eſt igitur ipſa q.

r L. religiones mehercule ipsæ, quæ tum illam bel.
s L. comosse se vid.
t L. vos enim iam Albani t.
* al. vestræ religiones viguerunt,
v L. Latiaris sancte Iup.
x L. lucos, nem.
y v.c. pœniendum.

talium cura, res illa perfecta: 48 [r] religiones mehercule ipsæ, aræque, cùm illam belluã cadere viderunt,[s] cõmouisse se videntur, & ius in illo suum retinuisse.[t] Vos enim, Albani tumuli, atque luci, vos, inquam, imploro, atq; obtestor, vosque Albanorum obrutæ aræ, sacrorũ populi R. sociæ, & æquales, quas ille præceps amentia, cæsis, prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresserat:*vestræ tũ aræ, vestrę religiones viguerũt, vestra vis valuit, quã ille omni scelere polluerat: 49 tuque ex tuo edito monte,[u] Latialis sancte Iupiter, cuius ille [x] lacus, nemora, fineisque sæpe omni nefario stupro, & scelere macularat, aliquando ad eum [y] puniendum oculos aperuisti: vobis illæ, vobis vestro in conspectu seræ, sed iustæ tamen, & debitæ pœnæ solutæ sunt. ‖ nisi forte hoc etiã casu factũ esse dicimus, vt ante ipsum sacrariũ Bonæ Deæ, quod est in fundo T. Sextij Galli, in primis honesti, & ornati adolescẽtis, ante ipsã, inquã, Bonã deã, cũ prœliũ cõmisisset, primũ illud vulnus [z] acceperit, quo teterrimã mortem obiret: vt nõ absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignẽ pœnam reseruatus. Nec verò non eadẽ ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiã, vt sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere oblitus cruore, & luto spoliatus illius supremi diei celebritate, quã concedere etiam inimici solent, [a] ambureretur etiam abiectus. nõ fuisse credo fas clarissimorũ virorũ formas illi teterrimo [b] parricidæ aliquid decoris afferre, neque vllo in loco potius mortem eius lacerari, quàm in quo vita esset damnata. ‖ Dura mihi, medius fidius, iam fortuna populi Rom. & crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc rempub. [c] insultare videret, & pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones: senatus grauissima decreta perfre- 87 88

z sic v. c. & L. al. accip.
a L. vteretur abiectus.
b L. parricidæ.
c L. insultare pateretur.

ge

gerat. [d] pecunia se palàm à iudicibus redemerat: vexarat in tribunatu senatum : omnium ordinũ consensu pro salute reip. gesta resciderat: me patria expulerat:bona diripuerat:domum incẽderat:liberos,coniugem meam vexauerat : Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat,magistratuum priuatorúmque cædeis effecerat : domum mei fratris incẽderat:vastarat Etruriam:multos sedibus,ac fortunis eiecerat:instabat , vrgebat: [e] capere eius amentiam ciuitas , Italia, prouinciæ, regna non poterant:incidebantur iã domi leges,quæ nos nostris seruis addicerent : nihil erat cuiusquã,quod quidẽ ille adamasset , quod

89 non hoc anno suum fore putaret.||obstabat eius cogitationibus nemo [f] præter illum Milonẽ ipsum,qui poterat obstare:Cn.Pompeium [g] nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabatur: Cæsaris potentiam,suam potẽtiam esse dicebat: bonorum animos [h] etiã in meo casu contemserat:Milo vnus vrgebat. Hîc dij immortales , vt suprà dixi,[i] mentẽ dederunt isti perdito,ac furioso,vt huic faceret insidias.aliter perire pestis illa nõ potuit:numquã illum resp.suo iure esset vlta.Senatus,credo , prætorẽ eum circũscripsisset.Ne cùm solebat quidem id facere in priuato

90 eodem hoc;aliquid profecerat.||An consules in prætore coërcendo fortes fuissent?Primùm Milone occiso,habuisset suos consules.deinde [k] quis in eo prætore consul fortis esset,per quem tribunum , so virum consularem [l] crudelissimè necatũ esse meminisset? omnia possideret, teneret:lege noua,quæ est inuenta apud eum cũ reliquis legibusClodianis,seruos nostros,libertos suos fecisset.postremò, nisi eum dij immortales in eam mẽtem impulissent , vt homo effœminatus fortissimum virum conaretur occidere , ho-

91 die rẽp.nullam haberetis.|| An ille prætor , ille verò consul , si modò hæc templa , atque ipsa mœnia stare eo viuo tamdiu,& consulatum eius

exspe

d L.pecunia palàm se à iudic.

e χωρεῖν

f L. præter Milonẽm, illũ ipsum, qui p.

g L. nouo red. in gr. sibi deuinctum arbit.

h L. delet hic quoque particulam etiam

i L.mẽtem illi perd.ac fur. dederunt , vt huic f.

k L. quis in eo prętore fortis cõsul ess.

l L. crudelissimè vexatũ esse meminisset ? & ita v.c.

exſpectare potuiſſent, ille denique
m v.c. cùm mortuus,
nihil feciſſet,[m] qui mortuus, vno e
litibus Sex.Clodio duce,curiam inc
quid miſerius:quid acerbius,quid l
dimus?Templum ſanctitatis, amplit
tis,conſilij publici,caput vrbis,aram
portum omnium gentium,ſedē ab v
pulo Rom.conceſſam vni ordini, inf
ſcindi,funeſtari? neque id fieri à
imperita, quamquam eſſet miſerum
ab vno:qui cùm tantum auſus ſit vlt
tuo,quid ſignifer pro viuo non eſſe
curiam potiſſimùm abiecit,vt eam m
cenderet,quam viuus euerterat.||Et
n v. c. Et qui ab for. Ecqui ab
via Appia querantur,taceant de curi
do ab eo ſpirante [o] forum potuiſſe
o L.forum putent potuiſſe defēdi,& ita v. c.
cuius nō reſtiterit cadaueri curia?[p] E
citate eū,ſi poteſtis,ab inferis. frang
viui,cuius vix [q] ſuſtinetis furias inſe
verò ſuſtinuiſtis eos,qui cum falcibu
p v.c. Excitate ipſum, ſi poteſtis,
cucurrerunt,[r] cū faſcibus ad Caſtor
diis toto foro volitarunt. Cædi vidi
q al. ſuſtinuiſtis
Ro.contionem gladiis diſturbari,cùm
ſilentio M.Cœlius,trib.prebis,vir for
in ſuſcepta cauſa firmiſſimus,& bono
r al. cum faſcib. al. cum facib.
tati,& auctoritati ſenatus deditus,&
lonis ſiue inuidia,ſiue fortuna,ſingul
* PERORATIO.
& incredibili fide.||Sed*iam ſatis mu
ſa:extra cauſam etiā nimis fortaſſe m
reſtat,niſi vt orē,obteſtérque vos iuc
miſericordiā tribuatis fortiſſimo vi
s L.ego etiā repugn.
non implorat.[s] ego autē,repugnante
ploro,& expoſco.Nolite,ſi in noſtro
tu nullā lacrymā adſpexiſtis Milonis
ſemper eundē,ſi vocē,ſi orationē ſtab
mutatā videtis,hoc minùs ei parcere:
ſcio,an multò etiā ſit adiuuandus mag
ſi in gladiatoriis pugnis,& in infimi g
minū condicione,atque fortuna,timid

plices,&,vt viuere liceat,obsecrãteis,etiã odis-
se solemus:forteis,& animosos,& [t] & se acriter
ipsi morti offerenteis,seruare cupimus: eorúmq;
nos magis miseret,qui nostram misericordiã nõ
requirunt,quàm qui illam efflagitãt:quãto hoc
magis in fortissimis ciuibus facere debemus?
94 ||Me quidem, iudices, examinant,& interimunt
hæ voces Milonis, quas audio assiduè,& quibus
intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant ci-
ues mei:sint incolumes,sint florentes:sint beati:
stet hæc vrbs preclara,mihíque patria carissima,
[u] quoquo modo merita de me erit. tranquilla
rep.ciues mei(quoniam mihi cum illis nõ licet)
sine me ipsi, sed per me tamen,perfruantur.ego
cedam,atque abibo.[x] si mihi rep.bona frui non
licuerit,at carebo mala : & quam primùm teti-
gero bene moratam,& liberam ciuitatem,in ea
95 conquiescam. || O frustra, inquit, suscepti mei
labores ! ô spes fallaces!ô cogitationes inanes
meæ! Ego, cùm tribunus pleb.rep.oppressa , me
senatui dedissem, quem exstinctum acceperam:
equitibus Romanis, quorum vires erant debi-
les:bonis viris, qui omnem auctoritatem Clo-
dianis armis abiecerant : mihi vmquam bonorũ
præsidium defuturum putarem ? Ego, cùm te
(mecum enim sæpissimè loquitur) patriæ reddi-
dissem , [y] mihi non futurum in patria putarem
locũ?Vbi nunc senatus est, quem secuti sumus?
vbi equites Rom.illi, illi, inquit, tui?vbi studia
municipiorum ? vbi Italiæ voces? vbi denique
tua,M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio,[z] vox,&
defensio? mihíne ea soli, qui pro te toties mor-
96 ti me obtuli, nihil potest opitulari?|| Nec verò
hæc,iudices,vt ego nunc,flens , sed hoc eodem
loquitur vultu,quo videtis.negat enim,se,negat
ingratis ciuibus fecisse, [a] quæ fecit : [b] timidis,
& omnia circumspicientibus pericula, non ne-
gat plebem , & infimam multitudinem , quæ P.
Clodio duce , fortunis vestris imminebat, eam, omn.

t fort.& se acriter ipsos morti off.

v L. quoquo modo erit merita de me. tr.

x v.c.si me rep.bona

y L. mihi futurum in patria non putarẽ locum & ita v.c.

z Lam.vox, atque defensio?

a L. quæ fecerit.

b al.timentibus , &

quo tutior esset vita vestra,se fecisse cõmemo-
ret,vt non modò virtute flecteret,sed etiã tribus
suis patrimoniis deliniret:nec timet,ne,cũ ple-
bem muneribus placarit,vos non cõciliarit me-
c v.c.beni- ritis in remp.singularibus,Senatus erga se [c] be-
uolentiam neuolentiam temporibus his ipsis sæpe esse per-
spectam:vestras verò,& vestrorum ordinum oc-
d al.casum cursationes,studia,sermones, quemcumque si [d]
cursum fortuna dederit,secũ se ablaturũ esse di-
cit.‖Meminit etiam,sibi vocem præconis modò 97
defuisse,quam minimè desiderarit: populi verò
cunctis suffragiis,quod vnum cupierit,se cõsulẽ
e v. c. si declaratũ, nunc denique , [e] si hæc arma cõtra se
hæc contra sint futura,sibi facinoris suspicionem, non facti
se sint fut. crimen obstare.Addit hæc,quæ certè vera sunt,
forteis,& sapienteis viros nõ tam præmia sequi
solere rectè factorum,quàm ipsa rectè facta : se
nihil in vita,nisi præclarissimè fecisse ,siquidem
nihil sit præstabilius viro,quàm periculis patriã
liberare:beatos esse,quibus ea res honori fuerit
à suis ciuibus.‖nec tamẽ eos miseros,qui bene- 98
ficio ciueis suos vicerint:sed tamen ex omnibus
præmiis virtutis,si esset habẽda ratio præmiorũ,
amplissimũ esse præmiũ,gloriam esse hanc vnã,
quæ breuitatẽ vitę posteritatis memoria cõsola-
f L. cuius retur:quæ efficeret,vt absẽtes adessemus,mortui
gradibus e- vineremus:hãc denique esse,[f] cuius gradibus e-
tiã in cælũ tiam homines in cælũ videantur adscẽdere.‖ De 99
homines adscendere videantur. De me, me,inquit,semper populus Rom. semper omnes
gentes loquentur,nulla vmquã obmutescet ve-
tustas. quin hoc tempore ipso,[52] cùm omnes [g] à
g L. à tuis suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur,ta-
inimicis faces, inui- men omni in hominum cœtu,gratiis agendis, &
diæ meæ subiiciun- gratulationibus habendis, & omni sermone ce-
tur, t- lebramur.Omitto Etruriæ festos,& actos, & in-
h L.& opi- stitutos dies. centesima lux est hæc ab interitu
nor,altera, P.Clodij:[53] [h] &,opinor,vltrà,quàm fines imperii
vltrà quàm populi Ro.sunt,non solùm fama iam de illo,sed
fin. etiã lætitia peragrauit. Quamobrẽ , vbi corpus
hoc

hoc ſit, non, inquit, laboro, quoniam omnibus in
terris & iã verſatur, & ſemper habitabit nomi-
nis mei gloria. Hæc tu mecum ſępe, his abſenti-
bus: ſed iiſdem audientibus, hęc ego tecũ, Milo.
100 ‖ Te quidem,[i] quòd iſto animo es, ſatis laudare — i v. c. cùm iſto animo es,
nõ poſſum: ſed, quo eſt iſta magis diuina virtus,
eo maiore à te dolore diuellor. Nec verò, [k] ſi — k fort. ſi mihi eripie. ris,
mihi eripetis reliqua eſt illa [l] tamen ad conſo-
landum querela, vt his iraſci poſſim, à quibus
tantum vulnus accepero. non enim inimici mei — l v.c. saltē
te mihi eripient, ſed inimiciſſimi: non malè ali-
quando de me meriti, ſed ſemper optimè. Nul-
lum vmquam, iudices, mihi tantum dolorē inu-
retis (etſi quis poteſt eſſę tantus?) ſed ne hunc
quidem ipſum, vt obliuiſcar, quanti me ſemper
feceritis. quæ ſi vos cepit obliuio, aut ſi in me a-
liquid offendiſtis: cur non id meo capite potiùs
luitur, quàm Milonis? Præclarè enim vixero, ſi
quid mihi acciderit prius, quàm hoc tantũ mã-
101 li videro. ‖ Hunc me vna conſolatio ſuſtentat,
[m] quòd tibi, ô T. Anni, nullũ à me amoris, nul- — m L. quòd tibi, T. Anni,
lum ſtudij, nullum pietatis officium defuit. Ego
inimicitias potentium pro te appetiui: ego
meum ſæpe corpus, & vitam obieci armis ini-
micorum tuorum: ego me plurimis pro te ſup-
plicem abieci: bona, fortunas meas, ac libero-
rum meorum, in communionem tuorum tem-
porum contuli: hoc denique ipſo die, ſi qua vis
eſt parata, ſi qua dimicatio capitis futura, de-
poſco. Quid iam reſtat? [n] quid habeo, quod — n L. quid habeo? quid faciam pro tuis, &c.
dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, niſi
vt eam fortunam, quæcumque erit tua, ducem
meam? Non recuſo, non abnuo: vóſque obſecro,
iudices, vt veſtra beneficia, quæ in me contuli-
ſtis, aut in huius ſalute audeatis, aut in eiuſdem — o L. occa. ſura eſſe videatis.
102 exitio [o] occaſura eſſe iubeatis. ‖ His lacrymis
non mouetur. Mil. 54 eſt quodam incredibili [p] — p L. robore animi, exſiliũ &c.
robore animi ſept⁹: exſiliũ ibi eſſe putat, vbi vir
tuti non ſit locus, mortem, naturæ finem eſſe, nõ
pœnam.

q L. Sed pœnam.55 q L. hic ea mente natus est. Quid? vos iudices, quo t. an.; eritis? r L. sanguinem profudistis:& ita v.c.

s L. procietur?

t L. Quód nam ego cõcepi &c.

v L. redundant è fõte illo dolores.

x L. si distrahar ab

y L. vtinã P. Clodius

z L. esset potiùs, quã hoc spect.

a L. Minimè, minimè, inquir, immò verò

Sit hic ea mente, qua natus est. quid vos, iudices? quo tandem animo eritis? memoriã Milonis retinebitis? ipsum eiicietis? & erit dignior locus in terris vllus, qui hanc virtutẽ excipiat, quàm hic, qui procreauit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro rep.[r] sanguinem effudistis: vos in viri, & in ciuis inuicti appello periculo, centuriones, vósque milites: vobis non modò inspectãtibus, sed etiam armatis, & huic iudicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur? exterminabitur?[s] eiicietur? ‖ O me miserũ, ô infelicẽ! reuocarẽ tu me in
patriam, Milo, potuisti per hos: ego te in patria 103
per eosdem retinere non potero? quid respõdebo liberis meis, qui te parentẽ alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nũc abes, consorti? mecũ tẽporum illorũ? me non potuisse Milonis salutẽ tueri per eosdẽ, per quos nostrã ille seruasset? At in qua causa non potuisse? quæ est grata gẽtib. à quibus non potuisse? ab iis qui maximè P. Clodij morte acquierũt. quo deprecãte? me. ‖[t] Quód
nã concepi tantũ scelus? aut quod in me tantũ 104
facinus admisi, iudices, cùm illa indicia cõmunis exitij indagaui, patefeci, protuli, exstinxi? omnes in me, meósque [u] redundant ex illo fonte dolores. Quid me reducem esse voluisti? an vt, inspectante me, expellerentur ij, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorẽ reditũ esse, quã fuerit ille ipse discessus. Nam quî possum putare me restitutũ esse, [x] si distrahor ab iis, per quos restitutus sum? Vtinã dij immortales fecissent (pace tua, patria, dixerim: metuo enim, ne sceleratè dicã in te, quod pro Milone dicã piè) [y] vt P. Clodius non modò viueret, sed etiã prætor, consul, dictator [z] esset, antequam hoc spectaculum vincerem. ‖ O dij
immortales! fortem, & à vobis, iudices, con- 105
seruandum virum. [a] Minimè, inquit, immò verò pœnas ille debitas luerit: nos subeamus, si

ita

ita necesse est, nō debitas. Hiccine vir patriæ natus, vsquam, nisi in patria, morietur? aut, si fortè, pro patria: huius vos animi monumenta retinebitis: corporis in Italia nullū sepulchrū esse patiemini? hūc sua quisquā sententia ex hac vrbe expellet, quē omnes vrbes expulsum a vobis, ad se
106 vocabunt? || O terram illam beatā, quæ hunc virū exceperit: hanc integram, si eiecerit: miseram, si amiserit. Sed finis sit. neque enim præ lacrymis iam loqui possum: & hic se lacrymis defēdi vetat. vos oro, obtestórque, iudices. vt in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, iustitiam, fidem, mihi credite, is maximè probabit, qui in iudicibus legendis, optimum, & sapientissimum quemque [b] legit.

b v. c. elegit.



PRO C. * RABIRIO POSTVMO.

* Ita ab adoptiuo patre dict*, pater enim verus erat C. Curius eques Romanus.

ORATIO TRICESIMA-NONA.

C. Gabinio viro consulari, lege Iulia de repetundis dānato, quia cùm Syriæ præesset decem millia talentum ob reductionem Ptolomæi regis Aegypti à suis ciuibus propter crudelitatem eiecti, accepisse iudicatus est, cū neque ex eius bonis tantum redigi potuisset, quanta litium æstimatarum summa fuerat, nec ipse prædes populo dedisset, quorum alterutrū facere necesse erat, accusatus est C. Rabirius eo capite legis Iuliæ: quo ea pecunia peruenisset. Is .n. mos erat, vt si reus primo illo iudicio dānatus vel datis prædibus populo caussæ, vel bonorū suorū venditione satisfecisset, nemo deinceps, vel si particeps esset eiusdē culpæ in iudiciū vocaretur. Gabinius neutrū fecerat. ergo post eū Rabirius est accusatus. QVAESTIO ergo, an Rabirius sit repetūdarum reus. Accusat C. Memmius, defendit Cicero.

* EXORDIVM.



I Qvis * est, iudices, qui C. Rabirium, quòd suæ fortunæ, fundatas præsertim atque optimè constitutas, opes, potestati regiæ, libidinique commiserit; reprehendendum putet: adscribat ad iudicium suum, nō modò meam, sed huius etiam ipsius, qui commisit, sententiam, neque enim cuiquam eius consiliū vehementiùs, quàm ipsi displicet. Quāquam hoc plerumque facimus, vt consilia euentis pōderemus: &, cui bene quid processerit, [a] multum illum prouidisse: cui secus, [b] nihil sensisse dicamus. si exstitisset in rege fides: nihil sapientius Postumo, quià fefellit rex: nihil hoc amentius dicitur: vt iam nihil esse videatur, nisi diuinare, sapientis. ‖ Sed tamen, si quis est, iudices, qui illam Postumi siue inanem spem, siue inconsultam rationem, siue (vt grauissimo verbo vtar) temeritatem, vituperandam putet, ego eius opinioni non repugno: illud tamen deprecor, vt, cùm ab ipsa fortuna crudelissimè videat huius consilia esse multata: nequid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet. Satis est, homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere verò iacenteis, aut præcipitāteis impellere, certè est inhumanum: præsertim, iudices, cùm sit hoc generi hominum propè natura datū, vti, qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hāc ferè, qui sunt eius stirpis, quòd [c] sermo hominum ad memoriam prodēdam patrum virtute celebretur, cupidissimè persequantur. si quidem non modò in gloria rei militaris. Paulū Scipio, aut Maximum filius, sed etiam in deuotione vitæ, & in ipso genere mortis imitatus est P. Deciū filius. Sint igitur similia, iudices, parua magnis. ‖ Fuit * enim pueris nobis huius pater [d] C. Curius, princeps ordinis equestris, fortissim⁹, & maximus publicanus: cuius in negotiis gerēdis magnitudinē animi non tam homines probas

a for. multum illum vidisse:
b L. nihil vidisse dicamus.
c fort. sermone hō. ad mem. prod. patrū virtus cele.
* NARRATIO.
d L. C. Curtius, pr.

1
2
3

baſſent, niſi in eodem benignitas incredibilis fuiſſet: vt in augenda re non auaritiæ prædã, ſed
4 inſtrumentum bonitati quærere videretur. Hoc ille natus, quamuis patrem ſuum numquã viderat, tamen & natura ipſa duce, quæ plurimũ valet, & aſſiduis domeſticorum ſermonibus, in paternæ culpæ ſimilitudinem deductus eſt. multa geſſit: multa cõtraxit:3 [e] magnas parteis habuit publicanorũ: credidit populis: in pluribus prouinciis eius verſata res eſt: dedit ſe etiam regibus: huic ipſi Alexandrino grandẽ iam antea pecuniã credidit: nec interea locupletare amicos vmquam ſuos deſtitit, mittere in negotiũ, dare parteis,4 [f] augere, fide ſuſtentare. Quid multa? cùm magnitudine animi, tum liberalitate, vitã patris, & conſuetudinem expreſſerat. Pulſus interea regno Ptolemæus doloſis cõſiliis (vt dixit Sibylla, ſenſit Poſthumus) Romam venit. [g] huic egẽti, & rogãti hic infelix pecuniã credidit: nec tũ primùm. nã regnãti crediderat abſẽs: nec temerè ſe credere putabat, ꝙ erat nemini dubium, quin is in regnum reſtitueretur à ſenatu, popu-
5 lóque Rom. In dando autem, & credèndo proceſſit lõgiùs: nec ſuã ſolùm pecuniam credidit, ſed etiã amicorũ ſtultè: quis negat? aut quis iam nõ admonet?5 ꝙ malè cecidit, bene conſultũ putares. Id eſt difficile, ꝙ cũ ſpe magna ſis ingreſſus, id nõ exſequi vſq; ad extremũ. Supplex erat rex; multa rogabat: omnia pollicebatur: vt iam metuere Poſtumus cogeretur, ne, quod crediderat, perderet, ſi credendi conſtituiſſet modũ. nihil autẽ erat illo blandius, nihil hoc benignius: vt magis pœniteret cœpiſſe, quã liceret deſiſtere.6 Hinc primùm exoritur crimen illud: ſenatũ
6 corruptum eſſe dicunt. O dij * immortales! hæc eſt illa exoptata iudiciorũ ſeueritas? corruptores noſtri cauſam dicunt: nos, qui corrupti ſumus, non dicimus.7 Quid *ego ſenatum defendã hoc loco, iudices? omni equidem loco debeo.

e l. magnas parteis habuit publicorũ: cr.

f l. re augere, fide ſ.

g l. ei egẽti, & rog.

h l. Hic primùm

* CONTENTIO.

i for. hæc ſine eſt illa &c.

* al. ergo

 ita

k L.de me meritus est ille

l for.insumeret,

m L.cõsuli mandatum

n L. nec ab eo prædes dati, nec

o L. recepta Lex ecquaest? iub. al seruari vel seruata

* Lex Iulia de repetũdis de qua in Pandectis.

* lex erat Cornelia de repetũdis

* Lex hæc Seruilia de repetundis lata à C.Seruilio Glaucia, qua constituit vt comperendinari reo liceret: antè enim vel iudicari primò poterat, vel amplius pronūciari.

ita [k] de me est meritus ille ordo:sed id nec agitur hoc tẽpore,nec cum Postumi causa res ista coniuncta est.Quamquã ad sumtum itineris, ad illam magnificentiam apparatus, comitatumq; regiùm,suppeditata pecunia à Postumo est , factæque syngraphę sunt in Albano Cn.Pompeij, cùm illa Roma profectus esset:tamen nõ debuit is,qui dabat, quò ille,qui accipiebat , [l] consumeret,quærere.non enim latroni , sed regi credidit:nec regi inimico populi Rom.sed ei,cuius reditum [m] consuli datũ à senatu videbat : nec ei regi,qui alienus ab hoc imperio esset,sed ei qui cum fœdus fieri in Capitolio viderat.|| Quòd si 7
creditor in culpa sit , non qui est improbè credita pecunia vsus:dãnetur is,qui fabricatus gladium est,& vendidit,non is,qui illo gladio ciuẽ aliquem interemit. Quamobrem neque tu , C. Mẽmi,hoc facere debes,vt senatum,cuius auctoritati te ab adolescentia dedisti,in tãta infamia versari velis,neque ego id,quod non agitur,defendere.Postumi enim causa,quæcumque est,seiuncta à senatu est.|| Quòd si itẽ à Gabinio seiũ- 8
ctam ostendero,certè,quod dicas,nihil habebis.Est enim hæc causa , [8] QVO EA PECVNIA PERVENERIT, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ,atque dãnatæ.Sunt lites æstimatæ A.Gabinio,[9] [n] nec prædes dati,nec ex eius bonis,quãta summa litiũ fuisset,[10] à populo [o] recipi.[11] Lex ęqua est.Iubet lex*Iulia persequi ab iis,ad quos ea pecunia,quã is ceperit,qui damnatus sit,peruenerit.Si est hoc nouũ in lege Iulia,sicuti multa sunt seueriùs scripta,quã in antiquis legibus, & sanctiùs iudicata:sanè etiã consuetudo huius generis iudiciorum,noua.|| sin hoc totidẽ verbis 9
translatum caput est , quod fuit non modò in * Cornelia,sed etiam ante in lege * Seruilia : per deos immortaleis,quid agimus,iudices?aut quũ hunc morem nouorum iudiciorum in rẽp.inducimus ? Erat enim hæc consuetudo nota vobis

quidem

quidem omnibus, sed, si vsus, magister est optimus, mihi debet esse notissima. Accusaui de pecuniis repetundis: iudex sedi: prætor quæsiui: defendi plurimos. nulla pars,[12] quę aliquã facultatem dicendi afferre posset, non mea fuit. ita contendo neminẽ vmquam, QVO EA PECVNIA PERVENISSET, causam dixisse, qui in æstimãdis litibus appellatus non esset.[p] in litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuitatum.

10 ‖[13] Itaque[q] in ferendis litibus adesse solebant, qui aliquid de se verebantur: &, cùm erant appellati, si videbatur, statim contrà dicere solebant. sin eius temporis recentem inuidiam pertimuerant: respondebant postea. quòd cùm fecissent, permulti sæpe vicerunt. Hoc verò nouũ est, ante hoc tempus omnino inauditum. in litibus, Postumi nomen est nusquam. in litibus dico? modò vos iidem in A. Gabinium iudices sedistis num quis testis Postumum appellauit? testis autem? num accusator? num denique [r] toto illo iudicio Postumi nomen audistis?

11 ‖ Non igitur reus, ex ea causa, quæ iudicata est, redũdat Postumus: sed est arreptus vnus eques Romanus de pecuniis repetundis reus. quibus tabulis?[14] quæ [s] iudicio à Gabinio recitatæ non sunt. quo teste? à quorum appellatus nusquam est.[15] [t] qua appellatione litium? in qua Postumi mentio facta nulla est qua lege? qua non tenetur. Hic iam, iudices, vestri consilij res est, vestræ sapientiæ. quid deceat vos, non, quantum liceat vobis spectare debetis. si enim, quid liceat, quæritis, potestis tollere è ciuitate, quẽ vultis, tabella est, quæ dat potestatem, occultat eadem libidinem,[16] [u] cuius conscientia, nihil est, quòd quisquam timeat, si non pertimescat suam.

12 ‖ Vbi est igitur sapientia iudicis? In hoc, vt non solùm, quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet: nec, quantum sibi per-

p L. in litibus autem æstimandis
q L. In ferendis litib.
r al. toto illo in iudicio
s L. in iudicio A Gabinii rec
t L. qua illatione litium?
v L. cuius conscientiã nihil

x al. sed & missum, meminerit solùm,[x] sed etiam, quatenus
quatenus commissum sit. Datur tabella iudicij, qua lege? Iulia de pecuniis repetundis. quo de reo? de equite Romano. At iste ordo lege ea nõ tenetur. 17 Illo, inquit, capite, quod erat in Postumum, quòd in Gabiniũ iudex esses, nihil Gabinio datum, cùm in eum lites ęstimarentur. At nunc audio. reus igitur Postumus est ea lege, qua non modò ipse, sed totus etiam ordo solutus, ac liber est.||Hîc ego nũc non vos priùs implorabo, 13
equites Romani, quorum ius iudicio tentatur, quã vos senatores, quorũ agitur fides in hũc ordinẽ: quæ quidẽ cùm sæpe antè, tum in hũc ipsa causa nuper est cognita. nã cùm, optimo, & præstãtissimo cõsule, Cn. Pompeio, de hac ipsa quæ-
y al. paucæ stione referente, exsisterent nonnullæ,[y] sed perpaucæ tamen acerbæ sententiæ, quæ censerẽt, vt tribuni, vt præfecti, vt scribæ, vt comites omnes magistratuum, lege hac tenerentur: vos, vos, inquã, ipsi, & senatus frequens restitit: &, quamquã tum, propter multorũ delicta, etiã ad innocẽtiũ periculum tẽpus illud exarserat, tamen, cũ, odiũ non restingueretis, huic ordini ignẽ nouum sub iici nõ siuistis.||Hoc animo igitur senatus. Quid? 14
vos equites Rom. quid tandem estis acturi! Glaucia solebat, homo impurus, sed tamẽ acutus, populum monère, vt, cùm lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet. Si esset, dictator cõsul, prætor, magister equitũ: ne laboraret: sciret nihil ad se pertinere. sin autẽ QVICVMQVE POST HANC LEGEM: videret, nequa noua quæstione alligaretur.||Nũc vos, equites Rom. videte. sci- 15
tis, me ortum è vobis: omnia semper sensisse pro vobis: nihil horum sine magna cura, & sũma caritate vestri ordinis loquor. alius alios homines, & ordines: ego vos semper complexus sum, moneo, & prædicor integra re, causáq; denũtio, omneis homines, deosque testor: dum potestis, dũ licet, prouidete, ne duriorem vobis cõditionem

nem statuatis, ordiniq; vestro, quàm ferre possit. serpet hoc malum (mihi credite) lõgiùs, quã
16 putatis. || Potentissimo, & nobilissimo tribuno. pl M. Druso, vnam in equestrẽ ordinẽ quęstionẽ ferenti, SI QVIS OB REM IVDICATAM PECVNIAM CEPISSET: apertè equites Romani restiterunt. Quid? hoc licere volebant? Minimè: neque solùm hoc genus pecuniæ capiendæ turpe, [z] sed etiam nefarium arbitrabantur. attamen ita disputabant: eos teneri* legibus oportere, qui suo iudicio essẽt illam conditionem vitæ secuti. delectat amplissimus ciuitatis gradus, sella curulis, fasces, imperia, prouinciæ, sacerdotia, triumphi, denique imago ipsa, [18] ad posteritatis
17 memoriam [a] posita. || est simul etiam sollicitudo aliqua, & legũ, & iudiciorũ maior quidam metus. nos ista numquam contemsimus (ita enim disputabant) sed hanc vitam quietam, atq; otiosam secuti sumus. quæ quoniam honore caret, careat etiã molestia. Tam es tu iudex, quàm ego senator. Ita est: sed tu istud petiisti ego hoc cogor. Quare aut iudici mihi non esse liceat, aut
18 legem lege senatoria non timere. || Hoc vos, equites Romani ius à patribus acceptum amittetis? moneo, ne faciatis. rapiẽtur homines in hæc iudicia ex omni non modò inuidia, sed sermone maleuolorum, nisi cauetis. Si iam vobis nuntiaretur, in senatu sententias dici, vt his legibus teneremini: concurrendum ad curiam putaretis. si lex ferretur: conuolaretis ad Rostra. vos senatus liberos hac lege esse voluit: populus numquam alligauit: soluti huc conuenistis: ne con-
19 stricti discedatis, cauete. || nam, si Postumo fraudi fuerit, qui nec tribunus, nec præfectus, nec ex Italia comes, nec familiaris Gabinij fuit: quónã se modo defendent posthac, qui vestri ordinis cum magistratibus nostris, fuerint his causis implicati? Tu, inquit, Gabinium, vt * regem reduceret, impulisti. [b] Non patitur mea etiam fides

z L. sed & nefarium
* repetundarum.
a L. prodita. al. prodẽda.
* Ptolomæum.
b L. Nõ patitur iam mea fides

de Gabinio grauiùs agere. quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. quocum stante, si me Cn. Pompeij auctoritas in gratiam non reduxisset : nunc iam ipsius fortuna reduceret.‖sed tamen, cùm ita dicis, Postumi 20
impulsu Gabinium profectum Alexandriam : si defensioni Gabinij fidem non habes, obliuiscerisne etiam accusationis tuæ? Gabinius se id fecisse dicebat reipublicæ causa, quòd classem Archelai timeret, quòd mare refertum fore prędonum putaret. lege etiam id sibi licuisse dicebat. tu inimicus negas. Ignosco: & eò magis quod est contra illud iudicatũ. Redeo igitur ad crimen, & accusationem[c] tuam.‖Quid vociferabare de- 21
cẽ millia talentûm Gabinio esse promissa ? 19
Huic videlicet perblãdus[*] reperiendus fuit, qui hominẽ, vt tu vis, auarissimum, exoraret, sestertiûm bis millies, & quadringenties ne magnopere cõtemneret. Gabinius illud, quoquo consilio fecit, fecit certè suo quęcũque mẽs illa fuit, Gabinij fuit. siue ille, vt ipse dicebat, gloriam: siue, vt tu vis pecuniam quæsiuit: quæsiuit sibi. Nũ Gabinij comes, vèl sectator? negat. non enim ad Gabinij, cuius id negotium non erat, sed ad P. Lentuli, clarissimi viri, auctoritatem, à senatu profectam, & consilio certo, & spe non dubia, Romam contenderat.‖At[d] diœcetes fuit regius. 22
Et quidem in custodia etiam fuit regia : & vita eius oblata pœnæ est. multa præterea, quæ libido regis, quæ necessitas coëgit ferre, pertulit. quarũ omniũ rerũ vna reprehensio est, quod regnũ intrarit, quòd potestati se regis cõmiserit. verùm si quærimus, stultè. quid enim stultius, quàm equitem R. ex hac vrbe, huius, inquam, reip. ciuem, quæ est vna maximè, & fuit semper libera, venire in eum locum, vbi parendum alteri, & seruiendum sit?‖ego in hoc tandem, Po- 23
stumo ignoscam, homini mediocriter docto,

[c] al. tuam: qui vocifer. d. m. tal. Gab. esse promissa. H.

[*] al. requirendus

[d] διοικητής

e qui

[e] qui videam sapientissimos homines esse ipsos? Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem, iniquitate Dionysij, Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis, insidiisque esse versatum accepimus: Callisthenem, doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum: Demetrium [f] & ex rep. Athenis, quam optimè digesserat, & ex doctrina nobilem, & clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodem isto Aegypti regno aspide ad corpus admota vita esse priuatum.

[e] al. in quo videam

[f] L. & ex rep. Atheniensi, quā opt. al. & ex rep Atheniēsem, quam opt.

24 Planè confiteor, fieri nihil posse dementius, quā scientē in eum locum venire, vbi libertatem sis perditurus. sed huius istius facti stultitiam, maior iā superior stultitia defēdit. quæ facit, vt hoc stultissimum facinus, quòd in regnum venerit, quòd regi se commiserit, sapienter factum esse videatur.[208] [g] siquidem tam semper stulti, quàm serò sapiētis est, cùm stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.

[g] L. siquidē tam non semper stulti, quàm

25 Quamobrem illud maneat, & fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest: in quo æqui sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse se confitetur, quòd suam, quòd amicorum pecuniam regi crediderit cum tanto fortunarum suarū periculo. Hoc quidē semel suscepto, atque contracto perpetienda illa fuerunt, vt se aliquādo ad suos vindicaret. Itaque obiicias licet quàm voles sæpe, palliatū fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis insignia. quoties eorum quippiam dices, toties vnū dices, [h] atque illud, temerè hunc pecuniā regi credidisse: suas fortunas, atque famam libidini regiæ commisisse.

[h] al. atque idem,

26 Fecerat temere, fateor: [i] mutari factum iam nullo modo poterat. aut pallium sumendum. Alexandriæ, vt & Romæ togato esse liceret: aut omnes fortunæ abiiciendæ, si togam retinuisset. Deliciarum causa & voluptatis, non modò ciueis R. sed & nobileis adolescenteis, & quosdā

[i] L. factum mutari

etiam ſenatores ſummo loco natos, non in hortis, aut ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido cũ *mitella ſæpe videmus.|| chlamy- 27 datum illum L. Syllam imperatorẽ: L. verò Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit, Antiochúmque deuicit: non ſolùm cum chlamyde, ſed etiam cũ crepidis in Capitolio ſtatuam videtis. quorum impunitas fuit non modò à iudicio, ſed etiam à ſermone. Faciliùs certè P. Rutilium Rufũ neceſſitatis excuſatio defendet: qui cũ à Mithridate Mytilenis oppreſſus eſſet, crudelitatem regis in togatos veſtitus mutatione vitauit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentũ fuit hominibus noſtris[21] virtutis, [k] antiquitatis, prudentiæ, conſularis homo ſoccos habuit, & pallium? [l] Nec verò ideò id homini tum quiſquam, ſed tempori aſſignandum putauit: Poſtumo crimen veſtitus afferet is, in quo ſpes fuit, poſſe ſeſe aliquando ad fortunas ſuas peruenire? || Nam, vt ventum eſt A- 28 lexandriam ad Auletem, iudices, hæc vna ratio à rege propoſita Poſtumo eſt ſeruandæ pecuniæ, ſi curationem, & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. id autẽ facere non poterat, niſi diœcetes: hoc enim nomine vtitur, qui à rege eſſet conſtitutus. Odioſum negotium Poſtumo videbatur: ſed erat nulla omnino recuſatio. moleſtũ etiam nomẽ ipſum: ſed res habebat nomen hoc apud illos, non hic impoſuerat. oderat veſtitum etiam illum: ſed ſine eo nec nomen illud poterat, nec munus tueri. Ergo aderat vis (vt ait poëta ille noſter) qui ſummas frangit, infirmatque opes. || Moreretur, inquies. nam id ſequitur. Feciſ- 29 ſet certè, ſi ſine maximo dedecore, tam impeditis ſuis rebus, potuiſſet emori. Nolite igitur fortunam conuertere in culpam: neque regis iniuriã, huius crimen putare: nec conſilium ex neceſſitate, nec voluntatẽ ex vi interpretari: niſi fortè eos etiã, qui in hoſteis, aut in prædones inciderint, ſi aliter quippiam coacti faciant, quàm

libe

*De mitella diximus in Apparatu Latinæ loc.

k L. ſanctitatis, pr.

l L. Nec verò id homini tum q. & ita v.c.

liberè, vituperandos putes. Nemo nostrũ igno
rat, etiam si experti non sumus, consuetudinem
regiam. Regum autem hæc sunt imperia, Ani-
maduertere, & dicto pare.[22] & [m] præter roga
tum si querare: & illę minæ, *Si te secundo lumine*
hic offendero, moriere. quæ non vt delectemur solũ,
legere, & spectare debemus, sed vt cauere etiam,
30 & effugere discamus.|| At ex hoc ipso crimen e-
xoritur. ait enim, [n] dũ Gabinio pecuniã Postu-
mus [o] cogeret[23] ex decumis imperatorum, pecu-
niã sibi coëgisse. Non intelligo, hoc quale sit: v-
trũ accessionẽ decumæ, vt nostri facere coacto-
res solent, centesimæ: an decessionem de summa
fecerit. si accessionem: vndecim millia talẽtûm
ad Gabinium peruenerunt. At non modò abs te
decem millia obiecta sunt, sed etiam ab his æsti
31 mata.|| Addo illud etiam: qui tandem conuenit,
aut tã graui onere tributorum ad tantam pecu-
niam cogendam mille talentûm accessionẽ esse
factã: aut in tanta mercede hominis, vt vis, aua-
rissimi, mille talentûm decessionẽ esse concessã?
neque enim fuit Gabinij, remittere tãtũ de suo:
[p] nec regis, imponere tantũ pati suis. Aderũt te-
stes, legati Alexandrini. hi nihil in Gabiniũ di-
xerunt. [q] immò hi Gabiniũ laudauerunt. Vbi er-
go ille mos? vbi cõsuetudo iudiciorũ? vbi exẽ-
pla? soléntne is dicere in eum, qui pecuniam re-
degit, qui in illũ, cuius nomine ea pecunia redi-
32 geretur, non dixerit?|| Age, si is, qui nõ dixit, so-
let? etiámne is solet, qui laudauit? iisdem testi-
bus, & quidẽ non productis, sed dictis testiũ re-
citatis, quasi præiudicata res ad has causas defer
ri solet. Et ait etiã meus familiaris, & necessari[9],
eandẽ causam Alexandrinis fuisse, cur laudarẽt
Gabiniũ, quæ mihi fuerit, cur eundẽ defenderẽ.
Mihi, C. Mẽmi, causa defendẽdi Gabinij fuit re-
cõciliatio gratiæ. neque me verò pœnitet mor-
taleis inimicitias, sempiternas amicitias [r] habe-
33 re.|| nam si me inuitũ putas, ne Cn. Põpeij animũ
offen

m L. præter rogitatum si loquare: & illæ m. for. præter rogitatum ne loquere:
n al. cùm G.
o L. cogeret ex decumis imperatis,
p L. neque regis,
q L. immò ij Gab.
r for. gere re.

s al. & caufam, & illũ,
t L. non amatissimus mihi Pompeius non fuit:
v L. Quid? postea credetur? credetur. quá obrem? quia &c.
* Pantag. non habet vocem non
x L. Quid? ergo ista conditio est testium, vt, quib. cred.
y L. At, si verum dixerunt tũ, cùm verissima fronte dixerunt: nunc mét.
z L. Quid multa? aut sileant. aut verum dicant. Audiebamus Alexandriam. nunc cognoscimus. vel quid nullis aut sileant, aut discere verum discant.
a L. ab his mimorum argumentá .n. al. venenorũ quod

offenderem, defendisse: [s] causam, & illum, & me vehementer ignoras: neq; enim Pópeius me sua causa quidquã facere voluisset inuitũ: neq; ego cui omnium ciuiũ libertas ca issima fuisset, meã proiecissem. Quãdiu inimicissimus Gabinio fuit, [t] nõ inimicissim[9] mihi nõ Pópeius fuit: nec postea quã illi[9] auctoritati eã dediveniã, quã debui quidquã simulaui, ne cũ mea perfidia illi etiam ipsi facerẽ, cui beneficiũ dedissem, iniuriã. nã nõ redeũdo in gratiã cũ inimico, nõ violabã Pópeiũ si per eum reductus insidiosè redissem: me scilicet maximè, sed proximè illum quoque fefellissem.|| At de me omittamus: ad Alexandrinos 34
istos reuertamur Quod habent os? quam audaciam? modò, vobis inspectantibus, in iudicio Gabinij tertio quoq; verbo excitabãtur. negabãt, pecuniam Gabinio datam. recitabatur identidẽ Pompeij testimoniũ regem ad se scripsisse, nullã pecuniam Gabinio, nisi in rem militarem, datã. Non est, inquit, tum Alexandrinis testibus creditum.[24] [v] Quid? postea creditum? * non, quamobrem? quia nunc aiunt, quod tunc negabant.
|| Quid ergo? ista conditio est testium, vt, quibus creditum non sit negantibus, iisdem credatur dicentibus. [y] At, si verum tum, cùm verissima fronte dixerunt: nunc mentiuntur. si tunc mentiti sunt, doceant nos verum. [25] [z] Quid vultis? sileant. dicere audiebamus, Alexandriam nunc cognoscimus. illinc omnes præstigiæ: illinc, inquam, omnes fallaciæ: [26] omnia denique [a] ab his numerorum argumenta nata sunt. nec mihi longius quidquam est iudices, quàm videre hominum vultus.|| Dixerunt hic modò nobiscum 36
ad hæc subsellia, quibus superciliis renuentes huic decem millium crimini? iam nostis insulsitatem Græcorum. humeris gestum agebant. tum temporis, credo, causa: nũc scilicet tempus nullum

ἀλεξίπλια φάρμακα, prouerbiũ Græcum celebre.

lum eſt. Vbi ſemel quis peierauerit, ei credi po-
ſteà, etiam ſi per plureis deos iuret, nō oportet:
præſertim, iudices, cū in his ne locus quidē nouo
teſti ſoleat eſſe, ob eāq; cauſā iidē iudices reti-
neantur, qui fuerint de reo vt his nota ſint om-
37 nia, neque quid fingi noui poſſit. || Lites, QVO
EA PECVNIA PERVENERIT, non ſuis propriis
iudiciis, ſed in reum factis condemnari ſolent.
Itaque ſi aut prædes dediſſet Gabinius, aut tan-
tum ex eius bonis, quanta ſumma litium fuiſſet,
[27] populus [a] recepiſſet, quamuis magna ad Po-
ſtumum ab eo pecunia perueniſſet, non redige
retur; vt intelligi facilè poſſit [28] quod [b] ex ea
pecunia ad quem eorum, qui dānatus eſt, perue
niſſe in illo primo iudicio planum factum ſit, id
hoc genere iudicij redigi ſolere. Nūc verò quid
agitur? vbi terrarū ſumus? quid tā inſolens, tam
peruerſum, præpoſterúmve dici, aut excogitari
38 poteſt? || Accuſatur is, qui non abſtulit à rege, ſi-
cut Gabinius iudicatus eſt: ſed qui maximā regi
pecuniam credidit. Ergo is Gabinio dedit, [c] qui
non huic reddidit. Iam cedò, cùm is, qui pecu-
niam Poſtumo debuit, non huic, ſed Gabinio
dederit: cōdemnato Gabinio vtrū illi eā pecu-
niam reddidit, an etiā nunc debet? At habet, &
celat. ſunt enim qui ita loquantur. Quod genus
tandem eſt iſtud oſtentationis, & gloriæ? Si ni-
hil habuiſſet vmquam tamen, ſi quæſiſſet, [d] cur
is diſſimularet habere, cauſa non eſſet. qui verò
duo lauta, & copioſa patrimonia accepiſſet rē-
que præterea bonis, & honeſtis rationibus au-
xiſſet: quid eſſet tandem cauſæ cur exiſtimari
39 vellet nihil habere? || An cùm credebat inductus
vſuris, id agebat, vt haberet quamplurimum, po-
ſteaquā exegit quod crediderat: vt exiſtimare-
tur egere, nouum genus hoc gloriæ cōcupiſcit?
Dominatus eſt enim, inquit, Alexandriæ. Immò
verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit: pertulit
ipſe cuſtodiam: vidit in vinculis familiareis
ſuos:

a for. rede. giſſet:

b L. ex ea pecunia, quam cepe ritis, qui dā natus eſt, perueniſſe, &c.

c L. qui huic non reddidit.

d L. cur is diſſimula ret ſe habe re,

suos:mors ob oculos sæpe versata est:nudus,atque egens ad extremum fugit è regno.‖At per- 40
mutata[c] aliunde pecunia est:[f] ductæ naues Postumi Puteolis sunt:auditæ, visæque merces.[g] Pallaces quidem,& fucosæ,chartis 29 & linteis, & *vitro[h] delatæ : quibus cùm multæ naues refertæ fuissent,[i] vna non potuit parua,& 30 atrata. Plus ille Puteolanus sermo illius temporis, vectorúmque cursus,atque ostentatio,tum subinuisum apud maleuolos Postumi nomen propter opinionem pecuniæ nescio quam,[k] æstatē vnā complureis aureis refersit istis sermonibus.
‖Verū*autē,iudices,si scire vultis:nisi C.Cæsaris 41
summa in omneis, incredibilis in hunc eadem liberalitas exstitisset, nos hunc Postumū iāpridē in foro non haberemus. Illa onera multorū huius amicorum excepit vnus:quæq; multi homines necessarij secūdis Postumi rebus descripta sustinuerunt,nūc eius afflictis fortunis vniuersa sustinet. Vmbram equitis R. & imaginem videbitis,iudices, vnius amici conseruatam auxilio,& fide.nihil huic eripi potest, præter hoc simulacrum pristinæ dignitatis, quod Cæsar solus tuetur,& sustinet:quæ quidem in miserrimis rebus,huic tamen tribuenda est maxima,nisi verò hoc mediocri virtute effici potest, vt tantus ille vir[l] tanti ducat hunc: & afflictū præsertim, & absentē,& in tanta fortuna sua,vt aliena respicere magnū sit:31[m] tāta oppugnatione maximarū rerū,quas gerit,atque gessit,vt vel obliuisci aliorū nō sit mirū:vel,si meminerit,[n] oblitū esse, facilè possit probare. ‖ Multas equidem C. 42
Cæsaris virtutes magnas, incredibileisque cognoui. sed sunt ceteræ maioribus quasi theatris propositæ,& pænè populares.castris locū capere,exercitum instruere,expugnare vrbeis,aciem hostiū profligare:hanc vim frigorum,hyemémque, quā nos vix huius vrbis tectis sustinemus, excipere:his ipsis diebus hostē persequi,tū cùm etiam

[c] L. aliquā do pec.
[f] L. auditæ naues Post.
[g] L. Fallaces, inquit, & succosæ,
* al. nitro
[h] L. celatæ:
[i] L. vna nō paruit parua. Cataplus illePuteolanus: sermo illius temp.
[k] L. æstatē vnam, non plureis,aureis ref.
*PERORATIO.
[l] L. tanti ducat hunc, & affl.
[m] L. & in tanta occupatione max.
[n] fort oblitum fecesse, facilè &c.

etiã autẽ feræ latibulis se tegãt,atq; omnia bella iure gẽtiũ conquiescãt.sunt ea quidẽ magna: quis negat?sed magnis excitata sunt præmiis ad memoriã hominũ sempiternam.quo minùs[o] admirandum est,eũ facere illa, qui immortalitatẽ [o] al. mirandum est,
43 concupiuerit.‖Hæc mira laus est,quæ non poëtarũ carminibus,non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expẽditur. Equidẽ R.veterẽ amicũ suum,studiosum,amantẽ, obseruantem sui,non libidine, non turpib. impensis cupiditatum,atq; iacturis,sed experientia patrimonij amplificandi labentem excepit,corruere nõ siuit,fulsit,& sustinuit,re,[p] fortuna,fide:hodiéq; sustinet:nec amicũ pendentem corruere patitur:32 nec illius animi aciẽ[q] perstringit splendor sui nominis, nec mentis quasi lu- [p] L. fortunis, [q] L. præstinguit splendor sui n.
44 minibus officit altitudo fortunæ,&gloriæ.‖Sint sanè illa magna,quæ re vera magna sunt, de iudicio animi mei,vt volet, quisq; sentiat.ego enim hanc in tantisopibus,tanta fortuna,liberalitatẽ in suos,memoriã amicitiæ,reliquis virtutib.omnib.antepono.Quã quidẽ vos,iudices, in nouo genere bonitatem inusitatã claris,ac præpotentib.viris, non modò non aspernari,ac refutare,sed cõplecti etiã,& augere debetis:& eò magis,quòd videtis,hos quasi sumtos dies[r] ad labefactandum illius dignitatẽ:ex qua illi nihil detrahi potest,quod nõ aut fortiter ferat,aut facilè restituat. amicissimum hominẽ si honestate spoliatũ audierit: nec sine magno dolore feret, nec id amiserit,[s] quod posse speret recuperari. [r] al. ad labefactandum ill. [s] L. quod speret posse recuperari.
45 ‖Satis multa hominibus non iniquis hæc esse debent:nimis etiam multa vobis, quos æquissimos esse confidimus. Sed, vt omnium vel suspicioni,vel maleuolẽtię, vel crudelitati satis fiat, occultat pecuniam Postumus, latent regiæ diuitiæ. Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirij Postumi nummo sestertio sibi addici velit? Sed, miserum me, quanto hæc dixi

t L. Curtij cum dolore? hem, Postume,[38] túne es[t] Curij filius, C. Rabirij iudicio, & voluntate filius, natura sororis filius? túne ille in omneis tu[o]s libera lis? cuius multos bonitas locupletauit? qui nihil profudisti? nihil vllam in libidinem contulisti? tua, Postume, nummo sestertio à me[u] addicuntur? O meum miserum, acerbúmque præconium. At hoc etiam optat miser, vt condemnetur à vobis: ita b[o]na veneant, vt solidum suum cuique soluatur. nihil iam aliud nisi fidem curat: nec vos huic, si iam obliuisci vestræ mãsuetudinis volueritis, quidquam præterea potestis eripere. quod, iudices, ne faciatis, oro, obtestórque vos, atque eò magis, si aduentitia pecunia petitur ab eo, cui sua non redditur. nam in eum, cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est. Sed iã quoniã, vt spero, fidem, quam potui, tibi præstiti, Postume, reddã etiã lacrymas, quas debeo. quas quidem ego tuas in meo casu plurimas vidi. versatur ante oculos luctuosa nox meis omnibus, cùm tu totum te cum tuis copiis ad me detulisti: tu comitibus, tu præsidio, tu etiam tanto pondere auri, quantũ tempus illud postulabat,[x] discessum illum sustentasti: tu nũquam meis, me absente, liberis, numquam coniugi meę defuisti. Possum excitare multos reductos testeis liberalitatis tuæ: quod sæpe audiui patri tuo, qui id fecisset, magno adiumento in iudicio capitis fuisse. Sed iam omnia timeo: bonitatis ipsius inuidiam reformido, iam indicat tot hominum fletus quàm sis carus tuis: & me dolor debilitat,[y] includitque vocem. Vos obsecro, iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vmquam fuit, nómen equitis Ro. & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hãc vrbẽ sibi intueri, atq; in hoc foro vestigium facere liceat: quod ipsum fortuna eripuerat, nisi vnius amici opes subuenissent.

Margin, beside the line beginning “cuntur?”: 46
Margin, beside the line beginning “sita est”: 47
Margin, beside the line beginning “iudicio capitis”: 48

t L. Curtij

v for. addicuntur.

x al. discessum

y L. intercluditque vocem.

PRO

PRO M. MARCELLO

ORATIO QVADRAGESIMA.

Gratias agit Cæsari de reditu Marcello in patriam cõcesso. Cæsare III. & M. Lepido coss.

DIVTVRNI * silentij, P. C. quo eram his temporibus vsus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finẽ hodiernus dies attulit: idémque initiũ, quæ vellẽ, quæ-
1 que sentirem, meo pristino more dicendi. Tantã enim mansuetudinem, tam inusitatam, inauditãque clementiam, tantũ in summa potestate, rerum omnium modum, tam denique incredibilẽ sapientiã, ac pænè diuinã, tacitus nullo modo
2 præterire possum.|| M. enim Marcello vobis, P.C. reiquepub. reddito,[a] non solùm illius, sed meã etiam vocem & auctoritatem, & vobis [b], & reipub. conseruatam ac restitutam puto. Dolebã enim, P.C. & vehemẽter [c] angebar, cùm viderẽ, virũ talem,[d] qui in eadẽ causa, in qua ego, fuisset, nõ in eadem esse fortuna: nec mihi persuadere poterã, nec fas esse ducebã,[1] versari me [e] in vestro veteri curriculo [2] illo æmulo, atque imitatore studiorum, ac laborum meorũ, quasi quodã [f] socio à me, & comite distracto. Ergo & mihi meæ pristinæ vitæ consuetudinem, C. Cæsar, interclusam aperuisti, & his omnibus ad bene [g] de omni rep sperandum quasi signum aliquod sustulisti.|| Intellectũ est enim mihi quidẽ
3 in multis, & maximè in meipso,[3] sed [h] paulò antè in omnibus, cùm M. Marcellũ senatui, populoque R. & reip. concessisti, cõmemoratis præsertim offensionibus, te auctoritatẽ huius ordinis, dignitatémque reipu.[i] tuis vel doloribus,

* EXORDIVM.

a v.c. non solũ illius, sed & meá vocem,
b al. & reip. restitutá p.
c L. augebar, virum talem, qui.
d v.c. cùm in ead.
e L. in nostro veteri curriculo
f v c. socio, & comite, à me distr.
g L. de rep. sper.
h L. paulò antè omni. cùm M.
i al. tuis doloribus, vel susp.

vel suspicionibus anteferre. Ille quidem fructũ
omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum
cepit, cum summo consensu senatus,[k] tum prę-
terea iudicio tuo grauissimo, & maximo: ex quo
profectò intelligis, quanta in dato beneficio sit
laus, cùm in accepto [l] tanta sit gloria.[m] Est ve-
rè fortunatus ille, cuius ex salute nõ minor pę-
nè ad omneis, quã ad illum ventura sit, lætitia
peruenerit.||[n] Quod ei quidem [o] meritò, atque 4
optimo iure contigit. quis enim est illo aut
nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium
studio, aut innocentia,[p] aut vllo genere laudis
præstãtior?*Nullius tantũ est flumen ingenij,[q]
nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantàque
copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C.
Cæsar, res tuas gestas possit, tamen hoc affirmo,
& hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudẽ
ampliorẽ, quàm eam, quã hodierno die cõsecu-
tus es.||Soleo sæpe ante oculos ponere, idque 5
libenter crebris vsurpare sermonibus: omneis[r]
nostrorum imperatorũ, omneis exterarum gen-
tium, potentissimorúmque populorum,[r] omneis
clarissimorum regum res gestas cũ tuis nec cõ-
tentionum magnitudine, nec numero prœliorũ,
nec varietate regionũ, nec celeritate conficiẽ-
di, nec dissimilitudine bellorum posse conferri.
nec verò disiunctissimas terras citius cuiusquam
passibus potuisse peragrari, quàm tuis non dicã
cursibus,[s] sed victoriis illustratę sunt.||Quę qui- 6
dem ego nisi ita magna esse fatear, vt ea vix cu-
iusquam mens, aut cogitatio capere possit, amẽs
sim: sed tamen sunt alia maiora. nam bellicas
laudes solent quidam extenuare verbis,[t] eásque
detrahere ducibus, communicare [u] cum militi-
bus, ne propriæ sint imperatorum. & certè in
armis, militum virtus, locorum opportunitas,
auxilia sociorum, classes, commeatus, multùm
iuuant. maximam verò partem quasi iure fortu-
na-

k L. tum iudicio tuo gr. & ita v. c.
l v. c. sit tanta gl.
m L. Est verò fortunatus, cuius ex s.
n v. c. Quod quidem ei mer.
o for. meritissimo, atque.
p v. c. aut vllo laudis gen.
* Laus Cæsaris.
q v. c. nulli dicendi t.
r sic v. c. vnus: alij omneis regum clarissimorum res gest. & ita L.
s L. sed victoriis lustratæ sunt & ita v. c. duo.
t v. c eas detrah.
u al. cùm multis, & ita v. c. duo

na sibi vindicat:&.[x] quidquid est prosperè ge-
7 stum, id pænè omne [y] ducit suum. || At verò
huius gloriæ C. Cæsar, quam es paulò ante ade-
ptus, socium habes neminem. totum hoc, quan-
tumcumque est, quod certè maximum est, [z] to-
tum est, inquam, tuum. nihil sibi ex ista laude
centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil
turma decerpit. quin etiam [a] illa ipsa rerum
humanarum domina, Fortuna,[b] in istius se so-
cietatem gloriæ non offert: tibi cedit: [c] tuam
esse totam, & propriam fatetur. numquam e-
nim temeritas cum sapientia commiscetur, [d]
nec ad consilium casus admittitur. || Domui-
8 sti genteis immanitate barbaras, multitudine
innumerabileis, locis infinitas, omni copia-
rum genere abundanteis: [e] sed tamen ea vici-
sti, quæ & naturam, [f] & condicionem, vt vin-
ci possent, habebāt. nulla est enim [g] tanta vis,
tanta copia, quæ non ferro, ac viribus debilita-
ri, frangíque possit.[h] verùm animū vincere, ira-
cundiam cohibere,[i] victoriā temperare, aduer-
sarium nobilitate, ingenio, virtute præstantē, nō
modò extollere iacentem, sed etiam amplifica-
re eius pristinam dignitatem.[j] Hæc qui faciat,
non ego eum cum summis viris cōparo,[k] sed si-
millimum deo iudico. || Itaque C. Cæsar, bellicæ
9 tuæ laudes celebrabuntur illę quidem [l] non so-
lùm nostris, sed pænè omnium gentium literis,
atque linguis: neque vlla vmquam ætas de tuis
laudibus conticescet. Sed tamen eiusmodi res,
nescio quomodo, [m] etiam dum audiuntur,
aut dum leguntur, obstrepi clamore mili-
tum videntur, & tubarum sono. At verò
cùm aliquid clementer, mansuetè, iustè, mo-
deratè, sapienter factum, in iracundia præ-

MMM 2 ser-

x v.c. quid quid prospe rè gestū est
y al. dicit.
z al. totum inquam, est tuum.
a v.c. ipsa illa.
b v.c. in istius societatē gloriæ se non off.
c v.c. tuam se esse totā, &c. non plac.
d v.c neque ad
e al. ea tamen vicisti
f v.c. vnus & condicionem, qua vinci p.
g L. tanta vis, quæ nō ferro, & virib. & ita duo v.c. al. nulla est enim tanta copia, tanta vis, quæ nō f.
h duo v.c. non habent verùm
i al. victoriæ temperare, al. victo temperare, & ita vnus v.c.
k v.c. vnus non habet particulam, sed,
l al. neque solùm n. & ita v.c. vnus.
m al. etiā dum leguntur, obstr. al. etiam cū leguntur, obstr.

sertim,quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens,& superba [k] est, aut audimus,aut legimus:[l] quo studio incendimur,non modò in gestis rebus,sed etiã in fictis,vt eos sępe,quos numquam vidimus,diligamus? ‖ Te ve- 10
rò,quem præsentem intuemur,cuius mentem,[m] sensusq́;,& os cernimus,vt quidquid belli fortuna reliquum reip. fecerit,id esse saluum velis, quibus laudibus efferemus?quibus studiis prosequemur?qua beneuolẽtia complectemur? Parietes,medius fidius,[n] C.Cæsar,[o] vt mihi videtur,huius curiæ,tibi gratias agere gestiũt,quód breui tẽpore futura sit illa auctoritas in his maiorum suorum,& suis sedibus.Equidem cùm C. Marcelli viri optimi,& commemorabili pietate,[p] ac virtute præditi lacrymas modò vobiscum viderem,omnium Marcellorum meum pectus memoria [q] effudit. quibus tu etiam mortuis,M.Marcello conseruato, dignitatem suam reddidisti, nobilissimamq́ue familiam, iam ad paucos redactam, pænè ab interitu vindicasti.

‖ [r] Hunc tu igitur diem tuis maximis, & innu- 11
merabilibus gratulationibus iure [s] antepones. hæc enim res vnius est [t] propria Cæsaris. ceteræ duce te gestæ magnæ illæ quidem,sed tamen multo,magnoq́ue comitatu. huius autem rei [u] tu idem es & dux,& comes, quæ quidem tanta est, vt 4 tropæis [x] monumentisq́ue tuis nulla vmquam allatura sit finem ætas. nihil enim est [y] opere, aut manu factum,quod aliquando non conficiat, & consumat vetustas. [z] At verò hæc tua 5 iustitia,& lenitas animi florescet quotidie magis, ita, vt quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus.‖Et ce- 12
teros quidem [a] omneis victores bellorum ciuilium,[b] iam antè æquitate, & misericordia vi-

ce-

k L. est, audimus aut legimus, eo stud. al. est, & audimus & legimus: al. est, audimus & legimus:
l for. eo studio.
m v.c. vnus sensumq́ue
n v.c. duo non habent C. Cæsar.
o L. vt mihi videtur,
p v.c. tres non habent ac virtute,
q v.c. tres offudit al. effudit. mendosè omnes.
r al. Hunc tu diem r.
s al. anteponis.
t al. propriè Cæs.
u L. tu idẽ & dux es, & comes.
x L. monumentisq́ue tuis nonnulla allatura sit finem ætas.
y L. opera.
z L. At hæc tua iust. al. At verò tua iustit.
a q. v. c. victores omnium bellorum ciuil.
b al. iam antea.

ceras: hodierno verò die [c] te ipsum vicisti.[6] Ve-
reor, vt hoc, quod dicam, non perinde intelligi
auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. ip-
sam victoriam vicisse videris, [d] cùm ea ipsa, quę
illa erat adepta, victis remisisti. nam cùm ipsius
victoriæ condicione iure omnes victi occidis-
semus, clementiæ tuæ iudicio conseruati sumus.
Rectè igitur vnus inuictus es, à quo etiam ipsius
13 victoriæ condicio, vísque deuicta est. ¶Atq; hoc
C. Cæsaris iudicium, P.C. quàm latè pateat, attē-
dite. omnes enim qui ad illa arma fato sumus
nescio quo [e] reip. misero, funestóque compul-
si, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à
scelere certè liberati sumus. nam cùm M. Mar-
cellum, deprecantibus [f] vobis, reipu. conserua-
uit: memet mihi, & item reip. nullo deprecante,
reliquos amplissimos viros, [g] & sibi ipsis, & pa-
triæ reddidit: quorum & frequentiam, & digni-
tatem hoc ipso in consessu videtis: non ille ho-
steis induxit in curiam, sed indicauit, à pleris-
que ignoratione potiùs, & falso atque inani me
tu, quàm cupiditate, aut crudelitate ciuile bellū
14 esse susceptum. ¶ quo quidem in bello [7] semper
[h] de pace agendum, audiendúmque esse putaui,
sempérque dolui, non modò pacem, sed oratio-
nem etiam ciuium. pacem efflagitantium repu-
diari. neque enim ego illa, nec vlla vmquam [i] se-
cutus sum arma ciuilia: sempérque mea consilia,
pacis, & togæ socia, non belli atque armorum
fuerunt. hominem sum secutus priuato officio,
non publico: tantúmque apud me grati animi fi-
delis memoria valuit, vt nulla non modò cupi-
ditate, sed ne spe quidem, prudens & sciens, tā-
15 quam ad interitum ruerem voluntarium. ¶ Quod
quidem meum consilium minimè obscurū fuit.
nam & in hoc ordine, integra re, multa de pace
dixi, & in ipso bello [8] eadem etiam cum capitis
mei periculo sensi. Ex quo nemo [k] erit tam in-

c L. teipse vicisti. Vereor, vt hoc quod dicā proinde intelligi, &c.
d v.c. cùm ea quæ illa erat.
e v.c. populi R.
f al. nobis,
g L. & sibi ipsos.
h L. de pace semper audiendum putaui, & ita v.c.
i L. sum secutus ar. & ita v.c.
k v.c. iam erit tam iniust.

iustus rerum [l] æstimator, qui dubitet, [m] quæ Cæ-
saris voluntas de bello fuerit, cum pacis aucto-
res conseruandos statim censuerit, ceteris fuerit
iratior. [n] Atque id minus mirû videretur for-
tasse tum, cùm esset incertus exitus, & anceps
fortuna belli. qui verò victor pacis auctores di-
ligit, is profectò declarat, [o] se maluisse non di-
micare, quàm vincere. ‖ Atque huius quidem rei 16
M. Marcello sum testis. nostri enim sensus, vt
in pace semper, sic tum etiam in bello cõgrue-
bant. Quoties ego eum, & quanto cum dolore
vidi, cùm insolentiam certorum hominum, tum
etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentẽ?
quo gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis, qui
illa vidimus, debet esse, nõ enim iam caussæ sunt
inter se, sed victoriæ comparandæ. ‖ Vidimus tuã 17
victoriam prœliorum exitu terminatam: gladiũ
vagina vacuum in vrbe non vidimus. quos ami-
simus ciueis, eos [p] Martis vis perculit, non ira
victoriæ: vt dubitare debeat nemo, quin mul-
tos, [q] si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excita-
ret, [r] quoniam ex eadem acie conseruat, quos
potest. Alterius verò partis, [s] nihil ampliùs eo
[t] dicã, quàm id, quod omnes verebamur, nimis
iracundam [u] futuram fuisse victoriam. ‖ Quidam 18
enim non modò armatis, sed interdum etiã o-
tiosis minabantur, nec quid quisque sensisset,
sed vbi fuisset, cogitandum esse dicebant: vt [x]
mihi quidem videantur dij immortales, etiam
si pœnas [y] à populo Romano ob aliquod deli-
ctum expetiuerunt, qui ciuile bellum tantum,
& tam luctuosum excitauerunt, vel placati iam,
[z] vel etiam satiati aliquando omnem spem
salutis ad clementiam victoris, & sapientiam
contulisse. ‖ Quare gaude [a] tuo isto tam ex- 19
cellenti bono: & fruere cùm fortuna, & gloria,
tum etiam natura, & moribus tuis: ex quo
quidem maximus est fructus, iucunditásque
sapienti

l L. existimator q. & ita v. c.
m al. quæ Cæsari vol.
n L. Atque id minus mirum videretur fortasse tum cũ &c. al. Atque illud min. &c.
o al. maluisse se.
p L. vis Martis perc. & ita v. c.
q L. si posset C. Cæsar ab inf. & ita v. c. duo
r al. quando.
s v. c. nihil amplius dicam, q.
t al. dico.
u v. c. vnus fuisse victoriam futuram.
x v. c. vnus vt videantur mihi quidem dij imm.
y al. à r. p.
z L. vel satiati aliq. & ita v. c.
a sic v. c. al. isto tuo.

ſapienti [a] Cetera cùm tua recordabere, etſi
perſæpe virtuti: tamen plerumque felicitati
tuæ [b] congratulabere. de nobis, quos in re-
publicũ [c] tecũ ſimul ſaluos eſſe voluiſti, quo-
ties cogitabis, toties de maximis tuis benefi-
ciis, toties de incredibili liberalitate, toties
de ſingulari ſapientia [d] tua cogitabis: quæ nõ
modò ſumma bona, ſed nimirum audebo [e]
vel ſola dicere. [f] tantus eſt enim ſplendor in
laude vera, tanta in magnitudine animi, &
conſilij, dignitas, vt hæc à virtute donata, ce-
tera à fortuna commodata eſſe videantur. ‖ No-
li igitur in conſeruandis bonis viris defatiga-
ri, [g] non cupiditate præſertim, aut prauitate
aliqua lapſis: ſed opinione officij, ſtulta for-
taſſe, certè non improba, [9] & ſpecie quadam
reipublicæ. Non enim tua vlla culpa eſt, ſi te a-
liqui timuerunt: contráque ſumma laus, [h]
quòd plerique minimè timendum fuiſſe ſen
21 ſerunt. ‖ [i] Nunc * verò venio ad grauiſſimam
querelam, & atrociſſimam ſuſpicionem tuam:
quæ non tibi ipſi magis, quàm cùm omnibus
ciuibus, tum maximè nobis, qui à te conſer
uati ſumus, prouidenda eſt. [k] quam etſi ſpe-
ro eſſe falſam, numquam tamen verbis exte
nuabo. Tua enim cautio, noſtra cautio eſt: vt,
ſi in alterutro peccandum ſit, malim videri
22 nimis timidus, quàm parum prudens. [10] ‖ Sed
quiſnam eſt iſte tam demens? de tuiſne? tamet-
ſi qui magis ſunt tui, quàm quibus tu ſalutem
inſperantibus reddidiſti? an ex eo numero,
qui vnà tecum fuerunt? non eſt credibi-
lis tantus in illo furor, vt, quo duce omnia
ſumma ſit adeptus, huius vitam anteponat
ſuæ. [l] At ſi tui nihil cogitant ſceleris, cauen-
dum eſt, ne quid inimici. Qui? omnes [m] enim

a al. Caterum.
b L. gratulabere. & ita v.c.
c L. tecum ſimul eſſe vol.
d q.v.c. non habent, tua
e duo v.c. non habent vel,
f L. tantus enim eſt ſpl.
g L. non cupiditate præſertim aliqua, aut prauitate lapſ. & ita v.c.
h v.c. tres quòd minimè tim. fuiſſe ſenſerunt, & ita L.
i L. Nunc venio ad gr. & ita v.c.
* CONFVTATIONIS pars prima de ſuſpicione inſidiarum.
k v.c. duo, quam etſi ſpero falsã eſſe, tamen numquam extenuabo. Tu deo.
l v.c. At ſi nihil tui cog.
m enim abeſt à v.c.

qui fuerunt, aut sua pertinacia vitam amiserunt[t],
aut tua misericordia retinuerũt: vt aut nulli su-
persint de inimicis,[11] aut qui [n] superfuerunt, a-
micissimi sint.|| Sed tamen, cùm in animis homi- 23
num tantæ latebræ sint, & tanti recessus, augea-
mus sanè suspicionem tuam. simul enim [o] au-
gebimus & diligentiam, nam quis est omnium
tam ignarus rerum, tam rudis in repu. tam nihil
vmquam nec de sua, nec de communi salute co-
gitans,[p] qui non intelligat, tua salute contineri
suam?[12] & [q] ex vnius tui vitam pendere om-
nium? Equidem de te dies, noctesque, vt debeo,
cogitans casus duntaxat humanos, & incertos
euentus [r] valetudinis, & naturæ communis fra-
gilitatem extimesco: doleoque, cũ publica im-
mortalis esse debeat, eam in vnius mortalis ani-
ma consistere.|| si verò ad humanos casus incer- 24
tosque [s] euẽtus valetudinis, sceleris etiam acce-
dat, insidiarúmq; consensio: quem deum, etiam si
cupiat,[t] opitulari posse reip.[u] credamus? Omnia
sunt excitanda tibi C. Cęsar, vni, quæ iacere sen-
tis, belli ipsius impetu, quod necesse fuit, per-
culsa, atque prostrata: constituenda iudicia, re-
uocanda fides, comprimendæ libidines, propa-
ganda [x] soboles: omnia, quæ dilapsa iam [z] flu-
xerunt, seueris legibus vinciẽda sunt.|| Non fuit 25
recusandum in tanto ciuili bello, tantóque ani-
morum ardore, & armorum, quin quassata res-
publica, quicumque belli[a] euentus fuisset, mul-
ta perderet & ornamenta dignitatis, & præsidia
stabilitatis suæ: multáque vterque dux faceret
armatus, quæ idem togatus fieri prohibuisset.
15 b Quæ * quidem nunc tibi omnia belli vul-
nera curanda sunt: quibus præter te, mederi ne-
mo potest || Itaque illam tuam præclarissimam, 26
& sapientissimam vocem inuitus audiui: [c] satis
te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ. Satis, si ita
vis,

n q.v.c. supersint amicissimi, al. fuerunt, sint amicissimi.
o L. augebimus diligẽtiam, & ita o.v.c.
p v.c. vnus quin intelligat,
q L. & ex vnius tua vitam pendere omniũ v.c. duo, & ex vnius tua vita pẽdere omnia.
r o.v.c. valitudinis.
s o.v.c. motus valitud.
t posse opitulari reip.
v al. credimus?
x L. suboles.
z L. diffluxerunt,
a v.c. vnus, euentus belli.
b L. quæ tibi quidẽ nunc omn. bellj vul. sananda sunt. & ita v. c. duo.
* confutationis pars altera.

c v.c. satis diu vel naturæ vixi vel glor.

vis,[a] naturæ fortasse:[14] addo etiã, si placet, gloriæ: at quod maximum est, patriæ certè parum. Quare omitte [b] quæso istam doctorum hominũ in contemnenda morte prudentiam: noli nostro periculo [c] sapiens esse. Sæpe enim venit ad aureis meas, te idem istud nimis crebrò dicere, [d] satis te tibi vixisse. Credo: sed tum id audirẽ, si tibi soli viueres, aut si tibi etiam soli natus esses. nunc, cùm omnium salutem ciuium, cunctamque rempublicam res tuæ gestæ [e] complexæ sint: tantum abes à perfectione maximorum operum [f] vt fundamenta, quæ cogitas, nondum ieceris. Hîc tu modum [g] tuæ vitæ non salute reipublicæ, sed æquitate animi definies: quid, si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cuius te auidissimum, quamuis sis sapiens, non negabis.

27 || [h] Parúmne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus? Immò verò aliis, quamuis multis, satis: tibi vni parum. quidquid enim est, quamuis amplum sit, id certè parum est tum, cùm est aliquid amplius. Quòd si rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, vt deuictis aduersariis, rempublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est: vide, quæso, ne tua diuina virtus admirationis plus sit habitura, quàm gloriæ: siquidem gloria est [i] illustris, ac peruagata multorum & magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum.

28 || [k] Hæc igitur tibi reliqua pars est: hic restat actus: in hoc elaborandum est, vt rempublicam constituas, [15] eáque [l] tu in primis composita, summa tranquillitate, & otio perfruare: tum te, si voles, cùm & patriæ, quod debes, solueris, & naturam ipsam expleueris satietate viuendi, satis diu vixisse dicito. [m] Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cùm venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est, quia postea [n] nulla futura sit? * quamquã

a v.c. fortasse naturæ:
b v.c. istam quæso, doct.
c tres v.c. esse sapiens
d q.v.c. tibi satis te vixisse.
e al. cõplexæ sunt.
f duo v.c. vt fundamenta non dum, quæ cogitas, ieceris.
g L. vitæ tuæ.
h al. Parúm ne ergo, inquies, al. Parúmne inquies.
i v.c. illustris, & peruagata magnorũ vel in s.c.
k vnus v.c. Hæc ergo t.
l L. eáque tu in primis cum summa trãquil. & ita v.c. duo
m o. v. c. Quid enim est.
n L. nulla est futura? q.
* al. quamquam iste tuus anim*.

iste tuus animus numquam his augustiis, quas
natura nobis ad viuendum dedit, contentus
fuit,[o] sempérque immortalitatis amore flagra-
uit. || Nec verò hæc tua vita [p] dicenda est, quæ 29
corpore, & spiritu continetur. illa inquam, [q]
illa vita est tua, Cæsar, quę vigebit memoria sę-
culorum omnium: quam posteritas alet, quam
ipsa æternitas [r] semper intuebitur. Huic tu in-
seruias, huic te ostentes, oportet: quæ quidem,
quæ miretur, iampridem multa habet: nunc etiã,
quæ laudet, exspectat. obtupescent posteri cer-
tè, imperia, prouincias, Rhenum, Oceanum, Ni-
lum, pugnas innumerabileis,* incredibileis vi-
ctorias,[16] [s] monumenta, munera, triumphos au-
dientes, & legentes tuos. || Sed, nisi hæc vrbs sta- 30
bilita tuis consiliis, & institutis erit, vagabitur
[t] modò nomen tuum longè, atque latè: sedem
quidem stabilem, & domicilium certum nõ ha-
bebit. Erit inter eos, [x] etiam qui nascentur, si-
cut inter nos fuit, magna dissensio, cùm alij lau-
dibus ad cælũ res tuas gestas efferrent: alij for-
tasse aliquid requirent, idque vel maximum, nisi
belli ciuilis incendium salute patriæ restinxe-
ris: vt illud fati fuisse videatur, hoc consilij. Ser-
ui igitur iis etiam iudicibus, qui multis post sæ
culis de te iudicabunt: & quidem haud scio, an
incorruptiùs, quàm nos. nam & sine amore &
sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine inui-
dia iudicabunt. || Id autẽ,[17] [y] etiã si tunc ad te, 31
vt quidam falsò putant, non pertinebit: nunc
certè pertinet, [z] esse talem, vt tuas laudes
[a] obscuratura nulla vmquam sit obliuio. Diuer-
sæ voluntates ciuium fuerunt, distractæque
sententiæ. non enim consiliis solùm, & stu-
diis, sed armis etiam, & castris dissidebamus.
[b] Erat autem obscuritas quædam, erat certa-
men inter clarissimos duces: multi dubita-
bant, quid optimum esset: multi, quid sibi expe-
diret: multi, quid deceret: nonnulli etiã quid li-
ce-

o vnus v.c. sed semper imm.
p al. ducenda est.
q v.c. illa vita est tua, quæ vigeb.
r v.c. sẽper tuebitur.
* al. incredibilésque victorias,
s L. monumenta innumera, triumph.
t duo v.c. modò tuũ nomen.
v duo v.c. sedem stabilem, & domicilium certum nõ h.
x particula etiam, abest à duob. v.c.
y L. etiam si tũ ad te,
z L. esse te talem, vt tuas laudes nullas vmquam obliuio sit obscuratura, Diuersæ
a sic duo v.c.
b L. erat obscuritas,
q al. erat enim obsc.

32 ceret.|| [c] perfuncta resp. est hoc misero, fatalique bello: vicit is, qui non fortuna inflãmaret odiũ suũ, sed bonitate leniret: neque omneis, quibus iratus esset, eosdẽ etiã exsilio, aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt. Ingratus est, iniustusq; ciuis, qui armorum periculo liberatus, animũ tamẽ retinet armatũ: [d] vt etiam ille sit melior qui in acie cecidit, [18] quàm qui in causa animã profudit. Quæ enim pertinacia est quibusdã, eadẽ aliis constãtia vi-
33 deri potest.|| Sed quia iam omnis fracta dissẽtio est armis, & exstincta æquitate victoris: restat, vt omnes vnum velint, qui modò habent [e] aliquid non solũ sapientiæ, sed etiam sanitatis: quia, nisi te, C. Cæsar, saluo, & in ista sententia, qua cũ antea, [f] tũ hodie vel maximè vsus es, manẽte, salui esse non possumus. Quare omnes te, qui hęc salua esse volumus, & hortamur, & obsecramus, [g] vt vitæ, vt saluti tuæ consulas, omnẽsque tibi, vt pro aliis etiam loquar, quod de me ipse sentio, quoniam subesse aliquid putas, quod cauendum sit, non modò excubias, & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & cor-
34 porum pollicemur.|| Sed, * vt vnde est [h] orsa, in eodem [i] terminetur oratio mea: maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cęsar, maiores etiam habemus. nam omnes idem sentiunt: quòd ex omnium precibus, & lacrymis sentire potuisti. sed quia non est [k] astantibus omnibus necesse dicere: [l] à me certè dici volunt: cui necesse est quodammodo, [19] & quod volunt, & quòd Marco Marcello à te huic ordini, populóq; Ro. & reipublicæ reddito, præcipuè id à me fieri debere intelligo. nam lætari omneis, nõ vt de vnius solũ, sed vt de cõ-
35 muni omnium salute, sentio.|| Quod autem summæ beneuolẽtiæ est, quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, vt vix C. Marcello, [m] optimo, & amãtissimo fratri, præter eum quidem, cede

c sic duo v. c. alij duo, Perfuncta resp. est misero, fat. & ita L.
d. L. vt etiã ille melior sit. qui &c. al. vt iam ille &c.
e sic duo v. c. L & alii duo v. c. aliquid non sapientiæ modò, sed etiam sanitatis:
f L. tũ hodie maximè,
g duo v. c. vt vitæ tuę, & saluti cons.
* PERORATIO.
h sic duo v. c. al. ortã
i q. v. c. mea terminetur oratio:
k sic omnes v. c. L. stantibus
l al. à me dici certè vol.
m al. fratri optimo, & amãtiss. po

derem nemini, cùm id ſollicitudine, cura, labore tamdiu præſtiterim, quamdiu eſt de illius ſalute dubitatum: certè hoc tempore, magnis curis, moleſtiis, doloribus liberatus, præſtare debeo. Itaque, C. Cæſar, ſic tibi gratias ago, [n] vt omnibus me rebus à te non conſeruato ſolum, ſed etiam ornato, tamen [o] ad tua innumerabilia in me vnum merita, quod fieri iam non poſſe arbitrabar, maximus hoc tuo facto, cumulus acceſſerit.

n al. vt me omnib.
o duo v.c. ad tua in me vnum innumer. mer.



PRO Q. LIGARIO AD C. CAESAREM.

ORATIO QVADRAGESIMA-PRIMA.

Argumentum ex ipſis Ciceronis verbis patet. §.2. his verbis, Qu. igitur Ligarius, cũ eſſet adhuc nulla ſuſpicio. *Ligarium Tubero accuſauit, Cicero apud Cæſarem defendit.*

* EXORDIVM,
* al. nõ auditum,



NOVVM * crimen, C. Cæſar, & ante hunc diem[1] * inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Qu. Ligarium in Africa fuiſſe: idque C. Panſa, præſtanti vir ingenio, fretus fortaſſe [a] ea familiaritate, quæ eſt ei tecum, auſus eſt confiteri. Itaque, quò me vertam, neſcio. paratus enim veneram, cùm tu id neque per te ſcires, neque audire aliunde potuiſſes, vt ignoratione tua ad hominis miſeri ſalutẽ abuterer: ſed quoniam diligentia inimici inueſtigatum eſt, [b] quod latebat: confitendum eſt,

a v. c. familiaritate ea, quæ
b al. id, quod la.

est,vt opinor,præsertim cùm meus necessarius C.Pansa,fecerit,[c] vt id iam integrum nõ esset: omissáque controuersia,[d] omnis oratio ad misericordiã tuam conferenda est,qua plurimi sũt conseruati,cùm à te non [e] solùm liberationem
2 culpæ,sed errati veniam impetrauissent.‖ [f] Habes igitur,Tubero,quod est accusatori maximè optandum,confitentem reum: [g] sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse,qua te,Tubero, qua virũ omni laude dignum, patrem tuum. Itaque priùs de vestro delicto confiteamini necesse est, quã Ligarij vllam culpam reprehẽdatis.* Q.[h] igitur Ligarius,cùm esset adhuc nulla belli suspicio,[2] legatus in Africã cũ proconsule,C.Considio,profectus est:qua in legatione,& ciuibus,& sociis ita se probauit,vt decedẽs Cõsidius[i] prouincia,satisfacere hominibus nõ posset,si quemquam alium prouinciæ præfecisset. Itaque Q.Ligarius,cùm diu recusans nihil profecisset, prouinciam [k] accepit inuitus: cui sic præfuit in pace,vt & ciuibus,& sociis gratissima
3 esset [l] eius integritas,& fides. ‖ Bellum subitò exarsit:quod,qui erant in Africa, antè audierũt geri,quàm parari.quo audito,partim cupiditate inconsiderata,partim [m] cæco quodã timore,[3] [n] primò salutis causa.pòst etiã studij sui,quærebãt aliquẽ ducem.Tum Ligarius domum spectãs, & ad suos redire cupiens,nullo se implicari negotio passus est.[p] Interim P.Actius Varus,qui prætor Africam obtinuerat,Vticam venit.ad eũ statim concursum est. Atque ille nõ mediocri cupiditate arripuit imperium,si illud imperiũ esse potuit,quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ,nullo publico consilio deferebatur.
4 ‖ Itaque Ligarius,qui omne tale negotiũ cuperet effugere,paulũ aduentu Vari cõquieuit. Adhuc,C.Cæsar,Q.Ligarius omni culpa vacat. domo est egressus,[q] non modò nullũ ad bellũ, sed ne ad minimã quidẽ suspicionem belli, legatus in

c v.c. vt id integrum iam nõ ess. al. vt integrum iam non ess.
d al.omnis ratio
e solũ: abest à trib.li. manus.
f v.c. vnus Habes igitur quod est accus.
g v. c. sed tamen confitentem,
* NARRATIO.
h tres v. c. enim
i al.de prouincia,
k L. accepit inuitus: & ita o.v.c.
l vnus v.c. integritas eius, ac fides.
m vnus v. c. quodam cæco
n L primò saluti ,pòst etiã studij s. & ita o. v.c.
o al. Cùm
p L. Interim P. Attius,
q al.nõ modò ad bellum,sed

in pace profectus,in prouincia pacatiſſima ita ſe
geſſit,vt ei pacē eſſe expediret.Profectio certè
animū tuum non debet offendere. Nū igitur re-
manſio? Multò minus.nā profectio voluntatem
habuit non turpem,remanſio [r] etiā neceſſitatē
honeſtā.Ergo hęc duo tempora carent crimine:
vnum,cùm eſt legatus profectus:alterū, cùm ef-
flagitatus à prouincia, præpoſitus Africæ eſt.
‖Tertiū [s] eſt tempus,quo poſt aduentum Vari in 5
Africa reſtitit.Quod ſi eſt criminoſū,neceſſitatis
crimen eſt,nō voluntatis.An ille ſi potuiſſet il-
linc vllo modo euadere,Vticæ potiùs,quā Ro-
mæ:cum P.Attio,quàm cum cōcordiſſimis fra-
tribus:cum alienis eſſe,quàm cū ſuis maluiſſet?
cū ipſa legatio plena deſiderij,ac ſollicitudinis
fuiſſet,propter incredibilē quendā fratrū amo-
rem,hic æquo animo eſſe potuit [t] belli diſſidio
diſtractus à fratribus?‖Nullum * igitur habes, 6
Cæſar,adhuc in Q.Ligario ſignū alienæ à te vo-
luntatis,cuius ego cauſam animaduerte, quæſo,
qua fide defendā,cùm prodo meā.O clemētiam
admirabilē,atque omni laude,prædicatione, li-
teris,monumentiſq; decorandā!M.Cicero apud
te defendit,alium in ea voluntate non fuiſſe,in
qua ſeipſum cōfitetur fuiſſe:nec tuas tacitas co-
gitationes extimeſcit:nec,quid tibi de alio au-
dienti,de ſeipſo occurrat,reformidat.Vide,quā
non reformidem:vide,quāta lux liberalitatis,&
ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.
quantū potero [u] voce contendā,vt hoc populus
Ro.exaudiat.‖Suſcepto bello,Cęſar,geſto etiā [x] 7
ex magna parte,nulla vi coactus,*iudicio meo,
ac voluntate ad ea arma profectus ſum,quę erāt
ſumta contra te.Apud quem [y] igitur hoc dico?
Nēpe apud eum,qui cùm hoc ſciret, tamen me,
antequàm vidit,reip. reddidit:qui ad me ex Æ-
gypto literas miſit,vt eſſem idē,qui fuiſſem:qui
cum ipſe imperator in toto imperio populi Ro.
vnus eſſet, [z] eſſe me alterū paſſus eſt:à quo hoc
ipſo

r duo v.c. neceſſitatē etiam honeſtam.
s al.tempus eſt,q.
t L.belli diſcidio diſt.à fr.
* CONSTITVTIO cauſæ.
v L.vocem cōtendam,
x duo v.c. ex parte magna,
* L. iudicio, ac voluntate ad ea, &c. & ita v.c.
y duo v.c. ergo
z ſic o.v.c. al.me alterum eſſe p.

ipſo C. Panſa mihi nuntium perferēte, cōceſſos faſceis laureatos tenui, quoad renendos putaui: qui mihi tū denique ſe ſalutē putauit[a] reddere,[6] ſi eam nullis ſpoliatam ornamentis * redderet.
8 || Vide quæſo, Tubero, vt, qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarij nō audeam confiteri. Atq; hæc præterea de me dixit, vt mihi Tubero, cùm de ſe eadem dicerem, ignoſceret. cuius ego induſtriæ, gloriæque faueo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd eius ingenio, ſtudiiſque delector, vel quòd laudem adoleſcentis propinqui exiſtimo etiā ad meum aliquē fructū
9 redundare. || Sed hoc quæro, [b] quis putet fuiſſe crimen, eſſe in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipſe in eadem Africa eſſe voluit, & prohibitum ſe à Ligario queritur, & certè cōtra ipſum Cæſarē eſt congreſſus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille [c] diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſēſus erat armorū tuorū? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis vrgeo: cōmoueri videtur adoleſcens: ad me re-
10 uertar. iiſdē in armis fui. || Quid autem aliud egimus, Tubero, niſi, vt, quod hic poteſt, non poſſemus? Quorum igitur impunitas, Cæſar, tuæ clementiæ laus eſt, eorum ipſorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac cauſa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, ſed multò magis patris tui prudentiam deſidero: quòd homo, cùm ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc cauſæ quod eſſet, non viderit. nam, ſi vidiſſet, quouis profectò, quàm iſto modo, à te agi maluiſſet. Arguis fatentem, non eſt ſatis, accuſas eum, qui cauſam habet, aut, vt ego dico, meliorem, quàm tu: aut, vt tu vis, parem.
11 || Hæc non * modò mirabilia ſunt, 7 [d] ſed prodigiis ſimilia, quæ dicam. Non habet eā vim iſta accuſatio, vt Quint. Ligarius condemnetur, ſed vt necetur. Hoc egit ciuis Romanus ante te nemo. externi[e] iſti mores vſque ad ſanguinē [8f] in

a vnus v.c. dare,
* L. reddidiſſet. v. c. dediſſet.
b L. quis putet eſſe crimen, fuiſſe in Afr. & ita v.c.
c L. deſtrictus
* al. admirabilia hæc ſed prodigij ſimile eſt quod dicam.
d L. ſed prodigii ſimilia, & ita v.c.
e vnus v.c. iſti — ſunt, mores vſq;
f v.c. incitari ſolent odio aut l.

citare solent odium aut leuium Græcorum, aut
immanium barbarorum, nam quid aliud agis? vt
Romæ ne sit? vt domo careat? ne cum optimis
fratribus, ne cum hoc T. Brocho, auunculo suo,
ne cum eius filio, consobrino suo, ne nobiscum
viuat?[9] ne sit in patria?[5] num in patria est? num
potest magis carere his omnibus, quàm caret?
Italia prohibetur? exsulat. Non tu ergo [h] hunc
patria priuare, qua caret, sed vita, vis. ‖ At istud 12
ne apud eum quidē dictatorē, qui omneis, quos
oderat, morte multabat, quisquã egit isto modo.
ipse iubebat occidi, nullo postulante: præmiis
etiam inuitabat. quæ tamē crudelitas ab eodem
aliquot annis pòst, quē tu non crudelē esse vis,
vindicata est. Ego verò istud, non postulo, in-
quies. Ita mehercle existimo, Tubero. noui enim
te, noui patrem tuum, noui domum, noménque
vestrum: studia [i] denique generis, ac familiæ ve-
stræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ, plurimarum
artium, atque optimarũ, nota sunt mihi omnia.
‖ Itaque certò scio, vos non petere sanguinē: sed 13
parũ attenditis. res enim eò spectat, vt ea pœna,
in qua adhuc Qu. Ligarius sit, nō videamini esse
contenti. Quæ est igitur alia, præter mortem? Si
enim [k] in exsilio est, sicuti est. quid amplius po-
stulatis? an ne ignoscatur? Hoc verò multò acer-
bius,[10] multóque est grauius.[11] Quod nos domi
petimus, precibus, & lacrymis,[l] prostrati ad pe-
des, non tam nostræ causæ fidentes, quàm huius
humanitati: id ne imperem[9], pugnabis: & in no-
strũ fletum irrumpes?[12] & nos iacéteis ad pedes
supplicũ voce prohibebis? ‖ Si, cũ hoc domi fa- 14
ceremus, quod & fecimus, &, vt spero, nō frustrà
fecimus,[m] tu derepente irrupisses, & clamare
cœpisses,[13] [n] C. Cæsar, caue credas, caue ignos-
cas, caue te fratrũ pro fratris salute obsecrãtiũ,
[14] misereat: nónne omnē humanitatē exuisses?
quantò hoc durius,[o] quod nos domi petimus,
id à te in foro oppugnari? & in tali miseria mul
torum,

g L. nũ est? & ita v.c.
h vnus v.c. hũc patria, qua caret, sed vita priuare vis.
i duo v.c. nō habent, denique
k L. in exsilio est, al. est in exsilio.
l al. strati
m al. tu repente
n L. C. Cæsar, caue ignoscas, caue te fr.
o L. quod nós domi petimus, id te in foro oppugnare?

15 torum [15] perfugium misericordiæ tollere?|| Di-
cam plane, C.Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta
tua fortuna lenitas tāta nō esset, quāta tu per te,
per te, inquam, obtines (intelligo, quid loquar)
acerbissimo luctu [p] redundaret ista victoria. quā
multi enim essent de victoribus, qui te crudelē
esse vellent, cùm etiā de victis reperiātur? quàm
multi, qui cùm à te nemini ignosci vellent, im-
pedirent clemētiam tuam, cum etiam ij, quibus
ipse ignouisti, nolint te in alios esse misericor-
16 dē?|| Quòd si probare Cæsari possemus, in Africa
Ligariū omnino non fuisse: si honesto, & mise-
ricordi mendacio, [16 q] saluti ciuis calamitosi cō-
sultū esse vellemus: tamen hominis non esset, in
tāto discrimine, & periculo ciuis, refellere, &
coarguere nostrum mendacium: &, si esset alicu-
ius, eius certè nō esset, qui in eadē causa, & for-
tuna fuisset Sed tamen aliud est errare Cæsarem
nolle, aliud nolle misereri. Tum diceres: [r] Caue,
Cęsar, credas: fuit in Africa [s] Ligarius: tulit arma
contra te. Nunc quid dicis? Caue ignoscas. Hæc
nec hominis, nec ad hominem vox est: qua qui
apud te, C.Cæsar, vtetur, suā citiùs abiiciet hu-
17 manitatem, quàm extorquebit tuā. || Ac primus
aditus, & postulatio Tuberonis, hæc, vt opinor,
fuit, velle se de Q. Ligarij scelere dicere. Nō du-
bito, quin admiratus sis, vel ꝙ [t] de nullo alio
quisquā, vel ꝙ is, qui in eadem causa fuisset, vel
quidnā [17] noui facinoris afferret. Scelus tu illud
vocas, Tubero? cur? isto [v]. n. nomine illa adhuc
causa caruit. alij errorē appellāt: alij timorē: qui
duriùs, spē, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui
grauissimè, temeritatem: scelus, præter te, adhuc
nemo. Ac mihi quidem, si proprium, & verū no-
mē nostri mali quæratur, fatalis quędā calami-
tas incidisse videtur, & improuidas hominū mē-
teis [x] occupauisse: vt nemo mirari debeat, hu-
mana consilia diuina necessitate esse superata.
18 || Liceat esse miseros: [y] quāquā hoc victore esse

p al. ista victoria redundaret.
q L. saluti ciui calamitoso esse vellemus.
r L. Cæsar, caue credas: & ita v. c.
s duo v. c. non habēt vocem, Ligarius:
t al. nullo de alio
v duo v. c. nō habent, enim
x L. & duo v. c. occupasse:
y sic o. v. c. al. quāquā victore eo esse non p.

non possumus. sed loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderũt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris verò crimine: turoris,[z] parricidij, liceat Cn. Põpeio mortuo, liceat multis aliis carere. Quãdo hoc quisquã ex te, Cæsar, audiuit, aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi à te contumeliã propulsare? quid egit tuus ille inuictus exercitus, nisi vt suũ ius tueretur, & dignitatẽ tuã? quid? tu,[a] cùm pacem esse cupiebas, idne agebas, vt tibi cũ sceleratis, an vt cum bonis ciuibus conueniret? ‖ Mihi verò, Cæsar, tua in me maxima merita, tãta certè non viderentur, si me, vt sceleratum, à te conseruatũ putarẽ. Quomodo autẽ tu de rep. bene meritus esses,[b] si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses?[c] Secessionẽ tu illã[d] existimauisti, Cæsar, initiò, non bellũ: non hostile odium,[18] sed ciuile[e] dissidium, vtrisque cupientibus remp.[f] saluam, sed partim consiliis, partim studiis à cõmuni vtilitate aberrãtibus. Principum dignitas erat pænè par: non par fortasse eorum, qui sequebantur: causa tũ dubia, quòd erat aliquid in vtraque parte, quod probari posset:[19] nunc melior certè ea iudicanda est,[g] quã etiã Dij adiuuerunt. cognita verò clementia tua, quis non eã victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus? ‖ Sed,[h] vt omittã communem causam,[i] veniamus ad nostram: vtrum tandem existimas facilius fuisse, Tubero,[k] Ligariũ ex Africa exire, an vos in Africam non venire? Poteramúsne, inquies, cùm senatus censuisset? Si me consulis, nullo modo. sed tamen Ligarium senatus idem legauerat. Atque ille eo tempore paruit, cùm parere senatui necesse erat: vos tunc paruistis, cũ paruit nemo, qui noluit. Reprehẽdo igitur? minimè verò. neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. sed hoc nõ cõcedo, vt, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. ‖ Tuberonis sors cõiecta

Margin notes (left, with right-margin section numbers 19, 20, 21):

z L. parricidii,

a al. cũ pacem cupiebas,

19

b al. cùm tot sceler.

c al. Cessionem

d L. existimasti, & ita duo v.c.

e al. discidium,

f al. saluam esse, sed p.

g vnus v.c. quam bonum dii iudicauerint.

20

h al. vt omittamus com.

i L. veniam ad nostrã:

k L. Ligario ex Afr. exire, an vobis in Afr. & ita duo v.c.

21

ſtâa eſt ex S.C.cùm ipſe non adeſſet, [l] morbo
etiam impediretur: ſtatuerat ſe excuſare. Hæc
ego noui propter [m] communes neceſſitudines,
quæ mihi ſunt cum L.Tuberone:domi vnà eru-
diti,militiæ cõtubernales,pòſt affines, [n] in om-
ni denique vita familiares.magnũ etiã vinculũ,
quòd iiſdẽ ſtudiis ſemper vſi ſumus. Scio igitur
Tuberonem domi manere voluiſſe. ſed ita qui-
dam [o] agebant,ita reipub.ſanctiſſimum nomen
opponebant,vt,etiam,ſi aliter ſentiret, verborũ
22 tamen ipſorũ pondus ſuſtinere nõ poſſet.|| Ceſ-
ſit auctoritati ampliſſimi viri, vel potiùs paruit.
Vnà eſt profectus cum iis,quorum erat vna cau-
ſa, tardiùs iter fecit.Itaque in Africam venit iã
occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur,
vel ita potius.nam,ſi crimen eſt prohibere * il-
lum voluiſſe:non minùs magnum eſt, vos Afri-
cam, [p] omnium prouinciarum arcem, natam ad
bellum contra hanc vrbem gerendum, obtinere
voluiſſe, [20] quàm aliquem ſe imperatorem eſſe
maluiſſe. atque is tamen aliquis, Ligarius non
fuit.Varus imperium ſe habere dicebat : faſceis
23 certè habebat. || Sed,quo modo ſeſe illud ha-
bet,hæc querela veſtra,Tubero,quid valet? Re-
cepti in prouincia nõ ſumus.Quid ſi eſſetis?Cæ-
ſarine eam tradituri fuiſſetis, [q] an contra eum
retenturi?Vide quid licentiæ.Cæſar, nobis tua
liberalitas det,vel potiùs audaciæ.Si reſpõderit
Tubero,Africam , quò ſenatus eum,ſorſque mi-
ſerat,tibi patrem ſuum [r] traditurum fuiſſe, non
dubitabo apud ipſum te, cuius id eũ facere in-
terfuit,grauiſſimis verbis eius conſilium repre-
hendere.non enim ſi tibi ea res grata fuiſſet,ef-
24 ſet etiam probata.||Sed iam hoc totum omitt ,
nõ tã [s] vt ne offendam tuas patiẽtiſſimas aureis,
quàm ne Tubero,quod numquam cogitauit,fa-
cturus fuiſſe videatur. Veniebatis igitur in A-
fricam prouinciam , vnam ex omnibus huic vi-
ctoriæ maximè infeſtam,in qua erat rex poten-

l vnus v.c. morbo etiã graui imp.
m L. õneis neceſſit. & ita v.c.
n al.in omni vita familiares.
o fort.arguebant,al. vrgebant, ex vet.vrgebant, & arguebant.
* al.eſt,illa voluiſſe nõ minus & poſt quàm aliq. em ſe maluiſſe.
p L.arcem omniũ prouinciarũ, & ita v. c.
q L.an contra Cæſarẽ retenturi?
& ita o v c.
r al. redditurum f.
s duo v. c. non tam ne off.

tissimus, inimicus huic causæ, aliena volun-
tas, conuentu firmi, atque magni. Quæro quid
facturi fuissetis? [21] Quamquam quid facturi
fueritis non dubitem, cùm videam, quid feceri-
tis. prohibiti estis in prouincia vestra pedē po-
nere, [22] [u] & prohiti, vt perhibetis, summa cum
iniuria. || Quomodo id tulistis? acceptæ iniu- 25
riæ querelam ad quem detulistis? nempe ad
eum, cuius auctoritatem secuti in societatem
belli veneratis. Quòd si Cæsaris causa in pro-
uinciam veniebatis: ad eum profectò exclusi
prouincia venissetis. venistis ad Pompeium.
Quæ est ergo apud Cæsarem querela, cùm eum
accusetis, à quo queramini vos prohibitos con-
tra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc qui-
dem vel cum mendacio, si vultis, [x] gloriari
per me licet: vos prouinciam [y] fuisse Cæsari
tradituros, etiam si à Varo, & quibusdam aliis
prohibiti essetis. Ego autem confitebor culpam
esse Ligarij, qui vos tantæ laudis occasione [z]
priuauerit. || Sed vide, quæso, C. Cæsar, con- 26
stantiam ornatissimi viri, L. Tuberonis: quam
ego, quamuis ipse probarem, vt probo, tamen
non commemorarem, nisi à te cognouissem
in primis eam virtutem solere laudari. Quæ
fuit igitur vmquam in vllo homine tanta in-
constantia? constantiam dico? nescio, an me-
liùs patientiam possem dicere. Quotus enim
istud quisque fecisset, vt à quibus partibus in
dissentione ciuili non esset receptus, [a] esset-
que etiam cum crudelitate [b] eiectus, ad eas
ipsas rediret? magni cuiusdam animi, atque
eius viri est, quem de suscepta causa, proposi-
tàque sententia, nulla contumelia, nulla vis,
nullum periculum posset depellere. || Vt enim 27
cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, ho-
nos, nobilitas, splendor, ingenium, quæ ne-
quaquam fuerunt: hoc certè præcipuum Tube-
ronis fuit, quod iusto cum imperio ex S.C. in
prouin

t L. fueritis al. quid facturi fuistis? Quamquam, quid facturi fueritis, dubitem, cùm videá, quid feceritis?

v L. & prohibiti, summa cum iniuria.

x L. gloriemini per me licet, & ita duo v.c. al. Atque in hoc quidē vobis, vel cum mendacio, si vultis, gloriari per me licet:

y al. Cæsari tradituros fuisse, etiā si

z al. priuarit.

a al. esset etiam

b L. reiectus, & ita v.c.

prouinciam suam venerat. Hinc prohibitus non ad Cæsarem, ne iratus: non domum, ne iners: [c] nõ aliquam in regionem, ne cõdemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniã, in Cn. Pompeij castra venit, in eam ipsam
28 causam, à qua erat [d] reiectus cum iniuria. ‖ Quid? cùm ista res [e] nihil commouisset eius animum, ad quem veneratis: lãguidiore, credo, studio in causa fuistis. tantũmodò in præsidiis eratis, animi verò à causa abhorrebant. an, vt fit in ciuilibus bellis, nec in vobis magis, quàm in reliquis, omnes vincẽdi studio tenebamur? Pacis equidẽ semper auctor fui: sed tũ serò. erat enim amẽtis, cùm aciẽ videres, pacẽ cogitare. Omnes, inquã, vincere volebamus: tu certè præcipuè, qui in eũ locũ [f] venisses, vbi tibi esset pereundum, nisi vicisses: quamquã, vt nũc se res habet, nõ dubito,
29 quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. ‖ Hæc ego non dicerẽ, Tubero, si aut vos constãtiæ vestræ, aut Cæsarem beneficij sui pœniteret. Nunc quæro, vtrùm vestras iniurias an reipublicæ persequamini. si reipublicæ, quid de vestra [g] in ea causa perseuerantia respondebitis? si vestras, videte, ne erretis, qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cùm ignouerit suis. Itaq; nũ tibi videor, Cæsar, in causa Ligarij [h] occupatus esse? num de eius facto dicere? quidquid dixi, ad vnam summam referri volo, vel humanitatis, vel
30 clemẽtiæ, vel misericordiæ tuæ. ‖ Causas, Cæsar, egi multas, & quidem tecũ, [i] dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certè numquã hoc modo, Ignoscite, iudices, errauit: lapsus est: non putauit: si vmquam posthac. [k] ad parentum sic agi solet. ad iudices, Non fecit, non cogitauit, falsi testes, fictum crimen. Dic te, Cæsar, de facto Ligarij iudicem esse: quib. in præsidiis fuerit, quære. taceo. ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud iudicem: Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello

[c] al. non in aliquam reg.

[d] L. reiectus iniuria. & ita v. c.

[e] al. nihil eius animum, ad quem veneritis, commouisset: languidiore, cr.

[f] L. veneras, & ita v. c.

[g] L. in illa causa p. & ita duo v.

[h] al. esse occupatus?

[i] al. dum te tenuit in foro rat.

[k] al. ad parenteis

oppressus, [l] in eo non acerbus: [m] tum etiam fuit
totus animo, & studio tuus. [n] Ad iudicem sic agi
solet, sed ego [o] ad parentem loquor, Erraui, te-
merè feci, pœnitet: ad clemētiam tuā confugio:
delicti veniam peto: [p] vt ignoscas, oro, si nemo
impetrauit, arroganter: si plurimi, tu idem fer o-
pem, qui spem dedisti.|| An sperādi Ligario cau-
sa non sit, cùm mihi apud te sit locus etiam pro 31
altero deprecandi? Quamquam neque in hac o-
ratione spes est posita causæ, nec in eorum stu-
diis, qui à te pro Ligario petunt, tui necessarij.
Vidi enim, & cognoui, quid maximè spectares,
cùm pro alicuius salute multi laborarent: 22 [q]
causas apud te rogantium, gratiores esse, quàm
preces: [r] neque spectare, quàm tuus esset neces-
sarius is, qui te oraret. sed quàm illius, pro quo
laboraret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita mul
ta, vt mihi beatiores illi esse videantur interdū,
qui tua liberalitate fruuntur, quàm tu ipse, qui
illis tā multa concedis. Sed video tamē apud te
causas, vt dixi, rogātium valere plus, quàm pre-
ces: ab iisq; te moueri maximè, quorū iustissimū
dolorem videas in petēdo.|| In Q. Ligario con-
seruando, multis tu quidē gratū facies, necessa- 32
riis tuis: sed hoc, quæso, considera. quod soles.
possum fortissimos viros, Sabinos, tibi probatis-
simos, totūq; agrū Sabinū, florē Italiæ, robur rei-
publicæ proponere. nosti optimè homines. ani-
maduertere horum omnium mæstitiam, & dolo-
rem huius T. Brochi, de quo non dubito quid
existimes, lacrymas, squaloremq; ipsius, & filij
vides.|| Quid de fratribus dicā? noli, Cæsar, puta-
re de vnius capite nos agere. [s] aut tres Ligarij 33
in ciuitate retinēdi sunt, aut tres ex ciuitate ex-
terminandi: quoduis [t] exsiliū his est optatius,
quàm patria, quā dij penates, vno illo exsulāte,
si fraternè, si piè, si cum dolore faciunt: moueāt
te horū lacrymæ, moueat pietas, moueat germa-
nitas: 23 [u] valeat tua vox illa, quæ vicit. Te enim
dicere

[l] al. in eo ipso non ac.
[m] al. quin etiam fuit, al. tametsi fuit
[n] L. Ad iudicem sic. sed ego
[o] al. apud par.
[p] duo v. c. vt ignoscatur, oro.
[q] L. causas apud te rogantium, gratiosiores esse, quàm vultus: neque sp. & ita v. c. duo.
[r] L. neque te spect. & ita v. c.
[s] L. aut tres Ligarij tibi retinendi in ciuitate sunt, aut
[t] L. exsulium
[u] L. valeat vox tua illa, q. al. valeat vox illa tua,

dicere audiebamus, Nos, omneis aduersarios pu-
tare, nisi qui nobiscum essent: te omneis qui cō-
tra te non essent, tuos. Vidésne igitur hūc splē-
34 dorem, omnem hanc Brochórum domum, hunc
L. Marcium, C. Cæsetium, [x] L. Cornificium, hosce
omneis equites R. qui [y] absunt veste mutata, nō
solùm notos tibi, verùmetiam probatos [z] viros,
qui tecum fuerunt? [a] Atque his maximè irasce-
bamur, & hos requirebamus, & his nonnulli et-
iam minabātur. igitur tuis suos: vt, quemadmo-
dum cetera, [b] quæ dicta sunt à te, sic hoc verissi-
35 mū reperiatur. Quòd si penitus perspicere pos-
ses concordiam Ligariorum, [c] omneis fratres te-
cum iudicares fuisse. An potest quisquam dubi-
tare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset,
in eadem sententia [d] futurus fuerit, in qua fra-
tres fuerunt? quis est, qui horum consensum cō-
spirantem, & pænè conflatum, in hac propè æ-
qualitate fraterna non nouerit? qui hoc nō sen-
tiat, quiduis priùs futurum fuisse, quàm, vt hi
fratres [e] diuersas sentētias, fortunásque sequerē-
tur? Volūtate igitur omnes tecū fuerunt: tēpe-
state abreptus est vnus: qui si cōsilio id fecisset:
esset eorū similis, quos tu tamen saluos esse vo-
36 luisti. Sed ierit ad bellum: dissenserit nō à te
solùm, verùm etiā à fratribus. hi te orant tui. E-
quidem, cùm tuis omnibus negotiis interessem,
memoria teneo. qualis T. Ligarius, quæstor vr-
banus fuerit erga te, & dignitatem tuā. sed parū
est me hoc meminisse: spero etiam te, qui obliui-
sci nihil soles, nisi iniurias, quoniā hoc est ani-
mi, [f] quoniā etiā ingenij tui, te aliquid [g] de hu-
ius quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis
quibusdam quæstorib. reminiscentē recordari.
37 Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud
(neq; enim hæc diuinabat) [h] nisi vt tu eum stu-
diosum, & bonū virum iudicares, nunc à te sup-
plex fratris salutem petit: quam huius admo-
nitus officio, cùm vtrisque his dederis, treis

x L. Cornidium, & ita v.c.
y al. adstāt
z al. viros tecum fuisse?
a duo v.c. Atque his irascebamur. & hos req.
b L. quæ à te dicta sūc sic
c sic tres v.c. al. omneis tecum fratres
d v.c. duo fuisset futurus, in q.
e al diuisas sent. non placet.
f L. quoniā est ingen.
g v.c. duo de illo huius quæstorio officio. etiam de aliis quibusdam quæstorib.
h L. nisi vt tu eum tui studiosum, & b.

fratres optimos,& integerrimos non solùm sibi
ipsos,neque his tot,ac talibusviris,neque nobis
necessariis[i] suis,sed etiam reip.* condonaueris.
‖Fac igitur,quod de homine nobilissimo&[k] cla 38
rissimo[l] M.Marcello restituto, fecisti nuper in
curia, nunc idem in foro de optimis, & huic o-
mni frequentiæ probatissimis fratribus.Vt con-
cessisti illum senatui, sic da hunc populo : cu-
ius voluntatem carissimam semper habuisti. &,
si ille dies tibi gloriosissimus, populo Roma-
nogratissimus fuit : noli, obsecro, dubitare C.
Cæsar,similem illi gloriæ laudem quã sæpissime
quærere.nihil est[m] enim tã populare,quàm bo-
nitas:nulla de virtutib. tuis plurimis[n] nec gra-
tior,nec admirabilior misericordia est. ‖ homi- 39
nes enim ad deos nulla re propiùs accedunt,
quàm salute hominibus danda. nihil habet nec
fortuna tua maius, quã vt possis:nec natura tua
melius,quàm vt velis[o] conseruare quàm pluri-
mos.Longiorem orationẽ causa forsitan postu-
lat:tua certè natura breuiorem.Quare,cùm vti-
lius esse arbitrer,te ipsum,quã aut me,aut quẽ-
quam,loqui tecũ,finem iã faciam:tantùm[p] te i-
psum admonebo,si illi absenti salutem dederis,
præsentibus his[q] omnibus te daturum.

i duo lib. vet. non habent, suis,
*for.condonaris.
k v.c.clarissimo,fecisti in curia,
l tres libri ve. non habent hoc totum, M. Marcello restituto,
m abest enim à duobus v.c.
n duo v.c. nec admirabilior, nec gratior misericordia.
o L.& tres v.c.seruare
p L. te admonebo,& ita v.c.
q vox,omnib. abest à duob. cod. v.

PRO REGE DEIOTARO AD C. CAESAREM.

ORATIO QVADRAGESIMASECVNDA.

Deiotarum Gallogræciæ regem,coniurationis aduersus Cæsarem reum,defendit Cicero.Habita videtur Manutio,Q.Fabio maximo,C.Trebonio coss.*Cùm Cæsar* IV.*Consul,primis diebus Octobris mensis triumphasset, depositóque Consulatu Fabium & Trebonium in tres nouissimos menses suffecisset.*

CVM

1 
VM * IN omnibus causis grauioribus, C. Cæsar, initio dicendi commoueri soleam vehementiùs, quã videtur [a] vel vsus, vel ætas mea postulare: tum in hac causa ita me multa perturbant, vt, quantum mea fides studij mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendẽdam, tantum facultatis timor detrahat. Primum dico pro capite, fortunísque regis: quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo: tamen est ita inusitatum, [b] regẽ, capitis reũ esse,
2 vt ante hoc tempus non sit auditũ. || Deinde eũ regem quem ornare [c] anteà cuncto cum senatu [d] solebamus, pro perpetuis eius in nostram rẽpublicã meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor desẽdere. Accedit, vt accusatorũ alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. Crudelis Castor, ne dicã sceleratũ, & impiũ, qui nepos auũ in discrimẽ capitis adduxerit, adolescẽtiæq; suæ terrorẽ intulerit ei, cuius senectutem tueri, & tegere debebat: [e] cõmendationẽ ineuntis ætatis ab impietate, [f] & scelere duxerit: aut seruum corruptũ præmiis, ad accusandũ dominũ
3 impulerit [g] & à legatorũ pedib. abduxerit. || Fugitiui autẽ dominũ accusantis, & dominum absentẽ, & dominũ amicissimũ nostræ reip. cùm os videbã, cùm verba audiebã: non tã afflictã regiã conditionẽ dolebam, quàm de fortunis cõmunibus extimescebã. Nam, cùm more maiorum de seruo in dominum, ne tormentis quidẽ queri liceat: in qua quæstione dolor [h] verã vocem elicere possit, etiam ab inuito: exortus est seruus, qui, quem in eculeo appellare [i] non posset, eum accu
4 set solut⁹. || Perturbat me, C. Cæsar, [k] etiã illud interdũ: quod tamẽ, cùm te penitus recognoui, timere desino. re enim iniquum est, sed tua sapiẽtia fit æquissimũ. nam dicere apud eum de facinore, contra eius vitam cõsilium facinoris inisse arguare, si per seipsum consideres, graue est.

* EXORDIVM.

a vnus v. c. vel ætas mea, vel vsus post.

b duo v. c. regem, reũ capitis esse,

c al. antè

d al. solebã, & ita duo v. c.

e duo v. c. commendationémque ineuntis

f vnus v. c. & ab scelere

g duo v. c. non habẽt copulationem &

h duo v. c. elicere veram vocem possit,

i al. non possit,

k al. illud etiam int.

nemo enim ferè eſt, qui ſui periculi Iudex, nõ ſi-
bi ſe æquiorẽ, quàm reo præbeat. Sed tua, C. Cæ-
ſar, præſtans, ſingularisq́; natura hunc mihi me-
tum minuit. non enim tam timeo, quid tu de
rege Deiotaro, quã intelligo, quid de te ceteros
velis iudicare. ‖ Moueor etiam loci ipſius inſo- 5
lentia, quòd tantam cauſam, quanta nulla vm-
quam in diſceptatione verſata eſt, [l] dico intra
domeſticos parietes, dico extra conuentum, &
eam frequentiam, in qua oratorum ſtudia niti
ſolent: in tuis oculis, in tuo ore, vultúque ac-
quieſco: te vnum intueor: ad te vnum omnis [m]
mea ſpectat oratio: quæ mihi ad ſpem obtinen-
dæ veritatis grauiſſima ſunt, ad motum animi,
[n] & omnem impetum dicendi, contentionémque
leuiora. ‖ Hanc enim, C. Cæſar, cauſam ſi in 6
foro dicerem, [o] eodem audiente, & diſceptante
te, quantam mihi alacritatem populi Rom. con-
curſus afferret? quis enim ciuis ei regi non faue-
ret, cuius omnem ætatem in populi R. bellis cõ-
ſumtam eſſe meminiſſet? ſpectarem curiam, in-
tuerer forum, cælum denique teſtarer ipſum.
Sic, cùm & deorum immortalium, & populi R.
& ſenatus beneficia in regem Deiotarum recor-
darer: nullo modo [p] mihi deeſſe poſſet oratio.
‖ Quæ quoniam anguſtiora parietes faciunt, [q] a- 7
ctióque cauſæ maximæ debilitatur loco: tuum
eſt, Cæſar, qui pro multis ſæpe dixiſti, [r] quid nũc
mihi animi ſit, ad te ipſum referre, quo faciliùs
[s] tum æquitas tua, tum audiendi diligentia mi-
nuat hanc perturbationem meam. *Sed antequã
de accuſatione ipſa dico, de accuſatorum ſpe
pauca dicam, qui cùm videantur neque ingenio,
neque vſu, atque exercitatione rerum valere,
tamen ad hanc cauſam non ſine aliqua ſpe, &
cogitatione venerunt. ‖ Iratum te regi Deiota- 8
ro fuiſſe non erant neſcij: [t] affectum illum
quibuſdam incommodis, & detrimentis, pro-
pter offenſionem animi tui, meminerant: téque
cùm

l al. dico intra parietes, dico extra

m q. v. c. nõ habent, mea

n o. v. c. & ad omnem &c. & ita L.

o tres v. c. eodem audiente, & diſceptante, q.

p al. deeſſe mihi poſſ.

q duo v. c. actióque maximæ cauſæ deb. & ita L.

r L am. quid mihi nunc an. & ita tres v. c.

s al. cùm

*NARRATIO.

t tres v. c. afflictum illum quib.

cùm huic iratum, tum sibi [v] amicum cognouerant: [x] cúmque apud ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, vt in exulcerato animo facilè fictum crimen insideret. Quamobrem hoc nos primùm metu, C. Cæsar, per fidem, & constantiam, & clementiam tuam, libera, ne residere in te vllam partem iracundiæ suspicemur. [y] Per dexteram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram, [z] non tā in bellis, [z] & in prœliis, quàm in promissis, & fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renouare voluisti: te eius dij penates acceperunt amicum, & placatum Deiotari regis aræ, focique viderunt.

9 Cùm facilè exorari, Cæsar, tum semel exorari soles. nemo vnquā te placauit inimicus, qui vllas resedisse in te simultatis reliquias senserit. Quamquā cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ? numquam tu illum accusauisti, vt hostem, [a] sed vt amici officio parum functum quòd propensior in Cn. Pompeij amicitiam fuisset, quàm in tuam. [b] cui tamen ipsi regi veniam te daturum fuisse dicebas, [c] si tum auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipse tamen excusatione ætatis vsus esset. [d] Itaque cùm maximis eum rebus liberares, [e] perparuam amicitiæ culpam relinquebas.

10 Itaque non solùm in eum non animaduertisti, [f] sed omni metu liberauisti, hospitē agnouisti, regem reliquisti. neque enim ille odio tui progressus, sed errore cōmuni lapsus est. Is rex, quem senatus hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellauisset, quiq; illū ordinē ab adolescētia grauissimū sāctissimūq; duxisset, iisdē rebus est perturbatus, homo lōginquus, & alienigena, quibus nos in media rep. nati, sempérque versati.

11 [g] Cùm audisset, senatus consentientis auctoritate arma sumta: consulibus, prætoribus tribunis pl. [h] nouis imperatoribus remp. defendendam datam mouebatur animo, &

v duo v. c. amicum esse cog.
x L. quódque apud ips. & ita duo v.c.
y L. Per dexteram istā te oro, & ita tres v. c.
z L. neque in prœl. & ita o. v.c.
a L. o. v.c. sed vt amicum officio parum funct. & ita o.v.c.
b L. o. v.c. cui tamen ipsi rei ven.
c L. si cùm auxilia Pomp. vel etiam fil. misisset ipse,
d L. Ita cùm max.
e Lamb. per paruam in amicitia culpam reling. & ita duo v.c.
f al. sed cū omni
g L. Cùm audiret sē. & ita v. c.
h L. nobis imperatorib. & ita duo v.c.

vir huic imperio amicissimus, de salute populi
R. extimescebat, in qua etiā suam[i] inclusam esse
videbat.[k] summo tamen timore quiescendū sibi
esse arbitrabatur: maximè verò perturbatus est:
vt audiuit, cōsules ex Italia profugisse: omneis-
que consulares (sic enim[l] nuntiabatur) cunctum
senatum, totam Italiam[m] esse effusam. talibus e-
nim nuntiis, & rumoribus patebat ad Orientem
viā,[n] nec vlli viri subsequebantur. nihil ille de
conditionibus tuis, nihil de studio[o] concordiæ,
& pacis, nihil de conspiratione audiebat certo-
rum hominum contra dignitatem tuā, quæ cùm
ita essent tamen vsq; eò se tenuit, quoad à Cn.
Pompeio ad eū legati, literæq; venerunt.[p] Igno- 12
sce, Cæsar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus
cessit, quē nos omnes secuti sumus:[q] in quē cùm
dij, atque homines omnia ornamenta congessis-
sent, tū tu ipse plurima, & maxima. neq; enim si
tuæ res gestæ ceterorū laudibus obscuritatem
attulerūt, idcirco Cn. Pōpeij memoriā amisimus.
quantum nomen[r] eius fuerit, quantæ opes, quā-
ta in omni genere bellorū gloria, quanti hono-
res populi Ro. quanti senatus, quanti tui, quis i-
gnorat?[s] tanto ille superiores vicerat gloria,
quāto tu omnibus præstitisti. Itaq; Cn. Pompeij
bella, victorias, triumphos, consulatus admiran-
tes numerabamus: tuos enumerare non possu-
mus. Ad eū igitur, rex Deiotarus venit, hoc mi- 13
sero, fataliq; bello, quē[t] antè iustis, hostilibúsq;
bellis[u] adiuuerat, quocum erat nō hospitio so-
lùm, verùm etiā familiaritate cōiunctus: & venit
vel rogatus, vt amicus: vel arcessitus, vt socius,
[x] vel euocatus, vt is, qui senatui parêre didicis-
set, postremò venit, vt ad fugientem, non vt
[y] ad insequentem; id est, ad periculi, non ad vi-
ctoriæ societatem. Itaque, Pharsalico prælio
facto, à Pompeio discessit: spem infinitam per-
sequi noluit. vel officio, si quid debuerat: vel
errori,

i L. esse inclusam vid.
k L. in summo tamen timore quiescendum esse arbitr. & ita v.c.
l L. ei nuntiabatur)
m duo v.c. non habent, esse
n al. non subs.
o al. pacis, & concordiæ,
p L. legati, ad eū litt. & ita duo v.c.
q duo v.c. ad quem cùm dij,
r duo v.c. illius
s vnus v.c. quanto ille super. vic. gl. tanto tu omni. pr.
t L. anteà & ita o.v.c.
v v.c. vnus adiutauerat.
x vnus v.c. vel vocatus,
y al. ad sequentem,

errori, si quid nesciebat, satisfactum esse duxit:
domum se contulit: téque Alexandrinum bellū
14 gerente, utilitatibus tuis[z] paruit.‖ Ille exercitū
Cn. Domitij, amplissimi viri, suis tectis, & copiis
sustentauit: ille Ephesum ad eum, quem tu ex
tuis fidelissimum, & probatissimū omnibus de-
legisti, pecuniam misit: ille iterum, ille[a] tertiò
auctionibus factis pecuniam dedit, qua ad bellū
[b] vtereris: ille corpus suum periculo obiecit, te-
cúmque in acie contra Pharnacem fuit, tuúmq;
hostem[c] esse dixit suum. Quæ quidem à te in eā
partem accepta sunt, C. Cæsar, vt eum amplissi-
15 mo regis honore, & nomine affeceris.‖ Is igitur
*non modò à te periculo liberatus, sed etiā ho-
nore amplissimo ornatus[d] arguitur domi te suæ
interficere voluisse. quod tu, nisi eum furiosissi-
mum iudicas, suspicari profectò non potes. Vt
enim omittam, cuius tanti sceleris fuerit, in cō-
spectu deorum penatiū necare hospité: cuius tā-
tæ importunitatis, omniū gentium, atque omnis
memoriæ clarissimū lumen exstinguere:[e] cuius
tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarū nō ex-
timescere: cuius, tam inhumani,[f] & ingrati ani-
mi, à quo rex appellatus esset, in eū, tyrānum in-
ueniri: vt hæc omittā cuius tāti furoris fuit, o-
mneis reges, quorum multi erant finitimi,[g] om-
neis liberos populos, omneis socios, omneis
prouincias: omnia denique omnium arma cōtra
se vnum excitare? quónā ille modo cum regno,
cum domo, cum coniuge, cum carissimo filio di-
stractus esset, tanto scelere non modò perfectò,
16 sed etiam cogitato?‖ At, credo, hæc homo incō-
sultus, & temerarius, non videbat. Quis[h] con-
sideratior illo? quis tectior? quis prudentior?
quamquam hoc loco Deiotarum non tam in-
genio, & prudentia, quàm fide, & religione vi-
tæ defendendum puto. Nota tibi est[i] C. Cæ-
sar, hominis probitas, noti mores, nota con-
stantia. Cui porrò, qui modò populi R. nomen
audi

z L. paruit.
a al. tertiū
b v.c. vtere re:
c al. duxit esse suum.
*CONFIRMATIO.
d duo v. c. arguitur te domi suæ interf. & ita L.
e o. v. c. cuius ferocitatis, vict.
f L. & ingrati, à quo r.
g L. omneis socios, omneis liberos populos, omneis prouin.
h vnus v.c. consideratior
i duo v. c. hominis probitas, C. Cæsar, notum.

audiuit,[5] Deiotari [k] probitas integritas, grauitas, virtus, fides [l] non sit audita? Quod igitur facinus nec in hominem [m] imprudentem [n] cadere posset, propter metum præsentis exitij, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos & à viro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatum esse confingitis. || At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem? 17
Cùm, inquit, in castellum Luceium [p] venisses, & domum regis, hospitis tui, [q] diuertisses, locus erat quidam, in quo erant [r] ea composita, quibus rex te [s] munerare constituerat. huc te è balneo, priùs quàm accumberes, ducere volebat. ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset. Ego [u] mehercule, C. Cæsar, initiò, cùm est ad me ista causa delata, Philippum medicum, seruum regium, qui cum legatis missus esset, [6] [x] ab ipso adolescente existimauit esse corruptum: hac suspicione sum [y] perculsus: medicum iudicem [y] subornabit: finget videlicet aliquod crimen veneni. Et, si à veritate longè, tamen consuetudine criminandi non multùm res abhorrebat. || Quid ait 18
medicus? * nihil de veneno. At id fieri potuit: primò occultiùs [a] in potione, vel in cibo: deinde etiam impuniùs fit, [b] quòd, cùm est factum, negari potest. Si palàm te interemisset: omnium in se gentium non solùm odia, sed etiam arma conuertisset: si veneno: Iouis illius quidem hospitalis numen numquam celare potuisset, [c] homines verò fortasse celauisset. Quod igitur [d] & occultiùs conari, & efficere cautiùs potuit: id tibi, & medico callido, & seruo, vt putabat fideli, non credidit: de armis, de ferro, de insidiis celare te noluit?

k tres v. c. non habét, probitas,
l v. c. non audita est? L. non est audita?
m sic tres li. vet. al. prudentem
n al. caderet: pr.
o al. confingitis?
p L. venisset,
q L. deuertisses:
r al. omnia comp.
s al. munerari.
t al. erant enim ibi armati, vt te int.
v duo v. c. mehercules,
x L. ab isto adolescente esse corruptum: hac susp. & ita o. v. c. al. ab ipso adol.
y L. percussus, & ita tres v. c.
z al. subornauit:
* al. de veneno nihil. At id
a tres v. c. in potione, in cibo: & ita L.
b al. quidquid, cùm est f. v. c. homines fortasse celasset. & ita L.
d L. & conari occultiùs, & ita o. v. c.

19 noluit? ‖ At quàm festiuè crimen contexitur?
Tua te, inquit, eadem, [e] quæ semper, fortuna ser
uauit. [f] negauisti tuum te inspicere velle. Quid
postea? [g] an Deiotarus re illo tempore non
perfecta, continuò dimisit exercitum? nullus e-
rat alius insidiandi locus? At eodem te, cùm cœ-
nauisses, rediturum dixeras: itaque fecisti. horā
vnam, aut duas eodem loco armatos, ? vt col-
locati fuerant [h] retinere magnum fuit? cùm in
conuiuio comiter, & iucundè fuisses, tum illuc
[i] iuisti, vt dixeras. Quo in loco Deiotarum ta-
lem erga te cognouisti, qualis rex Attalus in P.
Africanum fuit: cui magnificentissima dona, vt
scriptum legimus, vsque ad Numantiam misit
ex Asia: [k] quæ Africanus, inspectante exerci-
tu, accepit. Quod cùm præsens Deiotarus re-
gio & animo, & more fecisset, [l] tu in cubicu-
20 lum discessisti.‖ Obsecro, C. Cæsar, repete tem
poris illius memoriam: [m] pone illum ante ocu-
los diem: vultus hominum te intuentium, atque
admirantium, recordare, [n] num quæ trepidatio?
num qui tumultus? num quid, nisi [o] moderatè, ni
si quietè, nisi ex hominis grauissimi, & sanctissi-
mi disciplina? Quid igitur causæ excogitari
potest, cur te lautum voluerit, cenatum nolue-
21 rit occidere?‖ In posterum, inquit, diem distulit,
vt, cùm in castellum Luceium ventum esset, ibi
cogitata perficeret. Non video causam loci mu-
tandi: sed tamen actā res criminosè est. Cùm, in-
quit, [p] vomere post cenam velle te dixisses, in
balneum te ducere [q] cœperūt. ibi enim erant in-
sidiæ. at te eadē tua fortuna seruauit: [r]* in cubi-
culum te ire malle dixisti. Dij te perdant, fugiti-
ue: ita non modò nequā & improbus, sed fatu[9],
& amens es. Quid ei lingua ænea in insidiis po-
suerat, quæ de balneo in cubiculum [s] trāsferri nō
pos

e L. quæ sæpe, & ita v.c.
f v.c. vnus, negasti.
g al. An Deiotarus illo tempore nō perf. re, com.
h al. retineri
i v. c. duo, isti,
k al. quæ P. Africanus,
l L. tum in cubic.
m al. pone ante oculos illum diem:
n al. num qua
o v.c. vnus, modestè,
p L. vomere post cenam te velle dix. al. vomere te post cenam velle dix.
q al. cœperunt, vbi erant insidiæ, at te eadem tua illa fortuna seruauit.
* al. in cubiculo te malle dixisti.

r al. è balineo. s al. transire

possent? Habes crimina insidiarum : nihil enim
dixit amplius. Horum , inquit , eram conscius.
[t] Quid tũ? ita demens ille erat, vt eum, quẽ con-
sciũ tãti sceleris habebat, à se dimitteret? Romã
etiã mitteret, vbi & inimicissimum sciret esse,
nepotem suum, & C. Cæsarem, cui fecisset insi-
dias? præsertim cum is vnus esset, [9] qui posset [u]
de absẽte se vindicare? ‖ Et fratres meos, inquit, 22
quòd erant conscij, in [x] vincula coniecit. Cùm
igitur eos vinciret, quos secum habebat, te so-
lutum Romam mittebat, qui eadem scires, quæ
illos scire dicis? Reliqua pars accusationis du-
plex fuit: vna , regem semper in speculis fuisse,
cùm à te animo esset alieno : altera , exercitum
eum contra te magnum comparasse. De exerci-
tu dicam breuiter, vt cetera. Numquam eas co-
pias rex Deiotarus habuit , quibus inferre bel-
lum populo R. posset : sed quibus fineis suos ab
excursionibus hostium & latrociniis tueretur,
& imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque
antea quidem maiores copias alere poterat: nũc
exiguas vix tueri potest. ‖ [10] At misit [y] ad Cæ- 23
lium nescio quem: [z] sed eos, quos misit, quòd
ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quæ-
ro , quàm verisimile sit , aut non habuisse re-
gem , quos mitteret · aut eos , quos misisset,
non paruisse : aut , qui dicto audientes in tan-
ta re non fuissent , eos victos potiùs , [a] quàm
necatos fuisse. sed tamen cùm [b] ad Cœliũ mit-
tebat , vtrum causam illam victam esse nescie-
bat, [c] an Cælium istum, magnum hominẽ puta-
bat? quem profectò is , qui optimè nostros ho-
mines nouit, [d] vel quia non nosset, vel si nosset,
contemneret. ‖ Addidit etiam illud, equites non 24
optimos [e] misisse tibi. Veteres, credo, Cæsar, ni-
hil ad tuũ equitatũ, sed misit ex iis, quos habuit,
electos. [f] Ait nescio quem ex eo numero, seruũ
iudicatum. Non arbitror: non audiui. sed in eo,
etiam

t v.c. Quid tum? ille ita demens erat, &c. vide Vict. 37. var. c. 12. al. Quid tũ? ita ille demens er.
u al. de absente se iudicare? L. de absente se iudicare?
x al. vincla
y L. ad Cæcilium nescio q.
z al. & eos, q. mis. q. ire nol. in vincla coni.
a L. quàm necatos. Sed
b L. ad Cæcilium
c L. an Cæcilium
d al. vel quia nosset, vel quia nõ nosset, cõt.
e L. misisse. Veteres, cr. & ita v. c.
f L. ait etiã nescio q.

etiã si accidisset, culpam regis nullã fuisse arbi-
trarer.[ii] Alieno autẽ à te animo fuit. Quomodo?
sperauit, credo, difficileis tibi Alexandriæ fore
exitus, propter regionis naturam, & fluminis. At
eo ipso tempore pecuniam dedit, exercitũ aluit:
[g] quem Asiæ præfeceras, ei, [h] nulla in re debuit:
tibi victori, non solùm ad hospitium, sed ad pe-
25 riculum etiam, atque ad aciem præstò fuit. || Se-
cutum est bellũ Africanũ: graues de te rumores
[i] sparsi: qui etiam furiosum illum [k] Cæliũ ex-
citauerunt. Quo tum erga rex animo fuit, qui
auctionatus sit, seséque [m] & filium suum [n] ex-
spoliare maluerit, quàm tibi pecuniam nõ sub
ministrare? At eo, inquit, tempore ipso Nicæam,
Ephesúmque mittebat, qui rumores Africanos
exciperent, & celeriter ad se referrent. Itaque
cùm esset ei nuntiatum, Domitiũ naufragio pe
riisse, te in castello circumsideri: de Domiti
dixit versum Græcum eadem sententia, qua etiã
nos habemus * Latinum: " *Pereant amici, dum
vnà inimici intercidant*: quod ille, si esset tibi ini-
micissimus, numquam tamen dixisset. ipse enim
mansuetus, versus immanis. Qui autem Domi
tio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus?
tibi porrò inimicus cur esset, à quo cùm vel in
terfici belli lege potuisset, regem & se, & filium
26 suum constitutos esse meminisset? || Quid deinde
furcifer? quò progreditur? ait, hac lætitia Deio-
tarum elatum vino se obruisse, in conuiuioque
nudum saltauisse. Quæ crux huic fugitiuo po-
test satis supplicij afferre? Deiotarum saltantẽ
quisquã, aut ebriũ vidit vmquã? omnes sunt in
illo regiæ virtutes, quòd te, Cæsar, ignorare non
arbitror: sed præcipuè singularis, & admiranda
frugalitas, etsi hoc verbo scio laudari reges non
solere. Frugi hominem dici non multùm habet
laudis in rege: fortẽ, iustũ, seuerũ, grauem, [o] ma-
gnanimũ, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt
regiæ laudes: illa priuata est. Vt volet, quisq; ac-
ci-

g L. ei, quẽ Asiæ præfeceras. nulla in re def.
h duo v.c. nulla re defuit.
i duo v.c. non habent sparsi:
k L. Cæcilium excitauerunt, Quo tum rex animo fuit, qui, &c.
l vnus v.c. non habet, fuit.
m duo v.c. non habent & filiũ suũ.
n L. spoliare.
* vide Vict. 1. varia. c. 8.
o L. magni animi, & ita v.c.

cipiat:ego tamẽ frugalitatẽ,id est, modestiam, & temperantiã,[p] virtutem esse maximam iudico. hæc in illo est ab ineunte ætate,tum à cuncta Asia,tum à magistratibus,legatisq; nostris, tum ab equitibus R.qui in Asia negotiati sunt, perspecta,& cognita.||Multis [q] ille quidem gra- 27
dibus officiorum erga remp.nostram ad hoc regium nomen ascendit: sed tamen, quidquid à bellis [r] populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines,amicitias, res,rationésque iungebat:vt [s] non solùm tetrarcha nobilis,sed optimus paterfamilias, & diligentissimus agricola,& pecuarius haberetur.Qui [t] igitur adolescens,nondum tanta gloria præditus, nihil vmquã mihi seuerissimè,& grauissimè, fecerit, is ea existimatione,eáque ætate saltauit? 28
|| Imitari potiùs Castor [u] aui tui mores, disciplinámque debebas,quàm optimo,& clarissimo viro fugitiui ore maledicere.Quòd si saltatorẽ auum habuisses,neque eum virũ, vnde pudoris, pudicitiæque exempla peterentur : tamen hoc maledictum minimè in illam ætatem conueniret. quibus si ille studiis ab ineunte ætate fuerat imbuerat,non saltandi,sed bene vt armis, optimè vt equis vteretur, [12] ea tamen illum cuncta [x] iam ætate exacta,defecerant.Itaque Deiotarũ cùm plures in equum sustulissent, quòd hærere in eo senex posset, admirari solebamus.Hic verò adolescẽs,qui meus in Cilicia miles,in Græcia cõmilito fuit, cùm in illo nostro exercitu equitaret [y] cũ suis delectis equitibus, quos vnà cum eo ad Pompeium pater miserat,[z] quos cõcursus facere solebat? quàm se iactaret? [a] quàm se ostentare?quàm nemini in illa causa studio, & cupiditate concedere?|| Cùm verò exercitu a- 29
misso, [13] ego, qui pacis auctor semper fui,post Pharsalicum [c] autem præliũ suasor fuissem armorum non [d] deponendorum, sed abiiciendorum,hunc ad meam auctoritatem non potui addú-

p L.virtutẽ maximam iud.

q al.quidẽ ille grad.

r al. populus R.

s [v, c. non solùm [tetrarches nob. sed etiam] opt. pater.dilig. agr. & pec.

t al. ergo,

v L.aui mores,

x al.iam exacta ætate def. L.iam ætate defec.& ita duo v. c.

y duo v.c. cum suis dilectis eq.

z al. quos cursus f.

a L.quàm ostentare? & ita v. c.

b al.auctor fui,Pharsalico autem prælio.

c q.v.c.n. habent,aurem,

d al. ponendorum.

adducere, quòd & ipse ardebat studio [e] ipsius
belli, & patri satisfaciendum esse arbitrabatur.
Felix ista domus, [14] quæ non impunitatem solũ
adepta sit, [f] sed habet etiam accusandi licentiã:
calamitosus Deiotarus, qui & ab eo, qui [g] in iis-
dem castris fuerit, [15] non modò [h] apud te, sed e-
tiam à suis accusetur. vos vestra secunda for-
tuna, [i] Castor non potestis sine propinquorum
30 calamitate esse contenti. || Sint sanè, inimicitiæ,
quæ esse non debebant. Rex enim *D*eiotarus ve
stram familiam [k] abiectam, & obscurã, è tene-
bris in lucem [l] vocauit. Quis tuum patrẽ [m] an-
tè, qui esset, quã cuius gener esset, audiuit? Sed
quamuis ingratè & impiè necessitudinis nomen
repudiaretis, tamen inimicitias hominum more
gerere poteratis, non ficto crimine insectari, nõ
expetere vitam, non capitis arcessere. Esto: con-
cedatur hæc quoq; [n] acerbitatis, & odij magni
tudo. Adeóne, [o] vt etiam omnia vitæ, salutisq;
cõmunis, atque etiã humanitatis iura violẽtur?
seruũ sollicitare verbis: spe, [p] promissisque cor-
rũpere: [q] adducere domũ, contra dominũ arma-
re: hoc est, non vni propinquo, sed omnibus fa-
miliis [r] bellũ nefariũ indicere, nã ista corrupte-
la serui, si nõ modò impunita fuerit, sed etiam à
tãta auctoritate approbata: nulli parẽtes nostrã
salutẽ, nullæ leges, nulla iura custodient. vbi e-
nim id ꝙ intus est, atq; nostrũ, impunè euolare
potest, cõtráq; nos pugnare: fit in dominatu ser-
31 uitus, in seruitute dominatus. || O tẽpora! ô mo-
res! Cn. *D*omitius ille, quẽ nos pueri cõsulẽ, cẽ-
sorẽ, pontificẽ maximum vidimus, cùm tribunus
pl. M. Scaurũ principẽ ciuitatis in iudicium po-
puli vocauisset, Scaurique seruus ad eum clàm
domum venisset, & crimina in dominum dela-
turũ se esse dixisset: [s] cõprehendi hominẽ iussit,
ad Scaurúmque [t] deduci. Vide, quid intersit: etsi
iniquè Castorẽ cum *D*omitio cõparo: sed tamen
ille inimico seruũ remisit: tu ab auo abduxisti: il-

e al. illius belli.
f L. sed etiã accus. lic.
g L. in eisdẽ
h al. à peregrinis. non placet.
i q. v. c. non habent Castor.
k al. deiectam,
l al. reuocauit.
m al. anteà,
n L. acerbitas, &
o L. vt omnia vitæ sal. præmiisque.
q al. abducere domo.
r v. c. duo nefarium bellum.
s al. apprehendi.
t al. reduci.

ille incorruptum audire noluit,tu corrupisti?il-
le adiutorem seruum contra dominum repudia-
uit,tu [u] etiam accusatorem adhibuisti. ‖ At se- 32
mel iste est corruptus à vobis?nónne , [16] [x] cùm
esset productus testis,& cùm tecum fuisset,refu-
git ad legatos?[y] nónne etiam ad hunc Cn. Do-
mitium venit?nónne audiente hoc Ser.Sulpicio
clarissimo viro,qui tum casu apud Domitiū cœ-
nabat,& hoc T.Torquato,optimo adolescente,
se à te corruptum,tuis promissis in fraudem im-
pulsum esse confessus est? [17] Quæ est ista [z] tam
impudens,tã crudelis,tam immoderata inhuma-
nitas?Idcirco in hanc vrbem venisti , vt huius
vrbis iura,& exempla corrumperes, [a] domesti-
caque tua inhumanitate nostræ ciuitatis huma-
nitatē inquinares?‖At quàm acutè collecta cri- 33
mina?Blesamius,inquit [18](eius enim nomine, [b]
optimi hominis,nec tibi ignoti, maledicebat
tibi)ad regem,inquit,scribere solebat , te inui-
diosè tyrannū existimari:statua inter reges po-
sita,animos hominū vehementer offensos plau-
di tibi non solere.Nonne intelligis , Cæsar, ex
vrbanis maleuolorum sermunculis hæc ab istis
esse collecta?Blesamius tyrannum Cæsarē scri-
beret(multorum enim [c] ciuium capita viderat:
multos iussu Cæsaris vexatos,verberatos, neca-
tos:multas afflictas,& euersas domos : armatis
militibus refertum forum , quæ semper in ciuili
victoria sēsimus,ea te videre nō vidimus.‖[d] so- 34
lus inquã,es,C.Cæsar,cuius in victoria ceciderit
nemo,nisi armatus,& quē nos liberi, [19] in sum-
ma [e] reip.libertate nati,non modò nō tyrannū,
sed etiam clementissimū in victoria [f] videmus
ducē:in Blesamio,qui viuit in regno, tyramnus
videri potest?Nam de statua,quis queritur , vna
præsertim,cùm tam multas videat ? valdè enim
inuidendū est eius [g] statuæ, cuius tropæis non
inuidemus.Nã,si locus affert inuidiam, [h] nullus
locus est ad statuã quidem de rostris clarior.De
plau-

u etiam abest à q.v.c.
x L.cū esset perductus, & cùm t.
y L. nónne ad hūc Cn.
z L.tam impotens,
a L. domesticáque inhumanitate,&c.al. domesticáque inhumanitate &c.
b v.c.viri optimi.
c al. capita ciuium.
d al. solus, solus, inq.
e L. populi R.
f al ducem videmus.
g L.statuis.
h L. nullus est ad stat. & ita v.c.

plausu autẽ, quid respondeã? qui nec desideratus vmquã à te est, & nonnumquã obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est, & fortasse eò prætermissus, quia nihil vulgare te
35 dignum videri potest. || Nihil à me arbitror [i] prætermissum, sed aliquid [20] ad extremã causæ partem reseruatum. id autem aliquid est, te vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea. non enim iam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, [k] ne tibi illũ succensere aliquid suspicere. [21] quod * abest longissimè, mihi crede, Cæsar. quid enim retineat per te, meminit, non quid amiserit: neq; se à te multatum arbitratur: sed, cùm existimaret multis tibi multa esse tribuenda, quominùs à se, qui in altera parte fuisset, ea sumeres, non recusauit.
36 || Etenim si Antiochus * Magnus ille, rex Asiæ, cũ posteaquã à Scipione [l] deuictus, Tauro tenus regnare iussus esset, omnémq; hãc Asiam, quæ est nunc nostra prouincia, amisisset: dicere est solitus, Benignè sibi à populo R. esse factũ, quòd nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis vteretur: potest multò faciliùs se Deiotarus consolari. Ille enim [22] furoris multam sustinuerat, hic erroris. Omnia tu Deiotaro, Cæsar, tribuisti, cũ & ipsi, & filio nomen regium concessisti. Hoc nomine retento, atque conseruato, nullum beneficium populi R. nullum iudicium de se senatus imminutum putat: magno animo, & erecto est, nec vmquã succũbet inimicis, ne fortunæ quidem.
37 || Multa se arbitratur, & [m] peperisse [n] antea factis, & habere in animo, atque virtute: quæ nullo modo possit amittere. quæ enim fortuna, aut quis casus, aut quæ tanta possit iniuria, omnium imperatorum [o] de Deiotaro decreta delere? ab omnibus enim est ornatus qui [p] postquã in castris esse potuit per ætatẽ, in Asia, Cappadocia, Põto, Cilicia, Syria bella gesserunt. Senatus verò iudicia de illo tã multa, tãq; honorifica, quæ pu-

i al. præteritum,

k al. ne illũ tibi.

* al. abest ab eo longissimè, vel à quo abest longissimè.

* vide Pl. c. 54. de vir. illustr. 2. Fl. c. 8.

l for. deuictus est, T.

m al. repperisse.

n v. c. antè factis,

o al. in Deiotarum decr.

p v. c. posteaquam.

blicis populi R.literis,monumentisq;consigna-
ta sunt,quæ vmquã vetustas obruet,aut quæ tã-
ta delebit obliuio?Quid de virtute eius dicam?
quid[q] de magnitudine animi,grauitate,cõstãtia?
quæ omnes docti,atque sapientes,summa:quidã
etiam sola bona esse dixerunt, hisque nõ modò
ad bene,sed etiam ad beatè viuendum conten-
tam [r] virtutem esse. Hæc ille reputans, & dies, 38
[s] & nocteis cogitans,non modò tibi non succẽ-
set(esset enim non solùm ingratus,sed etiam a-
mens)verùm omnem tranquillitatem, & quietẽ
senectutis,acceptam refert clementiæ tuæ. Quo
quidem animo cùm antea fuerit,tum non dubi-
to,quin tuis literis,quarum exemplũ legi , quas
ad eum Terracone huic Blesamio dedisti,se ma-
gis etiam erexerit , ab omnique sollicitudine
abstraxerit.Iubes enim eum bene sperare,& bo-
no esse animo:quod scio te nõn frustra scribere so-
lere.memini enim iisdem ferè verbis ad me te
scribere,méque tuis literis benè sperare nõ fru-
stra esse iussum.Laboro equidem regis Deiota-
ri causa,quæ cum mihi amicitiã resp.conciliauit,
hospitium voluntas vtriusque coniunxit, fami-
liaritatem consuetudo attulit, summã verò ne-
cessitudinẽ magna eius officia in me & in exer-
citum meum effecerunt:sed cùm de illo laboro,
tum de multis amplissimis viris,[t] quibus semel
esse ignotum à te oportet.nec beneficium tuum
in dubium vocari,nec hærere in animis hominũ
sollicitudinem sempiternam , nec accidere , vt
quisquam te timere incipiat,eorũ,[u] qui semel à
te sint [x] liberati timore. Non * debeo,C.Cæsar, 39
quod fieri solet in tantis periculis,tentare,quó-
nam modo dicendo misericordiã tuã[y] commo-
uere possim.nihil opus est:occurrere ipsa solet
supplicibus,& calamitosis nullius oratione e-
uocata.Propone tibi duos reges:& id animo cõ-
tẽplare,quod oculis [z] non potes.dabis profectò
misericordiæ,quod iracũdiæ [a] negauisti. Multa 40
sunt

q al.de animi magnitudine,
r al.esse virtutem.
s L.nocteisque.
t L. quibus semel ignotum à te esse op.& ita v.c.
v al.qui sint semel à te liberati timore.
x al. timore liberati.
* PERORATIO.
y al.,mouere.
z al.non vales.
a L.denegasti.

ſunt tuæ clementiæ monumenta: ſed maximè eorũ incolumitates, quibus ſalutẽ dediſti. Quæ ſi in priuatis glorioſa ſunt, multò magis commemorabuntur in regibus. Semper [b] regium nomen in hac ciuitate ſanctum fuit: ſociorum ve-

41 rò regum & amicorum, ſanctiſſimum. Quod nomen hi reges ne amitterent, te victore timuerunt: retentum verò, & à te confirmatum poſteris etiam ſuis traditnros [c] eſſe confido. Corpora verò ſua, pro ſalute regum ſuorum, hi legati tibi regij tradunt, Hieras, & Bleſamius, & Antigonus, tibi, nobiſque omnibus iamdiu noti, eadémque fide & virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus eſt ad te miſſus: tum regum amiciſſimi, tum tibi etiam, vt ſpero pro-

42 bati. Exquire de Bleſamio, numquid ad regem contra dignitatem tuam ſcripſerit. Hieras quidẽ cauſam omnem ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum, memoriam tuam implorat, qua vales plurimùm: negat vmquam ſe à te in Deiotari tetrarchia pedem diſceſſiſſe: in primis finibus [d] tibi ſe præſtò fuiſſe dicit, vſque ad vltimos proſecutum: cùm è balneo exiſſes, tecũ ſe fuiſſe, 23 cùm illa munera inſpexiſſes cenatus, cùm in cubiculo recubuiſſes: [e] eandémque aſſi-

43 duitatem [f] tibi ſe præbuiſſe poſtridie. Quãob rem, ſi quid eorum quæ obiecta ſunt, cogitatum ſit, non recuſat, quin id facinus, ſuũ iudices. Quocirca C. Cæſar, velim exiſtimes, hodierno die ſẽtentiam tuam, aut cum ſummo dedecore miſerrimam peſtem importaturam eſſe regibus, aut incolumem famam cum ſalute: quorum alterum optare, illorum crudelitatis eſt: alterum cõſeruare, clementiæ tuę.

b v.c. regũ.

c al. ſe eſſe confidunt.

d al. tibi præſtò ſe f.

e al. tandẽ aſſid.


f q v.c. tibi ſe tribuiſſe poſtr.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICARVM LIber primus, seu Philippica prima.

ORATIO QVADRAGESIMA TERTIA.

Quarto Nonas Septemb. post mortem C.Cæsaris, absente Antonio Consule, venit Cicero in Senatum, & hac oratione primū exposuit profectionis suæ in Græciam, & reuersionis consiliū: deinde quæstus est grauiter de Antonii hesterna iniuria, qui Fabris se Ciceronis domum disturbaturum minatus est, legesq; illius reprehendit. Postremò vtrumque consulem, præsentē Dolabellam, absentem Antonium hortatur, vt veram solidámque gloriam sequantur, diligi à suis ciuibus maluit quàm metui, rempub. omni oratione complectantur.

a al. quæ hoc tempore dicenda arb.
* al. auctoritatem,
b L. renouaui v. exēp. & ita v. c.
c vnus v. c. Græcum etiam verbū amnestiam vsurpaui,
* vide Mur. 2. Var. c. 15. al. l. quod tunc in sedādis disc. sc. vsurpauerat ciuitas illa, al. quod tum in sedādis discordauerat al. quod tum in sedandis discors erat,
d q. v. c. vsa erat,



NTEQVAM de republica, Patres cōscripti, dicam ea, a quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breuiter consilium & profectionis, & reuersionis meæ. Ego cùm sperarem aliquando ad vestrum consilium,* auctoritatémque rempublicam esse reuocatam, manendum mihi statuebā, quasi in vigilia quadā cōsulari, ac senatoria. nec verò vsquam discedebam, [1] nec à republica deiiciebam oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus, in quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis: Atheniensiumque b reuocaui vetus exēplum: [2] c Græcū etiam verbum vsurpaui, * quo tum in sedādis discordiis d erat vsa ciuitas illa, atque omnem memoriā discordiarum obliuione 1

2 ne sempiterna delendã [c] censui.‖ Præclara tum oratio M.Antonij: [f] egregia etiã voluntas: pax denique per eum,& per liberos eius cum præstantissimis ciuibus confirmata est. Atq;his principus reliqua consentiebant. ad deliberationes eas,quas habebat domi de republica principes ciuitatis adhibebat:ad hunc ordinem res optimas [g] deferebat: summa cum dignitate,& constantia ad ea,quæ quæsita erant,respõdebat: nihil tum,nisi quod erat notum omnibus in C.Cæ
3 saris commentariis reperiebatur.‖Num qui exsules restituti?vnum aiebat,præterea neminem. Num immunitates datæ?nullæ,respondebat.Assentiri etiam nos Ser.Sulpicio, clarissimo viro, voluit, nequa tabula post Idus Martias vllius decreti Cæsaris,aut beneficij fingeretur. Multa prætereo,* eáque præclara ad singulare enim M. Antonij factum festinat oratio. Dictaturam, [h] quæ vim iam regiæ potestatis obsederat,funditus ex rep.sustulit.de qua ne sententias quidẽ diximus,scriptum senatusconsultum,quod fieri vellet,attuli.quo recitato auctoritatẽ eius summo studio secuti sumus,eique amplissimis ver-
4 bis per senatusconsultum gratias egimus.‖[i] Lux quædã videbatur oblata,non modò regno quod pertuleramus:sed etiam regni timore sublato: magnúmque pignus ab eo reip.datum se liberã ciuitatem esse velle cũ dictatoris nomen, quod sæpe iustum fuisset,propter perpetuæ Dictaturæ recentem memoriam,funditus ex rep. sustulisset.Liberatus [k] cædis periculo paucis pòst diebus senatus,*vncus impactus est fugitiuo illi, [l] qui in C.Marij nomen inuaserat.atque hęc omnia communiter cum collega.[s] alia porrò propria Dolabellæ:quæ nisi collega abfuisset,[m] credo eis [n] fuisse futura communia.Nam cũ serperet [o] in vrbe infinitum malum, idque manaret in dies latiùs:iidemque bustum in foro facerẽt, qui illam insepultam sepulturam effecerant: &

e al. statui.
f q.v c.egregiáque voluntas:
g L. deferebat:nihil tũ nisi quod erat notum omnibus in Cn.Cæsaris commentariis reperiebatur summa constantia, ad ea, quæ quæsita erant,respondebat.
* al.ea quo clara sunt, vel,eòquòd clara sunt.
h al quæ iã vim reg.
i φῶς.
k L.periculo credis pauc.
* vel vinct* al.vinculis.
l L.afuisset
m for. credo eis inter ipsos futura fuisse cõmunia.
n al. futura fuisse.
o al.in vr.

quotidie * magis, magisque perditi homines,
cum* sui similibus seruis,tectis,ac templis vrbis
minarentur:talis animaduersio fuit Dolabellæ,
cum in audaceis,sceleratósque seruos), tum in
impuros,& nefarios liberos:talisque euersio il-
lius exsecratæ [p] columnæ,vt mirum mihi videa-
tur,tam valdè reliquum tempus ab illo vno die
dissensisse.|| [q] Ecce enim Kalendæ Iunij, quibus 6
vt adessemus,edixerat:mutata omnia, nihil per
senatũ,multa & magna [r] per seipsum, & absen-
te populo, & inuito,consules designati [s] se au-
dere negabant in senatum venire:patriæ libera-
tores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugũ
seruile deiecerant:quos tamen ipsi consules, &
in contionibus,& in omni sermone laudabant.
Veterani,qui appellabantur,quibus hic ordo di
ligentissimè cauerat,nõ ad conseruationẽ earũ
rerũ,quas habebant,sed ad spem nouarum præ-
darum incitabantur.Quæ cùm audire mallem,
quàm videre,habere̋mq; ius [t] legationis liberũ,
ea mente discessi,vt,eadem Kalendis Ian. quod
initium senatus cogendi fore videbatur.|| Expo 7
sui,P.C.profectionis consilium: nunc reuersio-
nis,quæ plus admirationis habet,breuiter expo
nã.Cum * Brundusium,iterque illud,quod tritũ
in Græciam est,non sine causa vitauissent,Kalẽ-
dis Sextilibus veni Syracusas, quod ab vrbe ea
transmissio in Græciam laudabatur. quæ tamen
vrbs mihi coniunctissima,plus vna me nocte cu-
piens retinere non potuit. veritus sum, ne meus
repentinus ad meos necessarios aduentus,* sus-
picionis aliquid afferret, si essem commoratus.
Cùm autẽ me ex Sicilia ad * Leucopetrã, q̃ est
[x] promontorium agri [y] Rhegini,venti detulis-
sent:ab eo loco conscendi,vt transmitterẽ. nec
ita multùm prouectus,reiectus austro sum in eũ
ipsũ locũ,vnde conscenderã ||cúmque intẽpesta 8
nox esset,mansissémq; in villa P. Valerij comi-
tis,& familiaris mei,postridiéque apud eundẽ,
ven-

* al. magis, ac magis,
* al. suis.
p v.c. celũpnæ.
q v.c. Ecce enim Kalẽdis Iun. q. vt adess. edixerat, mutata omnia & ita L.
r o.v. c. populum & absente populo: & ita L.
s T. negabant se audere in s.
t al. legationis liberæ, & ita L.
* al. Brundisium,
v L. quòd ab ea vrbe transf. & ita v.c.
* al. suspectionis.
* vide Str, li.6.
x L. promũtorium.
y v.c. Regini,

vētū exſpectans, manerem: municipes Rhegini cōplures ad me venerunt: ex his quidam Roma recentes: à quibus primùm accipio M. Antonij contionem:[z] quæ ita mihi placuit, vt ea lecta, de reuerſione primùm cœperim cogitare:[a] nec multò poſt edictum Bruti affertur, & Caſſij. q; quidem mihi, fortaſſe quòd eos,[b] etiã plus reip. quàm familiaritatis gratia, diligo, plenũ æquitatis videbatur. Addebant præterea (fit enim plerumque, vt ij, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant lætius) rem conuenturam: Kalendis Sextilibus ſenatum frequentem fore: Antonium, repudiatis malis ſuaſoribus, remiſſis[c] Galliis prouinciis,
9 ad auctoritatem ſenatus eſſe rediturum. || Tũ verò tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, vt mihi nulli neque remi, neque venti ſatisfacerent:[d] non quo me ad tempus occurſurũ putarē, ſed ne tardiùs, quàm cuperem, reip. gratularer. Atque ego celeriter Veliam deuectus, Brutũ vidi, quanto meo dolore, non dico. turpe mihi ipſi videbatur, in eam vrbem me audere reuerti, ex qua Brutus[e] excederet: & ibi velle tutò eſſe vbi ille non poſſet. Neque verò illum ſimiliter, atque ipſe erã, cõmotum eſſe vidi. ereptus enim maximi, ac pulcherrimi[f] facti conſciẽtia nihil
10 de ſuo caſu, multa de noſtro querebatur. ||[h] Ex quo primum cognoui, quæ Kalendis Sextilibus in ſenatu fuiſſet L. Piſonis oratio: qui quamquã parum erat (id enim ipſum à Bruto audieram) à quibus debuerat, adiutus: tamen & Bruti teſtimonio (quo quid poteſt eſſe grauius) & omniũ prædicatione, quos poſtea vidi, magnam mihi videbatur gloriam conſecutus. Hunc igitur vt ſequerer, properaui, quem præſentes non ſunt ſecuti: non vt proficerem aliquid ([i] neque enim ſperabam: id, neque præſtare poteram) ſed vt ſiquid mihi humanius accidiſſet (multa autem impendere[k] videbantur præter natu-

tu-

z al. quæ mihi ita,]
a L. nec ita mul-o poſt.
b L. plus etiam reip. & ita o.v.c
c al. prouinciis Galliis, & ita L.
d L. nō quo me ad tempus occurſ. non put. al. qua ne ad id tempus.
e L. cederet
f L. facti ſui conſc.
g L. multa de veſtro q.
h al. Ex q. eo pr.
i al. nec enim ſp. id, neque pr.
k L. videntur pr.

turam etiam, prætérque fatum ([l] huius diei vocem testem reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis.‖Quoniam vt huiusque cō- 11
silij causam, P. C. probatam vobis esse confido, priusquam de republica dicere incipio, pauca querar [m] de hesterna M. Antonij iniuria, cui sum amicus: [n] idque nonnullo eius officio debere esse, præ me semper tuli. Quid tandem erat causæ, cur in senatum hesterno die tam acerbè cogerer? solúsne aberam? an nō sæpe minus frequentes fuistis? an ea res agebatur, vt etiā ægrotos deferri oporteret? [o] Annibal, credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur: ad quā causam etiam * Appium illum & cæcum, & senem delatum esse memoriæ proditum.‖De supplica- 12
tionibus referebatur: quo in genere senatores deesse non solent. Coguntur enim non pignoribus, sed eorum, [p] quorum de honore agitur, gratia: quod idem fit, cū de triumpho refertur. Ita sine cura * consules sunt, vt pænè liberum sit senatori non adesse. qui cùm mihi mos notus esset, cúmque * de via languerem, & mihimet displicerem: misi pro amicitia, qui hoc [q] ediceret. At ille, vobis audientibus, cū fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracundè, hoc quidem, & valdè intemperanter. cuius enim maleficij [r] ista pœna est, vt dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturum publicè ex senatus sententia ædificatam domum? quis vmquam tanto [s] damno senatorem coëgit? aut quid est vltra pignus, aut multā? [t] qui si scisset, quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profectò de seueritate cogendi.‖An me censetis, P. C. quod vos in- 13
uiti secuti estis, decreturū fuisse, vt parentalia, cum supplicationibus miscerentur? vt inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur, vt decernerentur supplicationes [u] mortuorum? Nihil dico, *quis fuerit ille L. Brutus, qui

l L. huius tamen diei v. & ita tres v.c.

m al. de hesterna Antonij iniuria,

n L. idque me nonnullo eius off. debere etiā præ me.

o L. Hannibal, & ita o.v.c.

* vide l.2.ff. de origine iuris,

p L. de quorum hon.

* al. procōs. al. cōsular.

* al. è via

q L. ei diceret.

r L. tanta ista p.

s v.c. dampno,

t L. Quòd si sciret. & ita o.v.c.

v L. mortuo Nihil dico, cui fuerit ille L.B.

* al. cui, al. cuius,

qui & ipse [x] regio dominatu remp. liberauit, & ad similem virtutem, & simile factum [y] stirpem in propè quingentesimum annum propagauit: adduci tamen non possem, vt quemquam mortuum coniungerem [z] cum deorum immortaliũ religione: vt, cuius sepulcrum [a] nusquam extet, vbi parentetur, ei publicè supplicetur. Ego verò eam sententiam [b] dixissem, Patres conscripti, vt me aduersus populum Rom. [c] si quis accidisset grauior reip. casus, si bellum, si morbus, si fames: facilè * possem defendere: quæ partim iam sunt, partim timeo ne * impendeãt. Sed hoc ignoscant dij immortales velim, & populo Rom. qui id non probat, & huic ordini,

14 qui decreuit inuitus. || Quid? de reliquis reip. malis licétne dicere? mihi verò licet, & semper licebit dignitatem tueri, mortem [d] contẽnere. potestas modò veniendi in hunc locum sit: dicendi periculum non recuso. Atque vtinam, P. C. Kalendis Sextilib. adesse potuissem: non quo profici potuerit aliquid: sed ne vnus modò, consularis, quod tum accidit, dignus ille honore, dignus rep. inueniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis populi Rom. beneficiis vsos, L. Pisonem, ducem [e] optimæ sententiæ nõ secutos. Idcircóne nos populus R. [f] consulareis fecit, vt [g] in altissimo gradu dignitatis locati, remp. pro nihilo haberemꝰ? non modò voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne vultu quidẽ assensus est.

15 || [h] Quænã (malùm) est ista voluntaria seruitus? fuerit quædam necessaria, nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam [i] loco cõsulari dicunt. alia causa est eorum, quorum silẽtio ignosco: alia eorum quorum vocẽ requiro quos quidem doleo in * suspicionem populo Ro. venire, [k] non metu, quod ipsum * est turpe, sed aliũ alia de causa dignitati suæ. Quare primum ma-

maximas

x L. dominatu regio rẽp. & ita e. v. c.
y L. stirpem iam propè in quing.
z L. cum immortal. relig.
a vnus v. c. vsquã ex st. fort. vspiã
b L. dixissẽ vt me aduers.
c L. si qui accid.
* al. possim
* al antea impendeãt.
d v. c. contempnere.
e v. c. optumæ
f L. consules fecit,
g L. in altissimo amplissimoq; d.
h L. Quæ (malùm) est
i L. consulari loco d.
* al. suspectionem
k L. nõ metus, quod ipsũ
* al. esset

ximas gratias [l] & habeo, & ago L. Pisoni, qui non, quid efficere * posset in rep. cogitauit, sed quid [m] ipse facere deberet: deinde à vobis, P. C. peto, vt, etiam si sequi minùs audebitis orationem, atque auctoritatem meam, benignè tamen me, [n] vt fecistis adhuc, audiatis. || Primum 16
igitur acta Cæsaris seruanda censeo: [o] non quò probem: quis enim id quidem potest? sed quia rationem habendam maximè arbitror pacis, [p] & otij. Vellem adesset Antonius, modò sine aduocatis. sed, vt opinor, licet ei minùs valere: quod mihi heri per illum [q] non licebat. doceret me, vel potiùs vos, P. C. quemadmodum ipse Cæsaris acta defenderet. An in commẽtariolis, & chirographis, & libellis se vno auctore [r] prolatis: ac ne prolatis quidem, sed tantummodò dictis, acta Cæsaris firma erunt: quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa, perpetuásque leges esse voluit, pro nihilo habebũtur? || Equi- 17
dem sic existimo, [s] nihil tam esse in actis Cæsaris, quàm leges Cæsaris. An, [t] si cui quod ille promisit, id erit fixum? [u] quod idem facere non potuit, vt multis multa promissa nõ fecerit. quæ tamen multò plura reperta sunt, illo mortuo, [x] quàm viuo beneficia per omneis annos tributa & data. sed ea non muto non moueo: summo etiam studio præclara illius acta defendo. pecunia vtinam ad Opis maneret, cruenta illa quidem, sed his temporibus, [y] cum iis quorum est, non redditur necessaria. quamquam ea quoque sit effusa, si ita in actis [z] eius fuit. || Ecquid 18
est, quod tam propriè dici possit actum eius, qui togatus in repu. cum potestate imperióque versatus sit, quàm lex? Quære acta Gracchi: leges Semproniæ proferentur. quære Syllæ: Corneliæ. Quid? Cn. Pompeij tertius consulatus in quibus actis [a] constitit? nempe in legibus [b] à Cæsare ipso si quæreres, quidnã egisset in vrbe. &

l L. & ago, & habeo L. Pis.;
* Ferr. in remp. cogitauit,
m L facere ipse deb.
n L. vt adhuc fecistis, & ita v. c.
o al. non quòd pr.
p L. atque otii.
q L. non licuit, & ita o. v. c.
r L. prolatis: ne prolatis q.
s sic o. v. c. al. nisi esse tam in
t L. si cui quid ille pr.
v L. quod idem non facere potuit, vt mult. multa pr. non fecit. q. tamen multò plura illo mort. rep. sunt, q v. al. fecit.
x L. quam à viuo ben.
y L. quoniã iis, q.
z nulli cod. vet. habent eius.
a Lamb. constitit.
b al. de Cæs.

& toga:leges multas respõderet se, & præclara tulisse. chirographa verò aut mutaret, aut non daret:aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret.[c] Sed ea ipsa concedo:quibusdã in rebus etiam conniueo: in maximis verò rebus, id est legibus, acta Cæsaris dissolui, ferendum non puto.

19 Quæ lex melior, vtilior, optima etiã rep.sæpius flagitata quàm ne prætoriæ prouinciæ plusquàm annum,[d] ne plus quàm biennium consulares obtinerentur? Hæc lege sublata,[e] videntúrne vobis acta Cæsaris seruari?[f] quid?ea lege,quæ promulgata est de tertia decuria [g]iudicũ,nónne omnes iudiciariæ leges Cæsaris dissoluuntur?Et vos acta Cæsaris defẽditis, qui leges eius euertitis? nisi fortè, si quid memoriæ causa retulit in libellũ,id numerabitur in actis, & quamuis iniquum,& inutile sit, defendetur: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæsaris non habebitur.

20 At quæ est ista tertia decuria?Centurionũ,inquit.Quid?isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam antè Pompeia, Aurelia nõ patebat?Cẽsus prẽfiniebatur,inquit. Non centurioni quidem solùm,sed equiti etiam Rom. Itaque viri fortissimi, atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res & iudicant,& iudicauerunt. Non quæro, inquit, istos. quicumque ordinem duxit,iudicet.[h] Atque si ferretis, quicumque equo meruisset,[i] quod est laudati*, nemini probaretis. In iudice enim spectari & fortuna debet, & dignitas. Non quæro, inquit, ista:addo etiã iudices manipulareis ex legione Alaudarum. aliter enim nostri[k] negant posse se saluos esse. O cõtumeliosum honorem iis quos ad iudicandum nec opinãteis vocatis! hic enim est legis index,[l] vt ij in tertia decuria iudicent qui liberè iudicare non audeant.in quo quãtus[m] est error,dij immortales,eorum,qui istam legẽ excogitauerunt? vt enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime seueritate iudicandi

c L. Sed hæc ipsa

d L. néve plus q. al. neu plus q.

e L.videntúrne vobis Cæsaris acta seruari? & ita o.v.c.al. videntúrne vobis posse Cæs. acta seruari?

f L. quid? lege, quæ

g iudicum, abest à trib.v c.

h L. At si ferr.

i L. quod est lautius,

k al negant se posse saluos esse.

l L. vt ij res in tert. & ita o.v.c.

m L. error est,

candi sordeis suas eluet:laborabitque, vt ho-
nestis decuriis potiùs dignus videatur,quã [n] in
turpeis iure coniectus.|| Altera promulgata lex 21
est,vt & de vi,& de maiestate damnati,ad popu-
lum prouocent,si velint. Hæc vtrùm tandé lex
est,an legum omnium dissolutio? quis enim est
hodie, cuius intersit istam legem manere?[o] ne-
mo reus est istis legibus:nemo [p] est,quem futu-
rum putemus.armis enim gesta, numquam pro-
fectò in iudicium vocabuntur.At res popularis.
Vtinam quidem [q] vellet is aliqũid esse popula-
re. omnes enim iam ciues de reipub.salute vna
& mente,& voce consentiunt. Quæ est igitur [r]
ea cupiditas eius legis ferendæ, quæ turpitudi-
nem summam habeat, gratiam nullam?quid e-
nim turpius,quàm qui maiestatem populi Rom.
per vim minuerit,eum damnatum iudicio,ad eã
ipsam vim reuerti, propter quam sit iure dãna-
tus?||Sed quid plura de lege disputo? quasi verò 22
id agatur, vt quisquam prouocet, id agitur, id
fertur, ne quis omnino vmquã istis legibus reus
fiat. Quis enim aut accusator tam amens repe-
rietur,qui reo condemnato,* obiici se multitu-
dini conductæ velit?aut iudex qui reum damna-
re audeat,vt ipse ad operas [s] mercenarias statim
protrahatur? Non igitur prouocatio ista lege
datur:sed duæ maximè salutares leges quæstio-
nésque tolluntur.;[t] Quid est aliud igitur,quàm
adhortari adolescenteis,vt turbulenti, vt sedi-
tiosi,vt perniciosi ciues velint esse? [v] quã autẽ
ad reipub. pestem furor tribunitius* impelli nõ
poterit,his duabus quæstionibus, de vi, & de
maiestate sublatis?|| Quid, quòd [x] abrogatur 23
his legibus Cæsaris,quæ iubent: ei, qui de vi, [y]
itémque ei,qui maiestatis damnatus sit,aqua &
igni interdici? quibus cùm prouocatio datur,
nónne acta Cæsaris rescinduntur? Quæ qui-
dem ego, P. C. qui illa numquam probaui, ita
conseruanda concordiæ causa arbitratus sum,vt
non

n Lamb. in turpem.

o L. nemo reus est legib. illis: n. p est, abest ab omnib. v.c.

q L. aliquid vellet is esse p.

r L. ista cupiditas legis eius f.

* L. obiicere se mult.

s v.c. mercennarias

t L. Quid est aliud hortari adolescẽteis

v L. quam autem ad pestẽ furor tr. al. quem

* al. impellere

x L. obrogatur legi Cæs.

y al. itémque qui maiest.

non modò,[z] quas viuus Cæsar leges tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem: sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris prolatas
24 esse, & fixas videtis. || [a] De exsilio reducti[b] sunt à mortuo: ciuitas data non solùm singulis,[c] sed etiam nationibus, & prouinciis vniuersis à mortuo: immunitatibus infinitis sublata vectigalia à mortuo. [d] Ergo hæc vno viro optimo auctore domo prolata defendimus: eas leges, quas ipse, [e] vobis inspectantibus, recitauit, pronuntiauit, tulit, quibus latis gloriabatur, iisque legibus remp. contineri putabat, de prouinciis, de iudiciis, eas, inquam, Cæsaris leges, nos, qui defendimus acta Cæsaris, euertendas
25 [f] putabimus? || Ac de iis tamen legibus, quæ promulgatæ sunt, saltem queri possumus: de iis, quæ iam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. illæ enim nulla promulgatione latæ sunt antè quam scriptæ. 4 [g] Quærunt quid sit, cur aut ego, aut quisquam vestrûm, P. C. bonis tribunis pl. leges malas metuat. paratos habemus, qui intercedant: paratos, qui remp. religione defendant: vacui metu esse debemus. Quas tu mihi, inquit, intercessiones,[h] quas religiones nominas? Eas scilicet, quib. reip. salus continetur. Negligimus ista, & nimis antiqua, & stulta ducimus. Forum sepietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidiis [i] multis in locis col-
26 locabuntur. || Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit:[k] & in æs incidi iubebitis? cedò illa legitima: CONSVLES POPVLVM IVRE ROGAVERVNT (hoc enim à maioribus accepimus ius rogãdi) POPVLVSQVE IVRE SCIVIT. Qui populus? ísne qui exclusus est? quo iure? an eo, quod vi, & armis omne sublatũ est? [l] Atque ego hoc dico de futuris, quod est augurũ, antè dicere ea, quæ vitari [m] possunt: quæ si facta non erũt, refelletur oratio

z al. quos viuus leges Cæsar tul.
a Lib. De exsulio
b sunt, ab- est à v c.
c L. sed nationibus, & pr.
d L. Ergo hæc vno, verùm optimo auctore domo pr. & ita v. c.
e L. nobis insp. & ita v. c.
f L. putamus? & ita v. c.
g L. Quærunt quidẽ quid sit, &c. al. Quærunt autẽ quid sit,
h L. quas religiones? Eas scil.
i L. multis locis.
k & in æs incidi iubebitis, credo, illa legitima, Consules populũ iure rogauerunt. Hocine à maioribus accepimus ius rogandi? Põp.
l L. Atque hęc dico de f. quod est amicorũ,
m L. possint:

oratio mea. Loquor de leg. promulgatis: de quib.est integrum vobis.demonstro vitia:tollite.[s] denuntio vim, arma remouete. ‖ [n] Irasci te 2
quidem mihi, Dolabella,pro rep. dicenti, non oportebit.quamquam te quidem id facturũ non arbitror. [o] noui enim facilitatem tuam. collegam tuum aiunt in hac sua fortuna, quæ bona ipsi videtur:mihi,ne grauius quippiam dicam, auorum,& auunculi sui consulatum si imitaretur,fortunatior videretur: sed eum iracundum [p] audio factum. Video autem, quàm sit odiosũ habere [q] iratum eundem,& armatum,cum tanta præsertim gladiorum sit impunitas.sed proponam ius, vt opinor, æquum: quod M. Antonium non arbitror,repudiaturum. Egò, si quid in vitam eius,aut in mores [r] cõtumeliosè dixero,quo minùs mihi inimicissimus sit, non recusabo,[s] si consuetudinem meam, [t] quam in rep. semper habui, tenuero,id est, si liberè quæ sentiam,de rep.dixero:primùm deprecor,ne irascatur:deinde, si hoc non impetro, peto vt sic irascatur,[u] vt quibus armis vtatur, si ita necesse est,vt dicit,sui defendendi causa:iis,qui pro rep. quæ ipsis visa erunt, dixerint,ista arma ne noceant.‖Quid hac postulatione dici potest æ- 2
quius?Quòd si,vt à quibusdã mihi eius familiaribus dictũ est,omnis eum,quæ habetur contra voluntatem eius oratio, grauiter offendit,etiã si nulla inest contumelia feremus amici naturã. sed iidem illi irà mecum, Non idem tibi aduersario Cæsaris licebit, quod Pisoni socero. & simul [x] admonẽt quiddam,quod cauebimus:nec erit iustior,P.C. in senatum non veniẽdi morbi causa,quàm mortis.‖Sed per deos immortaleis: 2
te enim intuens.Dolabella, qui es mihi carissimus,non possum de vtriusque vestrûm errore reticere.Credo enim vos, [y] homines nobileis, magna quædam spectanteis non pecuniam, vt quidam nimis creduli suspicantur, quæ semper ab

n L. irasci quidem vos mihi, Dolabella,pro rep. dicenti non oportebat.
o L. noui facilit.t.
p L. audio esse factũ.
q al eundẽ iratum, & armatum,
r L. cum cõtumelia dix & ita v.c.
s Lam. sin consuetudinem meam tenuero, id est, si lib. q.f.
t hoc totũ, quam in rep.semper habui, non est in duob. v.c.
u L.vt ciui: armis vtatur,
x q. v.c.admonent
y L. nobileis homines,

ab amplissimo quoque, clarissimóque, contemta est, non opes violentas, & populo Ro. minimè ferendam potentiam, sed caritatem ciuium, & gloriam concupisse. [z] Ea autem est gloria laus rectè factorum [a] magnorúmque in remp. meritorum: quæ cùm optimi cuiusque, tum etiam
30 multitudinis testimonio comprobatur. Dicerem, Dolabella, qui rectè factorum fructus esset, [b] nisi te paulisper esse expertum viderē. Quem potes recordari in vita [c] tibi illuxisse diem lætiorem, quàm cùm expiato foro, dissipato concursu impiorū, principibus sceleris [d] pœna affectis, te domum recepisti? cuius ordinis, cuius generis, cuius denique fortunæ studia tū laudi, & gratulationi tuæ se non obtulerunt? Quin mihi etiā, quo auctore te in iis reb⁹ vti arbitrabantur, & gratias boni viri agebant, & tuo nomine gratulabantur. Recordare, quæso, Dolabella, consensum illum theatri, cùm omnes earū rerum obliti, propter quas [e] tibi fuerāt infensi, significauerunt, se nouo beneficio memoriā veteris doloris abiecisse.
31 Hanc tu potuisti, Dolabella (magno loquor cū dolore) hanc tu, inquā, animo æquo potuisti tantā dignitatē deponere? Te autem, M. Antoni; absentem appello: vnum illum diem, quo in æde Telluris senatus fui, nō omnibus iis mēsibus quibus te quidam, multùm à me dissentientes, beatum putant, anteponis? quæ fuit oratio de concordia? quanto metu veterani, quanta solicitudine ciuitas tum à te [g] liberata est? Tuum collegam, depositis inimicitiis, oblitus auspiciorum, auguria te ipso augure nuntiante, illo primùm die collegā

 tibi

z Lam. Est autem glor.

a Lamb. magnorúmque in rép. fama meritorum.

b Lamb. nisi te, præter cæteros, paulisper esse exp. vid.

c v. cod. illuxisse sibi d. & ita L.

d Lamb. pœna affectis, vrbe incendio, & cædis metu liberata, te dom. rec. & ita o. v. c.

e L. fuerāt tibi

f Lamb. Hanc tu, P. Dolabella (magno loquor cū dol.) hanc inquam, potuisti æquo an. tant. dign. dep. Tu autem, M. Antoni, (absentem enim adpello.) &c.

g Lamb. liberata est, cùm collegam tuum, dep. ini. oblitus auspiciorum à te ipso augure populo Rom nuntiatorum &c. al. à te ipso augure pronuntiatorum, &c. al. te ipso augure pronuntiante, &c.

tibi[h] esse voluisti: reip. tuus paruulus filius in
Capitolium à te missus pacis obses[i] fuit. ‖ quo 3
senatus die latior? quo populus Ro. qui quidem
nulla in contione vmquam frequentior fuit,
tum denique liberati per viros fortissimos videbamur, quia, vt illi voluerant, libertatem
pax consequebatur. Proximo, altero, tertio, [k]
reliquis consecutis diebus, non intermittebas
quasi donum aliquod quotidie afferre reip. Maximum autem illud, quòd dictaturæ nomen sustulisti. Hæc iniusta est à te, à te, inquam, mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternã. Vt
enim propter vnius M. Manlij scelus, decreto
gentis Manliæ, neminem patricium M. Mãlium
vocari licet: sic tu propter vni⁹ dictatoris odiũ,
nomen dictatoris funditus sustulisti. ‖ [l] Num hu- 3
iusce, cùm pro salute reip. tanta gessisses, fortunæ te, num amplitudinis, num claritatis, nũ gloriæ pœnitebat? Vnde igitur subitò tãta ista mutatio? non possum adduci, vt suspicer, te pecunia captum, licèt, quod cuique libet, loquatur,
credere, non est necesse. nihil enim vmquam in
te sordidum, nihil humile cognoui. [m] quãquam
nihil est tam sanctum, quod non soleant domestici deprauare nonnumquã: sed noui firmitatẽ
tuam: atque vtinam, vt culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses. Illud magis vereor, ne
ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes,
plus te vnum posse, quàm omneis: & metui à
ciuibus tuis, quàm diligi malis. quod si ita putas, totam ignoras viã gloriæ. Carũ esse ciuem,
bene de rep. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est. metui verò, & in odio esse inuidiosum,
detestabile, imbecillum, caducum. ‖ Quod vide- 34
mus etiam [n] in fabulis, ipsi illi, qui "Oderint
dũ metuant, dixerit, perniciosum fuisse. Vtinam,
Antoni, auum tuũ meminisses: de quo tamen [o]
multa audisti ex me sæpissime. Putásne illũ immortalitatẽ mereri voluisse, vt propter armorũ
haben

h Lãb. esse voluisti?
h L. fuit?
k al. denique reliquis cõsec. d.
l al. Nũ te, cũ hæc pro salute reip. tanta gessisses, fortunæ tuæ, nũ amplit. &c.
m L. quam quam solẽt domestici deprauare nonnũq. & ita o. v. c.
n Lam. in fabula,
o L. audisti multa ex me, eáque sæpissime, al. audisti multa ex me quàm sæpissime.

habendorum licẽtiam metueretur? illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse [p] parem cum ceteris, principem dignitate. Itaque, vt omittam res aui tui prosperas, acerbissimum, [q] eius diem supremum malim, quàm L. Cinnæ dominatũ, à quo ille crudelissimè est interfectus.
35 Sed quid oratione te flectam: si enim exitus C. Cæsaris [r] efficere hoc non potest, vt malis carus esse, quàm metui, nihil cuiusquam proficiet, nec valebit oratio. quem qui beatum fuisse putant, [s] miserrimi ipsi sunt. Beatus est nemo qui ea lege viuit, vt non modo impunè sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te, quæso, & maiores tuos respice, atque ita guberna remp. vt natum esse te ciues tui gaudeant: sine quo [7] nec beatus [t] nec clarus
36 esse quisquam potest. Et populi quidem Rom. iudicia multa ambo habetis, quibus vos non satis moueri promolestè fero. Quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium ciuium? [u] quid populi cõcursus? quid Põpeij statuæ plausus infiniti? [x] quid iis tribunis pl. qui vobis aduersantur? parumne hæc significant, incredibiliter consentientem populi Ro. vniuersi voluntatem? Quid? [y] Apollinarium ludorum plausus, vel testimonia potiùs, & iudicia populi Rom. [z] vobis parua videbãtur. O beatos illos, qui, cùm adesse ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen, & in medullis populi Ro. ac visceribus hærebant. nisi fortè Accio tum plaudi, & sexagesimo [a] post anno [b] palmandã putabatis, non Bruto, [c] qui iis ludis ita caruit, vt in illo apparatissimo spectaculo [d] studium populus Ro. tribuerit absenti, [e] desiderium liberatoris
37 sui perpetuo plausu, & clamore lenierit. Equidem is sum, qui istos plausus, [f] cùm à popularibus ciuibus tribuerentur, semper contemserim, idémque cùm à summis, mediis, infimis, cùm denique

p L. parem ceteris,
q v. c. & itẽ L. eius supremum diem m.
r L. efficere non potest,
s al. miseri ipsi sunt.
t L. nec clarus, nec tutus quisquã esse omnino potest. Populi q.
u L. quid populi versus?
x L. quid duob. trib.
y L. Apollinaribus ludis pl.
z L. vobis parum magna videbantur?
a q. v. c. demũ anno
b al. palmã dari, non Bruto, putabatis,
c L. qui ludis suis ita car.
d L. studiũ populus Ro. tribueret absenti, desid. lib. sui perp. pl. & clam. leniret.
e al. vt desiderium lib.

f al. cùm popularib.

nique ab vniuersis hoc idem fit, cúmque ij, qui antè sequi populi consensum solebant, fugiunt: non plausum illum, sed iudicium puto. Sin hæc leuiora vobis videntur, quæ sunt grauissima: nũ etiam hoc contemnitis, quòd sensistis, tam caram populo Ro. vitam A. Hirtij fuisse? [g] satis enim erat probatum illum esse populo Rom. vt est: iucundum amicis in quo vincit omneis: carum suis, [h] quibus est carissimus: tantam tamen sollicitudinem bonorum, [i] tantum timorẽ omnium in quo meminimus? certè in nullo. || Quid 3 igitur? hoc vos, per deos immortaleis, quale sit non interpretamini? quid eos de vestra vita cogitare censetis, quibus eorum, quos sperant reip. consulturos, vita tam cara sit? [k] Cepi, P.C. reuersionis meæ fructum: [l] quoniam ea dixi, vt, quicumque casus consecutus esset, exstaret [m] conscientiæ meæ testimonium: & sum à vobis benignè ac diligenter auditus. Quæ potestas si mihi sæpius sine meo, vestróque periculo fiet, vtar. [n] si minùs, quantum potero, non tam mihi me, quàm reip. reseruabo. Mihi ferè satis est, quod vixi, vel ad ætatem: vel ad gloriam huc si quid accesserit, non tam mihi, quàm vobis, reique publ. accesserit.

g L. satis erat ei probatum illũ esse p.
h al. quibus est ipse cariss.
i L. tantum timorem in quo m.
k al. Cepi fructum, P. C. reuersionis meæ: quon.
l L. quoniã & ea dixi,
m L. constantiæ m.
n L. sin minùs,

IN

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA SECVNDA.

ORATIO QVADRAGESIMA QVARTA.

Habita à Cicerone IV. Non. Sept. oratione prima in Antonium, ille se in villam Tiburtinam contulit, ibique dies septendecim commentatus est quod Ciceroni respoderet; XIV. Kal. Octobris habito Senatu in absentem Ciceronem (qui tutò se adesse non posse metuebat) grauiter est inuectus, ei Cicero hac oratione respondit, quo vero die, vide fusè apud Manutium in argumento huius orationis.

1 QVONAM meo fato, P.C. fieri dicã, vt nemo his annis viginti reip. [a] hostis fuerit, qui non bellum eodẽ tempore mihi quoque indixerit? Nec verò [b] necesse est à me quẽquã nominari vobis, cũ ipsi recordemini: mihi pœnarum illi plus, quã optarem, dederunt. Te miror, Antoni, quorũ facta imitere, eorũ exitus nõ perhorrescere. Atque hoc in aliis minùs mirabar. nemo illorũ inimicus mihi fuit voluntarius: omnes à me reip. causa lacessiti. tu, ne verbo quidẽ violatus, vt audacior, [d] quã L. Catilina, furiosior, quã P. Clodius, vide ete, [e] vltrò maledictis me lacessiti: tuãq; à me alienationẽ cõmendationẽ tibi [f] ad ciueis impios gloriæ fore putauisti.
2 Quid putem? contemptumne me? nõ video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid despicere possit Antonius. An in senatu [g] facillimè de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis ciuibus bene gestæ reipubl. testimonium multis, mihi vni conseruatæ dedit? An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc

a al. fuerit. hostis,

b L. necesse est quẽquã à me nom.

c L. nominari: vobiscũ ipsi recordamini,

d al. quàm Catilina,

e al. vltrò me maledi.

f L. ad impios ciueis

g al. facilè de me detrahi p.

quidem beneficium est, quid enim plenius, quid vberius, quàm mihi & pro me, & contra Antonium dicere? Illud profectò est. non existimauit, sui similibus probari posse, [h] se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. || Cui priùs quàm 3
de ceteris rebus respondeo: de amicitia, quam à me violatam esse criminatus est, quod ego grauissimum crimen iudico, [i] pauca dicam. [k] Contra rem suam venisse me nescio quando questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari, [l] & necessario meo? non venirem contra gratiam, non virtutis specie, sed ætatis flore collectam? non venirem contra iniuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? Sed hoc idcirco commemoratum à te puto, vt te infimo ordini commendares, cùm te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos, nepotes Qu. Fadij, libertini hominis fuisse. At enim te in disciplinam meam tradideras (nam ita dixisti) domum meam ventitaras. [m] Næ tu, si id fecisses, meliùs famæ, meliùs pudicitiæ tuæ consuluisses. [n] sed nec fecisti, nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. || Auguratus petitionem mihi te 4
concessisse dixisti. O incredibilem audaciam! ô impudentiam prædicandam! Quo enim tempore me augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius, & Qu. Hortensius nominauerunt (neque enim licebat à pluribus nominari) tu nec soluendo eras, nec te vllo modo, nisi euersa rep. [o] incolumem fore putabas. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cùm in Italia Curio non esset? aut tum, cùm es factus, vnam tribum sine Curione ferre potuisses? cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quòd tui nimis studiosi fuissent. || At beneficio sum [p] v- 5
sus tuo. Quo? quamquã illud ipsum, quod cõmemoras, semper præ me tuli. malui me tibi debere confiteri, quàm cuiquam minùs prudenti non satis

h al. esse se h.

i al. pauca dicamus.

k L. Contra rem suam me nescio quando venisse q.

l al. & necessario? non

m v. c. Ne tu,

n al. sed neque fecisti,

o L. fore incolumem put. & ita o v.c.

p L. tuo v-sus. & ita v.v.c.

ſatis gratus videri. Sed quo beneficio? quòd me Brundusij non occideris? quem ipſe victor qui tibi, vt tute gloriari ſolebas, detulerat ex latronibus ſuis principatum, ſaluum eſſe voluiſſet, in Italiam ire iuſſiſſet, eum tu occideres? Fac potuiſſe. quod eſt aliud, P.C. beneficium latronum, niſi vt commemorare poſſint, iis ſe dediſſe vitam, quibus non ademerint? Quod ſi eſſet beneficiũ: numquam ij, qui illum interfecerũt, à quo erant ſeruati, quos tu ipſe[q] viros clariſſimos appellare ſoles, tantam eſſent gloriam conſecuti. Quale autem beneficium eſt, quòd te abſtinueris nefario ſcelere? qua in re non tam iucundum[r] videri mihi debuit,[s] non interfectum à te, quàm miſerum,[t] id te impunè facere potuiſſe.
6 Sed ſit beneficium, quandoquidem maius accipi à latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratũ? an de interitu reipublicæ queri non debui,[v] ne de te ingratus viderer? Nam in illa querela, miſera quidem, & luctuoſa, ſed mihi pro hoc gradu, in quo me ſenatus, populúſq; Romanus collocauit, neceſſaria, quid eſt dictum à me cũ contumelia? quid non moderatè? quid non amicè? [x]Et quidem cuius temperantiæ fuit, de M. Antonio querentem, abſtinere[y] maledicto præſertim cùm tu reliquias reip. diſſipauiſſes? cũ domi tuæ turpiſſimo mercatu omnia eſſent venalia? cùm leges eas quæ nũquam promulgatæ eſſent & de te, & à te latas confiterere? cùm auſpicia augur, interceſſionem conſul ſuſtuliſſes? cùm eſſes fœdiſſimè ſtipatus armatis? cùm omneis impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino, luſtriſq; confectus?
7 At ego, tãquam mihi cum M. Craſſo contentio eſſet, quocũ multæ, & magnæ fuerunt, non cum vno gladiatore nequiſſimo de rep. grauiter querens de homine nihil dixi. Itaque hodie perficiã, vt intelligat,[z] quãtum à me beneficiũ acceperit. At etiã literas, quas me ſibi miſiſſe diceret, recitauit, homo & humanitatis

q L. clariſſ. viros ſoles app.
r L. mihi videri deb.
s al. me nõ interf.
t al. te id
v L. ne in te ingratus viderer? At in
x L. Quod quidem c.
y L. maledictis:
z L. quantum à me beneficium tam acc.

expers, & vitæ communis ignarus. Quis enim vmquam,[a] qui paulùm modo bonorum cõsuetudinem nosset, literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in mediũ protulit, palãq; recitauit?[b] Quid hoc est aliud, quã tollere è vita vitæ societatẽ? tollere amicorũ colloquia absentiũ?[c] quã multa ioca solent esse in epistolis, quæ prolata si sint,[c] inepta esse videantur? quã multa seria, neq; tamen vllo modo diuulganda? Sit hoc inhumanitatis[d] tuæ: stultitiã incredibilem videte. Quid habes, quod mihi opponas, homo diserte, vt[e] Mustellæ Tamisio, & Tironi Numisio videris? qui cùm hoc ipso tẽpore stent cum gladiis in cõspectu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defẽsurus. Sed quid opponas tandẽ, si negẽ me vmquam istas literas ad te misisse? quo me teste[f] conuinces? an chirographo? in quo habes scientiã quæstuosam. Quî possis? sunt enim librarij manu. Iã inuideo magistro tuo, qui te tãta mercede, quantã iã proferã, nihil sapere[g] docuit. Quid enim est minùs nón dico oratoris, sed hominis, quã id obiicere aduersario, quod ille, si verbo negarit, lõgiùs progredi non possit, qui obiecerit? At ego nõ nego: téq; in isto ipso conuinco nõ inhumanitatis solũ, sed etiã amentię. Quod enim verbum in istis literis est non plenũ humanitatis, officij,[h] beneuolentiæ? omne autẽ crimẽ tuum est, quòd de te in tuis literis non malè existimẽ: quòd scribam tanquã ad ciuem, tanquã ad bonũ virũ, non tãquã ad sceleratũ, & latronẽ. At ego tuas literas, etsi iure poterã à te lacessitus, tamen nõ proferã: quib. petis, vt tibi per me liceat quẽdam[i] de exilio reducere: adiurásq;, id te, inuito me, non esse facturum: idq; à me impetras. quid enim me interponerẽ audaciæ tuę:[k] quam neque auctoritas huius ordinis, neq; existimatio populi Romani, neque leges vllæ possent coërcere? Verũtamen

[a] L. qui paululum m.
[b] L. Quid est aliud tollere è vita v.s.
[c] L. inepta videantur? & ita v.c.
[d] q.v.c. nõ habent, tuæ:
[e] al. Mustelæ Tam.
[f] L. conuincas?
[g] q.v.c. doceat.
[h] q.v.c.o. beniuolentiæ?
[i] L. de exsulio
[k] al. quem

tamen quid erat, quòd me rogares, si erat is, de quo rogabas, Cæsaris lege reductus? Sed videlicet meâ gratiâ voluit esse: in quo ne ipsius quidã vlla [l] poterat esse, lege lata. Sed cùm mihi, Patres conscripti & pro me aliquid, & in M. Antonium multa dicenda sint: alterũ peto à vobis, [m] vt pro me dicentem, benignè: alterũ ipse efficiã, vt, contra illum cùm dicã, attentè audiatis. simul illud oro: si meam cùm in omni vita, tum in dicendo moderationem, modestiámque cognoscitis, ne me hodie, cùm isti, vt prouocauit, [n] respondebo, oblitum esse putetis mei. non tractabo vt cõsularẽ. Etsi nullo modo cõsul, vel quòd ita viuit, vel ꝙ ita rẽpublicã gerit, vel quòd ita factus est [o] consul: ego sine vlla cõtrouersia cõ-

11 sularis. ‖ Vt igitur intelligeretis, qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit mihi consulatũ meũ, qui consulatus, verbo meus, P. C. re vester fuit. [p] quid enim constitui, quid gessi, nisi ex huius ordinis cõsilio auctoritate, sẽtentia? Hac tu homo sapiens, non solùm eloquens, apud eos, quorũ consilio, sapientiáq; gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autẽ [q] meũ consulatũ, præter P. Clodiũ, qui vituperaret, inuẽtus est? [r] cuius quidẽ te fatũ, sicuti C. Curionẽ manet: quoniam id [s] domi tuæ est, quod fuit illorum vtrique fatale.

12 ‖ Non placet M. Antonio consulatus meus. At placuit P. Seruilio, vt eum primùm nominem ex illius tẽporis cõsularib. qui proximè est mortuꝰ: placuit [t] Q. Lutatio Catulo, [u] cuius semper in hac republica viuet auctoritas: placuit duob. Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, C. Curioni, M. Lepido, C. Pisoni, [x] M. Labeoni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Murenæ, qui tũ erant cõsules designati: placuit idẽ, quod cõsularib. M. Catoni: qui cùm multa, vita excedens, prouidit: tũ quòd te consulem non vidit. Maximè verò consulatum meum Cn. Pompeius probauit: qui vt me primùm decedens ex Syria vidit, complexus, [y] &

l L. esse poterat,
m L. vt ne pro me d.
n L. respondero, & ita tres v.c.
o vox, consul, non est in quibusdam libr.
p L. quid enim: ego const. quid gessi, quid egi, nisi ex h.
q al. consulatum meũ præter te, P. Clodiũ,
r v.c. cuius quidem tibi fatum sicuti C. Curioni, manet: quoniã id domi tuæ
s q v.c. domi tuæ est.
t L. Q. Catulo,
v al. cuius singularis semper in hac rep. &c.
x L. M. Glabrioni,
y for. & gratulari:

[y]&gratulans,meo beneficio patriā se visurū esse dixit.‖[z] Sed quid singulos cōmemoro? frequētissimo senatui sic placuit,vt esset nemo, qui mihi non, vt parenti, gratias ageret: [a] qui non mihi vitam suam,liberos,fortunas, rempublicam referret acceptam.Sed quoniam illis, quos nominaui,[b] tot,& talibus viris respublica orbata est: [c] veniamus ad eos,qui duo [d] è consulari numero reliqui sunt. L.Cotta,vir summo ingenio, summaque prudentia rebus iis gestis,quas tu reprehendis, supplicauit decreuit verbis amplissimis: eiq; illi ipsi,quos modò nominaui , consulares, senatúsque cunctus assensus est. qui honos post conditam hanc vrbem habitus est togato ante me memini.‖L.Cæsar,auunculus tuus , qua oratione,qua constantia, qua grauitate sententiam dixit in sororis suæ virum,vitricum tuum? hunc tu cùm auctorem,& præceptorem omnium consiliorum , totiúsque vitæ debuisses habere , vitrici te similem, [e] quàm auunculi esse maluisti. [f] huius ego consiliis alienus consul vsus sum: tu sororis filius, ecquid ad eum vmquam de republica retulisti? [g] ad quos refert ? dij immortales ! ad eos scilicet , quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt.‖Hodie non descendit Antonius [h] cur?[i] dat natalitia in hortis.cui? neminem nominabo.[k] putatote eum Phormioni alicui,tum Gnathoni,tū Ballioni. O fœditatē hominis flagitiosam! ô impudentiam, nequitiā, libidinem non ferendam! tu cùm principem senatorem,ciuem singularem, tam propinquū habeas,ad eum de republica nihil [l] refers : ad eos refers,[m] qui domum suam nullam habent, tuam exhauriunt? Tuus videlicet salutaris cōsulatus, perniciosus meus. Adeóne pudorem cum pudicitia perdidisti, vt hoc in eo templo dicere ausus , in quo ego senatum illum , qui quondam florens orbi terrarum præsidebat , consulebam: tu

y for.& gratulatus,
z al. Sed quid ego sing.
a al. qui mihi non vit.
b al.tot, ac talibus
c L. veniamus ad viuos,qui
d L.de consularium numero
e v.c quàm auunculi maluisti.
f L. huius ego alienus consiliis consul vs.
g L. At ad quos ref.
h al.cur nō: dat n.
i L.dat natalitiam in hort.
k al.putatote tum Phor. alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ball.
l L.referas: referas ad eos qui d.
m v. c. qui suam rem nullam habent,&c.& ita L.

tu homines perditissimos cum gladiis[n] colloca-
16 uisti? At etiam ausus es (quid autem est quod tu non audeas) Cliuum Capitolinum dicere, me consule, plenum seruorum armatorum fuisse. Vt illa credo nefaria senatusconsulta fierent, vim afferebam senatui. [o] O miserum, siue illa tibi nota non sunt (nihil enim boni nosti) siue sunt, qui apud taleis viros tam impudenter loquare. Quis enim eques Ro. quis præter te, adolescens nobilis, quis vllius ordinis, qui se ciuem meminisset, cùm senatus in hoc templo esset, in CliuoCapitolino non fuit? quis nomen non dedit? quamquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ no-
17 mina illorum capere potuerunt. Etenim cùm homines nefarij de patriæ paricidio confiterentur,[r] conscionum indiciis, sua manu, voce penè literarum coacti, se vrbem inflammare, ciueis trucidare, vastare Italiam, delere rempublicam consensisse: quis esset, qui ad salutem communem defendendam non excitaretur? præsertim cũ senatus, populúsque Romanus haberet ducem,[s] qualis si quidem nunc esset, tibi idem, quod illis accidit, contigisset. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum. Hoc verò ne P. quidem Clodius dixit vmquam: quẽ, quia iure ei fui inimicus, [u] doleo à te iam omnibus
18 vitiis esse superatum. Qui autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum. an verebare, ne nõ putaremus natura te potuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiã disciplina? Tã autem eras excors,[x] vt tota in oratione tecum ipse pugnares:[y] vt non modò non cohærentia inter se diceres, sed maximè disiuncta, atque contraria? vt non tanta mecum, quanta tecũ tibi esset cõtentio? Vitricum tuum [z] in tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectum querebare. Ita,[a] quod proprium meũ est, laudasti:[b] quod totius senat⁹ est, reprehendisti.[c] nam, cùm comprehẽsio fontium

n L. collocasti?
o L. O miser.
p L. qui se ciuem esse mem.
q al. patricidio
r al. cũ conscierum ind.
s L. qualis siqui nunc esset,
t L. inimicus fui,
v L. doleo à te omnib. vitiis esse sup.
x L. vt tota in oratione tua tec.
y al. & non modò non coh. al. nec modò non coh.
z L. fuisse in tanto scel.
a L. quod propriè
b L. quod totum est senatus, repr. & ita o. v. c.
c v. c. & L. nam comprehensio fontium mea: animaduersio, senatus fuit,

tium

tium mea, animaduersio senatus fuerit: homo disertus non intelligit, eum quem contra dicit, laudari à se: eos, apud quos dicit, vituperari. Iā 19
illud cuius est non dico audacia (cupit enim se audacem dici) sed, quod minimè vult, stultitiæ, quæ vincit omneis, Cliui Capitolini mentionē facere cùm inter subsellia nostra versentur armati? cùm in hac cælla Concordiæ, [d] ô dij immortales: in qua, me consule, salutares sententiæ dictæ sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis, homines collocati stent? Accusa senatum: accusa equestrem ordinem, qui tum cum senatu copulatus fuit: accusa omneis ordines, omneis ciueis, dū confiteare hūc ordinē, hoc ipso tēpore ab Ithyreis circūsederi. Hęc tu non propter audaciā dicis tā impudenter, [e] sed quia tātarum rerū repugnantiam nō videas, nihil profectò sapis. Quid est enim dementius, [f] quàm, cū ipse contra rempublicam perniciosa arma ceperis, obiicere alteri salutaria? At etiam quodam loco facetus esse voluisti. [g] Quàm id (dij boni) 20
non decebat? in quo est tua cul a nonnulla: aliquid enim salis ab vxore mima trahere potuisti. CEDANT ARMA TOGAE. Quid? um nónne cesserunt? t postea tuis armis cessit toga. Quæramus igitur, vtrū melius fuerit: libertati populi R. sceleratorū arma, an libertatem nostrā armis tuis cedere. Nec verò tibi de versibus [h] respondebo: [i] tantùm dicā breuiter: neque illos, neque vllas te omnino literas nosse: me nec reip. nec amicis vmquam defuisse, & tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse operis subcessiuis, vt meæ vigiliæ, meæque literæ & iu entuti, vtilitatis, & nomini R. laudis aliquid afferrent. Sed hæc nō huius tēporis. [k] ad maiora veniamus. P. Clodiū meo consilio interfectū esse 21
dixisti. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cùm tu illum in foro, [l] spectante populo Romano gladio stricto insecutus es, negotiūque

d abest ô à veteribus libr.

e L. sed qui tantam rerum repug. non videas, nihil prof. sapis Q

f al. quàm, cùm reip. perniciosa arma ipse ceperis, &c.

g L. Quàm id te (dij boni) n.

h L. respondebo plura tant.

i L. tantum dicam bre. uiter te neque illos, neque vll. omn. lit n.

k L maiora videamus.

l L. inspectante pop. & ita o. v.

que transegisses,[m] nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset?[n] Sed quia? ego ta... sse me tibi fateor, suasisse me tu quidem dicis. At Miloni ne fauere quidem potui: prius enim rem transegit [o] quàm quisquam tum suspicaretur eum facturum esse. At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, vt prodesse reip. sine suasore non posset. At lætatus sum.[p] Quid? ergo in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me vnum tristem esse oportebat?
22 Quamquam[q] de morte P. Clodij fuit quæstio non satis prudenter illa quidem constituta. Quid enim attinebat noua lege quæri de eo, qui hominem occidisset, cùm esset legib. quæstio constituta? quæsitum est tamen.[r] Quod ergo cùm res agebatur: nemo in me dixit: id tot
23 annis pòst tu es inuentus, qui diceres? Quòd verò dicere ausus es, idque multis verbis, opera mea Pompeium à Cæsaris amicitia esse disiunctum, ob eámque causam mea culpa ciuile bellum esse natum: in eum non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus errasti. Ego M. Bibulo, præstantissimo ciue, consule, nihil prætermisi, quantum facere, enitique potui, quin Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. in quo Cæsar[t] fuit felicior. ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit. Postea veró quàm se totum Pompeius Cæsari tradidit: quid ego illum ab eo distrahere conarer? stulti erat sperare: suadere,
24 impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim. ea velim reprehendas si potes: vnum, ne quinquennij imperium Cæsari [u] prorogaretur: alterum, ne pateretur fieri, vt absentis eius ratio haberetur, quorum si vtrumuis persuasissem: in has miserias numquam incidissemus. [x] Atque idem cùm iam omneis opes & suas, & neis opes suas & reipub. Pompeius, &c.

m v. c. nisi ille se in scalas

n L. Quod quidem ego fauisse me tibi fateor:

o L. quàm eum quisquam id facturum suspicaretur. At al. quam quisquam eum facturum id suspic.

p al. Quid ergo? int.

q L. de morte Clodij

r al. Quid igitur cum res

s al. culpa mea bellũ ciuile

t L. felicior fuit. & ita e. v. c.

v L. prorogaretur: alterum, ne peteretur ferri, vt absf.

x Atque idem ego cùm iam opes omneis & suas, & populi Ro. &c. al. Atque idẽ ego, cùm iam om-

& populi Romani Pompeius ad Cæſarem detuliſſet, ſeróque eadem ſentire cœpiſſet, quæ[y] ego antè multò præuideram: inferrique patriæ bellum nefarium viderem: pacis, concordiæ, compoſitionis auctor eſſe non deſtiti: meáque illa *vox eſt nota multis. [z] Vtinam, Cn. Pompei, cũ C. Cæſare ſocietatem aut numquam coiſſes, aut numquam diremiſſes: fuit alterum grauitatis, alterum prudentiæ tuæ. Hæc mea, M. Antoni, ſemper & de Pompeio, & de republica conſilia fuerunt quę ſi valuiſſent, reſpub. ſtaret: tu tuis flagitiis, egeſtate, infamia, concidiſſes. Sed hęc vetera, illud verò recens, Cæſarem * meo conſilio interfectum. Iam vereor, Patres conſcripti, ne, quod turpiſſimum eſt, præuaricatorem mihi appoſuiſſe videar, qui me non ſolùm meis laudibus ornaret, ſed etiam[a] oneraret alienis. Quis enim meum [b] in iſtiùs ſocietate glorioſiſſimi facti nomen audiuit? cuius autem, qui in eo numero fuiſſet, nomen ęſt occultatum? occultatum dico? cuius non ſtatim diuulgatum? eitiùs dixerim iactaſſe ſe aliquos,[c] vt fuiſſe in iſta ſocietate viderentur,[d] qui ſocij non fuiſſent,[e] quã vt quiſquã celare vellet. Quàm veriſimile porrò eſt, in tot hominib. partim obſcuris, partim adoleſcentib. neminem occultãtib. meũ nomen latêre potuiſſe? Etenim ſi auctores ad liberandã patriã deſiderarentur illis auctorib. Brutos ego impellerem, quorum vterque L. Bruti imaginem [f] quotidie videret, alter etiam [g] Halæ? His igitur maioribus orti ab alienis potiùs conſilium peterent, quàm à ſuis? & foris potiùs, quàm domo? Quid C. Caſſius, in ea familia natus, quæ nõ modò dominatũ, ſed ne potentiam quidẽ cuiuſquã ferre potuit, me auctorẽ, credo, deſiderauit: qui etiam ſine his clariſſimis viris, hanc rem in Cilicia ad hoſtium fluminis * Cydini confeciſſet, ſi ille ad eã ripam, [h] quam conſtituerat, nõ ad

y L. ego multò antè prouid.
* Idem 6. Fam. ep. 6.
z al Vtinã, Pompei cũ Cæſare ſociet.
* Vide 12. Fam. ep. 2. & 3.
a q.v.c. nõ habent, oneraret
b L. in iſta ſocietate glor.
c L. vt fuiſſe in ea ſociet.
d L. cũ conſcij non fuiſſent, quàm vt ſe quiſquã celari vellet, qui fuiſſet. Q.
e al. quam vt quiſquã celari vellet, qui fuiſſet. Q.
f v.c. cotidie
g L. Ahalæ? Ij igitur his maioribus, ab alien al. Ahalæ? Hi igitur his &c.
* vide Str. lib. 13.
h al ad quã conſtit.

27 ad contrariam,[i] nauim applicuisset.|| Cn. Domi
tium non patris interitus,clarissimi viri,non a-
uunculi mors,non spoliatio dignitatis,[k] ad re-
cuperandam libertatem,sed mea auctoritas ex-
citauit?[l] An C.Trebonio persuasi?cui ne suade
re quidem ausus essem. quo etiam maiorem ei
resp.gratiam debet,qui libertatem populi Ro.
vnius amicitiæ proposuit:depulsórque domina
tus,quàm particeps esse maluit.An L.[m] Tullius
Cimber me est auctorem secutus?quem ego ma-
gis fecisse illam rem sum admiratus,quàm factu
rum putaui.admiratus sum autem ob eam cau-
sam , quòd immemor beneficiorum , memor
patriæ fuisset.Quid duos Seruilios?Cascas dicã,
[n] an Halas?& hos auctoritate mea censes excita
tos potiùs,quàm caritate reip. Longum est per
sequi ceteros:idque reipublicæ præclarũ , fuisse
28 tam multos [o] ipsis gloriosius est.||At *quemad
modum me coarguerit homo acutus , recorda
mini.Cæsare interfecto,inquit,statim cruentum
altè extollens M. Brutus pugionem,Ciceronem
nominatim exclamauit,atque ei [p] recuperatam
libertatem est gratulatus.Cur mihi potissimùm:
[q] quòd sciebam?Vide ne illa causa fuerit [r] ap
pellandi me,quòd cùm rem gessisset consimilem
rebus iis:quas ipse gesseram,me potissimùm te
status est,se æmulum [s] mearum laudum exstitis-
29 se.||Tu autẽ[t] omnium stultissime,non intelligis,
si id,quod me arguis,voluisse interfici Cæsarẽ,
crimen sit etiã lætatum esse morte Cæsaris cri
men esse?quid enim interest inter suasorem fa
cti , & probatorem ? aut quid refert vtrùm vo
luerim fieri , an gaudeam factum ? ecquis est
igitur , [u] te excepto , qui illum regnare gau
debas , qui illud aut fieri noluerit, aut factum
improbarit ? [x] omnes enim in culpa. etenim
omnes boni , quantum in ipsis fuit , Cæsarem
occiderunt,aliis consilium , aliis animus, aliis
occa-

i L.naueis appulisset.
k L.ad recuperandam libert.& ita v.c.
l L. An ego C.Tr.al.An C.Tr. ego p.
m al.Tillius
n L.an Ahalas?At
o L. ipsis gloriosum.
* Argumentum quo vsus est Antonius vt Ciceronem Cæsareanæ cædis reum faceret.
p al.recipe-ratam,
q v.c.qui sciebam?
r L.appellãdi mei,q.
s L. mearũ laudũ ext. & ita v.c.
t al. hominum si for. omnium hominum stul.
v L. exceptis iis, qui illum regn. gaudebant.
x L. omnes ergo in culpa.

occaſio defuit:voluntas nemini.|| Sed ſtuporem 3
hominis, [y] vel dicam pecudis, attendite ſic enim dixit M. Brutus, quem ego honoris cauſa nomino, cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamauit:ex quo intelligi debet, eum conſcium fuiſſe. Ergo ego ſceleratus appellor à te, quem tu ſuſpicatum aliquid ſuſpicaris: ille, qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, is à te honoris cauſa nominatur? Eſto: ſit in verbis tuis hic ſtupor. quanto in rebus, ſententiiſque maior?Conſtitue hoc,conſul, aliquādo, Brutorum C. Caſſij, Cn. Domitij, C. Trebonij, aliquorum, quam velis eſſe cauſam: edormi Crapulam, inquam, & exhala. An faces admouendæ ſunt,quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem?numquámne [z] intelligis, ſtatuendum tibi eſſe, vtrùm illi, qui iſtam rem geſſerunt, [a] homicidij rei ſint, an vindices libertatis? || Attende enim pauliſper, cogitationémque ſobrij hominis punctum temporis [b] ſuſcipe. etenim ego,qui ſum illorum, vt ipſe fateor, familiaris: vt à te arguor,ſocius, nego quidquā eſſe medium:confiteor eos, niſi liberatores populi Romani, conſeruatoréſque reip. ſint, plus quàm ſicarios,plus quā homicidas,plus etiā quā [c] parricidas eſſe:ſi quidem eſt atrocius patriæ parentem,quàm ſuum occidere. Tu homo ſapiens, & conſiderate quid dicis? [d] ſi parricidæ: cur honoris cauſa à te ſunt & in hoc ordine, & apud populum R. ſemper appellati?cur M. Brutus,[e] te referente,legibus eſt ſolutus,ſi ab vrbe plus quā decē dies [f] abfuiſſet? cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati?cur prouinciæ [g] Caſſio, & Bruto datæ? cur quæſtores additi?cur legatorū numer[9] auctus? Atque hæc acta per te. nō igitur homicidæ ſequitur,vt liberatores [h] tuo iudicio ſint:quādoquidē tertiū nihil poteſt eſſe. || Quid eſt? non conturbo te?nō enim

y for.ne dicam pecudis,
z L.intelliges ſt.
a L.homicidæ ſint,
b L.ſuſcipe. Ego qui ſū.
c L. patricidas eſſe:
d L. ſin patricidæ:
e al.referente te,
f L. afuiſſet
g L.Bruto & Caſſio.
h L. tuo iudicio, quando q.

enim fortasse satis,quæ distinctiùs dicuntur, intelligis. [i] sed tamen hæc est summa cõclusionis meæ:quoniã scelere à te liberati sunt,ab eodem te amplissimis præmiis [k] dignissimi iudicati sũt. Iraque iam retexo orationem meam,scribam ad illos,vt,si qui fortè,quod à te mihi obiectũ est, quærent,sitne verum:ne cui negent. etenim verear,[l] ne aut celatum me ab ipsis,illis non honestum:aut inuitatum refugisse,mihi sit turpissimum.Quæ enim res vmquam prò sancte Iupiter)non modò in hac vrbe,sed in omnibus terris est gesta maior?quæ gloriosior?quæ commẽdatior hominum memoriæ sempiternæ?[m] In huius me consilij societatem tanquam in æquum [n] Troianum includi cum principibus,non recuso.

33 ||Ago etiam gratias,quoquo animo [o] facis, tanta enim res est,vt inuidiam istam, quam tu in me vis concitare,cum laude non comparem. Quid enim beatius illis, quos tu expulsos à te prædicas,& relegatos? qui locus est tam desertus,aut tam inhumanus,qui illos, quò accesserint,non affari,atque appetere videatur?qui homines tam agrestes,qui se,cùm eos adspexerint, non maximum cepisse vitæ fructum putent?quę verò tam immemor posteritas,quæ tam ingratę literę reperientur,quę eorum gloriam non im-

34 mortalitatis memoria prosequantur?|| Tu verò adscribe me talem in numerum. Sed vnam rem vereor ne non probes. si enim fuissem,non solũ regem, sed regnum etiam de republica sustulissem: &, si meus stilus ille fuisset (vt dicitur) mihi crede, non solùm vnum actum, sed totam fabulam confecissem. Quamquam si interfici Cæsarem voluisse, crimen est, vide quæso, Antoni, quid tibi futurum sit,quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est, & ob eius consilij societatem, cùm interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus seuocari. Ego autem (vide

[i] L.sed tamen hæc summa est concl.
[k] L.dignissimos iudicatos & ita o.v.c.,
[l] L.ne aut celatũ me esset illis ipsis non honestum:&c.
[m] L. in huius mecu cõs. societ.. tanq.in [n] q. Troianum cum principibus includis?nõ recuso.
[o] facias.

quam tecum agam non inimic e) quòd bene co-
gitasti aliquando, laudo:[o] quòd non indicasti,
gratias ago: quòd nõ fecisti, ignosco. virũ res illa
quærebat. ‖Quòd si te in iudiciũ quis abducat, 35
vsurpetq; illud Cassianũ, CVI BONO FVERIT: vi-
de, quæso, ne hæreas, quamquã illud quidẽ fuit,
vt tu dicebas, omnibus bono,[p] qui vni seruire
nolebant: tibi tamen præcipuè, qui nõ modò nõ
seruis, sed etiã regnas: qui maximo te ære alie-
no [q] ad ædem Opis [r] liberasti: qui per easdẽ ta-
bulas innumerabilem pecuniam dissipauisti: ad
quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt.[s]
cuius domus, quæstuosissima est falsorum com-
mentariorum, & chiragraphorum officina: agro
rũ, oppidorum, immunitatum,[u] vectigalium, fla-
gitiosissimæ nundinæ. ‖Etenim quæ res egestati, 36
& æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, sub-
uenire potuisset? Nescio quid [x] conturbatus mi-
hi esse videris numquid subtimes, ne ad te hoc
crimẽ pertinere videatur? libero te metu: nemo
credet vmquam: non est tuum de rep. bene me-
reri: habet istius pulcherrimi facti clarissimos
viros resp. auctores:[y] ego te tantum gaudere di-
co: fecisse non arguo. Respondi maximis crimi-
nibus: nunc etiam reliquis respondendum est.
‖Castra mihi Pompeij,[z] atque omne illud tem- 37
pus obiecisti. quo quidem tẽpore, si, vt dixi meũ
consilium auctoritasq; valuisset: tu hodie ege-
res, nos liberi essemus, respub. non tot duces, &
exercitus amisisset. Fateor enim me cùm ea, quæ
acciderunt,[a] prouiderem futura, tanta in mæ-
stitia fuisse, quanta ceteri optimi ciues, si idem
prouidissent, fuissent. Dolebam, dolebam, P. C.
rempublicam vestris quondam, meisque consi-
liis conseruatam, breui tempore esse perituram.
neque verò eram tam indoctus, ignarúsque re-
rum, vt frangerer animo propter vitæ cupidi-
tatem, quę me manens conficeret angoribus, di-
missa

o al. quod iudicasti.
p o. v. c. q. seruire nolebant: & ita L.
q al. ad Opis lib.
r al. liberauisti.
s al. cuius dom i.
t al. est quæstuosiss. fals.
v al. immunitatis vectigalium,
x al. conturbatus videris esse. al. nescio quid mihi conturbatus vide ris esse.
y al. ego te dico tantũ gaudere,
z al. atque omne illud temp.
a al. præuiderem f.

missa molestiis omnibus [b] liberasset, illos ego præstantissimos viros, lumina reip. viuere volebam, tot consulareis, tot prætorios, tot honestissimos senatores, [c] omnem præterea florē nobilitatis, ac iuuentutis, tum optimorum ciuiū exercitus: qui si viuerent, quãuis iniqua condicione pacis (mihi enim omnis pax cū ciuibus bello ciuili vtilior videbatur) remp. hodie teneremus. ||
38 [d] Quæ sententia si valuisset, ac non ij maximè mihi, quorum ego vitæ consulebã, spe victoriæ elati obstitissent: vt alia omittam, tu certè numquam in hoc ordine, vel potius numquam in hac vrbe mansisses. At verò Cn. Pompeij voluntatem à me [e] abalienabat oratio mea. An ille quemquam plus dilexit? cū vllo aut sermones, aut consilia contulit sæpius? quod quidē erat magnum [f] de summa re dissentienteis in eadem consuetudine amicitię permanere. Sed & ego ille, & contra ille, [g] quid ego sentirem, & spectarem videbat. Ego incolumitati ciuium primùm, [h] & postea dignitati, ille præsenti dignitati potiùs consulebat. quod autem habebat vterque [i] quod sequeretur, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. ||
39 Quid verò [k] ille consularis vir, ac pænè diuinus de me senserit, sciunt qui eum [l] Pharsalica fuga Paphum prosecuti sunt. numquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderij, cùm me vidisse plus fateretur, [m] se sperauisse meliora. Et eius viri nomine mè insectari audes. cuius me amicum te sectorem esse fateare? Sed omittatur bellū illud, in quo tu nimiùm felix fuisti. Ne iocis quidem respondebo, quibus me in castris vsum esse dixisti. [n] Erãt illa quidē castra plena curæ: verūtamen homines quãuis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdū animis relaxantur: ||
40 Quòd autē idem mæstitiam meã reprehendit, idē [o] iocū: magno argumento est, me in vtroq; fuisse moderatum. Hereditates mihi

b L. liberaret,
c al. & omnem præt.
d al. Quæ sententia mea si
e L. alienabat oratio mea.
f L. de summa rep. dissentienteis.
g al. quid ego & sentirem.
h L. vt postea dignitati, possemus: ille præs.
i al. quid seq.
k L. ille singularis vir
l L. de Pharsalica fuga Paphum persecuti sunt.
m al. se sperasse.
n L. erant quidem illa castra.
o al. iocos.

mihi negasti venire. Vtinam hoc tuum verum crimen esset: plures amici mei,& necessarij viuerent. Sed qui istuc tibi venit in mentem? ego enim amplius LLS. ducenties acceptum hereditatibus retuli Quamquã in hoc genere fateor feliciorem esse te,me nemo,nisi amicus,fecit heredẽ,vt cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur : te is [p] quẽ nũquam vidisti,L.Rubrius [q] Cassinas, fecit heredem.‖Et quidem vide,quàm te amarit is,qui albus,[r] atérue fueris,ignorans,fratris filium præteriit : Qu.*Fufij,honestissimi equitis Romani, [s] suisque amicissimi,+quem palàm heredẽ semper factitarat,[t] ne nomen quidem perscripsit:te, quem numquam [u] viderat,ac numquam salutauerat,fecit heredẽ.Velim mihi dicas,nisi molestum est,L.Turselius qua facie fuerit,qua statura,quo municipio,qua tribu. nihil scio,inquies, nisi quæ prædia habuerit. Igitur fratrem exheredans te faciebat hæredem.In multas prætere a pecunias alienissimorum hominum,[x] eiectis veris hæredibus tanquam heres esset,inuasit.‖Quã quam hoc maximè [y] admiratus sum , mentionẽ te hereditatum ausum esse facere,cùm ipse hæreditatem patris non adisses Hæc vt colligeres, homo amentissime,tot dies [z] in altera villa declamasti?quamquã tu quidem(vt tui familiarissimi dictitant)vini exhalandi,nõ ingenij acuẽdi causa [a] declamitas.[b] Et verò adhibes ioci causa magistrum,suffragio tuo,& cõpotorum tuorũ,rhetorem:cui concessisti,[c] vt non in te , quæ vellet,diceret,sed in quẽ vellet,diceret. Salsum omnino hominem:sed materia [d] facilis in te,& in tuos dicta dicere. [e] Vide autem , inter te , & auũ tuũ, quid intersit.ille sensim dicebat, quod causæ prodesset:tu cursim dicis aliena.‖At quãta merces rhetori data est?Audite,audite , P. C. & cognoscite reip.vulnera. duo millia iugerum campi Leontini Sext. Clodio rhetori assignasti, &

41 (beside "dem.‖Et quidem vide")
42 (beside "ris hæredibus … Quã")
43 (beside "causæ prodesset … At quã-")

p L. quem tu vidisti, numquã,& ita v.c.
q al. Casinas
r L.atérne fueris,
s L.Q.Fusij heres etiã ignotus in stitui potest.
s al.sibique amicissimi.
t L.ne meminit quidem:al.ne nominauit quidem.
v L.viderat certè numquam salutauerat,f.
x al. vt eiectis,
y al.demiratus sum ,
a al.declamas.
b al.At verò.
c L.vt in te quæ vellet, diceret. Salsum omn.
d L. facilis est in te, & in
e L.Vide autẽ,quid intersit inter te, & auum tuũ. ille & ita v.c.

& quidem immunia,[f] vt pro tanta mercede nihil facere disceres. Num etiam hoc, homo audacissime, ex Cæsaris commentariis? Sed dicam alio loco de Leontino agro, & de Cāpano: quos iste agros ereptor reip. turpissimis possessoribus inquinauit. Iam enim quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore, & correctore nostro quædam dicenda sunt. nec enim omnia effundam, vt si sæpius decertandum sit, vt erit, semper nouus veniam: quam facult..tē mihi multitudo istius vitiorum, peccatorumque largitur.

44 Visne igitur te inspiciamus à puero? sic opinor à principio ordiamur. Tenésne memoria, prætextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est. Concedo. etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti [g] in quatuordecim ordinibus, cùm esset lege *Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset.[h] Sumsisti virilem togam,[i] quam statim muliebrē stolam reddidisti. Primò vulgare scortum: certa flagitij merces, nec ea parua: sed citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæstu abduxit: & tāquam stolam dedisset, in matrimonio stabili & certo locauit.

45 Nemo vmquam puer emtus libidinis causa, tam fuit in domini potestate, quàm tu in Curionis. Quoties te pater eius domo sua eiecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares?[i] cùm tamen tu, nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per regulas [k] demitterere: quæ flagitia domus illa diutius ferre nō potuit. Scísne me de rebus mihi notissimis dicere? Recordare tēpus illud, cū pater Curio mærēs iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternés, lacrymās te mihi cōmēdabat: orabat [l] vt te cōtra suū patrē, si sestertiū sexagies peteret, defēderē, tantū enim se pro te intercessisse dicebat. Ipse autē amore ardēs cōfirmabat, quod desiderium [m] tui discidij

f al. vt pop. R. tanta in.

g L. in qua tuordecim, cùm ess.

* vide Orationem p Muræna & Nouella. Ne quis cogatur bonis cedere 135.

h L. Sumsisti virilem, quā statim muliebrem togam reddidisti. Pr.

i al. cū tu tamen,

k L. dimittere.

l al. vt se cōtra s.

m L. tūi discidij & c.

sidij ferre non posset, se in exilium esse iturũ. ||Quo * ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedaui, vel potius sustuli. patri persuasi, vt æs alienum filij dissolueret: redimeret adolescentem summa spe & animi, & ingenij præditũ, rei familiaris facultatibus: cumque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione, patrio iure, & potestate prohiberet. Hæc tu, cùm per me acta meminisses: nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare ausus esses?||Sed iam stupra, & flagitia [n] omittam, sunt quædam, quæ honestè non possum dicere: tu autẽ eo liberior, quòd ea in te admisisti, quæ [o] à verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum vitæ cursum videte: quem quidem celeriter perstringam. ad hæc enim quæ in ciuili bello, in maximis reip. miseriis fecit, & ea, quæ [p] quotidie facit, festinat animus. quæ peto, vt quamquã multò notiora vobis, quàm mihi sunt, tamen, vt facitis, attentè audiatis. debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solùm rerum, [q] sed etiam recordatio: [r] tametsi incidamus oportet media, ne nimis serò ad extrema veniamus. ¶ Intimus erat in tribunatu Clodio: qui sua erga me beneficia commemorat, eius omnium incendiorum fax, cuius etiam domi [s] quiddam iam tum molitus est. quid dicã, ipse optimè intelligit. [t] Inde itum Alexandriam contra senatus auctoritatem, [v] contra religionem. Sed habebat ducem Gabinium, quicũ quiduis rectissimè facere posset. Qui tum inde reditus, aut qualis? prius in vltimam Galliam ex Ægypto, quàm domum. [x] Quæ autem erat domus? suam enim quisque domum tũ obtinebat, neque erat vsquam tua, domum dico? quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Misenum, quod cum sociis, tanquàm Sisaponem tenebas?||Venisti è Gallia ad quæsturam petendam. [6] aude dicere, te priùs [y] ad patrem tuũ venis-

* al quo tẽ pore ego quanta mala,

n L. omittamus, sunt & ita o.v.c.

o al. à verecũdante,

p v.c. cotidie:

q al. verùm etiam r.

r al. & si incidamus, opinor, media, al. tametsi incidamus.

s L. iã tum quidam m.

t L. inde iter Alex.

Vrs. Alexandræam.

v L. contra remp. & religiones.

x v.c. Quæ autem domus?

y L. ad parentem tuũ ven.

nisse,quàm ad me. acceperā enim iam antè Cęsaris literas,vt mihi satisfieret paterer à te.itaq; ne loqui quidem sum te passus de gratia. [z] Postea custoditus sum à te,tu à me,[a] obseruatus in petitione quæsturæ.quo quidem tēpore P.Clodium,approbante populo Ro. in foro es conatus occidere:cumque eam rem tua sponte conarere,non impulsu meo·tamen ita prædicabas te non existimare,nisi illum interfecisses,vmquā mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum. In quo demiror,cur Milonem impulsu meo rem illā egisse dicas, cum te vltrò mihi idem illud deferētem numquam sim adhortatus,quamquā, si in eo perseuerares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam, quàm ad meam gratiam.

50 ‖Quæstor es factus,deinde continuò sine senatusconsulto,sine sorte,sine lege ad Cæsarē cucurristi. id enim vnum in terris,* egestatis, æris alieni,nequitiæ perditis vitæ rationibus perfugium esse ducebas.Ibi te cùm & illius largitionibus,& tuis rapinis expleuisses([b] si hoc est explere quod statim effundas) [c] aduolas egens ad tribunatum. vt in eo magistratu, si posses,* viri tui similis esses.Accipite nunc,quæso,nō ea,quę ipse in se,atque in domesticum dedecus impurè,atque intemperanter, sed quæ in nos,fortunásque nostras,id est,in vniuersam remp.impiè, ac nefariè fecerit. ab huius enim scelere omniū malorum principiū natū reperietis.

51 ‖ Nam cùm L.Lentulo C.Marcello,cōsulibus,calendis Ian. [d] labentē, & propè cadentē remp.fulcire cuperetis,ipsíque C.Cæsari,si sana mente esset, consulere velletis:tum iste venditum,[e] atque mancipatum tribunatum, consiliis vestris opposuit, ceruicésque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. [f] In te autem , M.Antoni,id decreuit senatus,& quidem incolumis,nondum [g] tot luminaribus exstinctis,quod in hostem togatum decerni est solitū

z L. Postea cultus sum aal.adiutus al cultus, al. comitatus,al.ornatus.

* al.egestati æri alieno nequitiæ.

b tor.(si hoc est explere deuorare,quod statim effundas)

c L.aduolasti egēs &c. & ita o v.c.

* al.virtutis

d L. labantem,& ita v.c.

e L.atque emancipatum.

f v.c. In te, M. Antoni,

g L.tot luminibus exst.& ita o.v.c.

more maiorum. Et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es, cùm ab hoc ordine ego conseruator essem, tu hostis reip. iudicatus? Cómemoratio illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta. dum genus hominum, dū populi R. nomen exstabit (quod quidem erit, si per te licuerit, sempiternum) tua illa pestifera intercessio nominabitur.‖ Quid cupidè à senatu, 52
quid temerè fiebat, cùm tu vnus adolescens vniuersum ordinem decernere de salute reip. prohibuisti? neque id semel, sed sępius? neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es? quid autem agebatur, nisi [h] ne delere & euertere rémpub. funditus velles, cùm te, neque principes ciuitatis rogãdo, neq; maiores natu monẽdo, neq; frequés senat9 agẽdo, de vẽdita, atq; addicta sententia mouere potuit? Tum illud, [i] multis rebus antè tentatis, necessariò tibi vulnus [k] inflictum, quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo.‖ Tum contra te dedit arma hic ordo, con- 53
sulibus, reliquisque imperiis, & potestatibus: quæ non effugisses: nisi te ad arma Cæsaris contulisses. Tu, tu inquã, M. Antoni, princeps C. Cæsari, omnia perturbare cupienti, * causam belli contra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat? quã causã demẽtissimi sui cõsilij, & facti afferebat, nisi quòd intercessio neglecta, ius tribunitium sublatū, [m] circumscriptus esset Antonius? omitto, quàm hæc falsa, quã leuia: præsertim cùm omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiẽdi. Sed nihil de Cæsare: tibi certè confitendū est causam perniciosissimi belli in persona tua cõstitisse.‖ O miserum te, [n] si intelligis: miseriorẽ, 54
si non intelligis, hoc literis mandari, hoc memoriæ prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum vmquam immemorem fore, consules ex Italia expulsos, cúmque his Cn. Pópeium, [o] qui imperij populi R. decus, ac lumen

h L. ne deleri, & euerti,
i al. multis antè tentatis, necess.
k al. inflictū est, quod
* al ansam.
l al. sui dementissimi consilij,
m L. circū scriptus à senatu esset & ita o.v.c.
n al. si hæc intelligis,
o L. quod imperij popul. & ita o.v.c.

men fuit: omneis consulareis, qui per [p] valetudinē exsequi [q] fugā illā, cladémque potuissent: prætores, prætorios, trib. plebis magnam partem senatus, [r] omnem sobolem iuuentutis, [s] vnóque verbo remp. expulsam, atque exterminatā suis

55 sedibus.|| Vt igitur* in seminibus est causa arborum, & stirpium: sic huius luctuosissimi belli sementū fuisti. Doletis, treis exercitus populi Ro. interfectos: interfecit Antonius, desideratis clarissimos ciueis: eos quoque [t] eripuit vobis Antonius. auctoritas huius ordinis afflicta est: afflixit Antonius. omnia denique, quæ posteà vidimus ([u] quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio, vt Helena Troianis, sic iste huic reip. causa belli, causa pestis, atque exitij fuit. Reliquæ partes tribunatus [x] principio similes. omnia perfecit, quæ senatus, salua rep. ne fieri possent, perfecerat. cuiꝰ tamē scelus in scelere cognoscite.

56 || Restituebat [y] multos calamitosos, in his patrui nulla mentio, si seuerus: cur nō in omneis? si misericors, cur nō in suos? sed omitto ceteros. Licinium [z] Lenticulā, de alea condēnatum, collusorē suū, [a] restituit: quasi verò ludere cum condēnato non liceret: sed vt, quod ille in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. Quā attulisti rationē populo R. cur eū restitui oporteret? Absentē credo in reos relatū: rem indicta causa iudicatam: nullum fuisse de alea lege iudicium: vi oppressum, & armis: postremò, [b] quod de patruo dicebatur, pecunia iudiciū esse corruptū. Nihil horū. At vir bonus, & rep. dignus. Nihil id quidem ad rē: [c] ego tamen, quoniā condemnatum esse, pro nihilo est, si ita esset, ignoscerem. [d] Hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret, vel in foro alea ludere, [e] lege, quæ est de alea condemnatum qui in integrum restituit, is non apertissimè studium suum ipse profitetur?

57 || in eodem verò tribunatu, cùm Cæsar in Hispaniam

p v. c. valitudinem
q L. cladē illā, fugámque pot.
r L. omnem subolē iuu.
s Láb. vno verbo r.
* Comparatio, sumta ex Demosthenis oratione contra Ctesiphontem.
t L. vobis eripuit
u v. c. quid autē mali vidimus?
x duo v. c. principiis similes.
y al. multos damnatos,
z L. Denticulam,
a L. restituit, vt non luderet cū restituto: quasi v.
b L. quod de patruo tuo diceb.
c al. & ego tamen,
d al. Hominē verò om.
e al. hac lege, quæ est de

ſpaniam proficiſcens, huic conculcandam Ita-
liam tradidiſſet: quæ fuit eius peragratio itine-
f al. omniũ ſermone: rum? luſtratio municipiorum? Scio me in rebus
celebratiſſimis [f] ſermone omnium verſari, eá-
g al. eiſ om nibus, qui que quæ dico, dictur úſque ſum, notiora [g] omni-
h al. tum fuerunt, bus eſſe, qui in Italia [h] tũ fuêre, quàm mihi, qui
non fui. notabo tamen ſingulas res: etſi nullo
modo poterit oratio mea ſatisfacere veſtrę ſcié
tiæ. etenim quod vnquam in terris tantum fla-
gitium exſtitiſſe auditum eſt? tantam turpitudi-
nem? tantũ dedecus? || Vehebatur in eſſedo trib. 58
pleb. lictores laureati antecedebant: inter quos,
aperta lectica, mima portabatur: quam ex oppi-
dis municipales, homines honeſti, obuiam ne-
i al. non vero, illo, & mim. ceſſariò prodeuntes [i] non noto illo, & mimico
nomine, ſed Volumniam conſalutabant. [k] ſe-
k al. ſequebatur rheda cũ leonibus, comites n. al. ſequebantur rhedam cũ leonib. cõ. nequiſſ. quebatur rheda cũ lenonibus, comites nequiſſi-
l v. c. reiecta mater mi: [l] reiecta mater amicam impuri filij, tanquã
nurum, ſequebatur. O miſeræ mulieris fæcundi-
tatem calamitoſam! Horum flagitiorum iſte ve-
ſtigiis omnia municipia, præfecturas, colonias,
totam denique Italiam impreſſit. || Reliquorum 59
factorum eius, P. C. difficilis eſt ſanè reprehen-
ſio, & lubrica. verſatus in bello eſt: ſaturauit ſe
ſanguine diſſimillorum ſui ciuium. [m] fuit felix,
m al. felix fuit, ſi p. ſi poteſt vlla eſſe in ſcelere felicitas. Sed quo-
niam veteranis cautum eſſe volumus, quamquã
diſſimilis eſt militũ cauſa, & tua illi ſecuti ſunt:
tu quæſiſti ducem: tamē, ne apud illos me in in-
uidiam voces, nihil de belli genere dicam. Vi-
ctor è Theſſalia Brundiſium cum legionibus re-
n L. qui tã uertiſti. ibi me non occidiſti. magnum benefi-
o al. tanta eſt enim caritas p. cium. potuiſſe enim fateor quamquã nemo erat
eorum, [n] qui tunc tecum fuerunt, qui mihi non
p L. ſed fac id te ded. cenſeret parci oportere || [o] tanta enim eſt cari- 60
tas patriæ, vt veſtris etiam legionibus ſanctus
q al. quæ à te non ſit al. quia non à te ſit eſſem, quòd eam à me ſeruatam eſſe meminiſ-
ſent. [p] ſed fac te dediſſe mihi, quod non ademi-
ſti: méque à te habere vitam, [q] quia à te non ſit
erepta:

erepta:[r] liceat nunc mihi per tuas contumelias hoc beneficium tueri, vt tuebar, præsertim cùm te hæc auditurum videres? Venisti Brundisium, in sinum quidem, & in complexum tuæ mi-
61 mulæ. || Quid est? num mentior? quàm misẽrum est id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri. Si te municipiorum non pudebat: ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit, qui Brundisij illam non viderit? quis, qui nescierit [s] venisse eam tibi tot dierum [t] viam gratulatum? quis, qui non indoluerit, tam serò se, [u] quem hominem secutus
62 esset, cognoscere? || Italiæ rursus percursatio eadem comite mima: in oppida militum crudelis, & misera reductio: in vrbe [x] auri, & argenti, maximéque vini fœda direptio. Accessit, vt, Cæsare ignaro, [y] cùm ille esset Alexandriæ, beneficio [z] amicorum magister equitũ constitueretur, tum existimauit se suo iure cum Hippia viuere. & equos vectigaleis Sergio mimo [a] tradere. Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? cogebat egestas: quò se verteret, non habebat: nondum ei tanta à L. Rubrio, non à L. Turselio hereditas venerat: nondum in Cn. Pompeij locum, multorúmque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat. erat ei viuendum latronum ritu, vt tantum habe-
63 ret, quantum rapere potuisset. || Sed hæc, quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potiùs [b] de iniquissimo genere leuitatis. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria, totius corporis firmitate tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem non modò visu fœdam, sed etiam auditu! [c] Si inter cenam, [d] in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non

r L. licuítne mihi per tuas cont. h. tum ben. sic tueri, vt t.
s v. c. venisse eam tot tibi dierum v. al. venisse eã tibi tot dierum v.
t al. via
v L. quàm nequam hominem sec. fort. eã nequam hom.
x al. auri, arg.
y L. cùm esset ille
z L. amicorum eius mag.
a L. tradere tum sibi nõ hanc, quam nunc malè tuetur, sed M. Pisonis domũ, vbi habitaret, legerat. Quid ego ist. & ita v. c.
b L. de nequissimo
c L. Si hoc tibi inter c.
d L. in ipsis tuis immanibus

non turpe [e] duceret? in cœtu verò populi Ro-
mani negotium publicum gerens, magister e-
quitum, cui ructare turpe esset, is vomens, fru-
stis esculentis, vinum redolentibus, gremium
suum, & totum tribunal impleuit. Sed hoc ip-
se fatetur esse in suis sordibus: veniamus [f] ad
splendida. Cæsar [g] Alexandriam se recepit, fe- 6
lix, vt sibi quidem videbatur: mea autem sen-
tentia, [h] si quis reipubl. si infelix, felix esse nõ
potest. hasta posita pro æde Iouis Statoris, [i]
bona (miserum me: consumtis enim lacrymis,
tamen infixus [k] animo hæret dolor) bona, in-
quam, Cn. Pompeij Magni, voci acerbissimæ
subiecta præconis. vna in illa re seruitutis obli-
ta ciuitas ingemuit, seruientibusque [l] animis,
gemitus tamen populi Romani liber fuit. ex-
spectantibus omnibus, quisnam esset tam im-
pius, tam demens, tam diis, hominibusque ho-
stis, qui ad illud scelus sectionis auderet acce-
dere, inuentus est nemo præter Antonium, præ-
sertim cùm tot essent [m] circa hastam illam, qui
alia omnia auderent, vnus inuentus est, qui id
auderet, quod omnium fugisset, [n] & formi-
dasset audacia. Tantus igitur te stupor oppres- 6
sit, vel, vt veriùs dicam, tantus furor, vt pri-
mùm, cùm sector sis isto loco natus, deinde
cùm Pompeij sector, non te [o] exsecrandum po-
pulo Romano, non detestabilem, non omneis
tibi deos, [p] omneis homines & esse inimicos,
& futuros scias? At quàm insolenter statim [q]
helluo inuasit in eius viri fortunas, cuius vir-
tute terribilior erat populus Roman. exteris
gentibus, iustitia carior? [r] In eius igitur co-
pias cùm se subitò [s] ingurgitauisset, exsultabat
gaudio, persona de mimo, modò egens, repen-
te diues. Sed, vt est apud poëtam nescio quẽ,
Malè parta, malè dilabuntur. Incredibile, ac si-
mile portenti est, quónam modo illa tam mul-
ta,

e v. c. diceret?
f al. ad splẽdidiora.
g L. Alexandria se r.
h Láb. qui reip sit infelix, felix esse nemo potest. al. nisi q. reip. sit felix, felix esse nemo potest.
i L. bona Cn. Põpeij (miserum me: &c.
k L. hæret animo dol.)
l L. animis, cùm omnia metu tenerétur gemitus t.
m L. circũ hast.
n L. & reformidasset
o al. exsecratum
p L. nõ omnis hom.
q L. heluo
r L. in eius igitur viri copias
s L. ingurgitasset,

ta, quàm paucis non dico mensibus, sed diebus
effuderit: [t] maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & laura supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Horum paucis diebus nihil
67 erat. || Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ si fuit, [u] fuit animal vnum: Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum apothecæ totæ nequissimis, hominibus condonabantur. alia mimi rapiebant, alia mimæ: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabantur, atque id locis [x] pluribus: suggerebantur etiam sæpe (non enim semper iste felix) damna aleatoria, conchyliatis Cn. Pompeij * peristromatis, seruorum in cælis, lectos stratos videres. Quamobrem desinite mirari, hæc tam celeriter esse consumta. non modò vnius patrimonium, [y] quamuis amplum, vt illud fuit, sed vrbeis, & regna celeriter tanta nequi-
68 tia deuorare potuisset. || [z] At eiusdem ædeis etiam, & hortos. O audaciam immanem! [a] tu ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare, tu illarum ædium diis penatibus os [b] importunissimum ostendere? quam domum aliquandiu adspicere poterat, nemo sine lacrymis præterire, hac te in domo tamdiu [c] diuersari non pudet? in qua, quamuis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse iucundum. [d] An tu illa vestibula, rostra, spolia, cùm aspexisti, domum tuam te introire putas? fieri non potest, quamuis enim [e] sine mente, [f] sine sensu sis, vt es: tamen & te, & tua, & tuos nosti. nec verò te vmquam neque vigilantem, neque in somnis [g] credo mente posse consistere, necesse est, quamuis sis, vt es, * violentus, & furens,

t al. maximus auri num.

v L. animal vnum fuit: Ocean.

x al. plurimis:

* Peristroma vestis quæ insterni solet.

y al. quamuis amplissimum,

z v.c. At idem ædeis &c.

a L. tu etiã ingredi

b al. impurissimum

c L. deuersari n.

d L. An tu illa in vestibulo rostra, & hostiũ spolia cùm adsp.

e ἄφρων,

f ἀναίσθητος,

g L. credo posse mente consf.

* al. vinolentus,

rens, cùm tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum te de somno excitari, furere etiam sæpe vigilantem. || Me quidem miseret parietum ipsorum, atque tectorum. Quid enim vmquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina? fuit enim ille vir, P. C. sicut scitis, cùm foris clarus, tum domi admirandus: neque rebus [h] exteris magis laudandus, quàm institutis domesticis. huius [i] in sedibus pro pubiculis stabula, [9] pro tricliniis popinæ sunt. Etsi iam negat nolite, nolite quærere. frugi factus est, mimam * illam *suam suas res sibi habere* [k] *iussit:* ex duodecim tabulis causam addidit, [10] exegit. quàm porrò spectatus ciuis, quàm probatus: cuius ex omni vita nihil est honestius, quàm quòd cum mima fecit diuortium? || At quàm crebrò vsurpat, & consul, & Antonius? hoc est dicere, & consul, & impudicissimus: & consul, & homo nequissimus. [l] quid enim est aliud Antonius? nam si dignitas [m] significaretur in nomine: [n] dixisset aliquando, credo, [o] auus tuus Et consul, & Antoninus. numquam dixit. Dixisset etiam collega meus, patruus tuus. [p] nisi tu solus es Antonius. Sed omitto ea peccata, quæ nō sunt earum partium propria, quibus tu remp. vexauisti: ad ipsas tuas parteis redeo, id est, ad ciuile bellum quod natum, conflatum, susceptum opera tua est. || [q] Cur ei bello tum propter libidines defuisti? gustaras ciuilem sanguinem, vel potiùs exsorbueras: fueras in acie Pharsalica antesignanus: L. Domitium [r] nobilissimum, & clarissimum virum, occideras: [s] multos, qui de prœlio effugerant, quorum Cæsar, vt nonnullos, fortasse seruasset crudelissimè persecutus trucidaras. quibus rebus tantis, talibus gestis, quid fuit causæ, cur in Africam Cæsarem non sequerere, cùm præsertim belli pars tanta restaret? Itaque quem locum apud

h L. externis
i L. in ædib.
* formula diuortij. l. 2. ff. de diuortiis.
k L. iussit ex XII. tabulis: claueis ademit, foras exegit.
l al. quid est enim al.
m L. significaretur nomine:
n L. dixisset, credo, aliquando,
o L. auus tuus se, & consulé, & Antonium,
p al nisi tu es sol° An.
q L. Cui bello cum pr. timidit. tú pr. libid. defuisti. gustaras.
r al. clariss. simum, & nobiliss.
s al. multósq; præterea,
t L. qui è prœlio effugerant, quos Cæsar, vt nonnullos fortasse s.

apud ipſum Cæſarem poſt eius ex Africa reditū obtinuiſti?quo numero iuiſti? cuius tu imperatoris quæſtor fueras,dictatoris magiſter equitū, belli princeps,crudelitatis auctor,prędæ ſocius, [v] teſtamenti,vt ipſe dicebat,filius appellatus es, de pecunia,quam prò domo,pro hortis, pro ſe-
72 ctione debebas.|| Primò reſpondiſti planè ferociter:&, ne omnia videar contra te,propemodū æqua,& iuſta,dicebas.[x] A me,C.Cæſar,pecuniā? cur potiùs,quàm ego ab illo ? [x] an ille ſine me vicit?at ne potuit quidem. ego ad illum belli ciuilis cauſam attuli:ego leges pernicioſas rogaui : ego arma contra conſules,imperatoréſq; populi Ro. contra ſenatum,populúmque Rom. contra deos patrios,aráſque,& focos,cōtra patriam tuli.num ſibi ſoli vicit ? quorum facinus eſt commune,cur nō ſit eorum præda cōmunis? Ius poſtulabas:ſed quid ad rē? plus ille poterat.
73 || Itaque, excuſſis tuis vocibus , & ad te , & [y] ad prædas tuas milites miſit : cùm repente à te præclara illa tabula prolata [z] qui riſus hominū de te erat? tantam eſſe tabulam, tam varias,tam multas poſſeſſiones ,ex quibus , præter partem Miſeni , nihil erat , quod is, qui auctionaretur, poſſet ſuum dicere. Auctionis verò miſerabilis adſpectus:veſtis Pompeij non multa,eáque maculoſa:eiuſdem quædam argentea vaſa colliſa: ſordidata mancipia : vt doleremus quidquam
74 eſſe ex illis reliquis,ꝙ videre poſſemus. || Hanc tamen auctionē heredes L. Rubrij decreto Cæſaris prohibuerūt. Hærebat nebulo. quò ſe verteret, non habebat. [a] quippe in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus, deprehenſus dicebatur eſſe cum ſica: [b] de quo Cæſar in ſenatu, apertè in te inuehens , queſtus eſt. Proficiſcitur in Hiſpaniam Cæſar,paucis tibi ad ſoluendum , propter inopinam tuam,prorogatis diebus ne tum quidem ſequeris.Tā bonus gladiator rudem tam citò accepiſti ? Hunc

v L. & ita v. c. teſtamento , vt dicebas ipſe , filius, app.

x al. A me Cæſar pecuniam?

x L.an ſine me ille vicit?

y L.ad prædes tuos

z L.qui riſus hominū? tantam eſſe t. & ita v.c.

a L. quin his ipſis tēporib.

b al.de qua

igitur quiſquam, qui in ſuis partibus, id eſt, in
ſuis fortunis tam timidus fuerit, pertimeſcat?
Profectus eſt [c] tandem aliquando in Hiſpaniã:
ſed tutò, vt ait, peruenire non potuit. ‖ Quónã 75
modo igitur Dolabella peruenit? Aut non ſu-
ſcipienda fuit iſta cauſa, Antoni: aut cùm ſuſce-
piſſes, defendenda vſque ad extremum. Ter de-
pugnauit Cæſar cum ciuibus, in Theſſalia, Afri-
ca, Hiſpania. omnibus affuit his pugnis Dola-
bella: in Hiſpanienſi etiam vulnus accepit. Si de
meo iudicio quæris: nollem, ſed tamen conſiliũ
[d] à principio reprehendendum, laudanda con-
ſtantia: Tu verò [e] quis es? Cn. Pompeij liberi
primùm patriam repetebant. eſto, [f] fuerit par-
tium hæc cauſa communis, repetebant præterea
deos [g] penates, patrios, aras, focos, larem ſuum
familiarem: in quæ tu inuaſeras. hæc cùm repe-
terent armis ij, quorum erant legibus: etſi in re-
bus iniquiſſimis quid poteſt eſſe æqui? [h] tamen
erat æquiſſimum contra Cn. Pŏpeij liberos, Cn.
Pompeij pugnare ſectorem. ‖ [i] An tu Narbone, 76
in menſas hoſpitum cũ vomeres, Dolabella pro
te in Hiſpania dimicaret? qui verò Narbone [k]
reditus & tamen quærebat, cur ego ex ipſo cur-
ſu tam ſubitò reuertiſſem. Expoſui nuper, P. C.
cauſam reditus mei. volui, ſi poſſem, etiam ante
Kalend. Ian. prodeſſe reip. nam, quod quærebas,
quomodo rediſſem: primùm luce, non tenebris:
deinde cũ calceis & toga, nullis [m] nec caligis,
nec lacerna. At etiam adſpicis me, & quidem, vt
videtis, iratus. [n] Næ tu mecum iam in gratiã re-
deas, ſi ſcias, quàm me pudeat nequitiæ tuæ, cu-
ius te ipſum non pudet. [o] Ex omnibus omnium
flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui, [p]
quàm quòd, qui magiſter equitum fuiſſe tibi vi-
dere, in proximum annum conſulatum peteres,
vel potiùs rogares: is per municipia, coloniáſ-
que Galliæ, [q] à qua, cùm conſulatus noſter pe-
tebatur,

c L. aliquã-do tandem in Hiſp.
d L. à primo repr. & ita o. v. c.
e L. quid es? al. quid cenſes?
f L. fuerit hæc partiũ cauſa cõm.
g abeſt vox, penates à v. c.
h v. c. tamẽ quem erat æquiſſimũ contra Cn. Pompeij liberos pugnare? quẽ? te ſectorem
i L. An tu Narbone menſas hoſpitum cõuomeres, Dol.
k al. reditus eius?
l L. etiam quærebat.
m L. nec Gallicis,
n L. Næ tu iam mecũ &c.
o al. Ex omniũ omnib.
p quidã v. c. non habent quam quòd.
q L. à qua nos tum, cùm conſulatus petebatur, non r.

tebatur,non rogabatur, petere cõsulatum solebamus,[r] cum caligis,& lacerna cucurristi. ‖
77 At videte [s] leuitatem.Cum hora diei [t] decima serè,ad saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula,atque ibi se occultans,perpotauit [u] ad vesperum:inde * cisio celeriter ad vrbem aduectus,domum venit capite [x] inuoluto.Ianitor, Quis tu?à Marco tabellarius. Confestim ad eã, cuius causa venerat,[y] deducitur:eique epistolã [z] tradit. quã cùm illa legeret flens(erat enim [a] amatoriè scripta:caput autem literarũ,sibi cum illa mima posthac nihil futurum:omnẽ se amorem [11] abiecisse [b] illinc,atque in hanc transfudisse)cũ mulier fleret vberiùs:homo misericors ferre non potuit: caput aperuit: in collum inuasit.O hominem nequam!(quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere) ergo, vt te catamitum, nec opinato cum ostendisses, præter spem mulier adspiceret, idcirco vrbem terrore nocturno,Italiam multorum dierũ metu perturbasti? ‖
78 Et domi quidem causam amoris [c] habuit,foris etiam turpiorem,ne L.Plãcus prædes tuos venderet. [d] productus autẽ in cõtionem à tribuno plebis, cùm respondisses, te rei tuæ causa venisse [e] populum in te dicacem etiã reddidisti.Sed nimis multa de nugis ad maiora veniam?.Cæsari ex Hispania redeũti obuiã longè processisti.celeriter[f] isti,& redisti,vt cognosceret te,si minùs fortem, attamen strenuũ factus ei rursus nescio quomodo familiaris,habebat hoc omnino Cæsar:quem planè perditum ære alieno, egentemque, si eundem nequã hominem, audacémque [g] cognouerat,hunc in familiaritatem libentissimè recipiebat. ‖
79 His igitur rebus præclarè commendatus, iussus es renuntiari consul,& quidem cum ipso,nihil queror de Dolabella,qui tũ est impulsus, inductus, elusus. Qua in re quanta fuerit [h] vtriusque vestrũ perfidia in Dolabellã,quis ignorat? ille in-

r L. cum Gallicis,
s al. leuitatem hominis Cum h.
t al. ferè decima,
u L. ad vesperam:
* Cisium genus vehendi,vnde Cisinnius.
x L. obuoluto
y L. deductus est:
z L. tradidit
a L. scripta amatoriè:
b L. illim. & ita v c.
c L. habuisti,
d L. productus in cõt.
e L. populum etiam dicacem.
f L. isti, redisti,
g L. cognorat,
h L. vterq; vestr.

duxit, vt peteret: promissum, & receptum interuertit, ad seq̃ue transtulit, tu eius perfidiæ volũtatem tuam adscripsisti. Veniunt Kalẽdæ Ianuariæ, cogimur in senatum: inuectus est copiosiùs multò in istum, & paratiùs Dolabella, quàm nũc ego. Hic autem iratus quæ dixit, dij boni? [i] Cũ 80
primùm Cæsar ostendisset, se, priùs quàm proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum: quem [k] negant regem, qui & faceret semper eiusmodi aliquid, & diceret: sed cùm Cæsar ita dixisset: tum hic bonus augur, eo se sacerdotio preditum esse dixit, vt comitia auspiciis vel impedire, vel vitiare posset, idq̃ue se facturum esse asseuerauit. In quo primùm incredibilem stupiditatẽ hominis cognoscite. Quid enim? istuc, 81
quod te sacerdotij iure facere posse dixisti, si augur non esses, & cõsul esses, minùs facere potuisses? Vide ne etiam faciliùs. nos enim nũtiationem solùm habemus: consules, & reliqui magistratus etiam [l] inspectionem. Esto: hoc imperitè ([m] nec enim ab homine numquam sobrio postulanda prudentia) sed videte impudẽtiam. multis antè mẽsibus in senatu dixit, se Dolabellæ comitia aut prohibiturum auspiciis, aut id factururum esse, quod fecit. * quisquámne diuinare [n] potest, quid vitij in auspiciis futurum sit, nisi qui de cælo seruare cõstituit? quod neque licet comitiis per leges, &, si quis seruauit, [o] non habitis comitiis, sed priùs quàm habeantur, debet nuntiare. Verùm [p] implicata inscitia, [q] impudentia est, si nec scit quod augurem, nec facit quod pudẽtem decet. Atque ex illo die recor- 82
damini eius vsque ad idus Martias consulatum. Quis vmquam apparitor tam humilis, tam abiectus? nihil ipse poterat: omnia rogabat: caput [r] in aduersam lecticam [s] inferens, beneficia, quæ venderet, à collega petebat. Ecce Dolabellæ comitiorum dies, sortitio prærogatiuæ. quiescit: renuntiatur: tacet. prima classis vocatur: renuntiatur:

i duo v.c. Primùm cũ Cæsar, &c.
k al. negat r.
l L. spectionem. al. electionem.
m L. nec enim est ab
* Seruare de cælo Comitiis per leges nõ licebat, etsi quis seruare volebat, nũciare debebat ante habita comitia.
n al. posset,
o L. nõ comitiis habitis,
p L. implicata insciẽtia, impud.
q al impudentia est: nec scit quod augurem, nec facit, quod pudent. d. al. impudentiæ
r L. in auersam
s L. inferẽs, & ita v.c.

tiatur:[t] deinde, vt assolet, suffragia. tum* secūda classis: quæ omnia citiùs sunt facta, quàm dixi.
83 ‖Cōfecto negotio bonus augur (Læliū diceres) Alio die, inquit. O impudentiam singularē! quid videras? quid senseras? quid audieras? nec enim te de cælo seruasse esse dixisti, neque hodie dicis. id igitur obuenit vitium, quod tu iam Kalendis Ianuariis futurum esse [u] præuideras, & tanto antè prædixeras. Ego, hercule, magna, vt spero, tua potiùs, quàm reipublicę calamitate ementitus es auspicia:[x] obstrinxit populū Rom. religione. Augur auguri, consul consuli [y] obnuntiauisti. Nolo plura, ne acta Dolabella videar conuellere: quæ necesse est aliquando ad
84 nostrum collegium deferantur. ‖ Sed arrogantiam hominis, insolentiamque cognoscite. quādiu tu voles, vitiosus consul Dolabella: rursus, cùm voles, saluis auspiciis creatus. Si nihil est, cùm augur is verbis nuntiat,[z] quibus nuntiasti: confitere te, cùm, ALIO DIE, dixeris, sobrium nō fuisse. sin est aliqua vis in istis verbis, ea quæ sit, augur à collega requiro. Sed, ne fortè ex multis rebus gestis, M. Antonij rem vnam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. Non dissimulat, P.C. apparet esse cōmotum, sudat, pallet, quidlibet, modò ne nauseet, faciat, quod in porticu [a] Numicia fecit. Quæ potest esse turpitudinis tantæ defensio? cupio audire: vt videam, vbi rhetoris tanta merces, vbi
85 campus Leōtinus appareat. ‖Sedebat in Rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus, adscendis: accedis ad sellam (ita eras Lupercus, [b] vt te esse consulem meminisse deberes) diadema ostendis. gemitus toto foro. vnde diadema? non enim abiectum sustuleras, sed attuleras domo meditatum, & cogitatum scelus. Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiiciebat. Tu ergo vnus, scelerate, inuentus es, qui cùm au-

t L. deinde ita, vt assolet, suffragatum secūda classis vocatur quæ omnia

* al. classis vocatur:

v L. prouideras,

x L. obstrinxisti religione populū R. Aug.

y L. obnuntiasti.

z L. quibus tu nūciasti:

a L. Minucia

b L. vt te consulē esse mem.

ctor [a] regni inuentus esses, eum, quem collegā
regni habebas,dominum habere velles:& idem
tentares, quid populus Romanus ferre & pati
posset.|| At etiam misericordiam captabas: sup- 86
plex te ad pedes adiiciebas:quid petens?vt ser-
uires?tibi vni peteres:qui ita à puero vixeras,vt
omnia paterere,facilè seruires:à nobis,populó-
que Romano mandatum id certè non habebas.
O præclaram illam eloquentiam tuam , cùm es
nudus contionatus.Quid hoc turpius?quid fœ-
dius?quid suppliciis omnibus dignius? num ex-
spectas,dum te stimulis [b] fodiam? hæc te , si vllā
partem [c] habes sēsus,lacera,hæc cruētat oratio.
Vereor,ne imminuam [d] virorum summorū glo-
riam.[12] dicā tamē dolore commotus.[e] Quid in-
dignius,quàm viuere eū , qui imposuerit diade-
ma,cùm omnes fateantur iure interfectum esse,
qui abiecerit?||At etiam inscribi iussit in fastis. 87
Ad Lupercalia,C.Cæsari dictatori perpetuo,M.
Antoniū consulē,populi iussu regnū detulisse,
Cæsarem vti noluisse.Iā iam minimè miror , te
otiū perturbare,non modò vrbē odisse, sed etiā
lucem:cum perditissimis latronibus non solùm
de die,sed etiam in diem viuere.Vbi enim tu in
pace cōsistes?qui locus tibi in legibus,[g] & iudi-
ciis esse potest,quæ tu,quātum in te fuit domi-
natu regio sustulisti?Ideóne L.Tarquinius exa-
ctus:[h] Sp.Cassius,Sp.Melius,[i] M.Mālius,necati,
vt multis pòst sæculis,à M.Antonio , quod fas
non est,rex Romæ constitueretur?Sed ad auspi-
cia redeamus. || De quibus rebus idibus Martiis 88
fuit in senatu Cæsar acturus, quæro tum tu quid
egisses.audiebam quidem te paratum venisse, ꝗ
me de ementitis auspiciis , quibus tamen parere
necesse erat, putares esse dicturum. Sustulit il-
lum diem[13] fortuna populi Ro.num etiam tuum
de auspiciis iudicium interitus Cæsaris sustulit?
Sed incidi in id tempus,quòd [k] iis de rebus, in
quas ingressa erat oratio,[l] prætereúdem non sit.

Quæ

a L. regni esset : eum quem collegam habebas, dō. & ita v.c.
b al. fodiamus?
c L. sensus habes,
d L. summorum
e L. Nónne indignum est viuere eum,
f L. adscribi
g L. & in iudiciis
h L. Spurii, Cassius, Melius & ita v.c.
i al. M. Mālius,
k L. iis: reb.
l L. præteruendum est

Quæ tua fuga?[m] quæ formido illo die? quæ pro-
pter conscientiam scelerum desperatio vitæ?
cùm ex illa fuga, beneficio eorum, qui te, si sa
nus esses, saluum esse voluerunt, clàm te domum
89 recepisti?|| O mea frustra semper verissima augu-
ria rerum futurorum! dicebam illis in Capitolio
liberatoribus nostris, cum me ad te ire vellent,
vt ad defendendam rempublicam te adhorta-
rer: quoad metueres, omnia te promissurum: si-
mulac timere desiisses, similem te futurum tui.
Itaq; cùm ceteri consulares [n] irét, & redirent: in
sententia mansi: neq; te illo die, neque postero
vidi: neque vllā societatē optimis ciuibus cum
importunissimo hoste fœdere vllo confirmari
posse credidi.[o] Post diem tertium veni in ædem
Telluris, & quidem inuitus,[p] cùm omneis aditꝰ
90 armati obsiderent.||[q] Qui tibi ille dies, M. Anto-
ni, fuit? quamquam mihi subitò inimicus exstiti
sti, tamen me tuî miseret, quòd tibi inuideris.
Qui tu vir, dij immortales, & quantus fuisses, si
illius diei mentem seruare potuisses! pacem ha-
beremus, quæ erat facta per obsidem puerū,[r] no-
bilé, M. Antonij filium, M. Bābalionis nepotem,
quamquam te bonū timor faciebat, non diutur-
ni magister officij: improbum fecit, ea, quæ, dum
timor abest, à te non[s] discessit, audacia. Etsi tū m,
cū optimum te putabant, me quidē dissentiēte,
[u] funeri tyrāni illius sceleratissimi præfuisti. tua
illa pulchra laudatio. tua miseratio, tua cohor-
91 tatio.||[x] tu, tu illas faceis incēdisti, & eas,[y] quib.
semiustū latus illius est, & eas, quib. incēsa L. Bel
lieni domus deflagrauit.[z] tu illos impetus perdi
torū hominū, &, ex maxima parte seruorū, quos
nos vi manuq; repulimus, in nostras domos im-
misisti. idē tamē, quasi fuligine abstersa, reliquis
dieb. in Capitolio præclara S. C. fecisti, ne qua
post idus Martias immunitatis tabula,[a] neve
cuiusquam beneficij figeretur. meministi ipse,
de exsulibus: scis, de immunitate quid dixe
ris.

m L. quæ formido præclar, illo die?
n L. irent, redirent:
o al. Post tertium diem
p v.c. cùm omnis aditus
q al. Qui tibi dies ille, M. Ant.
r L. nobilé, M. Bambalionis nepotem. & ita v.c.
s L. nō diuturnꝰ mag. & ita o. v. c.
t L. discedit
u L. funeri tyranni, si illud funus fuit, sceleratissimè præf.
x L. tu, tu, inquam, illas f.
y L. quibus semustulatus ille est,
z L. tu illos impetus perditorum, & ex max. p.
a L. néve cuius benef.

ris.optimum verò,quod dictaturæ nomē in perpetuum de republica sustulisti. quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur,vt eius * omnem propter proximum dictatorem,[b]
tolleres metum.‖Constituta respublica videba- 92
tur aliis,mihi verò nullo modo, qui omnia, te gubernante naufragia metuebam.Num me igitur fefellit?aut non diutius sui potuit esse dissimilis?inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulæ figebantur:neque solùm singulis veniebāt immunitates, sed etiam populis vniuersis. ciuitas [c] non tum singillatim, sed prouinciis totis dabatur. Itaque si hæc manent,quæ stante republica manere non possunt. prouincias vniuersas,P.C.perdidistis:neq; vectigalia solùm,sed etiam imperium populi Romani huius domesticis nundinis [d] diminutū est.‖Vbi est septies mil- 93
lies sestertiùm,[e] quod in tabulis,quæ sunt ad Opis,patebat?funestæ illius quidem pecuniæ,[f] sed tamen,si iis quorum erat,non redderentur, quæ nos à tributis posset vindicare. Tu autem quadringenties HS.quod idibus Martiis debuisti, quónam modo ante Kalendas April.debere [g] desiisti?[h] Quid ego de commētariis infinitis, quid de innumerabilibus chrirographis loquar? Sunt ea quidem innumerabilia, quæ à diuersis emebantur, non insciente te:sed vnum egregium de rege Deiotaro,populi Romani amicissimo, decretum in Capitolio fixum.quo proposito nemo erat, qui in ipso dolore risum posset continere.
‖Quis enim cuiquam inimicior,quàm Deiotaro 94
Cæsar? æquè atque huic ordini, vt equestri, vt Massiliensibus, vt omnibus, quibus rempublicā populi Romani caram esse sentiebat.[i] Is igitur,à quo viuo,nec præsens,nec absens,quidquā [k] æqui boni impetrauit, apud mortuum factus est

* omen nomen propter proximum dictatoris metū tolleres.al. omne nomen
b L.metum tolleres.
c L. non iā singillatim,
d L. deminutum est.
e L. quod est in tabulis, quæ sunt ad Opis?fun.
f L. sed tamen quæ nos,si iis, quorum erat,nō redderetur, à tributis poss.vind.
g L.desisti? Sunt ea quidem innumerabil. q.
h hoc totum, Quid ego de comm. in fin. quid de inn. chir. loquar?delēdum est.
i v.c.Igitur à quo viuo, nec præs. nec abs.Deiotarus quidquam æq b.

k al. æqui bonive.

est gratiosus. compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniã imperarat,[l] in eius tetrarchiam ex Græcis comitibus suis collocarat: Armeniam abstulerat à senatu datam. hæc viuus
95 eripuit, reddidit mortuus. At quib. verbis? modò æquum sibi videri, modò non iniquum. mira verborum complexio. at ille numquam (semper enim absenti affui Deiotaro) quicquã sibi, quod nos pro illo postularemus, æquum dixit videri Syngrapha LLS. centies per legatos viros bonos, sed timidos, & imperitos,[m] sine reliquorum hospitũ regis sententia, facta in gynæceo: quo in loco plurimæ res [n] veniere, & veneunt. qua ex syngrapha quid sis acturus meditere censeo. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, sim..lat que audiuit eius interitum, suo
96 Marte res suas[o] recuperauit. Sciebat homo sapiens, ius semper hoc fuisse, vt, quæ tyranni eripuissent, ea, tyrannis interfectis, ij, quibus erepta essent,[p] recuperarent. Nemo igitur iureconsultus, ne iste quidẽ, qui tibi vni est iureconsultus per quẽ hæc agis,[q] ex ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quę erãt ante syngraphã[r] recuperatæ. nõ enim à te emit, sed priùs quã tu suum sibi vẽderes, ipse possedit. Ille vir fuit: nos quidẽ cõtemnendi, qui auctorem audimus, acta de-
97 fendimus. Quid ego de cõmentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorũ etiã* imitatores sunt, qui ea, tanquã gladiatorũ libellos, palam venditent. Itaque tanti acerui nũmorum apud istũ construuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ. At quã cæca auaritia est? nuper fixa tabula est,[s] qua ciuitates locupletissimæ Cretensium * vectigalibus liberantur: statuitúrque, ne post M. Brutum[t] proconsulem, sit Creta prouincia. [u] Tu mentis es compos? tu non constringendus? an Cæsaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cùm Creta nihil ad Brutum, Cæsare viuo,

l L. in eius te-tarchia vnum ex Græc.com.

m L. sine Sexti, sine reliquorũ hosp. al. sine nostra, sine reliq. & ita q. v. c.

n L. veniebunt, & ven.

o L. & v. c. reciperauit.

p L. reciperarent.

q L. ex ista syngrafa

r L. reciperatæ.

* al. licitatores

s v. c. quæ ciuitates locupletissimæ vectigalibus liberantur:

* al. vectigales

t al pro cons.

v al. Tu mentis cõpos?

pertineret? At huius venditione decreti (ne nihil actum putetis) prouinciam Cretam perdidistis. Omnino nemo vllius rei fuit emtor, cui defuerit hic venditor. || Et de exsulibus legem, quã 98
fixisti, Cæsar tulit? Nullius insector calamitatem. tantum queror, primùm eorum reditus inquinatos, quorum causam [x] dissimilem Cæsar [y] iudicauerit: deinde nescio cur reliquis idem non tribuas. neque enim plus quàm tres, aut quatuor [z] reliqui sunt, qui [*] simili in calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cùm de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram petendam impulisti, eámque petitionem comparasti, quæ & risus hominum, & querelas moueret. || Cur autem ea comitia nõ 99
habuisti? an quia tribunus plebis [a] sinistrum fulmen nuntiabat? [b] tua quid interest? nulla auspicia sunt tuorum, cùm sis religiosus. Quid? eũdem in septemuiratu nónne destituisti? interuenit enim.[14] [c] quid metuisti? credo ne saluo capite negare non posses. omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, [d] si vlla pietas in te esset, colere debebas. filiam eius,[15] [*] sororem tuam, eiecisti, [e] falsa conditione quæsita, & antè perspecta. non est satis. probri insimulasti pudicissimam fæminam. Quid est, quod addi possit? contentus eo non fuisti. frequentissimo senatu Kalendis Ianuar. sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella [f] odij causam ausus es dicere, quòd ab eo sorori, & vxori tuę stuprum oblatum esse comperisses Quis interpretari potest, impudentiórne, qui in senatu: an improbior, qui in Dolabellam: an impurior, [g] qui patre audiente: an crudelior, qui in illam miseram tam spurcè, tam impiè dixeris? || Sed ad chirographa redeamus.

h quæ 100

x L. Cæsar dissimile sud.
y v.c. & L. iudicarit:
z, reliqui sunt. Qui simili in calamitate sunt, cur tua misericordia simili nõ fruuntur?
* al. qui simili calamitate
a al. fulmẽ sinistr.
b L. Cùm tua quid interest, nulla auspicia sunt: cùm tuorum, tum sis religiosus.
c L. quid? metuisti, credo, ne saluo capite eum negare non posses.
d L. si vlla in te pietas esset.
* Anton. Aug. vxorem tuam,
e L. alia cõditione quæs.
f L. causam odij dicere ausus es, quòd &c. & ita v.c.
g al. qui patruo aud.

[h] quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt à senatu: quæ quidem Cæsar egisset, non ea [i] quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. Vnde ista erumpunt? quo auctore proferuntur? si sunt falsa, [k] cur probantur? si vera, cur veneunt? At sic placuerat, vt ex Kalendis Iuniis de Cæsaris actis cum consilio cognosceretis. Quod fuit consilium? quem vmquam [l] aduocasti? quas Kalendas Iunias expectasti? an eas, ad quas te, peragratis veteranorum coloniis stipatum armis retulisti? ô præclaram illam percursationem tuam mense Aprili, atque Maio, tum, cùm etiam Capuam coloniam deducere
101 conatus es. [m] Quemadmodum illam adieris, vel potiùs pæne non adieris, scimus. cui tu vrbi minitaris. vtinam conere, vt aliquando illud, PAENE, tollatur, [n] atque nobilitata sit tua illa peregrinatio, quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt: illa nostra. Agrum Campanũ, qui cùm de vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur, tamen infligi magnũ reipublicæ vulnus putabamus: hunc tu compransoribus tuis, & collusoribus diuidebas: mimos dico, & mimas, P. C. in agro Campano collocatos. Quid iam querar de agro Leontino? [p] quandoquidem hæ quõdam arationes [q] Campani, & Leontini in populi Romani patrimonio [r] grandiferæ, & fructuosæ ferebantur. Medico tria millia iugerũm, quasi te [s] sanum fecisset: rhetori duo, * quasi disertum facere potuisset. Sed ad iter, Italiámque redea-
102 mus. Deduxisti coloniam Casilinum quò Cæsar ante deduxerat. Consuluisti me per literas de Capua tu quidem: sed idem de Casilino respondissem: possesne, vbi colonia esset, eò coloniam nouam iure deducere. Negaui, in eam coloniam, quæ esset auspicatò deducta, dum esset incolumis, coloniam nouam iure deduci: colonos nouos adscribi posse rescripsi. Tu autem

h L. quæ tua fuit
i al. quæque C.
k al. cur approb.
l v. c. conuocasti?
m L. Quẽadmodum illinc abieris, vel potius pænè non abieris,
n Lam. At quàm nobilis est tua illa peregrinatio?
o L. & mimas, P. C. in agro Camp coll.
p L quoniam quidam
q L. Campana, & Leontina,
r q. v. c. grandiferæ q. al. v. c. grandi fænore, & fr.
s L. sanasset: & ita duo v.c.
* al. quid iste desertum & quid si te disertum

autem insolentia elatus,omni auspiciorum iure turbato, Casilinum coloniā deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, vt[r] vexillum videres, & aratrum circumduceres:cuius quidem vomere portam Capuæ pęnè perstrinxisti,vt florentis coloniæ minueretur.|| Ab hac perturbatione re- 103
ligionum aduolas in M.Varronis,sanctissimi,atque integerrimi viri fundum Cassinatem. Quo iure?quo ore?eodē,inquies, quo in hæredum L. Rubrij, quo in heredum L. Tursellij præsidia, quo in reliquas enumerabileis possessiones.[u] Et si ab hasta, valeant tabulæ, modò Cæsaris, non tuæ:quibus debuisti: non quibus tu te liberauisti. Varronis quidem Cassinatem fundum quis [x]venisse dicit?quis hastam istius vēditionis vidit?quis vocem præconis audiuit? Misisse te dicis Alexandriam,qui emeret à Cæsare.Ipsū enim exspectare magnū fuit. || Quis verò audiuit vm- 104
quam(nullius autem salus curę pluribus fuit)de fortunis Varronis rem vllam esse detractam? [y] Quòd si etiam scripsit ad te Cæsar, vt redderes: quid satis potest dici de tanta impudentia? remoue gladios parumper illos, quos videmus. iā intelliges,aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliā confidentiæ,& temeritatis tuæ,non enim te dominus modo illis sedibus,sed quiuis amicus,vicinus,hospes,procurator arcebit.At quàm multos dies in ea villa turpissimè [z] es perbacchatꝰ? ab hora tertia bibebatur,ludebatur,vomebatur. *O tecta ipsa misera,quàm dispari domino!* quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur! studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum [a] diuersorium. || Quæ in illa villa [b] antè dicebantur? 105
quæ cogitabantur?quæ literis mandabantur?iura populi Romani, monumenta maiorum, omnis sapientiæ ratio,[c] omnisque doctrina.At verò,te inquilino(non enim domino) personabāt omnia vocibus ebriorum: natabant pauimenta vino

r L.vexillū tolleres,vt aratrum circumd.
u L. Etsi ab hasta: valeat hasta, valeant tabulæ,
x al. venisse
y L. Quid si etiam scr. ad te Cæs. vt redderes?
z L. est perb.
a L. deuersorium.
b L. antea d.
c L. omnis d.

vino: madebant parietes: ingenui pueri cũ meritoriis: ſcorta inter matres familias verſabantur. [d] Caſſilino ſalutatum veniebant, Aquino, Interamna. admiſſus eſt nemo. iure id quidem. in homine enim turpiſſimo[e] obſolebant dignitatis inſignia.
106 || Cùm inde Romam proficiſcens ad Aquinum accederet, obuiam ei proceſſit (vt eſt frequens municipium) magna ſanè multitudo. at iſte operta lectica latus eſt per oppidum, vt mortuus. Stultè Aquinates: ſed tamen in via habitabant. quid Anagnini? qui cùm eſſent [f] deuij, obuiam ei deſcenderant, vt iſtum, tamquam ſi eſſet conſul, ſalutarent. [g] Incredibile dictu, [h] tamen inter omneis conſtabat, neminem eſſe reſalutatum: præſertim cùm duos ſecum Anagninos haberet, Muſtelam, & Laconem: quorum alter gladiatorum eſt princeps, alter poculorum.
107 || Quid ego illas iſtius, minas contumeliaſque commemorem, quibus inuectus eſt in Sidicinos? vexauit Puteolanos, [k] quòd C. Caſſium, quòd Brutos patronos adoptaſſent? magno quidem iudicio, ſtudio, beneuolentia, caritate, non vt te, vt Baſilium, vt & armis, & alios veſtri ſimileis, quos clienteis nemo habere velit, [l] non modò eſſe illorum cliens. Interea dum tu abes, qui dies ille[m] collegæ tui, cùm illud, quod tu venerari ſolebas, buſtum in foro euertit? quare tibi nuntiata, vt conſtabat inter eos, qui vna fuerunt, concidiſti. quid euenerit poſtea, neſcio. metum credo valuiſſe, & arma. Collegam quidem de cælo detraxiſti: effeciſtique non tu quidem etiam nunc, vt ſit ſimilis[n] tui, ſed certè vt diſſimilis eſſet ſui.
108 || Qui verò [o] reditus inde Romam? quæ perturbatio totius vrbis? memineramus Cinnam nimis potentem: Syllam poſtea dominantem, modò regnantem Cæſarem videramus. erant fortaſſe gladij, [p] ſed ij abſconditi,

d L. Caſſino ſolut. e L. obſolefiebãt dig. al. abſoleſcebant d. f L. deuij: deſcenderunt. vt iſt. tanquam ſi eſſet conſulem ſalutarent. g Incredibile dictu eſt: t. h L. ſed tũ nimis inter omneis conſt. al. ſed tamen nimis &c. al. ſed cùm vinum. al. Ant. Aug. ſint conuiciis Pant. ſed omnino inter al. di Quum ex omnibus inter i L. gladiorum, k L. quòd C. Caſſiũ, & Brutos adoptaſſent, l L non modò illorum cliens eſſe m L. collegæ tuæ fuit, n L. vt ſimilis tui, ſed c.

o L. inde reditus R. p al. ſed abſconditi.

ſconditi,nec ita multi.iſta verò quæ, & quanta barbaria eſt? agmine quadrato cum gladiis ſequuntur [q] ſcutati milites: lecticas portari videmus.Atque his quidem iam inueteratis,P.C.cōſuetudine obduruimus. Kalendis Iuniis cùm in ſenatum,vt erat conſtitutum, venire vellemus, metu perterriti repentè diffugimus.‖

109 At iſte,qui ſenatu non egeret, neque deſiderauit quemquā, & potiùs diſceſſu noſtro lætatus eſt, [r] ſtatim illa mirabilia facinora effecit, qui chirographa Cæſaris defendiſſet lucri ſui cauſa:is leges Cæſaris,eáſque præclaras, vt rempublicam concutere poſſet, euertit. numerum annorum prouinciis prorogauit:idémque, cùm actorum Cæſaris defenſor eſſe deberet,& in publicis & in priuatis rebus actaCæſaris reſcidit. [s] In publicis actis nihil eſt lege grauius: in priuatis firmiſſimum eſt teſtamentum. Leges alias ſine promulgatione ſuſtulit:alias [t] vt tolleret promulgatas, promulgauit.Teſtamentū irritum fecit:quod etiam infimis ciuibus ſemper obtentum eſt. Signa, tabulas, quas populo Cæſar vnà cum hortis legauit, eas hic partim in hortos Pompeij deportauit,partim in villam Scipionis. ‖

110 Et tu in Cæſaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? [u] quem is maiorem honorem conſecutus erat, quàm vt haberet puluinar,ſimulacrum, faſtigiū, flaminem?eſt ergo flamen, vt Ioui, vt Marti, vt Quirino,ſic diuo IulioM.Antonius?Quid igitur ceſſas?cur non inaugurare? ſume diem:vide,qui te inauguret: collegæ ſumus: nemo negabit. O deteſtabilem hominem, ſiue quòd tyranni ſacerdos es, ſiue quòd mortui! Quæro deinceps, num hodiernus dies [x] quis ſit, ignores.neſcis,heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuiſſe [y] te ipſum autè ad populum tuliſſe, vt quinctus præterea dies Cæſari tribueretur?cur non ſumus prætextati?cur honorem [z] Cæſari tua lege datū deſeri patimur? an ſupplicationes

q L. ſcutati milites: ſcutorum lecticas portari vid.

r L. ſtatímque

s L. In publicis nihil eſt lege gr.

t L. vt tolleret,promulgauit. Teſt.

v L. quem is honorē maiorem conſ. & ita o.v.c.

x L. qui ſit,

y L. te autè ipſum ad p.

z al. Cæſaris

cationes addendo diem contaminari paſſus es:
puluinaria noluiſti? aut vndique religionem tol
111 le, aut vſquequaq; conſerua.|| Quęres, placeátne
mihi puluinar eſſe, faſtigium, flaminem, mihi ve-
rò nihil iſtorum placet. ſed tu, qui acta Cæſaris
defendis, quid potes dicere, cur alia defendas,
alia non cures? niſi forte vis fateri, te omnia
quæſtu tuo, non illius dignitate metiri. Quid ad
hæc tandem? expecto enim eloquentiam tuam.
diſertiſſimum cognoui auum tuum: at te etiam
apertiorem in dicendo. ille numquam [z] nudus z al. eſt nudus
eſt contionatus: tuum hominis ſimplicis pectus
vidimus. Reſpondebiſne ad hæc? aut omnino
hiſcere audebis? ecquid reperies ex tam longa
oratione mea, cui reſpondere poſſe confidas?
112 || Sed præterita omittamus. hunc vnum diem,
hunc vnum, inquam, hodiernum diem, hoc
punctum temporis, quo loquor, defende, ſi
potes, cur armatorum corona ſenatus ſeptus
eſt? cur me tui ſatellites cum gladiis audiunt?
cur valuæ Concordiæ non patent? cur homi-
nes omnium gentium maximè barbaros, Ithy-
reos, cum ſagittis deducis in forum? Præſidij
ſui cauſa ſe facere dicit. Nónne igitur millies
perire eſt melius, quàm in ſua ciuitate ſine ar-
matorum præſidio non poſſe viuere? Sed nul-
lum eſt iſtuc, mihi crede, præſidium. [a] caritate, a L. caritate te, & beniuol.
& beneuolentia ciuium ſeptum oportet eſſe,
113 non armis.|| Eripiet, extorquebit tibi iſta popu-
lus Ro. vtinam ſaluis nobis: ſed quoquomodo b L. non potes, mihi crede eſſe, diuturnus.
nobiſcum egeris, dum iſtis conſiliis vteris, [b] nõ
potes eſſe, mihi crede, diuturnus, etenim iſta tua
minimè auara coniux, quam ego ſine contume- c L. nimiũ diu debet tertiam pẽſionem. & ita o.v.c.
lia deſcribo, [c] nimiùm debet diu populo R. pẽ
ſionem tertiam. Habet populus R. ad quos gu-
bernacula reip. deferat: qui vbicumque terra-
rum ſunt, ibi eſt omne reip. præſidium, vel po- d L. recipe-rauit, & ita v.c.
tiùs ipſa reſp. quæ ſe adhuc tantummodò vlta
eſt, nondum [d] recuperauit. habet quidem cer-
tè

tè resp. adolescenteis[e] nobilissimos, paratos de-
fensores. quàm volent, illi cedant, otio consu-
lentes: tamen à rep. reuocabũtur. Et nomen pa-
cis dulce est, & ipsa res salutaris. sed inter pacẽ,
& seruitutem plurimũ interest. pax est trãquilla
libertas: seruitus[f] malorum omnium postremũ,
non modò bello, sed morte etiam repellendum.
‖Quòd si se ipsos illi nostri liberatores è con- 114
spectu nostro abstulerunt: at exemplũ facti re-
liquerunt. illi quod nemo fecerat, fecerũt. Tar-
quinium Brutus bello est persecutus: [g] qui ta-
men rex fuit, cùm esse Romæ regem [h] liceret. [i]
Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius propter suspi-
cionem regni appetendi sunt necati. hi primi cũ
gladiis, nõ in regnũ appetentem, sed in regnãtẽ
impetũ fecerũt. quod cũ ipsum factũ per se[k] pre-
clarum, atque diuinum est, tum expositum ad i-
mitandum, præsertim cùm illi eam gloriã con-
secuti sint, quæ vix cælo capi posse videatur. Et-
si enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi fa-
cti fructus erat, tamen mortali immortalitatem
non arbitror[l] contemnendam.‖ Recordare igi- 115
tur, illum, M. Antoni, diem, quo dictaturam su-
stulisti: pone ante oculos lætitiam senatus, po-
pulique R. confer[17] [m] cum nummatione tua, tuo-
rumq;: tũ intelliges, quantũ inter laudem, & lu-
crum intersit. Sed nimirum, vt quidam, morbo
aliquo, & sensus stupore, suauitatem cibi non
sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, veræ
laudis [n] gustum non habent. Sed si te laus alli-
cere ad recte faciendum non potest, ne metus
quidem à fœdissimis factis potest auocare.[o] Iu-
dicia non metuis? si propter innocentiam, lau-
do: si propter vim, non intelligitis, ei, qui isto
modo iudicia non timeat, quid timendum sit?
‖Quòd si non metuis viros forteis, egregiósque 116
ciueis, quòd à corpore tuo prohibetur armis: tui
te, mihi crede, diutius non ferent.[p] Quid est au-
tẽ, multos dies, & nocteis timeri à suis? nisi ve-
rò

e al. nobileis,
f L. postremum malorum omnium
g L. qui tũ rex f.
h L. licebat.
i L. Sputij Cassius, Melius, M.
k al. præclarum est, atque diuinum, tum exp.
l al. esse cõtemnendã.
m L. cum hac nundinatione tua, al. cum hac in manum latione, Anto. Aug. hac nomani nũdinatione,
n L. gustatum
o al. Iudicia non metuis.
p L. Quæ est autem vita, dies, & nocteis &c.

rò aut maioribus habes beneficiis obligatos, quàm ille quosdam habuit ex iis, à quibus est interfectus: aut tu es vlla re cum eo cōparādus. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria [q] literatura, cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quāuis reip. calamitosas, attamen magnas: [r] multos annos regnare est meditatus: magno labore, magnis periculis, quod cogitauerat, effecerat muneribus, monumentis congiariis, epulis multitudinem imperitam [t] lenierat: suos præmiis, aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Quid multa? attulerat iā liberæ ciuitati, partim metu, par-
117 tim patientia, consuetudinem seruiendi. || Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, ceteris verò rebus nullo modo es comparandus. Sed ex plurimis malis, quæ ab illo reip. sunt inusta, hoc tamen boni est, quòd didicit iā populus R. quantum cuique crederet, quibus se committeret? à quibus caueret. [u] Hæc igitur nō cogitas? nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse, [x] quàm sit pulchrum, beneficio gratū, fama gloriosum, tyrannum occidere? an cùm il-
118 lum homines non tulerint, te ferent? || Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas exspectabitur. respice, quæso, aliquando rempublicā, M. Antoni: quibus ortus sis, [y] non quibuscum viuas, considera mecū, vt voles: cum rep. redi in gratiā. Sed de te tu ipse videris: ego de meipso profitebor. defendi remp. adolescens, non deseram senex: contemsi Catilinæ gladios, non pertimescam tuos. Quin etiam corpus [z] libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitatis [a]
119 potest. || Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod iādiu parturit. Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturā esse consulari: quātò veriùs nunc negabo seni? Mihi verò, P.C. iam etiā optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas ade-

q L. litera, cura, cog.
r L. multos annos regnare meditatus magno labore multis peric.
s L. quod cogitarat, est al. quod cogitabat, est.
t L. deleniebat:
u L. Hæc nō cogitas?
x L. quàm sit te pulchrum.
y al. non quibuscum viuas,
z L. libenter eis obr.
a L. potest, vt aliquando dol.

adeptus sum, quásque gessi. duo modò hæc opto: vnum vt moriens populum R. liberum relinquam: hoc mihi maius à diis immortalibus dari nihil potest: alterum, vt ita cuique eueniat, vt de rep. quisque mereatur.



IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA TERTIA.

ORATIO QVADRAGESIMA QVINTA.

Suadet Cicero res eas, quas Cæsar adolescens priuato cõsilio gesserat, aut gereret publico cõfirmãdas authoritate. Legiones, quæ, relicto Antonio, ad rẽp. defendendam se contulerant, laudandas, eisq; spem præmiorũ decreto Senatus ostendendam. D. Brutum, qui se in Galliam irruenti Antonio obiecerat, ipsamq; Galliã, debita laude ornãdam. prouincias ab iisdem, qui eas obtinerent, obtinẽdas esse, ex lege Iulia, quoad ex S.C. cuique eorum successum est, iisq; de rebus ad Senatũ nouis COSS. primo quoque tempore esse referendum. In eius sententiam iuit Senatus facto S C.

* EXORDIVM. a L. postulabat, & ita v.c.

SERIVS * omnino, P.C. quàm tempus reip. [a] postulauit, aliquando tamẽ conuocati sumus: quod flagitabam equidem quotidie: quippe cum bellum nefarium contra aras, & focos: contra vitã fortunásq; nostras, ab homine profligato, ac perdito nõ cõparari, sed geri iam viderẽ. Exspectantur Kalendæ Ian. quas non exspectat Antonius, qui in prouinciã D. Bruti, summi, & singularis viri cũ exercitu impetũ facere conatur: ex qua se instructum, & paratũ ad vrbẽ venturum esse minitatur. Quæ est igitur exspecta-

&
tio [b] aut quæ vel minima dilatio temporis?
Quamquã enim adsunt Kalendæ Ian. tamen bre-
ue tempus longum est imparatis. dies enim af-
fert, [c] & hora potius, nisi prouisum est, magnas
sæpe cladeis: certus autẽ dies non vt sacrificij,
sic consilij exspectari solet. Quòd si aut Kalen-
dæ Ian. fuissent eo die, quo primùm ex vrbe fu-
git Antonius, aut hæ non essent exspectatæ: bel
lum iam nullum haberemus. auctoritate enim
senatus, consensuque populi R. facilè hominis
amentis fregissemus audaciam. quod confido
equidem consules designatos, [d] simulac magi-
strum inierint, esse facturos. sunt enim optimo
animo, summo consilio, singulari cõcordia. mea
autẽ festinatio nõ victoriæ solùm auida est, sed
3 etiam celeritatis. [e] Quousq; enim tantũ bellũ,
tam crudele, tã nefarium priuatis consiliis pro
pulsabitur? cur non quàm primum publica ac
cedit auctoritas? C. * Cæsar adolescens, pænè po
tius puer, incredibili, ac diuina quadã mẽte, atq;
virtute, tũ, cùm maximè furor arderet Antonij,
cũque eius à Brundisio crudelis, & pestifer re-
ditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitan
tibus, [f] nec opinantibus quidem nobis ([g] quia
fieri non posse videbatur) firmissimum exercitũ
[h] inuicto genere veteranorum militũ cõparauit,
patrimoniũq; suum effudit, [i] quamquã non su
mus vsi eo verbo quo decuit. non enim effudit.
4 sed in salute reip. collocarit. Cui quamquam
gratia referri tanta non potest, quanta debetur:
habenda tamẽ [k] tanta est, quantã maximã animi
nostri capere possunt. Quis enim est tã ignarus
rerũ, tã nihil de rep. cogitans, qui hoc nõ intel
ligat, si M. Antonius à Brundisio cum iis copiis,
quas se habiturum [l] putauerat, Romam, vt mi-
nabatur, venire potuisset, nullum genus [m] cru
delitatis eum præteriturum fuisse? quippe qui in
hospitis tectis Brũdisij fortissimos viros, ciueis
optimos, iugulari [n] iussit: quorum ante pedes

b I. aut quæ vel mi nimi dil.
c L. vel hora p.
d L. simul vt mag.
e L. Quo enim vsq. t. & ita o. v. c.
* SVASIO
f I. ne opinanti. quidem.
g al. quia non posse fieri.
h L. ex inuicto.
i L. quamquã nõ sum vsus eo verbo. quo debui. & ita o. v. c.
k L. est tãta
l I. putabat, & ita duo libri vet.
m L. eum crudelitatis prær.
n L. iusserit

eius morientum sanguine os vxoris respersum esse constabat. Hac ille crudelitate imbutus, cū multò bonis omnibus veniret iratior, quā illis fuerat, quos trucidarat:[o] cui tandem vestrûm, aut cui omnino bono pepercisset? ‖ [p] Qua peste 5
rempublicam priuato consilio (nec enim fieri potuit aliter) Cæsar liberauit. qui nisi in hac republica natus esset, rempublicam scelere Antonij nullam haberemus. Sic enim perspicio, sic iudico. nisi vnus adolescens illius furentis impetus, crudelissimósque conatus cohibuisset, remp. funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die P.C. (nunc enim primùm ita conuenimus,[q] vt de illius beneficio possemus, quæ sentiremus, liberè dicere) tribuenda est auctoritas vt remp non modò à se susceptam, sed etiam à nobis commendatam possit defendere. ‖ Nec 6
verò de legione Martia, quoniam longo interuallo loqui nobis de repub. licet) sileri potest. Quis enim vnus fortior, quis amicior vmquam reip. fuit, quàm legio Martia, vniuersa? quæ cùm hostem populi Ro. M. Antonium [r] iudicasset, [s] comes eius esse amentiæ noluit. reliquit consulem: quod profectò non fecisset, si eum consulem [t] iudicauisset: quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cædem ciuium, atque interitum ciuitatis, videret. Atque ea legio consedit Albæ, quam potuit vrbem eligere, aut opportuniorem ad res [v] gerendas, aut fideliorem, [x] aut fortiorū virorum, aut amicorum [y] populo Rom. ciuiū? ‖ Huiusce legionis virtutē imitata Quar- 7
ta legio, duce L. Egnatuleio quæstore, [z] ciue optimo, & fortissimo, [a] Cæsaris auctoritatem, atque exercitum persecuta est. [b] Faciendum est igitur nobis, P.C. vt ea, quæ sponte clarissimus adolescens, atque omnium præstantissimus gessit: & gerit, hæc auctoritate nostra cōprobentur: veteranorúque, fortissimorum virorū tum legionis Martiæ, Quartæque mirabilis consensus ad remp.

o L. cui tandem nostrû
p L. Qua peste priuato consilio remp. & ita v.c.
q L. vt illius beneficio possemus ea quæ
r al. iudicauisset,
s L. comes esse eius a.
t al. iudicauisset: q.
v al. gerendas
x al. aut fortium virorum, aut amicorum reip.
y L. reip.
z L. ciui op.
a L. C. Cæsaris.
b L. faciundum est igitur,
c al. recipe. randant.

rempub. [c] recuperandam, laude & restimonio nostro confirmetur: eorúmque commoda, honores, præmia, cùm consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore, hodierno die spõdeamus.

8 Aque ea quidem, quæ dixi de Cæsare, deque eius exercitu, iamdiu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Cæsaris, constantiáque militum veteranorum, legionumque earum optimo iudicio, quæ auctoritatem nostram, libertatem populi R. virtutem C. Cęsaris secutæ sunt, à ceruicibus nostris est depulsus Antonius. Sed, vt dixi: hæc superiora: hoc verò recens edictum D. Bruti, quod paulò antè propositum est, certè silentio nõ potest præteriri. pollicetur enim, se prouinciã Galliam retenturum in senatus populiq; R. potestate. O ciuem natum reip. memorem sui nominis, imitatorémque maiorum neq; enim Tarquinio expulso, maioribus nostris tam fuit optata libertas quàm est [d] repulso Antonio retinenda nobis.

9 Illi regibus parere iam à condita vrbe didicerant; nos post reges exactos seruitutis obliuio ceperat. Atque ille Tarquinius, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus habitus est, & dictus. quod nos vitium in priuatis sæpe tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus regem superbum non tulit: [e] Decius sceleratum, atque impium [f] regnare patietur Antonium? quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia [g] fecit, & facit Antonius? Senatum etiam reges habebant: [h] nec tum, vt Antonio senatum habenti in consilio regis versabantur barbari armati. seruabãt auspicia reges, quæ hic consul, augurque neglexit, neque solũ legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega [i] vnà referente, eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat.

10 Quis autem rex vmquã fuit tam [k] insigniter imprudens, vt haberet omnia cõmoda, beneficia, iura regni venalia? quam

d L. depulso iam Antonio,
e L. Decimus scel. al. D. Brutus scel.
f T. regnare patietur: quid Tarq.
g L. & facit, & fecit Ant.
h L. nec tamen, vt Antonio senatũ habenti e.
i T. vnà ferente, eo q.
k L. insignitè & ita q. v. c.

hic immunitatem, quam ciuitatem, quod præmium non vel singulis hominibus, vel ciuitatibus, vel vniuersis prouinciis vendidit? Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus. At verò huius domi [l] inter calices pendebatur aurum, numerabatur pecunia: vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperiũ populi R. nundinabantur. Supplicia verò in ciueis Romanos nulla Tarquinij accepimus. At hic & Suessæ iugulauit eos, quos in custodiam dederat, [m] Brundisij trecentos fortissimos viros, ciueisque optimos, trucidauit.‖

11 Postremò Tarquinius pro populo Rom. bellum gerebat tum, cùm est expulsus: Antonius contra populum Rom. exercitum adducebat tum, cùm [n] à legionibus relictus, nomen Cæsaris. exercitumq; pertimuit, neglectisque sacrificiis solemnibus ante lucem vota ea, quæ numquam solueret, nuncupauit: & hoc tempore in prouinciam populi Ro. conatus inuadere. [p] Maius igitur beneficiũ à Decio Bruto populus Ro. & habet, & exspectat, quàm maiores nostri acceperunt à L. Bruto, principe huius maximè conseruandi generis, & nominis.‖

12 Cùm autem [q] est omnis seruitus misera: tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato: numquam, ne in metu quidem, sobrio. Hunc igitur qui Gallia prohibet, priuato præsertim consilio, iudicat, verissimeque iudicat, non esse consulem. Faciendum est igitur, [r] P. C. nobis, vt D. Bruti priuatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec verò M. Antonium consulem, post Lupercalia [s] debuistis, quo enim ille die populo Romano inspectante, nudus, vnctus, ebrius [t] concionatus est, & id egit, vt collegæ diadema imponeret: [u] eo die non modò consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Esset enim ipsi certè statim seruiendum; si Cæsar ab eo regni [x] insigne accipere voluisset. Hunc igitur ego consulem, hunc ciuem

Roma-

l L. inter quasilla pend. & ita o. v. c. Quasillum dixit ὑποχοῦς, στ κῶς, aqualum, quod vas lanificiis aptum ita interpretatur Isidor. 14. c. 29 Pant. legit inter ancillas.

m L. & Brũdisij ad trecentos for.

n al. legio omnib. rel.

o al. ea vota,

p L. Maius igitur à D. Bruto beneficium populus R. &c.

q al. omnis seruitus est mis.

r L. nobis, P. C. vt

s al. debuistis putare,

t L. est concionatus,

v L. eo die se non M. cons. sed etiam addic.

x L. insignia accip.

Romanum, hunc liberum, hunc denique hominem putem, qui fœdo illo, & flagitioso die, & quid pati, Cæsare viuo [y] potest, & quid, eo
13 mortuo consequi ipse cuperet, ostendit? || Nec verò de virtute, constantia, & grauitate prouinciæ Galliæ taceri potest. est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum imperij populi Romani, illud ornamentum dignitatis. [z] Tantus autē consensus est municipiorum, coloniarūque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatémque populi R. defendendam conspirasse videantur. Quamobrem tribuni pl. quamquam vos nihil aliud, nisi de præsidio, vt senatum tutò consules kalendis Ian. habere [a] possent, retulistis, tamen mihi videmini magno consilio, atque optima mēte potestatē nobis de tota rep. fecisse dicendi, cum enim tutò senatū haberi sine præsidio non posse indicauistis [b] illud etiam statuistis, intra muros Antonij scelus
14 audaciámque versari. || Quamobrem omnia, mea sententia, complectar vobis, vt intelligo, non inuitis, vt & præstantissimis ducibus à nobis detur auctoritas, & fortissimis militibus spes ostēdatur præmiorū: & iudicetur non verbo, sed re, non modò non consul, sed etiam hostis Antonius. nam si ille consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt: sceleratus Cæsar, Brutus nefarius, qui contra consulē priuato consilio exercitus comparauerunt. sin autē militibus exquirendi sunt honores noui, propter eorum diuinum, atque immortale meritū: ducibus autem ne referri quidem potest gratia: quis est, qui eum [c] non hostem existimet, quem qui armis [d] persequuntur, conseruatores reipu-
15 blicæ iudicantur? || At quā contumeliosus in edictis? quàm barbarus? [e] quàm rudis? Primùm in Cæsarem maledicta cōgessit, depromta ex recordatione impudicitiæ, & stuprorū suorū Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior?

y L. posset.

z L. tantus autem est cōsensus m.

a al. possint

b L. tū statuistis etiā, intra m.

c L. hostem non exist.

d al. persequantur,

e L. quàm dirus? al. quàm ferus quā barbarus?

quod in ineunte habemus illustrius exemplum
veteris sanctitatis:quis autē illo f maledico im
purior? Ignobilitatem obiicit C. Cæsaris filio,
cuius etiam naturalis pater, si vita suppeditas-
set,consul factus esset Aricina mater Trallianā,
aut Ephesiam putes dicere. Videte quàm despi-
ciamur omnes,qui sumus è municipiis,id est,om
nes planè. quotus enim quisque non est? quòd
autem municipiū non contemnit is, qui Arici-
num tantopere despicit,vetustate antiquissimū,
iure fœderatum,propinquitate pænè finitimum,
splendore municipiū honestissimum? hinc Vo- 16
coniæ, [i] hinc Statiniæ leges:hinc muliæ sellæ
curules,& patrum memoria,& nostra:hinc equi
tes Rom. [k] lautissimi plurimi, & honestissimi,
Sed si Aricinam vxorem non probas,cur probas
Tusculanam? quamquā huius sanctissimæ fœmi-
næ, atque optimæ pater M. Attius Balbus, in
primis honestus prætorius fuit:tuęcōiugis,bonę
fœminæ,locupletis quidē certè. Dābalio quidā
pater,homo nullo numero.nihil illo contētius,
qui propter hæsitantiā linguæ, stuporéq; cordi
cognomē ex cōtumelia traxerit. [l] At auus huius
nobilis, Tuditanus nēpe ille,qui cū palla,& co
turnis nummos populo de Rostris spargere so-
lebat. vellem hanc contentionem pecuniæ suis
reliquisset, [m] haberetis nobilitatē generis glo-
riosam. Quî autem euenit, [n] vt tibi [o] Iulia na- 17
tus,ignobilis videatur, cùm tu eodem materno
genere soleas gloriari? quæ porrò amentia est,
eum dicere aliquid de vxorum ignobilitate,cu-
ius pater Numitoriam Fregellanam, proditoris
filiam habuerit vxorem: ipse ex libertini filia
susceperit liberos? Sed hoc clarissimi viri vide-
rint. L. Philippus,qui habet Aricinā vxorem,C,
Marcellus,qui Aricinæ filiam:quos [p] certè scio
dignitatis optimarum fœminarum non pœnite-
re. Idem etiā Q. Ciceronem, fratris mei filium,
compellat edicto:nec sentit amens,commenda-
tio-

f L. illo, qui maledicit, imp.
g L. natura pater,
h al. de mu inicipiis,
i al. Atiniæ leges: al. Scātiniæ. Lex autem Scantinia turpissimum crimen vindicabat, de qua in lege cùm vir nubit C. de adulteris.
k L. lautissimi, & plurimi. Sed si Ari.
l L. At auus nobilis: Tud.
m L. habetis nobilit. & ita vi c
n L. conuenit,
o L. Iulia nata, ign.
p L. certò,

tionem esse compellationem suam. Quid enim accidere huic adolescenti potuit optatius, quã cognosci [q] ab omnibus Cæsaris consiliorum
18 esse socium, Antonij furoris inimicum? || At etiã gladiator ausus est scribere, hunc de patris, & patrui [r] parricidio cogitasse. O admirabilẽ impudentiam, audaciã, temeritatem! in eum adolescentem [s] hæc scribere audere, quem ego, & frater meus, propter eius suauissimos, atque optimos mores, præstantissimumque ingeniũ, certatim amamus, omnibusque horis, oculis, aurib. complexu tenemus? [t] Nam in eisdem me edictis nescit, lædat, an laudet, cum idem suppliciũ minatur optimis ciuibus, quod ego [u] de scelera tissimis sumserim, laudare videtur, quasi imitari velit, cùm autem illam pulcherrimi facti memoriam refricat: tum a suis similibus inuidiam
19 aliquam in me commoueri putat. || Sed ipse quid fecit? cùm tot edicta proposuisset edixit, vt adesset senatus frequens [x] ad VIII. Kal. Decemb. eo die [y] ipse nõ affuit. At quomodo edixit? hæc sunt, vt opinor, verba in extremo. SI QVIS NON AFVERIT HVNC OMNES EXISTIMARE POTERVNT, ET INTERITVS MEI, ET PERDITISSIMORVM CONSILIORVM AVCTOREM FVISSE. Quæ sunt perdita consilia? an ea, quæ pertinẽt ad libertatem populi Romani recuperandam? quorũ consiliorum Cæsari me auctorem, & hortatorẽ & esse, & fuisse fateor. quamquam ille nõ eguit consilio cuiusquam: sed tamen, [z] vt dicitur, currentem incitaui. Nam interitus quidem tuli quis tum bonus non esset auctor, cùm in eo salus, & vita optimi cuiusque, libertas popul Romani, digni
20 tásque consisteret? || Sed cũ tã atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit? num putatis aliqua re tristi ac seuera [a] vino & epulis retentus est: si epulæ potiùs, quàm popinæ nominandæ sunt. diem edicti obiri neglexit. in ante diẽ quartum Kalendarum Decemb. distulit. adesse in

q L. ab omnib.
r L. patricidio
s L. hoc scribere & ita c.v.c.
t L. Nam me iisdem ed nesc. al. iam me in iisdem edictis,
u L. de sceleratissimis ac pessim. sumsi.
x L. ad viij.
y L. ipse nõ aff.
z L. currentem, vt dici tur incit.
a T. vino, atque epulis retentus, si illæ epulæ potiùs quàm popinæ nominandæ sunt, diẽ ed.

in Capitolio iussit:quod in templum ipse nes-
cio qua per Gallorũ cuniculum adscẽdit cõue-
nerunt corrogati,& quidem ampli quidam ho-
mines,sed immemores dignitatis suæ.is enim e-
rat dies,ea fama,is,qui senatum vocarat,vt tur-
pe senatori esset,nihil timere. Ad eos tamẽ ip-
sos,qui conuenerant,ne verbum quidem ausus
est facere de Cæsare,cùm de eo constituisset ad
senatum referre. Scriptam attulerat consularis
quidam sententiam.|| Quid est aliud,de eo refer 21
re non audere,qui contra se consulẽ exercitum
duceret,nisi seipsum hostem iudicare? [b] necesse
enim erat alterum esse hostẽ:nec poterat aliter
de aduersariis iudicibus iudicari.Si igitur C.Cæ
sar,hostis,cur consul nihil refert ad senatũ ? sin
ille à senatu notandus non fuit:quid potest di-
cere,quin cùm de illo tacuerit,[c] se hostem esse
confessus sit?quẽ in edictis Spartacum appellat,
hunc in senatu ne improbũ quidẽ dicere audet.
[d] Atq; in rebus tristissimis quãtos excitat risus?
sententiolas edicti cuiusdã memoriæ mandaui,
quas videtur ille peracutas putare:ego autẽ,qui
intelligeret,quid dicere vellet,adhuc neminem
inueni.|| NVLLA CONTVMELIA EST,QVAM FACIT 22
DIGNVS. Primùm quid est,Dignus ? nam etiam
malo digni multi,sicut ipse. an quã facit is, qui
cũ dignitate est?quæ autem potest esse maior?
quid est porrò,Facere contumeliã ? quis sic lo-
quitur?Deinde:NEC TIMOR QVEM DENVNTIAT
INIMICVS.[e] Quid ergo?ab amico timor denun-
tiari solet?horũ similia deinceps. Nónne satius
est mutũ esse,quã quod nemo intelligat,dicere?
En,cur magister eius ex oratore [f] arator factus
sit , possideat in agro publico populi Romani
campi Leontini duo millia iugerum immunia,[g]
vt hominẽ stultũ magis etiam infatuet mercede
publicã.Sed hæc leuiora fortasse.||illud quęro,[h] 23
cur tã mãsuetus in senatu fuerit.cùm in edictis
[i] tã fuisset ferus.quid autẽ attinuerit,L. Cassio,
tri-

b L.necesse erat enim alterutrum esse h.

c L. se hostẽ confessus sit?

d L. At in reb.tristiss.

e L.Quid ergo ab amico tim.

f L. arator factus possideat in agro pub.

g L. vt hominem stolidum m.

h al.cur tã subitò mãs.

i L.tam;ferus fuisset.

tribuno pleb.fortissimo,& constantissimo ciui,
mortem denuntiare,si in senatu venisset.D.Car-
fulenum,bene de rep.sentientem & senatu vi &
minis mortis expellere:Ti.Canutiú,á quo erat
k honestissimis contentionibus & sæpe, & iure
vexatus, non templo solum,verùm etiam aditu
prohibere Capitolij. Cui S.C.ne intercederent
verebatur?* De supplicatione,credo,M.Lepidi,
clarissimi viri.Atque id erat periculũ, de cuius
honore extraordinario quotidie aliquid cogi-
24 tabam9,ne eius vsitatus honos impediretur. Ac,
ne sine causa videretur edixisse, vt senat9 adess
set,cum de rep. relaturus fuisset, allato nuntio
de legione quarta,mente concidit:l effugere fe-
stinans, senatusconsultum de supplicatione per
discessionem, fecit, cùm id factum esset antea
numquam.Quæ verò profectio postea?quod iter
paludati?quæ vitatio oculorum,lucis,vrbis,fo-
ri?quàm misera fuga?quàm fœda, quam turpis?
m Præclara tũ fuit senatus in illo ipso die ves
pertina prouinciarum religiosa sortitio: diuina
verò opportunitas, vt quæ cuique apta esset, ea
cuique obueniret.Præclarè igitur facitis, tribu
25 ni plebis,qui de præsidio n consulũ,senatúsque
referatis:meritóque vestro maximas vobis gra
tias omnes & agere,& habere debemus. o Qui
enim carere metu,& periculo possemus in tanta
hominum cupiditate,& audacia?ille autẽ p affli-
ctus,& perditus,quæ de se exspectat iudicia gra-
uiora,quàm amicorum suorum? familiarissimus
eius,mihi homo coniunctus L. Lentulus, & P.
Naso,omni carẽs cupiditate,nullã se habere pro
uinciã,nullã Antonij sortitionẽ fuisse q iudica-
uerũnt. quidẽ fecit L.Philippus,r vir auo,patre,
maioribusque suis dignissimus,in eadẽ sentẽtia
fuit homo summa integritate,atque innocẽtia,
s M.Anturanius.idem fecit Sp. Oppius.ipsi etiã,
qui amicitiam M Antonij veriti,plus ei tribue-
rũt,quàm fortasse vellent,M.Piso meus necessa
rius,

k al. honestissimis cõtionibus & sæpe & iure, contentionibúsq; vex.

* vide 10. Fam. epist. 27.

l L. & fugere fest.

m L. Præclara tamẽ senatuscõsulta illo ipso d. vespertina: prouinc.

n al. consulis,

o L. Qui enim periculo carere possumus in t.

p L. homo afflictus,

q for. iudicarunt.

r L. vir patre,auo,m.

s M. Turranius. al: C. Turannius.

rius,& vir,& ciuis egregius,parique innocentia
M.Vehilius,senatus auctoritati se obtēperatu-
ros esse dixerunt.‖Quid ego de L.Cinna loquar? 26
Cuius spectata multis,[t] magnisque in rebus sin-
gularis integritas,minùs admirabilem fecit hu-
ius honestissimi facti gloriam:qui omnino pro-
uinciam neglexit:quam item magno animo, &
cõstanti [u] C.Cessedius repudiauit.Qui sunt igi-
tur reliqui,quos sors diuina delectet?[x] L.Anto-
nius,& M.Antonius.O felicem vtrumque!nihil
enim maluerunt,C.Antonius Macedoniam.Hũc
quoque felicẽ.hãc enim semper habebat in ore
prouinciam,C.Caluisius Africam.Nihil felicius,
modò enim ex Africa decesserat, & quasi diui-
nãs se rediturum,duos legatos Vticę reliquerat.
Deinde M.Iccius Siciliam,Q.Cassius Hispaniã.
nõ habeo,quid suspicer.duarum credo prouin-
ciarum sorteis minùs diuinas fuisse.‖O C.Cæsar 27
(adolescentem appello) quam tu salutem reip.
attulisti?quàm improuisam?quàm repentinam?
qui enim hæc fugiens fecerit,quid faceret inse-
quens?etenim in contione dixerat, [y] se custodẽ
futurum vrbis:vsque ad Kalendas Martias ad vr-
bem exercitum habiturum. O præclarũ custo-
dem ouium (vt aiunt) lupum,custósne vrbis, an
direptor,& vexator esset Antonius? Et quidem
se introiturum in vrbem dixit,exiturumque, cũ
vellet. Quid illud?nónne audiente populo, se-
dens, pro æde Castoris,dixit,nisi qui vicisset,vi-
cturum neminem?Hodierno die primùm, P. C. 28
longo interuallo in possessionem libertatis pe-
dem ponimus:cuius quidẽ ego,quoad potui, nõ
modò defensor,sed etiam conseruator fui, cùm
autem id facere non possem,[z] qui fui:nec abie-
ctè,nec sine aliqua dignitate [a] casum illum tẽ-
porum,& dolorem tuli.Hanc verò teterrimam
belluam,quis ferre [b] posset,aut quomodo?quid
est in Antonio,præter libidinem,crudelitatem,
petulantiam,audaciam?[c] ex his tot congluti-
natus

t L. magnisque rebus

v al. C.Cessius al. Cessentius

x v. c. L. Annius, M.Anton.

y L. se custodem fore vrbis:

z L. quieui: nec vnde Vict.1, var. cap.9.

a al. casum illorum tẽporum,

b L. potest, aut

c L. ex his totus cõglutinatus est. al. ex his totus vitiis conglut.

natus est. nihil apparet in eo ingenuum, nihil
29 moderatum, nihil pudens, nihil pudicū.|| Quapropter, *quoniā res in id discrimē adducta est, vtrum ille pœnas reip. luat, an nos seruiamus: aliquando, per deos immortaleis, P. C. patriū animū, virtutemque capiamus, vt aut libertatem propriā d Ro. generis, & nominis recuperemus; aut mortem seruituti anteponamus. Multa, quæ in libera ciuitate ferenda non essent, tulimus, & perpessi sumus: alij spe recuperandæ libertatis, alij viuēdi nimia cupiditate. sed, si illa tulimus, quæ nos necessitas ferre coēgit, quæ vis quædam pænē fatalis, quæ tamen ipsa nō tulimus: etiámne huius impuri latronis feremus, teterrimum, crudelissimúque dominatum?||
30 Quid hic e faciat, si potuerit, iratus, f qui cùm succensere nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus? quid hic victor nō audebit, qui nullam adeptus victoriā, tanta scelera post Cæsaris interitū fecerit? refertam g eius domum exhauserit? hortos cōpilarit? ad se h omnia ex his ornamenta transtulerit? cædis, & incendiorum causam quæsierit. ex funere? duobus aut tribus S.C. bene, & è repub. factis, reliquas res ad lucrum, prædamque reuocauerit? vendiderit immunitates? ciuitates liberauerit? prouincias vniuersas ex imperij populi Ro. iure sustulerit? exsules reduxerit? falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit, earúmque rerū omnium domesticum mercatū instituerit? populo Romano leges imposuerit? armis, & præsidiis i populum Rom. & magistratus foro excluserit? senatum k stirpauerit armatis?
31 || armatos in cælla cōcordię, cùm senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundisiū cucurrerit? ex his optimè sentienteis centuriones iugulauerit? cum exercitu Romā sit ad interitum nostrum, ? & l ad disperditionem vrbis venire conatus? Atque his ab hoc impetu abstractus consilio,

* PERORATIO.
d L. Romani & generis & nom.
e al. faciet,
f L. suscensere n.
g al. domū eius exh.
h L. ex his omnia orn.
i L. populū, & magistratus f. excl.
l L. stiparit arm.
k L. ad direptiorem vrbis

filio,& copiis Cæsaris,consensu veteranorũ virtute legionum:ne fortuna quidẽ fractus minuit audaciam:nec ruere demens,nec furere desinit. in Galliam mutilatum ducit exercitũ : cum vna legione,& ea vacillante.L.fratrẽ exspectat:quo neminé reperire potest sui similiorem. Ille autẽ ex myrmillone dux,ex gladiatore imperator, [m] quas fecit strages, vbicumque posuit vestigia? cædit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcumque nactus est·epulantur milites : ipse autem se,vt fratrem imitetur,obruit vino:vastatur agri:diripiuntur vllæ: [n] matresfamilias, virgines,pueri ingenui abripiuntur, militibus traduntur. Hæc eadem, quacumque exercitum duxit,fecit M.Antonius. || His vos teterrimis fra- 32
tribus,portas aperietis?hos vmquam in vrbẽ recipietis?non tempore oblato, ducibus paratis, animis militũ incitatis populo,Ro.conspirante, Italia tota ad libertatẽ [o] recuperandã excitata, deorum immortalium beneficio vtemini?nullũ erit tempus,hoc amisso,à tergo à fronte,à lateribus [p] tenetur. si in Galliam venerit, non ille armis solùm,sed etiã nostris decretis [q] vrgẽdus est.magna vis est, [r] magnum nomen,vnum & idẽ sentientis senatus.[s] Videtisne refertum [s] forũ? populum Rom.ad spem recuperandæ libertatis erectum?qui longo interuallo cùm frequenteis hîc videt nos,tum sperat etiam liberos conuenisse.|| Hunc ego diem exspectans, M. Antonij 33
scelerata arma vitaui,tum,cũ ille in me absentẽ inuehens, non intelligebat, [t] ad quod tempus me, & meas vireis reseruarem. si enim illi tum cædis initium à me quærenti respõdere voluissem,nũc reipublicæ consulere nõ possem. Hanc verò nactus facultatem,nullum tempus,P.C.dimittam,neque diurnum,neque nocturnum, quin [u] de populi Romani libertate,de dignitate vestra,quod cogitandum sit,cogitẽ : quod agendum, atque faciendum, [x] idem non modò

non

m L. quas facit strag.
n v.c. matres familiæ, & ita L.
o v.c. reciperandam,
p L.tenebítur, si in Galliã venerit. nec ille arm.
q v. c. vrguend. est.
r L.magnũ numen,
s L.forum, populúmque Ro. ad spem reciperandæ libert. erectum?
t L.quod ad tempus
v L. de libertate populi Ro. & ita v.c.
x L.id non modò

non recuſem,[y] ſed appetam etiam, atque depo
ſcam. [z] Hoc feci ſemper, dum licuit: intermiſi
quoad non licuit. iam non ſolùm licet, ſed etiã
neceſſe eſt, niſi ſeruire [a] malumus, quàm ne ſer
34 uiamus, animis, armiſque decernere. || Dij im-
mortales nobis hæc præſidia dederunt, vbi Cæ
ſarem, Brutum Galliæ. Si enim ille vrbem op-
primere potuiſſet ſtatim ſi Galliã tenere paulo
pòſt: optimo cuique pereundum, reliquis eſſet
ſeruiendum. Hanc igitur occaſionem oblatã te-
nete, per deos immortaleis, P. C. & ampliſſimi
orbis terræ conſilij principes vos eſſe aliquã do
recordamini. ſignum date populo Romano, cõ-
ſilium veſtrũ nõ deeſſe reipublicæ, quoniam ille
virtutem ſuam non defuturam eſſe profitetur.
Nihil eſt [b] quod moneam. nemo eſt tam ſtultus,
qui nõ intelligat, ſi indormierimus huic tẽpori:
nõ modò crudelẽ, ſuperbámque dominationem
nobis, ſed ignominioſam etiã,[c] & flagitioſam[d]
35 eſſe ferendã. || Noſtis inſolẽtiam Antonij, noſtis
amicos, noſtis totam domum. libidinoſis, petu
lantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis
ſeruire, [e] ea eſt sũma miſeria, ſummo dedecore
cõiũcta. Quòd ſi iã (quod dij omen auertãt) fatũ
extremum reip. venit: quod gladiatores nobiles
faciunt, vt honeſtè decumbant, faciamus nos,
principes orbis terrarum, gentiúmque omnium,
vt cum dignitate potiùs cadamus, quàm cum
ignominia ſeruiamus. Nihil eſt deteſtabilius de-
decore, nihil fœdius ſeruitute. ad decus, & liber
tatem nati ſumus. aut hæc teneamus, aut cũ di-
gnitate moriamur. Nimium diu teximus, quid
ſentiremus: nunc iam apertum eſt: [f] omnes iam
patefecerunt, in vtramque partem quid ſentiãt,
36 quid velint. || [g] Sunt impij ciues pro caritate rei
publicæ nimiùm multi: ô pro multitudine bene
ſentiẽtium, admodum pauci: quorum opprimen-
dorum, dij immortales, incredibilem reipu. po-
teſtatem, & fortunã dederunt. ad ea enim præſi-
dia,

y L. ſed etiã appetã: atque
z L. Hoc feci, dum licuit:
a L. maliſmus,
b L. quod moneã vos n.
c L. & flagitioſam ferendam
d al. ferendam eſſe.
e L. ea ſumma miſeria eſt,
f L. omnes patefecerunt,
g al. contra multitudinem beneſ.

tè resp.adolescenteis[e] nobilissimos,paratos defensores. quàm volent,illi cedant, otio consulentes:tamen à rep. reuocabũtur.Et nomen pacis dulce est,& ipsa res salutaris.sed inter pacẽ, & seruitutem plurimũ interest.pax est trãquilia libertas:seruitus[f] malorum omnium postremũ, non modò bello,sed morte etiam repellendum.
‖Quòd si se ipsos illi nostri liberatores è con- 114
spectu nostro abstulerunt : at exemplũ facti reliquerunt.illi quod nemo fecerat,fecerũt. Tarquinium Brutus bello est persecutus : [g] qui tamen rex fuit,cùm esse Romæ regem [h] liceret. [i] Sp.Cassius,Sp.Melius,M.Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati.hi primi cũ gladiis,nõ in regnũ appetentem, sed in regnãtẽ impetũ fecerũt.quod cũ ipsum factũ per se [k] prçclarum,atque diuinum est, tum expositum ad imitandum, præsertim cùm illi eam gloriã consecuti sint,quæ vix cælo capi posse videatur.Etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali immortalitatem non arbitror[l] contemnendam.‖ Recordare igi- 115
tur,illum, M.Antoni, diem, quo dictaturam sustulisti:pone ante oculos lætitiam senatus , populiqueR.confer[17] [m] cum nummatione tua,tuorumq;:tũ intelliges,quantũ inter laudem, & lucrum intersit. Sed nimirum , vt quidam,morbo aliquo , & sensus stupore , suauitatem cibi non sentiunt : sic libidinosi, auari, facinorosi , veræ laudis [n] gustum non habent. Sed si te laus allicere ad rectè faciendum non potest , ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare.[o] Iudicia non metuis? si propter innocentiam , laudo:si propter vim, non intelligitis , ei , qui isto modo iudicia non timeat , quid timendum sit?
‖Quòd si non metuis viros forteis, egregiósque 116
ciueis,quòd à corpore tuo prohibẽtur armis:tui te,mihi crede.diutius non ferent.[p] Quid est autẽ,multos dies, & nocteis timeri à suis? nisi verò

e al. nobileis,
f L.postremum malorum omnium
g L. qui tũ rex f.
h L.licebat.
i L. Spurij Cassius,Melius,M.
k al.præclarum est,atque diuinum , tum exp.
l al. esse cõtemnendã.
m L. cum hac nundinatione tua,al.cum hac in manum latione , Anto. Aug. hac nomani nũdinatione ,
n L. gustatum
o al. Iudicia non metuis.
p L. Quæ est autem vita , dies, & nocteis &c.

rò aut maioribus habes beneficiis obligatos,
quàm ille quoſdam habuit ex iis, à quibus eſt
interfectus: aut tu es vlla re cum eo cōparãdus.
fuit in illo ingenium, ratio, memoria [q] literatu-
ra, cogitatio, diligentia: res bello geſſerat, quã-
uis reip. calamitoſas, attamen magnas: [r] multos
annos regnare eſt meditatus: magno labore, ma-
gnis periculis, quod cogitauerat, effecerat mu
neribus, monumentis congiariis, epulis multitu-
dinem imperitam [t] lenierat: ſuos præmiis, aduer-
ſarios clementiæ ſpecie deuinxerat. Quid mul-
ta? attulerat iã liberæ ciuitati, partim metu, par-
117 tim patientia, conſuetudinem ſeruiendi. | Cum
illo ego te dominandi cupiditate conferre poſ
ſum, ceteris verò rebus nullo modo es compa
randus. Sed ex plurimis malis, quæ ab illo reip.
ſunt inuſta, hoc tamen boni eſt, quòd didicit iã
populus R. quantum cuique crederet, quibus ſe
committeret? à quibus caueret. [u] Hæc igitur nō
cogitas? nec intelligis ſatis eſſe viris fortibus
didiciſſe, [x] quàm ſit pulchrum, beneficio grati,
fama glorioſum, tyrannum occidere? an cum il-
118 lum homines non tulerint, te ferent? | Cer-
tatim poſthac, mihi crede, ad hoc opus curre-
tur, nec occaſionis tarditas exſpectabitur. reſ-
pice, quæſo, aliquando rempublicã, M. Antoni:
quibus ortus ſis, [y] non quibuſcum viuas, conſi-
ſidera mecũ, vt voles: cum rep. redi in gratiã. Sed
de te tu ipſe videris: ego de meipſo profitebor.
defendi remp. adoleſcens, non deſeram ſenex:
contemſi Catilinæ gladios, non pertimeſcam
tuos. Quin etiam corpus [z] libenter obtulerim,
ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis [a]
119 poteſt | Vtinam aliquando dolor populi Roma-
ni pariat, quod iãdiu parturit. Etenim ſi abhinc
annos prope viginti hoc ipſo in templo nega-
ui poſſe mortem immaturã eſſe conſulari: quã-
tò veriùs nunc negabo ſeni? Mihi verò, P. C. iam
etiã optanda mors eſt, perfuncto rebus iis, quas

q L. litera, cura, cog.
r L. multos annos regnare meditatus magno labore multis peric.
s L. quod cogitarat, etsi al. quod cogitabat, eff.
t L. deleniebat:
u L. Hæc nō cogitas?
x L. quàm sit te pulchrum.
y al. non quibuscon uiuas,
z L. libenter eis obt.
a L. poteſt, vt aliquando dol.

adeptus sum, quásque gessi. duo modò hæc opto: vnum vt moriens populum R. liberum relinquam: hoc mihi maius à diis immortalibus dari nihil potest: alterum, vt ita cuique eueniat, vt de rep. quisque mereatur.



IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA TERTIA.

ORATIO QVADRAGESIMA QVINTA.

Suadet Cicero res eas, quas Cæsar adolescens priuato cõsilio gesserat, aut gereret publico cõfirmãdas authoritate. Legiones, quæ, relicto Antonio, ad rēp. defendendam se contulerant, laudandas, eisq; spem præmiorũ decreto Senatus ostendendam. D. Brutum, qui se in Galliam irruenti Antonio obiecerat, ipsamq; Galliã, debita laude ornãdam. prouincias ab iisdem, qui eas obtinerent, obtinẽdas esse, ex lege Iulia, quoad ex S.C. cuique eorum successum est, iisq; de rebus ad Senatũ nouis coss. primo quoque tempore esse referendum. In eius sententiam iuit Senatus facto S C.

* EXORDIVM. a L. postulabat, & ita o.v.c.

1 SERIVS * omnino, P.C. quàm tempus reip. [a] postulauit, aliquando tamẽ conuocati sumus: quod flagitabam equidem quotidie: quippe cum bellum nefarium contra aras, & focos: contra vitã fortunásq; nostras, ab homine profligato, ac perdito nõ cõparari, sed geri iam viderẽ. Exspectantur Kalendæ Ian. quas non exspectat Antonius, qui in prouinciã D. Bruti, summi, & singularis viri cũ exercitu impetũ facere conatur: ex qua se instructum, & paratũ ad vrbẽ venturum esse minitatur. 2 Quæ est igitur expe-

cta-

ctio [b] aut quæ vel minima dilatio temporis?
quamquã enim adsunt Kalendæ Ian. tamen bre-
ue tempus longum est imparatis. dies enim af-
fert, [c] & hora potius, nisi prouisum est, magnas
sæpe cladeis? certus autẽ dies non vt sacrificij,
sic consilij exspectari solet. Quòd si aut Kalen-
dæ Ian. fuissent eo die, quo primum ex vrbe fu-
git Antonius, aut hæ non essent exspectatæ: bel
lum iam nullum haberemus. auctoritate enim
senatus, consensuque populi R. facilè hominis
amentis fregissemus audaciam. quod confido,
equidem consules designatos, [d] simulac magi
strum inierint, esse facturos. sunt enim optimo
animo, summo consilio, singulari cõcordia. mea
autẽ festinatio nõ victoriæ solum auida est, sed
3 etiam celeritatis. [e] Quousq; enim tantũ bellũ,
tam crudele, tã nefarium priuatis consiliis pro-
pulsabitur? cur non quàm primum publica ac
cedit auctoritas? C.* Cæsar adolescens, pænè po
tius puer, incredibili, ac diuina quadã mẽte, atq;
virtute, tũ, cum maximè furor arderet Antonij,
cũque eius à Brundisio crudelis, & pestifer re-
ditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitan
tibus, [f] nec opinantibus quidem nobis ([g] quia
fieri non posse videbatur) firmissimum exercitũ
[h] inuicto genere veteranorum militũ cõparauit,
patrimoniũq; suum effudit, [i] quamquã non su
mus vsi eo verbo quo decuit. non enim effudit.
4 sed in salute reip. collocauit. Cui quamquam
gratia referri tanta non potest, quanta debetur:
habenda tamẽ [k] tanta est, quantã maximã animi
nostri capere possunt. Quis enim est tã ignarus
rerũ, tã nihil de rep. cogitans qui hoc nõ intel
ligat, si M. Antonius à Brundisio cum iis copiis,
quas se habiturum [l] putauerat, Romam, vt mi
nabatur, venire potuisset, nullum genus [m] cru
delitatis eum præteriturum fuisse? quippe qui in
hospitis tectis Brũdisij fortissimos viros, cineis
optimos, iugulari [n] iussit: quorum ante pedes

b l. aut quæ vel minimi dil.
c L. vel hora p.
d L. simul vt mag.
e L. Quo enim vsq. t. & ita o. v. c.
* SVASIO
f l. nec opinã ti. quidem.
g al. quia non posse fieri.
h l. ex inui cto.
i L. quamquã nõ sum vsus eo verbo, quo debui. & ita o. v. c.
k L. est tãta
l L. puta-bat, & ita duo libri ver.
m L. eum crudelitatis præt.
n L. iusserit

eius morientum ſanguine os vxoris reſperſum eſſe conſtabat. Hac ille crudelitate imbutus, cũ multò bonis omnibus veniret iratior, quã illis fuerat, quos trucidarat:[o] cui tandem veſtrûm, aut cui omnino bono pepercisset?‖ [p] Qua peſte 5
rempublicam priuato conſilio (nec enim fieri potuit aliter) Cæſar liberauit. qui niſi in hac republica natus eſſet, rempublicam ſcelere Antonij nullam haberemus. Sic enim perſpicio, ſic iudico. niſi vnus adoleſcens illius furentis impetus, crudeliſſimóſque conatus cohibuiſſet, remp. funditus interituram fuiſſe. Cui quidem hodierno die P.C. (nunc enim primùm ita conuenimus,[q] vt de illius beneficio poſſemus, quæ ſentiremus, liberè dicere) tribuenda eſt auctoritas, vt remp. non modò à ſe ſuſceptam, ſed etiam à nobis commendatam poſſit defendere. ‖ Nec 6
verò de legione Martia, quoniam longo interuallo loqui nobis de repub. licet) ſileri poteſt. Quis enim vnus fortior, quis amicior vmquam reip. fuit, quàm legio Martia, vniuerſa? quæ cùm hoſtem populi Ro. M. Antonium [r] iudicaſſet, [s] comes eius eſſe amentiæ noluit. reliquit conſulem: quod profectò non feciſſet, ſi eum conſulem [t] iudicauiſſet: quem nihil aliud agere, nihil moliri, niſi cædem ciuium, atque interitum ciuitatis, videret. Atque ea legio conſedit Albæ, quam potuit vrbem eligere, aut opportuniorem ad res [u] gerendas, aut fideliorem, [x] aut fortiorũ virorum, aut amicorum [y] populo Rom. ciuiũ?‖ Huiuſce legionis virtutẽ imitata Quar- 7
ta legio, duce L. Egnatuleio quæſtore, [z] ciue optimo, & fortiſſimo, [a] Cæſaris auctoritatem, atque exercitum perſecuta eſt. [b] Faciendum eſt igitur nobis, P.C. vt ea, quæ ſponte clariſſimus adoleſcens, atque omnium præſtantiſſimus geſſit: & gerit, hæc auctoritate noſtra cõprobentur: veteranorũque, fortiſſimorum virorũ tum legionis Martiæ, Quartæque mirabilis conſenſus ad

remp.

o L. cui tandem noſtrũ
p L. Qua peſte priuato conſilio remp. & ita v.c.
q L. vt illius beneficio poſſemus ea quæ
r al. iudicauiſſet,
s L. comes eſſe eius a.
t al. iudicauiſſet: q.
v al. gerendas
x al. aut fortium virorum, aut amicorum reip.
y L. reip.
z L. ciui op.
a L. C. Cæſaris.
b L. faciundum eſt igitur,
c al. recipe r andam.

rempub. [c] recuperandam, laude & testimonio nostro confirmetur: eorúmque commoda, honores, præmia, cùm consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore, hodierno die spõdeamus.

8 Atque ea quidem, quæ dixi de Cæsare, deque eius exercitu, iamdiu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Cæsaris, constantiáque militum veteranorum, legionumque earum optimo iudicio, quæ auctoritatem nostram, libertatem populi R. virtutem C. Cæsaris secutæ sunt, à ceruicibus nostris est depulsus Antonius. Sed, vt dixi, hæc superiora: hoc verò recens edictum D. Bruti, quod paulò antè propositum est, certè silentio nõ potest præteriri. pollicetur enim se prouinciã Galliam retenturum in senatus populiq; R. potestate. O ciuem natum reip. memorem sui nominis, imitatorémque maiorum neq; enim Tarquinio expulso, maioribus nostris tam fuit optata libertas quàm est [d] repulso Antonio retinenda nobis.

9 Illi regibus parere iam à condita vrbe didicerant; nos post reges exactos seruitutis obliuio ceperat. Atque ille Tarquinius, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus habitus est, & dictus. quod nos vitium in priuatis sæpe tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus regem superbum non tulit: [e] Decius sceleratum, atque impium [f] regnare patietur Antonium? quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia [g] fecit, & facit Antonius? Senatum etiam reges habebant: [h] nec tum, vt Antonio senatum habenti in consilio regis versabantur barbari armati. seruabãt auspicia reges, quæ hic consul, augurque neglexit, neque solũ legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega [i] vnà referente, eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat.

10 Quis autem rex vnquã fuit tam [k] insigni ter imprudens, vt haberet omnia cõmoda, beneficia, iura regni venalia? quam

[d] L. depulso iam Antonio,

[e] L. Decimus scel. al. D. Brutus scel.

[f] T. regnare patietur: quid Tarq.

[g] L. & facit, & fecit Ant.

[h] L. nec tamen, vt Antonio senatũ habente.

[i] T. vnà ferente, eo q.

[k] L. insigni[ter] & iu q v. c.

 hic

hic immunitatem, quam ciuitatem, quod præmium non vel singulis hominibus, vel ciuitatibus, vel vniuersis prouinciis vendidit? Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus. At verò huius domi [l] inter calices pendebatur aurum, numerabatur pecunia: vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperiū populi R. nundinabantur. Supplicia verò in ciueis Romanos nulla Tarquinij accepimus. At hic & Suessæ iugulauit eos, quos in custodiam dederat, [m] Brundisij trecentos fortissimos viros, ciuesque
optimos, trucidauit. || Postremò Tarquinius pro 11
populo Rom. bellum gerebat tum, cùm est expulsus: Antonius contra populum Rom. exercitum adducebat tum, cùm [n] à ligionibus relictus, nomen Cæsaris, exercitumq; pertimuit, neglectisque sacrificiis solemnibus ante lucem vota ea, quæ numquam solueret, nuncupauit: & hoc tempore in prouinciam populi Ro. conatus inuadere. [p] Maius igitur beneficiū à Decio Bruto populus Ro. & habet, & exspectat, quàm maiores nostri acceperunt à L. Bruto, principe huius maximè conseruandi generis, & nominis.
|| Cùm autem [q] est omnis seruitus misera: tum 12
verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato: numquam, ne in metu quidem, sobrio. Hunc igitur qui Gallia prohibet, priuato præsertim consilio, iudicat, verissimeque iudicat, non esse consulem. Faciendum est igitur, [r] P. C. nobis, vt D. Bruti priuatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec verò M. Antonium consulem, post Lupercalia [s] debuistis, quo enim ille die populo Romano inspectante, nudus, vnctus, ebrius [t] concionatus est, & id egit, vt collegæ diadema imponeret: [u] eo die non modò consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Esset enim ipsi certè statim seruiendum; si Cæsar ab eo regni [x] insigne accipere voluisset. Hunc igitur ego consulem, hunc ciuem

Roma-

l L. inter quasilla pend. & ita o. v. c. Quasillum dixit ὑπόχοος. στικνῆς, aqualum, quod vas lanificiis aptum ita interpretatur Isidor. 14. c. 29 Pant. legit inter ancillas.

m L & Brūdisij ad trecentos for.

n al. legio omnib. rel.

o al ea vota,

p L. Maius igitur à D. Bruto beneficium populus R. &c.

q al omnis seruitus est mis.

r L. nobis, P. C. vt

s al. debuistis putare,

t L. est concionatus,

v L eo die se non M. cons. sed etiam addic.

x L. insignia accip.

Romanum, hunc liberum, hunc denique homi-
nem putem, qui fœdo illo, & flagitioso die, &
quid pati, Cæsare viuo [y] potest, & quid, eo
13 mortuo consequi ipse cuperet, ostendit? || Nec
verò de virtute, constantia, & grauitate prouin-
ciæ Galliæ taceri potest. est enim ille flos Ita-
liæ, illud firmamentum imperij populi Roma-
ni, illud ornamentum dignitatis. [z] Tantus autē
consensus est municipiorum, coloniarūque pro-
uinciæ Galliæ, vt omnes ad auctoritatem huius
ordinis, maiestatemque populi R. defendendam
conspirasse videantur. Quamobrem tribuni pl.
quamquam vos nihil aliud, nisi de præsidio, vt
senatum tutò consules kalendis Ian. habere [a]
possent, retulistis, tamen mihi videmini magno
consilio, atque optima mēte potestatē nobis de
tota rep. fecisse dicendi, cum enim tutò senatū
haberi sine præsidio non posse iudicauistis [b] il-
lud etiam statuistis, intra muros Antonij scelus
14 audaciámque versari. || Quamobrem omnia, mea
sententia, complectar vobis, vt intelligo, non
inuitis, vt & præstantissimis ducibus à nobis de-
tur auctoritas, & fortissimis militibus spes ostē-
datur præmiorū: & iudicetur non verbo, sed re,
non modò non consul, sed etiam hostis Anto-
nius. nam si ille consul, fustuarium meruerunt
legiones, quæ consulem reliquerunt: sceleratus
Cæsar, Brutus nefarius, qui contra consulē pri-
uato consilio exercitus comparauerunt. sin autē
militibus exquirendi sunt honores noui, pro-
pter eorum diuinum, atque immortale meritū:
ducibus autem ne referri quidem potest gratia:
quis est, qui eum [c] non hostem existimet, quem
qui armis [d] persequuntur, conseruatores reipu-
15 blicæ iudicantur? || At quā contumeliosus in e-
dictis? quàm barbarus? [e] quàm rudis? Primùm
in Cæsarem maledicta cōgessit, depromta ex re-
cordatione impudicitiæ, & stuprorū suorū Quis
enim hoc adolescente castior? quis modestior?

y L. posset.

z L. tantus autem est cōsensus m.

a al. possint

b L. tū statuistis etiā, intra m.

c L. hostem non exist.

d al. persequantur,

e L. quàm dirus? al. quàm ferus quā barbarus?

tionem esse compellationem suam. Quid enim
accidere huic adolescenti potuit optatius, quã
cognosci [q] ab omnibus Cæsaris consiliorum
18 esse socium, Antonij furoris inimicum? || At etiã
gladiator ausus est scribere, hunc de patris, &
patrui [r] parricidio cogitasse. O admirabilẽ im-
pudentiam, audaciã, temeritatem! in eum ado-
lescentem [s] hæc scribere audere, quem ego, &
frater meus, propter eius suauissimos, atque op-
timos mores, præstantissimumque ingeniũ, cer-
tatim amamus, omnibusque horis, oculis, aurib.
complexu tenemus? [t] Nam in eisdem me edi-
ctis nescit, lædat, an laudet, cum idem suppliciũ
minatur optimis ciuibus, quod ego [u] de scele
ratissimis sumserim, laudare videtur, quasi imi
tari velit, cùm autem illam pulcherrimi facti me
moriam refricat: tum a suis similibus inuidiam
19 aliquam in me commoueri putat. || Sed ipse quid
fecit? + cùm tot edicta proposuisset edixit, vt a-
desset senatus frequens [x] ad VIII. Kal. Decemb.
eo die [y] ipso nõ affuit. At quomodo edixit? hæc
sunt, vt opinor, verba in extremo. SI QVIS NON
AFVERIT HVNC OMNES EXISTIMARE POTE-
RVNT, ET INTERITVS MEI, ET PERDITISSIMO-
RVM CONSILIORVM AVCTOREM FVISSE. Quæ
sunt perdita consilia? an ea, quæ pertinẽt ad li-
bertatem populi Romani recuperandam? quorũ
consiliorum Cæsari me auctorem, & hortatorẽ
& esse, & fuisse fateor. quamquam ille nõ eguit
consilio cuiusquam: sed tamen, [z] vt dicitur, cur
rentem incitaui. Nam interitus quidem tuli quis
bonus non esset auctor, cùm in eo salus, & vita
optimi cuiusque, libertas populi Romani, digni
20 tásque consisteret? || Sed cũ tã atroci edicto nos
concitauisset, cur ipse non affuit? num putatis
aliqua re tristi ac seuera [a] vino & epulis reten-
tus est: si epulæ potiùs, quàm popinæ nominan-
dæ sunt. diem edicti obiri neglexit. in ante diẽ
quartum Kalendarum Decemb. distulit. adesse

q L. ab omnib.
r L. patricidio
s L. hoc scribere & ita o.v.c.
t L. Nam me iisdem ed nesc. al. iam me in iisdem edictis,
u L. de sceleratissimis ac pessim. sumsi.
x L. ad viij.
y L. ipse nõ aff.
z L. currentem, vt dicitur incit.
a T. vino, atque epulis retentus, si illæ epulæ potius quàm popinæ nominã dæ sunt, diẽ ed,

in Capitolio iussit:quod in templum ipse nescio qua per Galloru cuniculum adscẽdit cõuenerunt corrogati,& quidem ampli quidam homines,sed immemores dignitatis suæ.is enim erat dies,ea fama,is,qui senatum vocarat,vt turpe senatori esset,nihil timere. Ad eos tamẽ ipsos,qui conuenerant,ne verbum quidem ausus est facere de Cæsare,cùm de eo constituisset ad senatum referre. Scriptam attulerat consularis quidam sententiam.|| Quid est aliud,de eo refer 21

re non audere,qui contra se consulẽ exercitum duceret,nisi seipsum hostem iudicare? [b] necesse enim erat alterum esse hostẽ:nec poterat aliter de aduersariis iudicibus iudicari.Si igitur C.Cæsar,hostis,cur consul nihil refert ad senatũ? sin ille à senatu notandus non fuit:quid potest dicere,quin cùm de illo tacuerit,[c] se hostem esse confessus sit?quẽ in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu ne improbũ quidẽ dicere audet. [d] Atq; in rebus tristissimis quãtos excitat risus? sententiolas edicti cuiusdã memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare:ego autẽ,qui intelligeret,quid dicere vellet,adhuc neminem inueni.|| NVLLA CONTVMELIA EST,QVAM FACIT 22

DIGNVS. Primùm quid est,Dignus? nam etiam malo digni multi,sicut ipse. an quã facit is, qui cũ dignitate est?quæ autem potest esse maior? quid est porrò,Facere contumeliã? quis sic loquitur?Deinde:NEC TIMOR QVEM DENVNTIAT INIMICVS.[e] Quid ergo?ab amico timer denuntiari solet?horũ similia deinceps. Nónne satius est mutũ esse,quã quod nemo intelligat,dicere? En,cur magister eius ex oratore [f] arator factus sit, possideat in agro publico populi Romani campi Leontini duo millia iugerum immunia,[g] vt hominẽ stultũ magis etiam infatuet mercede publica.Sed hæc leuiora fortasse.||illud quęro,[h] 23

cur tã mãsuetus in senatu fuerit.cùm in edictis tã fuisset ferus.quid autẽ attinuerit,L. Cassio,

tri-

b L. necesse erat enim alterutrum esse h.

c L. se hostẽ confessus sit?

d L. At in reb. tristiss.

e L. Quid ergo ab amico tim.

f L. arator factus possideat in agro pub.

g L. vt hominem stolidum in.

h al. cur tã subitò mãs.

i L. tam fe-rus fuisset.

tribuno pleb. fortissimo, & constantissimo ciui, mortem denuntiare, si in senatu venisset. D. Carfulenum, bene de rep. sentientem & senatu vi & minis mortis expellere: Ti. Cannutiũ, à quo erat [k] honestissimis contentionibus & sæpe, & iure vexatus, non templo solum, verùm etiam aditu prohibere Capitolij. Cui S.C. ne intercederent verebatur?* De supplicatione, credo, M. Lepidi, clarissimi viri. Atque id erat periculũ, de cuius honore extraordinario quotidie aliquid cogi-
24 tabam? ne eius vsitatus honos impediretur. [l] Ac, ne sine causa videretur edixisse, vt senatus adesset, cùm de rep. relaturus fuisset, allato nuntio de legione quarta, mente concidit: effugere festinans, senatusconsultum de supplicatione per discessionem, fecit, cùm id factum esset antea nunquam. Quæ verò profectio postea? quod iter palludati? quæ vitatio oculorum, lucis, vrbis, fori? quàm misera fuga? quàm fœda, quàm turpis? [m] Præclara tũ fuit senatus in illo ipso die vespertina prouinciarum religiosa sortitio: diuina verò opportunitas, vt quæ cuique apta esset, ea
25 cuique obueniret. Præclarè igitur facitis, tribuni plebis, qui de præsidio [n] consulũ, senatúsque referatis: meritóque vestro maximas vobis gratias omnes & agere, & habere debemus. [o] Qui enim carere metu, & periculo possemus in tanta hominum cupiditate, & audacia? ille antè [p] afflictus, & perditus, quæ de se exspectat iudicia grauiora, quàm amicorum suorum? familiarissimus eius, mihi homo coniunctus L. Lentulus, & P. Naso, omni carẽs cupiditate, nullã se habere prouinciã, nullã Antonij sortitionẽ fuisse [q] iudicauerũt. ꝙ idẽ fecit L. Philippus, [r] vir auo, patre, maioribusque suis dignissimus, in eadẽ sententia fuit homo summa integritate, atque innocẽtia, [s] M. Anturanius. idem fecit Sp. Oppius. ipsi etiã, qui amicitiam M. Antonij veriti, plus ei tribuerũt, quàm fortasse vellent, M. Piso meus necessarius,

k al. honestissimis cõtionibus & sæpe & iure, contentionibúsq; vex.

* vide 10. Fam. epist. 27.

l L. & fugere fest.

m L. Præclara tamẽ senatuscõsulta illo ipso d. vespertina: prouinc.

n al. consulis,

o L. Qui enim periculo carere possumus in t.

p L. homo afflictus,

q for iudicarunt.

r L. vir patre, auo, m.

s M. Turranius. al: C. Turannius.

rius,& vir,& ciuis egregius,parique innocentia M.Vehilius,senatus auctoritati se obtēperaturos esse dixerunt ||Quid ego de L.Cinna loquar? 26
Cuius spectata multis,[t] magnisque in rebus singularis integritas,minùs admirabilem fecit huius honestissimi facti gloriam:qui omnino prouinciam neglexit:quam item magno animo, & cōstanti [u] C.Cessedius repudiauit.Qui sunt igitur reliqui,quos sors diuina delectet? [x] L.Antonius,& M.Antonius.O felicem vtrumque!nihil enim maluerunt,C.Antonius Macedoniam.Hūc quoque felicē,hāc enim semper habebat in ore prouinciam,C.Caluisius Africam.Nihil felicius, modò enim ex Africa decesserat, & quasi diuinās se rediturum,duos legatos Vticę reliquerat. Deinde M.Iccius Siciliam,Q.Cassius Hispaniā. nō habeo,quid suspicer.duarum credo prouinciarum sorteis minùs diuinas fuisse.||O C.Cæsar 27
(adolescentem appello)quam tu salutem reip. attulisti?quàm improuisam?quàm repentinam? qui enim hæc fugiens fecerit,quid faceret insequens?etenim in contione dixerat, [y] se custodē futurum vrbis:vsque ad Kalendas Martias ad vrbem exercitum habiturum. O præclarū custodem ouium(vt aiunt)lupum,custósne vrbis, an direptor,& vexator esset Antonius? Et quidem se introiturum in vrbem dixit,exiturumque, cū vellet. Quid illud?nónne audiente populo, sedens, pro æde Castoris,dixit,nisi qui vicisset,victurum neminem?Hodierno die primùm, P. C. 28
longo interuallo in possessionem libertatis pedem ponimus:cuius quidē ego,quoad potui, nō modò defensor,sed etiam conseruator fui, cùm autem id facere non possem,[z] qui fui:nec abiectè,nec sine aliqua dignitate [a] casum illum tēporum,& dolorem tuli.Hanc verò teterrimam belluam,quis ferre [b] posset,aut quomodo?quid est in Antonio,præter libidinem,crudelitatem, petulantiam,audaciam?[c] ex his tot conglutinatus

[t] L. magnisque rebus

[u] al.C.Cessius al. Cessentius

[x] v. c. L. Annius, M.Anton.

[y] L. se custodem fore vrbis:

[z] L.quieui: nec vnde Vict.1, var. cap.9.

[a] al. casum illorum tēporum,

[b] L. potest, aut

[c] L. ex his totus cōglutinatus est. al. ex his totus vitiis conglut.

natus est. nihil apparet in eo ingenuum, nihil
29 moderatum, nihil pudens, nihil pudicũ. Quapropter, *quoniã res in id discrimẽ adducta est, vtrum ille pœnas reip. luat, an nos seruiamus: aliquando, per deos immortaleis, P. C. patriũ animũ, virtutemque capiamus, vt aut libertatem propriã [d] Ro. generis, & nominis recuperemus; aut mortem seruituti anteponamus. Multa, quæ in libera ciuitate ferenda non essent, tulimus, & perpessi sumus: alij spe recuperandæ libertatis, alij viuẽdi nimia cupiditate. sed, si illa tulimus, quæ nos necessitas ferre coëgit, quæ vis quædam pænè fatalis, quæ tamen ipsa nõ tulimus: etiámne huius impuri latronis feremus, teterrimum,
30 crudelissimũque dominatum? Quid hic [e] faciat, si potuerit, iratus, [f] qui cùm succensere nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus? quid hic victor nõ audebit, qui nullam adeptus victoriã, tanta scelera post Cæsaris interitũ fecerit? refertam [g] eius domum exhauserit? hortos cõpilarit? ad se [h] omnia ex his ornamenta transtulerit? cædis, & incendiorum causam quæsierit. ex funere? duobus aut tribus S.C. bene, & è repub. factis, reliquas res ad lucrum, prædamque reuocauerit? vendiderit immunitates? ciuitates liberauerit? prouincias vniuersas ex imperij populi Ro. iure sustulerit? exsules reduxerit? falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit, earúmque rerũ omnium domesticum mercatũ instituerit? populo Romano leges imposuerit? armis, & præsidiis [i] populum Rom. & magistratus foro excluserit? senatum [k] stirpauerit armatis?
31 armatos in cælla cõcordiæ, cùm senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundisiũ cucurrerit? ex his optimè sentienteis centuriones iugulauerit? cum exercitu Romã sit ad interitum nostrum, & [l] ad disperditionem vrbis venire conatus? Atque his ab hoc impetu abstractus consilio,

* PERORATIO.

d L. Romani & generis, & nom.

e al. faciet,
f L. succensere n.

g al. domũ eius exh.
h L. ex his omnia orn.

i L. populũ, & magistratus f. excl.
l L. stiparit arm.
k L. ad direptionem vrbis

filio, & copiis Cæsaris, consensu veteranorũ virtute legionum: ne fortuna quidẽ fractus minuit audaciam: nec ruere demens, nec furere desinit. in Galliam mutilatum ducit exercitũ: cum vna legione, & ea vacillante. L. fratrẽ exspectat: quo neminẽ reperire potest sui similiorem. Ille autẽ ex myrmillone dux, ex gladiatore imperator, [m] quas fecit strages, vbicumque posuit vestigia? cædit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcumque nactus est: epulantur milites: ipse autem se, vt fratrem imitetur, obruit vino: vastãtur agri: diripiuntur villæ: [n] matresfamilias, virgines, pueri ingenui abripiuntur, militibus traduntur. Hæc eadem, quacumque exercitum duxit, fecit M. Antonius. || His vos teterrimis fra- 32
tribus portas aperietis? hos vmquam in vrbẽ recipietis? non tempore oblato, ducibus paratis, animis militũ incitatis populo, Ro. conspirante, Italia tota ad libertatẽ [o] recuperandã excitata, deorum immortalium beneficio vtemini? nullũ erit tempus, hoc amisso, à tergo à fronte, à lateribus [p] tenetur. si in Galliam venerit, non ille armis solũm, sed etiã nostris decretis [q] vrgẽdus est. magna vis est, [r] magnum nomen, vnum & idẽ sentientis senatus. [s] Videtisne refertum [s] forũ? populum Rom. ad spem recuperandæ libertatis erectum? qui longo interuallo cũm frequenteis hîc videt nos, tum sperat etiam liberos conuenisse. || Hunc ego diem exspectans, M. Antonij 33
scelerata arma vitaui, tum, cũ ille in me absentẽ inuehens, non intelligebat, [t] ad quod tempus me, & meas vireis reseruarem. si enim illi tum cædis initium à me quærenti respõdere voluissem, nũc reipublicæ consulere nõ possem. Hanc verò nactus facultatem, nullum tempus, P. C. dimittam, neque diurnum, neque nocturnum, quin [u] de populi Romani libertate, de dignitate vestra, quod cogitandum sit, cogitẽ: quod agendum, atque faciendum, [x] idem non modò

non

m L. quas facit strag.

n v.c. matres familiæ, & ita L.

o v.c. reciperandam,

p L. tenebitur, si in Galliã venerit. nec ille arm.

q v. c. vrguend. est.

r L. magnũ numen,

s L. forum, populũmque Ro. ad spem reciperandæ libert. erectum?

t L. quod ad tempus

v L. de libertate populi Ro. & ita v.c.

x L. id non modò

non recusem,[y] sed appetam etiam, atque deposcam.[z] Hoc feci semper, dum licuit: intermisi quoad non licuit. iam non solùm licet, sed etiã necesse est, nisi seruire[a] malumus, quam ne seruiamus, animis, armisque decernere. ‖ Dij immortales nobis hæc præsidia dederunt, vbi Cæsarem, Brutum Galliæ. Si enim ille vrbem opprimere potuisset statim si Galliã tenere paulo pòst: optimo cuique pereundum, reliquis esset seruiendum. Hanc igitur occasionem oblatã tenete, per deos immortaleis, P. C. & amplissimi orbis terræ consilij principes vos esse aliquã recordamini. signum date populo Romano, cõsilium vestrũ nõ deesse reipublicæ, quoniam ille virtutem suam non defuturam esse profitetur. Nihil est[b] quod moneam. nemo est tam stultus, qui nõ intelligat, si indormierimus huic tẽpori nõ modò crudelẽ, superbámque dominationem nobis, sed ignominiosam etiã,[c] & flagitiosam[d]

35 esse ferendã. ‖ Nostis insolẽtiam Antonij, nostis amicos, nostis totam domum. libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis seruire,[e] ea est sũma miseria, summo dedecore cõiũcta. Quòd si iã (quod dij omen auertãt) fatũ extremum reip. venit: quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum, gentiúmque omnium, vt cum dignitate potiùs cadamus, quàm cum ignominia seruiamus. Nihil est detestabilius dedecore, nihil fœdius seruitute. ad decus, & libertatem nati sumus. aut hæc teneamus, aut cũ dignitate moriamur. Nimium diu teximus, quid sentiremus: nunc iam apertum est:[f] omnes iam patefecerunt, in vtramque partem quid sentiãt,

36 quid velint. ‖[g] Sunt impij ciues pro caritate reipublicæ nimiùm multi: o pro multitudine bene sentiẽtium, admodum pauci: quorum opprimendorum, dij immortales, incredibilem reipu. potestatem, & fortunã dederunt. ad ea enim præsidia,

y L. sed etiã appetã: atque
z L. Hoc feci, dum licuit:
a L. malimus,
b L. quod moneã vos n.
c L. & flagitiosam ferendam.
d al. ferendam esse.
e L. ea sum ma miseria est,
f L. omnes patefecerunt,
g al. contra multitudinem benes.

dia, quæ habemus,[h] iam accedent consules sũ-
ma prudentia virtute, concordia multos menses
de populi Romani libertate cõmentati, atque
meditati. His auctoribus, & ducibus, diis iuuanti
bus, nobis vigilantibus, & multùm in posterum
prouidentibus, populo Romano consentiente,
erimus profectò liberi breui tẽpore. iucundiorẽ
autem faciet libertatem seruitutis recordatio.
Quas * ob res, quòd tribuni pl. verba fecerunt,[i] 37
vt senatu Kalend. Ian. tuto haberi, sententiæq;
[k] de summa reip. liberè dici possint: de ea re ita
censeo, vt C. Pansa, A. Hirtius, consules designati
dent operam,[l] vt senatus Kalendis Ian. tuto ha-
beri possit: quódque edictum D. Bruti, imperato
ris, cõsulis designati, optimè de rep. meriti, pro-
positum sit, senatum existimare, D. Brutum, im-
ratorem, consulẽ designatum optimè de rep.[m]
promereri, cùm senatus auctoritatẽ, populique
Romani libertatem, imperiúmque defendat.
quodque [n] Galliã prouinciam citeriorẽ, opti- 38
morum,[p] & fortissimorum virorum,[o] amicissi-
morũ populo Ro. ciuium, exercitúmque in sena
tus potestate retineat, id eum, exercitumque e-
ius, municipia, colonias prouinciæ Galliæ, rectè,
atque ordine,[r] exque rep. fecisse, & facere. se-
natum [q] ad summam reip. pertinere. arbitrari, à
D. Bruto,[r] & ab L. Planco, imperatoribus, Coss.
designatis, itémque à ceteris, qui prouincias ob-
tinent, obtineri ex lege Iulia, quoad ex S.C. cui-
que eorũ successum sit: eósque dare operam, vt
eæ prouinciæ, exercitúsque [s] in senatus, populi-
que R. potestate, præsidióque reip. sint: cumque
opera, virtute, consilio C. Cæsaris, summóq; con-
sensu militum veteranorum, qui eius auctorita-
tem secuti, reip. præsidio [t] sunt, & fuerunt, à gra-
uissimis periculis populus R. defensus sit, & hoc
tempore defendatur: cúmque legio Martia Albæ 39
constiterit, in municipio fidelissimo, & fortissi-
mo:[u] séque ad senatus auctoritatem, populíque

R. li

h L. iam accedent
* Godof. quas ob res quod &c.
i L. vti sen.
k L. de sũma rep.
l L. vti sen.
m L. mereri,
n L. prouinciã Galliam cit.
o L. amicissimorumque reip. ciuium,
p al eque rep.
q L. ad sũmam rep. pert.
r L. & L. Planco,
s L. in senati, pop.
t L. & sunt, & f.
v L. séque ad sen.

R. libertatem contulerit:[x] quòd pari consilio, eadémque virtute legio quarta vsa, L. Egnatuleio duce,[y] ciue egregio, senatus auctoritatem, populíque Ro. libertatẽ defendat, ac defenderit: senatui magnæ curæ esse, ac fore, vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, gratiæq; referantur: senatui placere, vti C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, cùm magistratũ [b] inierint, si eis videbitur, primo quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem referant, ita vti è rep. fidéque sua censuerint.

y L. ciui egr. vel, quem opinio, al. quæstore optimo,
z L. defendat, defenderit:
a L. gratiáque referatur: tũ sen.
b L. inisset, si eis videretur, primo quoque tẽpore de h[is] reb. ad h[unc] o[rdinem] referrent, ita vt eis è rep. fideq; sua videretur.



IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, Philippica quarta.

ORATIO QVADRAGESIMA-SEXTA.

Exponit quid actum sit in Senatu, Cæsarem & Brutum laudat, populum ad libertatem recuperandam cohortatur.

1 FREQVENTIA* vestrûm incredibilis, Quirites, cõtióque tanta, quã tam meminisse non videor,[a] & alacritatem mihi summam affert reip. defendendæ, & spẽ recuperãdæ libertatis. Quamquam animus quidem mihi numquam defuit, tempora defuerũt: quæ simulac primùm aliquid lucis ostendere visa sunt, princeps vestræ libertatis defendendæ fui. [b] Quòd si antè facere conatus essem, nunc facere non posse: *hodierno enim die,[c] Quirites, ne adhuc mediocrem rem actã arbitremini, fundamenta [d] sunt acta reliquarum actionum. nam est hostis à se

* EXORDIVM.
a L. & alacritatem mihi summã defendendæ reip. affert, & spem recuperandæ. Quamquã &c.
b L. Quòd si id antè f.
* NARRATIO.
c L. Quirites, nõ mediocr
d L. iacta sunt.

senatu nondum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. Nunc verò multò sum erectior quòd vos quoque[e] hostem illum esse tanto consensu, tantoque clamore approbauistis.[f] 2
Nec enim fieri potest, vt non aut ij sint impij, qui contra consulem[g] exercitum comparauerunt: aut ille hostis contra quem iure arma sumta sunt. Hanc igitur dubitationem, quamquam nulla erat, tamen nequa posset esse, senatus hodierno die sustulit. C. Cæsar, qui rēp. libertatēq; vestram suo studio, consilio, patrimonio deniq; tutatus est, & tutatur maximis senatus laudibus ornatus est. Laudo, laudo vos, Quirites, cũ gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi 3
adolescentis, vel pueri potius. sunt enim facta eius ir mortalitatis?[h] nõ ætatis. multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omni sæculorum memoria tale cognoui; qui cùm seruitute[i] premeremur, & in dies malò cresceret, præsidij nihil haberemus, capitalem & pestiferum[k] Brũdisio M. Antonij reditũ timeremus: hoc inspe ratum omnibus consilium, incognitum certè[l] ceperit, vt exercitum inuictũ[m] ex Hispanis militibus conduceret, Antoniiq; furorẽ crudelissimis consiliis incitatũ à pernicie reip. auerteret. Quis est enim qui hoc non intelligat, nisi 4
Cæsar exercitũ parauisset, non sine exitio nostro futurum Antonij reditum fuisse? Ita enim se recipiebat ardens odio vestri, cruētus sanguine[n] ciuiũ R. quos Suessæ, quos Brundisij occiderat, vt nihil, nisi[o] de reip. pernicie cogitaret. Quod autem præsidium salutis, libertatisque vestræ,[p] si C. Cæsaris, fortissimorũq; sui patris militũ exercitus non fuisset? cuius de laudibus, & honoribus, qui ei pro diuinis, & immortalibus meritis diuini, immortalésque debentur, mihi senat[q] assensus paulò ante decreuit, vt primo quoque tēpore referretur. Quo decreto quis non perspicit Antonium hostem esse iudicatũ? quẽ enim appellare possumus eum, contra quem qui e- 5

e L. illum hostem esse
f L. Neque enim, Quirites, fieri potest,
g L. exercitus
h L. nomen ætatis,
i L. premeremur, in dies mal. cresc.
k L. a Brũdisio & ita v.c.
l al. reperit
m L. ex paternis militibus cõficeret, Ant.
n L. ciuium R.
o L. de pernicie reip. cog.
p L. si C. Cæsaris, fortissimorum patris mil.
q L. possimus appellare eum, contra q.

xercitus ducunt,iis ſenatus arbitratur ſingula-
reis exquirendos honores? Quid legio Martia?
quæ mihi videtur diuinitus [r] ab eo deo traxiſſe
nomen, a quo populum R. generatum accepi-
mus.[s] nónne ipſa ſuis decretis priùs,quàm ſena-
tus,hoſtem iudicauit Antonium [t] nā,ille ſi non
hoſtis,qui conſulem reliquerút,hoſteis neceſſe
eſt iudicemus. Præclara & luculenta reclama-
tione veſtra factum pulcherrimum Martialium
comprobaſtis:qui ſe ad ſenatus auctoritatem,ad
libertatem veſtram,ad vniuerſam remp. cōtule-
rant:hoſtem illum.& latronem,[x] & parricidam
6 patriæ reliquerunt.‖ Nec ſolum id animose, &
fortiter,ſed conſideratè etiam,ſapienterque fe-
cerunt.Albę conſtiterūt in vrbe opportuna,mu-
nita,propinqua,fortiſſimorū virorū,fideliſſimo-
rū ciuium,atque optimorum. Huius Martiæ le-
gionis legio Quarta imitata virtutē, duce L.E-
gnatuleio, quē ſenatus meritò paulò antè lau-
dauit,C.Cæſaris exercitū perſecuta eſt.Quæ ex-
ſpectas,M.Antoni, iudicia grauiora? Cæſar fer-
tur in cęlum,qui contra te exercitum cōparauit.
laudantur exquiſitiſſimis verbis legiones, quæ
te reliquerūt,,quæ à te arceſſitæ ſunt:[y] quæ tuæ
eſſent,ſi te conſulem,quàm hoſtē maluiſſes.qua
rum legionum fortiſſimū, vériſſimúmque iudi-
cium confirmat ſenatus, comprobat vniuerſus
populus Rom.niſi fortè vos,Quirites, cōſulem,
7 non hoſtem,iudicatis Antoniū. ‖ [z] Sic arbitra-
bar vos iudicare,vt oſtenditis.[a] municipia, co
lonia præfecturas num aliter iudicare cenſetis?
omnes mortales vna mente conſentiunt: om-
nia arma eorum,qui hæc ſalua velint, contra il-
lam peſtem eſſe capienda. Quid? D. Bruti iudi-
cium, Quirites, quod ex hodierno eius edicto
perſpicere potuiſtis, num cui tandem contem-
nendum videtur?Rectè,& verè [b] negaſtis, Qui-
rites. Eſt enim quaſi deorum immortalium be-
neficio,& munere datum reip. Brutorum genus,

[r] al. ab eo ipſo deo
[s] L.nō ipſe
[t] al. num ſi ille nō hoſtis,hos,qu.
[v] L. Præclare & loco recl.
[x] L. & parricidium patr.
[y] L. quæ eſſent, ſi te conſulem, quā hoſtem maluiſſes: tuæ, q.
[z] L.Sic arbitrabar, Quirites: vos iud.
[a] L. Quidē municipia, col.
[b] L. negaſtis,Quir

& nomen ad libertatem populi Romani, vel cõstituendam,[c] vel recuperandam. || Quid igitur 8
D. Brutus de M. Antonio iudicauit? [d] exclusit prouincia: exercitu obstitit: Galliam totã hortatur ad bellũ, ipsam sua sponte, suóque iudicio excitatam. Si consul Antonius, Brutus hostis: si cõseruator reip. Brutus, hostis Antonius. Nũ igitur verũ horũ sit dubitare possumus? [e] At qui, vt vos vna mẽte, vnáq; voce dubitare vos negatis: sic modò decreuit senatus, D. Brutum optimè de rep. mereri, cũ senatus auctoritatẽ, populique R. libertatem imperiúmque defenderit. A quo defẽderit? nẽpe ab hoste. quæ est enim alia laudanda defensio? || Deinceps laudatur prouincia Gal- 9
lia, meritóque ornatur verbis amplissimis à senatu, ꝙ resistat Antonio, quẽ si consulẽ illa prouincia putaret, neque eum reciperet, magno scelere se adstringeret. omnes enim [g] sub consulis iure, & imperio debent esse prouinciæ. Negat hoc D. Brutus imperator, consul designatus, natus reip. ciuis: negat Gallia, negat cuncta Italia, negat senatus, negatis vos. [h] Quis igitur illũ consulem, nisi latrones putant: quamquã ne ij quidem ipsi, ꝙ loquuntur, id sentiunt: nec à iudicio omnium mortaliũ, quamuis impij, nefariique, sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapiẽdi, atque prædandi [i] cæcat animos eorum: quos non bonorum donatio, nõ agrorũ assignatio, [k] nõ illa infinita Pompeij hasta satiauit: qui sibi vrbẽ, qui bona, & fortunas ciuiũ ad prędã proposuerũt, qui dũ sit, ꝙ rapiãt, ꝙ auferãt, nihil sibi defuturũ arbitrantur. || quibus M Antonius (ô dij 10
immortales auertite & detestamini, quęso, hoc omẽ) vrbẽ se diuisurũ esse promisit. [l] Ita verò ei, vt precamini, eueniat, quo huius amẽtię pœna in ipsũ, familiãq; eius recidat, ꝙ ita futurũ esse cõfido. iã enim no solũ homines, sed etiã deos immortales ad rẽp. cõseruãdã arbitror cõsensisse. Siue .n. prodigiis, atq; portẽtis dij immortales no

c v. c. vel recipiendã. al. vel reciperãdam.
d L. excludit prouin. exercitus obstitit.
e L. Atque vt vos vna m.
f L. defenderet. A quo defenderet?
g v. c in cõsulis iure, &
h L. Quis illũ igitur cons.
i L. obcæcat anim.
k L. nõ illa infinita hasta satiauit:
l L. Ita verò, Quirites, vt precamini, ei eueniat, [illegible] huius [illegible]m.

nobisfutura prędicũt: ita sũt apertè[m] denũtiata,
vt & illi pœna,[n] & libertas nobis appropinquet:
siue tãtus consensus omnium, siue impulsu deo-
rum esse nõ potuit, quid est, quòd de voluntate
11 cælestium dubitare possimus? Reliquũ est, Qui-
rites, vt vos in ista sententia, quã præ vobis fer-
tis, perseueretis.* Faciam igitur, vt imperatores
instructa acie solent: quamquã paratissimos mi
lites ad prœliandum videant, vt eos tamen ad-
hortentur: sic ego vos ardenteis, & erectos ad li-
bertatem[o] recuperandam, cohortabor.[p] Non est,
non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen,
[q] quocum aliqua pacis conditio esse possit. ne
que enim ille seruitutẽ vestrã, vt antea, sed iam
iratus sanguinẽ concupiscit. nullus ei ludus vi-
detur esse iucundior, quàm cruor, quàm cædes,
12 quàm ante oculos trucidatio ciuium.[r] Non est
vobis, Quirites, cum scelerato homine, atq; ne-
fario, sed cũ immani, tetráque[s] bellua: quæ quo-
niam in foueam incidit, obruatur. si enim illinc
emerserit, nullius supplicij crudelitas erit recu-
sanda, sed tenetur, premitur,[t] vrgetur nunc iis
copiis,[v] quas iam habemus: mox iis, quas paucis
diebus noui consules comparabunt. Incũbite in
causam, Quirites, vt faciatis.[x] Nunquam vester
consensus maior in vlla causa fuit: numquã tam
vehementer cũ senatu cõsociati fuistis. nec mi-
rũ. agitur enim nõ qua cõditione victuri, sed vi-
cturi ne simus, an cum supplicio ignominiaq; pe-
13 rituri. Quãquam mortem quidẽ omnib. natura
proposuit: crudelitatẽ mortis, & dedecus, virtus
propulsare solet: quæ propria est Romani gene-
ris, & seminis hanc retinete, quæso, Quirites, quã
vobis tanquã hereditatem, maiores vestri reli-
querunt. quamquã[y] omnia alia, incerta sunt, ca-
duca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa ra-
dicibus: quæ numquam vlla vi labefactari po-
test, numquam[z] dimoueri loco. Hac maiores[a]
nostri primùm vniuersam Italiam deuicerunt:

m al. pro nũtiata,
n L. & nobis libertas
*PERORATIO.
o v.c. reciperandam.
p L. Nõ est vobis, Quirites.
q al. cum qui
r L. Non est vobis res, Quirites, cum
s L. belua:
t L. vrgueatur
v al. quas habemus:
x L. Numquam maior consensus vester in
y L. alia omnia incerta f. al. omnia falsa, incerta, caduca,
z L. demoueri loco.
a L. vestri pr.

deinde Karthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt, potentissimos reges, bellicosissimas gentes, in ditionem huius imperij redegerunt. ¶ Ac maioribus quidem vestris, Quirites, cum eo 14
hoste res erat, qui haberet remp. curiam, ærariũ, consensum, & concordiam ciuium, rationem aliquam, [b] si res ita tulisset, pacis, & fœderis: hic vester hostis vestram remp. oppugnat ipse habet nullam: senatum, id est orbis terræ consiliũ, delegere gestit, ipse consilium publicum nullũ habet: ærarium vestrum exhausit, suum non habet. nam concordiam ciuiũ qui habere potest, nullã qui habeat ciuitatem? pacis vero quæ potest [c] esse cum eo ratio, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla. ¶ Est igitur, Quirites, populo Ro. 15
victori omnium gentium, omne certamen [d] cum excursore, cum latrone, cum Spartaco. Nã, quòd se similem [e] Catilinæ esse gloriari solet: scelere [f] par est, belli industria inferior. Ille cum exercitum nullum [g] haberet, repente conflauit: [h] hic cum ipsum exercitum, quem accepit, amisit. Vt igitur Catilinam diligentia mea, senatus auctoritate, vestro studio, & virtute fregistis: sic Antonij nefarium latrocinium vestra cum senatu concordia tanta, quanta numquam fuit, felicitate, & virtute exercituum, ducumque vestrorũ, breui tempore [i] oppressum audietis. ¶ Equidem, 16
quantum cura, labore, vigiliis, auctoritate, cõsilio, eniti, atque efficere potero, nihil prætermittam, quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor. neque enim id pro vestris [k] in me amplissimis beneficiis sine scelere facere possum. hodierno autem die primùm referente viro fortissimo, vobisque amicissimo, [l] M. hoc Seruilio, collegisque eius, ornatissimis viris, optimis ciuibus, longo interuallo, me auctore, & principe, ad spem libertatis exarsimus.

b L. si ita res tul.

c al. cũ eo esse ratio,

d L. cum percussore,

e L. esse Catilina gl

f L. par est illi, industria inf.

g L. habuisset,

h L. hic est exercitum,

i al. oppressum esse audietis.

k L. amplissimis in me b.

l L. ho M. Seruil.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA QVINTA.

ORATIO QVADRAGESIMA-SEPTIMA.

Dissuadet legatos ad Antonium, qui Mutinam, inuito Senatu, obsidebat, esse, mittendos. Contrà suadet act. ab Antonio rescindenda, præmia reip. defensoribus decernenda. Habita est oratio hæc Kal. Ianuarij, cùm Hirtius & Pansa consulatum inirent.

1 IHIL* vmquam[a] longius Kalendis Ian. mihi visum est, Patres conscripti: quod idem intelligebam per hos dies vnicuique vestrûm videri. qui enim bellum cum rep. gerunt, hunc diem non[b] exspectant. nos autem tum, [c] cùm maximè consilio vestro subuenire communi saluti oporteret, in senatum non [d] cõuocabamur. Sed querelam præteritorum dierum sustulit oratio consulum: qui ita locuti sunt, vt magis [e] exoptatæ Kalendæ Ian. quàm seræ esse videantur.* Atque, vt oratio consulum animum meum erexit, spemq; attulit, non modò salutis conseruandæ, verũ etiã dignitatis pristinę [f] recuperandæ: sic me perturbasset eius sententia, qui primus rogatus est, nisi vestræ virtuti, con-
2 stantięq; confiderẽ. || Hic enim vobis, Patres cõscripti, dies illuxit: hæc potestas data est, vt quãtum virtutis, quantum constantiæ, quãtum grauitatis in huius ordinis consilio esset, populo R. declarare possetis. Recordamini, qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quantus consensus vestrûm, quanta virtus, quanta constantia: quantam sitis à populo Rom. laudem, quantam [g] gloriam consecuti. Atque illo die, P. C ea constituistis, vt vobis [h] nihil iam sit integrum, nisi aut honesta pax, aut bellũ necessariũ.

* EXORDIVM.
a L. longius hi Kal.
b L. exspectabant.
c L. cùm maximè cõsilio subuenire c.
d L. non vocabamur
e L. exoptata Kalendæ, quàm
* CONFIRMATIO.
f L. recipe-randæ:
g L. gloriã, quantam gratiã consecuti
h al. iam nihil sit int.

||Pacem vult [i] M. Antonius? arma ponat, roget, 3
deprecetur. [k] neminem æquiorem me reperiet: [l] cui quidem, dum se ciuibus impiis commendat, inimicus esse, quā amicus maluit. nihil est profectò, [m] quod dari possit bellum gerenti. erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti. Legatos verò ad eum mittere, de quo [n], grauissimum iudicium nudiustertiusdecimus feceritis, non iam leuitatis est, sed, vt, quod sentio, dicam, dementiæ. [o] Primùm enim eos duces laudauistis, qui contra illum priuato consilio bellum suscepissent: deinde milites veteranos, qui, cùm ab Antonio in colonias essent deducti, illius beneficio libertatem populi R. anteposuerunt.||Quid?*legio Martia: quid? Quarta, [p] cur 4
laudantur? si enim consulem suum reliquerunt, vituperandæ sunt: [q] si inimicum reip. iure laudantur. Atqui cùm consules nondum haberetis, decreuistis, vt & de præmiis militum, & de honoribus imperatorum primo quoque tempore referretur. Placet eodem tempore præmia constituere iis. qui contra Antonium arma [r] ceperunt, & legatos ad Antonium mittere? vt iam pudendum sit, [s] honestiora esse legionum decreta, quàm senatus. siquidē legiones decreuerunt senatum defendere [t] contra M. Antonium: senatus decernit legatos ad Antonium. Vtrùm hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem? || Hoc dies duodecim [v] perfece- 5
runt, vt quem nemo, præter Cotylam, tum inuentus sit, qui defenderet, is habeat iam patronos etiam [x] consulareis? Qui vtinam omnes ante me sententiam rogarentur (quamquam suspicor, quid dicturi sunt, quidam eorum, qui post me rogabuntur) faciliùs contra dicerem, si quid videretur. est enim opinio, decreturum aliquem M. Antonio illam vltimam Galliam, quam Plancus obtinet.| [y] Quid hoc aliud est,

i L. M. Antonius? arma deponat:
k L. neminē æquiorem reperiet, quàm me: cui q.
l L. cui dū se ciuib.
m T. quod possit dari b.
n L. grauissimum, & seuerissimum iud.
o L. Primū duces eos laudauistis, qui contra illum bellum priuato consilio susc.
* vide Philip. 2. 4. & 14.
p al. cur laudatur?
q al. si inimicum popu. R.
r L. ceperint.
s L. honestiora decreta esse leg.
t L. contra Antonium:
v al. profecerunt.
x L. consulares.
y L. Quid est aliud, omnia ad bell.

est,quàm ad bellum ciuile hosti arma largiri?pri
mùm neruos belli,pecuniam infinitam, qua nũc
eget:deinde equitatum quantum velit, equita-
tum dico?dubitabit, credo,genteis barbaras se-
6 cum adducere.|| Hoc qui non videt, excors:qui,
cùm videt, decernit, [y] impius. || Tu ciuem sce-
leratum, & perditum, Gallorum & Germano-
rum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, co
piis instrues?nullæ istæ excusationes sunt.Meus
amicus est. [a] Sit patriæ prius. Meus cognatus.
an potest cognatio,[b] vlla propior esse, quam
patriæ, in qua [c] parentes etiam continentur?
Mihi pecuniam attribuit, cupio videre, qui id
audeat dicere. Quid autem agatur, cùm aperue-
ro, facile erit statuere, quam sententiam dica-
tis, aut quam sequamini. Agitur, vtrùm M.An-
tonio facultas detur opprimendæ reip. [d] cæ-
dis faciendæ, bonorum diripiendorum, vrbis,
agrorum, suis latronibus condonandi, popu-
lum R.seruitute opprimendi:an horum nihil fa-
cere [e] ei liceat, dubitatis? an non cadunt hæc
7 in Antonium? || Hoc ne Cotyla quidem dicere
auderet. quid enim in eum non cadit? qui, cu-
ius acta se defendere dicit, [f] eius leges peruer-
tit,quas maximè laudare poteramus. Ille palu-
des siccare voluit: hic omnem Italiam modera-
to homini, L. Antonio, diuidendam dedit.
Quid?hanc legem populus R.accepit? quid?per
auspicia [g] ferre potuit? Sed augur verecundus
sine collegis de auspiciis.quamquam illa auspi-
cia[h] non egent interpretatione augurum. Ioue
enim tonante[i] cum populo R. agi non esse fas.
quis ignorat?Tribuni pleb. tulerunt de prouin-
ciis contra acta Cæsaris: [k] ille biennij, iste se-
xennij.num etiam hanc legem populus R.acce-
pit?quid?promulgata fuit?quid? nónne antè la
ta,quàm scripta?[l] nónne antè factã vidimus,quã
8 futuram quisquã est suspicatus: || vbi lex * Cæ-
cilia,

z L.impius est.Tu ciu.
a L.Sit patria pr.
b L.propior vlla esse,
c L.etiam parentes cont.
d L. cædis faciendæ bonorum, diripiendæ vrbis, agrorum,suis latronib.c.
e L.ei liceat.Dubitate,quid agatis. At nõ cadunt hæc in Antoniũ. Hoc ne Cot.
f L eius eas leges p.
g L.ferri p.
h L.non egent interpretatione, Ioue enim t.
i L.cum populo agi n.
k L. ille biennium hic sexennium.
l L.nõ antè tactum vidimus, quàm futurum q.

* vide orationem pro Domo sua,ad Pont.

cilia, & Didia? vbi promulgatio: *trinundinum?
vbi pœnæ recenti lege * Iunia & Licinia? pos-
súntne hæ leges ratæ esse sine interitu legum
reliquarum? Eccui potestas in forum [m] intro-
eundi fuit? quæ porro illa tonitrua? quæ tem-
pestas? vt si auspicia M. Antonium non moue-
rent, sustinere tamen eum, ac [n] ferre potuisse
tantam vim tempestatis, imbris, ac turbinum,
mirum videretur. Quam legem igitur se augur
dicit tulisse, non modò tonante Ioue, sed pro-
pè cælesti clamore prohibente, hanc dubitabit
cõtra auspicia latam confiteri? || Quid? quòd [o] cũ 9
eo collega tulit, quem ipse fecit sua nuntiatio-
ne vitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur [p]
arbitratus est pertinere? Sed auspiciorum nos
fortasse erimus interpretes, qui sumus eius col-
legæ. num ergo etiam armorum interpretes
[q] quærimus? Primùm omnes fori aditus [r] ita
sunt septi, vt etiamsi nemo obstaret armatus,
tamen, nisi septis reuulsis, introiri in forum
nullo modo posset. sic verò erant disposita
præsidia, vt quomodo [s] aditus hostium pro-
hibetur castellis, & aggeribus, ita ab ingres-
sione fori populum, tribunósque pl propulsari
videres. || Quibus de causis eas leges, quas 10
M. Antonius tulisse dicitur, omneis censeo
per vim, & contra auspicia [t] latas, iisque le-
gibus [u] populum non teneri. Siquam legem de
actis Cæsaris confirmandis, déve dictatura in
perpetuum tollenda, déue coloniis in agros
deducendis, tulisse M. Antonius dicitur, easdem
leges de integro, vt populum teneant, saluis
auspiciis [x] ferre placet. [y] Quamuis ergo bonas
leges vitiosè, per vímque tulerit: tamen hæ le-
ges non sunt habendæ: omnisque audacia gla-
diatoris, amentis, auctoritate nostra *repudian-
da est. || Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ 11
ferenda nullo modo est, per quam [z] sestertiûm
septies

* De trinũdino vide Gell. l. 5. c. 19. Dio 45. & 46.
* Lege Iunia & Licinia videtur confirmata lex Didia & Cæcilia
m L. insinuádi fuit?
n L. ferre posse tant.
o al. cum collega tulit.
p L. pertinere arbitratus est:
q L. erimus?
r L. ita septi sunt.
s L. hostiũ aditus vrbe prohibetur, ita castellis & operibus ab ingress. al. aditus hostium prohibentur. al. aditu hostes prohibeantur.
t L. esse latas.
v al. populum Ro.
x L. ferri pl.
y L. Quamuis enim res bonas vitiosè, * al. repudĩanda al. retũdenda z al. septies millies sestertiũ

septies millies falsis perscriptionibus, donatio-
nibusq; *auertit: vt portenti simile videatur, tā-
tam pecuniam populi R. tam breui tempore pe-
rire potuisse. Quid illi immanes quæstus, feren-
diue, quos M. Antonij tota * exhausit domus?
decreta falsa vendebat. regna, ciuitates, immuni-
tates, in æs, accepta pecunia, iubebat incidi. hæc
se ex cōmentariis Cæsaris, quorū ipse auctor e-
rat agere [a] dicebat in introitu ædium parte to-
tius reip. nundinæ: mulier sibi felicior. [b] quàm
viro, auctionem prouinciarū, regnorumque fa-
ciebat. restituebantur exules, quasi lege, sine le-
ge: quę nisi auctoritate senatus rescinduntur, quo
niam ingressi in spem rei. [c] recuperandæ sumus,
12 imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. ¶ Ne-
que solùm commentariis commentitiis, chiro-
graphisque venalibus innumerabilis pecunia
congesta in illam domū est, cùm quæ vendebat
Antonius ea se ex actis Cæsaris agere diceret:
sed senatus etiā consulta pecunia accepta, falsa
referebat: syngraphæ obsignabantur: [d] senatus
consulta, tanquam facta ad ærariū referebantur.
Huius turpitudinis testes erant etiam exteræ
nationes. Fœdera intereà facta: regna data: po-
puli, prouinciæque liberatæ: earumque rerum
falsæ tabulæ, gemente populo R. toto Capito-
lio figebantur: Quib. reb. tanta pecunia vna
in domo coaceruata est, vt si hoc * genus in v-
nū redigatur, non sit pecunia populo R. [f] defu-
tura. Is etiā legem iudiciariam tulit. homo ca-
stus atque integer: iudiciorū & iuris auctor, in
quo nos fefellit. Antesignanos, & manipula-
reis, & Alaudas, iudices se constituisse dice-
bat. At ille legit aleatores, legit exsules, le-
git Græcos. O concessum iudicium præclarū!
o dignitatem consilij admirandam! [g] Pauet a-
13 nimus apud [h] consiliū illud pro reo dicere. ¶ Cy-
dam Cretensem, portentum insulę, hominem
au

* vertit:
* vide 12. Famil. ep. 1. & 14. Att. ep. 12.
a L. dicebat calcebant in interiora æd.
b L. squàm viri,
c v. c recipe randæ su mus,
d L. senatus consulta nū quam facta ad ærarium ferè defere bantur. al. sena usconsulta nunquā facta, tanquā facta ad ærarium defe rebantur.
e al. earumque ipsarū rerum.
* al. genus pænè in vnum vel, genus pænè, vel genus Pecuniæ.
f L. defutura. Legem etiam iud.
g L. Auet animus.
h al. illud consilium.

audacissimus,& perditissimum.[k] Sed fac ita non
esse,num Latinè scit?[l] num ex iudicũ genere &
forma? [m] num leges nostras, morésve nouit? nũ
denique homines? est enim Creta vobis notior,
quàm Roma Cydæ. [n] Delectus autem, & nota-
tio iudicum, etiam in nostris ciuibus haberi so-
let. Gortynium verò iudicem quis nouit, aut
quis nosse potuit?Nam Lysiadem Atheniensem
plerique nouimus.est enim Phædri, Philosophi
nobilis,filius:homo prætereà festiuus,vt ei cum
[o]M.Curio,consessore eodem,&collusore,facil- 14
limè possit conuenire. || Quæro igitur, si Lysia-
des citatus iudex non responderit, excusetúr-
que Areopagites esse, nec debere eodem tem-
pore Romæ, & Athenis res iudicare : accipiét-
ne excusationem is, qui quæstioni præerit,
Græculi iudicis, modò palliati, modò togati?
An Atheniensium antiquissimas leges negliget?
Qui porrò ille consessus, dij boni ? Creten-
sis iudex, ísque nequissimus [p] quemadmodum
ad hunc reus allegẽt ? quomodo accedat ? du-
ra natio est. At Athenienses misericordes pu-
to ne Curium quidem esse crudelem, [q] qui
quotidie periculum fortunæ faciat. Sunt item
lecti iudices, qui fortasse excusabuntur. ha-
bẽt enim legitimam excusationem, exsilij cau-
sa solum vertisse, nec esse posteà restitutos.
|| Hos ille demens iudices legisset : horum no- 15
mina ad ærarium detulisset : his magnã partem
reip.credidisset,si vllam speciem reip.[r] cogita-
uisset ? Atque ego de notis iudicibus dixi:quos
minùs nostis,nolui nominare:saltatores, cytha-
ristas,totum denique comessationis Antonianæ
chorum, in tertiam decuriam iudicum scitote
esse[t] collectum. hæc causa, cur lex tam egre-
gia, támque præclara, maximo imbri,tempesta-
te,ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina,
& tonitrua ferretur, [s] vt eos iudices habere-
mus, [u] quos socios ad epulas habere hospites
nemo

k Sed fac nõ esse.
l L. non est ex iud.
m L num, quod maximum est, leges nostras, mor. al. nũ quod caput est, leges nostr. m.
n v.c. Dilectus.
o al. M. Curio.

p L. quem ad hunc reus allegẽt?
q L. qui periculum fortunæ quotidie faciat,

r fort cogitasset?
s L. commissationis Antonianæ chorum.
t L. coniectum En causam, cur lex.
v L. quos hospites habere nemo velit.

nemo velit. scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum, direptio eius pecuniæ, cuius ratio in æde Opis confecta est, hanc tertiam decuriam excogitauit: nec antè turpes iudices quæsiti, quàm honestis iudicib. nocentium salus de-
16 sperata est. || Sed illud os, illam impuritatē cœni[x] fecisse, vt hos indices legere auderet, quorū lectione duplex imprimeretur reip. dedecus; vnum, quòd tam turpes iudices essent: alterum, [y]quod patefactū esset, quàm multos in ciuitate turpeis haberemus.[z] Hanc ego, & reliquas eius modi leges: etiam si sine vi, saluis auspiciis, essent rogatæ, censerē tamen abrogandas. nūc verò[a] cur non abrogandas censeam, quas iudico
17 non rogatas? || An illa non grauissimis ignominiis, monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriā, sunt notanda, quòd vnus M. Antonius in hac vrbe[b] post vrbem conditā, palàm secū[c] habuit armatos! quod neque[d] reges fecerunt, neq; ij, qui regib. exactis, regnum occupare voluerunt. Cinnam memini, vide Syllam, modò Cæsarem: hi enim tres post ciuitatem à L. Bruto liberatam, plus potuerunt, quàm vniuersa resp. Non possum affirmare nullis telis eos stipatos fuisse: hoc dico,[e] nec multis, & occul-
18 tis. || At hanc pestem agmen armatorum sequebatur: Classitius, Mustela, Tiro, gladios ostentatos, sui simileis greges ducebant per forum: certum agminis locum tenebant barbari sagittarij, cùm autem erat ventum ad ædem Concórdiæ, gradus complebantur, lecticæ collocabantur: nō quòd ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferent, laborarent. Illud verò[f] teterrimum auditu non modò adspectu in cælla Concordiæ collocari armatos, latrones, sicarios: [g] è templo carcerem fieri: [h] apertis valuis Cōcordiæ, cùm inter subsellia senatus versarentur latrones. Patres conscriptos sen-
19 tentias dicere. || Huc etiam nisi venirem kalēdis

Septemb.

x L. fuisse.

y L. quod patefactum cognitúmque esset, quàm mul.

z al. Hanc ergo.

a L. cur abrogandas c.

b al. post conditam vrbem.

c L. habuerit.

d v. c. reges nostri fecerunt.

e al. nec ita multis, & occ.

f v. c. teterrimum non modò auditu, sed etiam adspectu.

g L. de templo.

h L. opertis valuis Conc.

Septemb. fabros se missurum, & domũ meã disturbaturum esse dixit. Magna res, credo, agebatur: de supplicatione [i] referebatur. Veni postridie: ipse non venit. locutus sum de rep. minùs equidē liberè, quàm mea consuetudo: liberiùs tamen, quàm [k] pericula, minæque postulabant. At ille homo vehemens & violentus, qui hanc consuetudinem liberè dicendi excluderet (fecerat enim hoc idem maxima cum laude L. Piso [l] xxx. dieb. ante me) inimicitias mihi denuntiauit: [m] adesse in senatu [n] iussit ad XIII. Kalendas Octobr. ipse interea [o] decē & septem dies de me in Tiburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens. hæc enim ei causa esse [p] solet declamandi.

20 Cum is dies, quo me adesse iusserat, venisset, tũ verò agminè quadrato in ædem Concordiæ venit, atque in me absentem orationē [q] ore impurissimo euomuit. quo die, si per amicos mihi cupienti in senatũ venire licuisset, cædis initium fecisset à me. sic enim statuerat. cùm autem semel gladiũ scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi, nisi defatigatio, & satietas, attulisset. etenim aderat L. frater, gladiator Asiaticus, qui myrmilo Milasis depugnarat: sanguinem nostrũ sitiebat. suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. hic pecunias nostras æstimabat: possessiones notabat & vrbanas, & rusticas: huius mendicitas [r] auiditate cōiuncta, in fortunas nostras imminebat: diuidebat agros, quib. & quos volebat: nullus aditus erat priuato, nulla æquitatis deprecatio. tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat diuisor Antonius.

21 Quæ quãquã, si leges irritas feceritis, rata esse nō possunt: tamen separatim suo nomine [s] notãda censeo: iudicandúq; nullos septemuiros fuisse: nihil placere ratũ esse, quod ab iis actũ dicetur. M. verò Antoniũ quis est, qui ciuem possit iudicare potiùs, quã teterrimũ, & crudelissimum hostē, qui pro æde Castoris sedēs, audiente pop. R. dixerit, nisi [*] victorē, victurũ neminem? [t] Num

i L. referebat.
k L. periculi minæ p.
* vide supra Phili. 1. & 12. Fam. ep. 2. & 3.
l L. xxx. diebus antè inim.
m v. c. adesse in senatum
n L. iussit XIII. Kalēdas Octob.
o L. septemdecim dies
p L. declamandi solet. C.
q L. ex ore imp.
r al. auiditati coniuncta
s L. notanda esse censeo:
* al nisi qui vincerent victurum neminem,
t L num putatis, P. C.

putetis, P. C. dixisse eum minaciùs, quã facturũ fuisse? Quid verò, quòd in cõtione dicere ausus est, se, cùm magistratu abisset,[u] ad vrbẽ venturũ cũ exercitu? introiturũ, quotiescũq; vellet? Quid erat aliud, nisi denũtiare populo R. seruitutem?
22 || Quod autem eius iter Brundisium? quæ festinatio? quæ spes, nisi vt[x] ad vrbem ocyus exercitum maximũ adduceret? qui autẽ dilectus centurionũ? quæ effrenatio impotentis animi? Cùm eius promissis legiones fortissimæ reclamassent, domum ad se venire iussit centuriones, quos bene de rep. sentire cognouerat: eósque antè pedes suos, vxorisq; suæ, quã secũ grauis imperator ad exercitum duxerat, iugulari coëgit. Quo animo hunc futurum fuisse censetis in nos, quos oderat, cùm in eos, quos numquã viderat, tã crudelis fuisset? & quã auidum in pecuniis[y] locupleti, qui pauperũ sanguinem concupisset? quorũ ipsorum bona, quantacũque erant, statim[z] comitib. suis, compotoribúsq; descripsit.
23 || Atque ille furens infesta iã patriæ signa[a] Brundusio inferebat: cùm[b] Cæsar deorum immortaliũ beneficio, diuini animi, ingenij, consilij magnitudine,[c] cũ sua sponte, eximiáque virtute, tum approbatione auctoritatis meæ, colonias[d] patris adiit: veteranos milites conuocauit: paucis diebus exercitum[e] fecit: incitatos latronis impeditus retardauit. Posteà verò, quàm legio Martia ducem præstantissimum vidit, nihil egit aliud, nisi, vt aliquãdo liberi essemus: quam est imitata quarta legio. Quo ille nuntio audito, cùm senatum vocasset, adhibuissetque consularem, qui sua sententia C. Cæsarem hostem iudicaret repente
24 concidit. || Pòst autẽ, neque sacrificiis sollemnibus factis, neque votis nuncupatis, non profectus est, sed profugit paludatus. At quò? in prouinciam firmissimorum, & fortissimorũ ciuium: qui illum, ne si ita quidem venisset, vt nullum bellum inferret, ferre potuissent: impotentem, iracundum, contumeliosum, superbum,

u L. ad vrbem futurum cum.

x L. ad vrbem, vel, in vrbem potiùs exerc. al. ad vrbem, vel potiùs in vrbem exerc.

y L. locupletum,

z al. suis comit b.

a L. Brundisio

b C. Cæsar d.

c L. quam quam ĩ sp. exim. q. vir tamen aptr.

d L. patrias

e L. confecit:

ſemper poſcentem, ſemper rapientem, ſemper ebrium. At ille, cuius ne pacatam quidẽ nequitiam quiſquã ferre poſſet, bellũ intulit prouinciæ Galliæ:[f] circũſedit Mutinã, firmiſſimam, & ſplendidiſſimam populi Romani coloniã: oppugnat D. Brutum imperatorem cõſulem deſignatum, ciuem, non ſibi, ſed nobis & reip. natum.

f L. circunſedet

25 Ergo [g] Annibal hoſtis, ciuis Antonius? quid ille fecit hoſtiliter [h] quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut nõ moliatur, & cogitet? Totum iter [i] Antonij quid habuit, niſi depopulationes, vaſtationes, cædeis, rapinas? quas non faciebat [k] Annibal, quia multa ad vſum ſuũ reſeruabat.[l] At hi, qui in horam viuerẽt, non modò de fortunis, & de bonis ciuium, ſed ne de vtilitate quidem ſua cogitauerunt. Ad hunc (dij boni) legatos mitti placeret? norunt iſti homines formã reipublicæ, iura belli, exẽpla maiorũ: cogitãt, quid populi Romani maieſtas, quid ſenatus ſeueritas poſtulet? [m] Legatos decernitis: ſi vt deprecẽtur, contẽnet: ſi vt imperetis, non audiet: denique quãuis ſeuera legatis mãdata dederimus, nomen ipſum legatorũ, hunc, quem videmus, populi Romani reſtinguet ardorẽ: municipiorum, atque Italiæ franget animos. vt omittam hæc, quæ magna ſunt: certè iſta legatio moram, & tarditatem afferet bello.

g L. Hannibal
h L. quod hic nõ aut fecerit, aut faciat, moliatur, & cog.
i L. Antoniorum
k L. Hannibal,
l al. Hæc qui in hor.
m L. Legatos decernis: ſi vt deprecer eris, cõtemnet. ſi vt, impere[t]is,n.

26 Quãuis dicãt, quod quoſdam audio dicturos: Legati proficiſcantur: bellum nihilominus paretur: tamen legatorum nomen ipſum [n] & animos molliet, & belli celeritatem morabitur. Minimis momẽtis, P.C. maximæ inclinationes tẽporum fiunt, cùm in omni caſu reipublicæ, tum in bello, & maximè ciuili: quod opinione plerumque, & fama gubernatur. Nemo quæret quibuſcum mandatis legatos miſerimus: nomen ipſum legationis vltrò miſſæ, timoris eſſe ſignum videbitur. Recedat à Mutina, deſinat oppugnare Brutum, decedat ex Gallia: non eſt verbis rogandus, cogendus eſt armis.

n v. c. & animos hominũ mollier, & belli celerit.

27 Non enim [o] ad Annibalem

o L. ad Hãnibalem

vt à Sagunto recedat, ad quem miserat olim senatus P. Valerium Flaccum & [p] Q. Fabium Pamphilum, qui, si [q] Annibal non pareret, Karthaginē ire iussi sunt. [r] nostros legatos quò iubebimus ire, nisi paruerit Antonius, ad nostrum ciuem mittimus, [s] ne imperatorem, ne coloniā populi R. oppugnet. Itáne verò? hoc per legatos [t] rogandus est? Quid interest per deos immortaleis, vtrùm hanc vrbem oppugnet, an huius vrbis propugnaculū [u] coloniāq; populi R. præsidij causa collocatam? Belli Punici secundi, quod contra maiores nostros [x] Annibal gessit, causa fuit Sagunti oppugnatio. rectè ad eū legati missi. mittebantur ad Pœnū, [y] mittebantur ad Annibalem pro hospitibus nostris, & sociis. Quid simile tandē? nos ad ciuē [z] mittemus, ne imperatorē populi R. ne exercitū, ne coloniā [a] circumsedeat, ne oppugnet, ne agros depopu-
28 letur, ne sit hostis? ‖ Age, si paruerit, hoc ciue vti aut volumus, aut possumus? Ante diem XIII. Kal. Iā. decretis vestris, eū cōcidistis, cōstituistis: vt hæc ad vos Kal. Ian. referrentur, quæ referri videtis, de honoribus & præmiis bene de repu. meritorum, & merentium: quorum principem * iudicauistis eum, qui fuit, C. Cæsarem, qui M. Antonij impetus nefarios ab vrbe in Galliam [b] vertit: deinde milites veteranos, qui primi Cæsarem secuti sunt: tum illas cælesteis, diuinásque legiones, [c] Martiam, & Quartam, quibus cùm consulem suum non modò reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores, & præmia spopondistis: eodémque die D. Bruti, præstantissimi ciuis, edicto allato, atq; proposito, factum eius [d] collaudauistis: quódq; ille bellum priuato consilio susceperat, id
29 vos auctoritate publica comprobastis. ‖ Quid igitur illo die aliud egistis, [e] nisi vt te hostem iudicaretis Antonium? his vestris decretis

p L. & Q. Bæbiū Tampilum.
q L. Hannibal,
r L. nostros quò iubemus ire, si nō paruer.
s L. re imperatorem, coloniám que pop.
t L. rogandum est?
v L. coloniam populi R.
x L. Hannibal,
y L. mittebantur pro Hannibalis hostibus nostris sociis.
z L. mittimus,
a al. circumsideat,
* L. iudicastis,
b L. auertit
c v. Martiā, & Quartā comprebastis: quibus cùm cons.
d L. collaudastis.
e L. nisi vt hostē iud. Ant.

aut ille vos æquo animo adſpicere poterit, aut vos illum[f] ſine ſummo dolore videbitis. Excludit illum à rep. diſtraxit, ſegregauit, non ſolùm ſcelus[g] illius, ſed etiam, vt mihi videtur, fortuna quædã reip. qui ſi legatis paruerit, Romámq; redierit: numquandã perditis ciuibus vexillum, quò concurrant, defuturum putatis? Sed hoc minùs vereor.[h] Sunt alia ob quæ magis numquam parebit ille legatis. noui hominis[i] inſaniam, arrogantiam: noui perdita conſilia amicorum, quibus ille eſt deditus. || Lucius quidem frater 30
eius, vtpote qui peregrè[k] depugnauit, familiã ducit.[l] Si per ſe ipſe ſanus, quod numquam erit: per hos eſſe ei tamen non licebit, teretur intereà tẽpus: belli apparatus refrigeſcent: Vnde eſt adhuc * bellum, niſi ex retardatione, & mora? vt primùm pôſt diſceſſum rationis, vel potiùs deſperatã fugã, liberè ſenatus haberi potuit, ſemper flagitaui, vt conuocaremur. quo die primũ conuocati ſumus, cùm deſignati conſules non adeſſent, ieci, ſententia mea, maximo veſtro cõſenſu, fundamenta reip. ſeriùs omnino, quã decuit: nec enim antè potui: ſed tamen ſi ex eo tẽpore dies nullus intermiſſus eſſet, bellum profectò nullum haberemus. || Omne malum naſcẽs 31
facilè opprimitur: inueteratum fit plerumq; robuſtius. Sed tũ exſpectabuntur Kalendę Ian. fortaſſe non rectè. Verùm præterita omittamus. Etiámne hanc morã afferemus, dum proficiſcantur legati? dum reuertantur? quorũ exſpectatio 4 dubitationẽ belli[m] afferet. bello autem dubio, quod poteſt ſtudium eſſe[n] delectus? Quamobrem P.C. legatorum mentionẽ nullã cenſeo faciendam: rẽ adminiſtrandã arbitror ſine vlla mora,[o] & confeſtim gerendam cenſeo: tumultum decerni, iuſtitiũ[p] indici, ſaga ſumi dico oportere,[q] delectum haberi, ſublatis vacationibus in vrbe, & in Italia,[r] præterea Gallia tota. || Quæ 32
ſi erũt facta, opinio ipſa & fama veſtræ ſeueritatis

f al. ſine dolore ſummo vid.
g L. ipſius,
h L. ſunt alia, quæ magis timeã, & cogitem, nũquam p.
i L. inſanam arrogantiã:
k L. depugnatit. fa. mil. ducit. Sit per ſe.
l L. Sit per ſeipſe ſanus
* al. bellum fractum.
m al. afferet.
n L. delect*.
o L. & confeſtim gerendam ſeu multũ dec.
p L. edici,
q L. delectũ hab.
r L. præter Galliam toga. n... [illegible]

tis obruet ſcelerati gladiatoris amentiã.ſentiet
ſibi bellum cum rep.eſſe ſuſceptum , experietur
conſentientis ſenatus ſeruos,atque vireis. nam
nunc quidem partium contentionem eſſe dicti-
tat..quarum partium? alteri victi ſunt , alteri
ſunt è mediis C.Cæſaris partibus. niſi fortè Cæ
ſaris parteis à Panſa,& Hirtio conſulibus , & à
filio C.Cæſaris oppugnari putamus. Hoc verò
bellum non eſt ex diſſenſione partiũ,ſed ex ne-
f ria ſpe perditiſſimorum ciuium excitatũ:quib.
bona,fortunæque noſtræ notatæ ſunt,& iam ad
33 cuiuſque opinionem diſtributæ.‖Legi epiſtolã
Antonij,quã ad quendã ſeptẽuirum , capitalem
hominẽ,collegã ſuum miſerat. QVID CONCV-
PISCAS,TV VIDERIS:QVOD CONCVPIVERIS, CER-
TE HABEBIS.[s] Hem,ad quem legatos mittamus: s L.En,ad quem,
cui bellũ moremur inferre:qui ne ſorti quidẽ
fortunas noſtras [t] deſtinauit , ſed libidini cu- t al.deſti-tuit.
iuſque nos ita addixit,vt ne ſibi quidẽ quidquã
integrum,quod non alicui promiſſum iam ſit,
reliquerit.cum hoc,P.C bello,bello,inquam,[v] v al certandum eſt,
decertandũ eſt,idque cõfeſtim. legatorum tar-
34 ditas repudianda eſt.‖Quapropter,ne multa no
bis quotidie decernenda ſint:conſulibus totam
rẽp.[x] cõmittendam cẽſeo,hiſque permittendũ, x L.cõmendandã cẽſ.
vt remp.defendant,prouideántque, nequid reſ
pub. detrimenti accipiat:cenſeóque,vt iis , qui
in exercitu Antonij ſunt,ne ſit ea res fraudi , ſi
ante Kalendas Febr. ab eo diſceſſerint. Hæc ſi
cenſueritis,Patres conſcripti,breui tempore li-
bertatem populi Romani,auctoritatémque ve-
ſtram recuperabitis.ſin autem leniùs agetis: ta-
men eadẽ,ſed fortaſſe ſeriùs decernetis. 6 [y] De y L.de rep. qua de retul.
republica quoad retuliſtis , ſatis decreuiſſe vi-
35 deor.‖Altera res eſt de honoribus : de quibus
deinceps intelligo eſſe dicendum.Sed qui ordo
in ſententiis rogandis ſeruari ſolet , eundem
tenebo in viris fortibus honorandis. A Bru-
to igitur , conſule deſignato , more maiorum

capiamus exordium: cuius, vt superiora omittã, quæ sunt maxima illa quidẽ, sed adhuc hominum magis iudiciis, quã publicè laudata: qui búsnã verbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus? neq; enim vllã mercedẽ tãta virtus præter hanc laudis, gloriæque desiderat. qua etiamsi careat, tamen, sit seipsa contenta, atque in memoria gratorum ciuiũ, tanquam in luce posita lætetur. laus igitur iudicij, testi-

a l. nostri, moniiq; [a] vestri, tribuenda Bruto est. ¶ Quãobrem his verbis, P. C. senatusconsultum faciendũ censeo. CVM D. Brutus imp. Cos. designatus prouinciam Galliam in senatus, populique Ro. potestate teneat: cumq; exercitum tantũ, tã breui tempore, summo studio municipiorũ, coloniarúmq; prouinciæ Galliæ, optimè de rep. meritæ, merentisq; conscripserit, compararit: id eũ rectè, & ordine, é que republica fecisse: idq; D. Bruti præstantissimum meritũ in remp. senatui, populóque R. gratum esse, & fore. itaque senatũ, populúmque Ro. existimare D. Bruti, imp. Cos. designati opera, consilio, virtute, incredibilique studio, & consensu prouinciæ Galliæ, reip. difficillimo tempore esse subuẽtum. ¶ Huic tanto merito Bruti, P. C. tantóque in remp. beneficio, quis est tantus honos, qui non debeatur? nam si M. Antonio patuisset Gallia, si oppressus municipiis, & coloniis imperatis, in illam vltimã Galliã penetrare potuisset: quantus reip. terror impenderet? dubitaret? dubita-

36

37

a l. atq; in omnib. cõs. ret, credo, homo amentissimus, [a] atque omnibus consiliis præceps, & deuius, non solùm cum exercitu suo, sed etiam eũ omni immanitate barbariæ bellum inferre nobis: vt eius furorem ne Alpiũ quidẽ muro cohibere possemus. Hæc igitur habenda gratia est D. Bruto, qui illum nõ-

b al. nostra. dum interposita tuctoritate [b] vestra, suo consi-

c al. arcuit: Galliã, seq. lio, atq; iudicio, non vt consulem recepit, sed, vt hostem, [c] arcuit Gallia, séque obsideri, quàm hanc

hanc vrbem maluit,Habeat ergo huius tāti fa-
cti;támq; præclari decreto [d] vestro testimoniū d L.nostro,
sempiternū:Galliáque,quæ semper præsidet,at-
que præsedit huic imperio,libertatique cōmu-
ni,meritò,[e] veréque laudetur,quòd se,suásque e L. iuréq; laud.
38 vireis non tradidit,sed opposuit Antonio.‖Atq;
etiam M.Lepido pro eius egregiis in remp. me-
ritis decernendos honores quàm amplissimos
censeo. semper ille populū Ro.[f] liberū esse vo- f al.liberū voluit,& ita v.c.
luit,maximúmque signum illo die dedit volun-
tatis,& iudicij sui,cùm, Antonio diadema Cæ-
sari imponente,se auertit,gemituque & mæsti-
tia declarauit,quātum haberet odiū seruitutis:
quā populum Romanum liberum cuperet,quàm
illa,quæ tulerat, temporum magis necessitate,
quā iudicio tulisset,Quanta verò is moderatio-
ne vsus sit in illo tēpore ciuitatis, [g] quod post g al. quod morte Cæsaris consecutum est.
mortē Cæsaris consecutū est,quis nostrū obli-
uisci potest?Magna hæc:sed ad maiora prope
rat oratio.‖Quid enim (ò dij immortales!) ad-
39 mirabilius omnibus gentibus? quid optatius
populo Romano accidere potuit,quā cùm bel-
lū ciuile maximū esset,cuius belli exitū omnes
timeremus,[h] sapiētia eius id potiùs exstingui, h L.sapientia id potiꝰ exsting. sapienti clementi potius,
quā armis,& ferro rem in discrimen [i] adduce-
re?Quòd si eadem ratio Cæsaris fuisset, in illo
tetro,miseróque bello:vt omittā patrem: duos
Cn. Pompeij summi,& singularis viri,filios in-
columeis haberemus:quibus certè pietas frau- i L.abduci?
di esse non [k] debet.Vtinam omnes M. Lepidus
seruare potuisset,facturū fuisse declarauit in eo, k L.debuit.
quod potuit cū Sext.Pōpeium restituit ciuitati,
maximū ornamentum reip.clarissimū monumē-
tum clementiæ suæ. grauis illa fortuna populi
R.graue fatū. Pōpeio enim patre,quod imperij l L.sed omnia mihi videntur eorum iudicio expiata, sex.
populi Rom.lumen fuit,exstincto, interfectus
40 est patris simillimus filius.‖ [l] Sed omnia mihi
facta videntur deorum immortaliū iudicio , &
pietate,Sex.Pōpeio reip.conseruato. Quam ob

causam iustam, atque magnam, & quod periculosissimum ciuile bellum, maximumque humanitate, & sapientia sua M. *Lepidus ad pacē, concordiámque conuertit, senatusconsultū his verbis censeo perscribendū: cùm à M. Lepido, imp. pontif. max. sæpenumero resp. & bene, & feliciter gesta sit, populúsque R. intellexerit, ei dominatum regium maximè displicere: cúmque eius opera, virtute, consilio, singularique clementia, & mansuetudine bellum acerbissimum ciuile sit restinctum: ‖ Sextúsq; ae Pōpeius Cn. F. Magnus, huius ordinis auctoritate ab armis discesserit: & à M. Lepido, imp. pont. max. summa senatus, populique Romani voluntate ciuitati restitutus sit: senatum, populúmque Ro. pro maximis, plurimisque in remp. M. Lepidi meritis, magnā spem in eius virtute, auctoritate, felicitate, reponere otij, pacis, concordiæ, libertatis: eiusque in remp. meritorum senatum, populúmque R. memorem fore, * eique statuā equestrem inauratā in Rostris, aut quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis sententia placere: Qui honos, P. C. mihi maximus videtur: primùm, quia iustus est. non enim solùm datur propter spem temporum reliquorum, * sed pro amplissimis meritis redditur: nec verò cuiquā possumus cōmemorare hunc hononorem à senatu tributum iudicio senatus soluto, & libero. ‖ Venio ad C. *Cæsarem, P. C. qui nisi fuisset, quis nostrûm esse potuisset? aduolabat ad vrbem à Brundisio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omneis bonos, cum exercitu, Antonius. quid huius audaciæ, & sceleri poterat opponi? nondùm vllos duces habebamus, non copias: nullum erat consilium publicum, nulla libertas: dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ: fugam quærebamus omnes, quæ ipsa exitum non habebat. ‖ Quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc diuinum adolescētem

Marginal notes: * 10. Fam. ep. 27. — 41 — * vide Phil. 13. — * non sol. sed etiam pro amplius. — 42 — 43

tem deus? qui, cùm omnia ad perniciem nostrã pestifero illi ciui paterent, subitò præter spem omnium exortus, priùs confecit exercitũ, quẽ furori M. Antonij opponeret, quàm quisquam hoc eum cogitare suspicaretur. Magni honores habiti Cn. Põpeio, cùm esset adolescens: & quidem iure. subuenit enim reip. Sed ætate multò robustior, & militum ducem quærentium studio paratior, & in alio genere belli. non enim omnibus Syllæ causa grata, declarat multitudo proscriptorũ, tot municipiorum maximæ calamita-

44 tes. Cæsar autem annis multis minor, veteranos cupienteis iam requiescere, armauit: eam cõplexus est causam, quæ esset senatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ, [n] quæ diis omnibus gratissima. Et Pompeius ad L. Syllæ maximum imperium, victorémque exercitũ accessit: Cæsar se ad neminem adiunxit: ipse princeps exercitus faciendi, & præsidij comparandi fuit. [o] Ille in aduersariorum partibus agrum Picenũ habuit munitum: hic ex Antonij amicis, sed amicioribus [p] libertati contra Antonium confecit exercitum. Illius opibus Silla regnauit: huius præsidio

45 Antonij dominatus oppressus est. Demus igitur imperium Cæsari: sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest. sit proprætore eo iure, quo qui optimo, qui honos, quamquã est magnus illi ætati, tamẽ ad necessitatẽ rerũ gerendarũ, non solùm ad dignitatẽ valet. itaque illa quæramus, quæ vix hodierno die consequemur. Sed sæpe spero fore, huius adolescentis ornandi, honorandique, & nobis, & populo R. potestatẽ, hoc autẽ tempore ita cẽ

47 seo decernendũ. Quòd C. Cæsar, C. F. pont. [q] pro pr. summo reip. tẽpore [r] milites veteranos ad libertatem populi Ro. cohortatus sit, eósque cõscripserit: quódque * legio Martia, Quartáque summo studio, optimóque in rempublicam cõsensu, C. Cæsare duce, & auctore, rempublicam,

n L. quæ diis, hominibúsque grat.

o L. ille aduersariorũ partib. agr. Pic. hab. inim. cùm:

p L. libertatis, & ita v. c.

q al. propr.

r al. milites & veteranos ad l. nõ placet.

* vide 10. Fam. ep. 28. & 1. Fam. ep. 7.

libertatem populi R.defendant,defenderint:&
quod C.Cæsar,[s] pro pr. Galliæ prouinciæ cum
exercitu subsidio profectus sit: equites sagitta-
rios,elephantos in suam,populique R. potesta-
tem redegerit,difficillimóque reip.tẽpore,salu-
ti,dignitatique populi R.subuenerit:ob eas cau
sas senatui placere,C.Cæsarem,C. F.Pontificẽ [t]
proprætorem,senatorem esse,sententiámq; lo-
co prætorio dicere:eiusque rationem,[u] quæcũ-
que appetet,ita haberi,prout haberi lege lice-
ret,si anno superiore quæstor fuisset.‖ Quid est e 47
nim P.C.cur eũ non quãprimùm amplissimos ho
nores capere cupiamus?*Legibus enim annali-
bus cùm grandiorem ætatem ad consulatum cõ.
stituebant,adolescentiæ temeritatem vereban-
tur.C.Cæsar ineunte ætate docuit,ab excellen-
ti,eximiáque virtute progressum ætatis exspe-
ctari non oportere. Itaque maiores nostri,[x] ve-
teres illi,admodum antiqui,leges annaleis non
habebant:quas multis post annis attulit ambi-
tio,vt gradus essent petitionis inter æqualeis.I-
ta sæpe magna indoles virtutis prius quàm reip.
prodesse potuisset,[y] exstincta fuit.‖ At verò a- 48
pud antiquos,Rulli,Decij,Coruini,multiq; alij:
recentiore autem memoria superior Africanus,
[z] T Flaminius admodum adolescentes consules
facti,tantas res gesserunt,vt populi Rom.impe-
rium auxerint,nomen ornarint. Quid Macedo
Alexander?cùm ab ineunte ætate res maximas
gerere cœpisset,nónne tertio & tricesimo anno
mortem obiit?quæ est ætas nostris legibus decẽ
annis minor,quàm consularis, ex quo iudicari
potest,virtutis esse,quàm ætatis cursum celerio
rem.Nam quòd ij,qui Cæsari inuident,simulant
se timere:ne verendum quidem est: vt tenere se
possit,vt moderari ne honoribus nostris elatus
intemperantiùs suis opibus vtatur.‖ Ea natura 49
rerũ est, P.C.vt qui sensum veræ gloriæ cepe-
rit,quique se ab senatu,ab equitibus, populóq;

R.

s al.proprætor,
t L.propr.
v L. quemcumque magistratũ peteret, ita haberi, vt haberi per leges liceret, si
* legum annalium prima lata fuit à L. Villio Trib.pl.cuius familia postea est Annaliũ appellata C. Calpulino, Pisone & Posthum. Alb.Coss. fuerunt & aliæ leges postea Annales dictæ, à M. Pinatio & Aldo Genutió Trib pl.
x L veteres illi leges annal.nõ hab.
y L. exstincta est At v.c exstincta est.
z L.T. Flamininus:

R.vniuerſo ſenſerit ciuem carum haberi,ſalutarémque reip.nihil cum hac gloria comparandũ
putet.Vtinã C.Cæſari,patri dico,contigiſſet adoleſcenti,vt eſſet ſenatui,atque optimo cuiq;
cariſſimus,quod cùm conſequi neglexiſſet,omnem vim ingenij,quæ ſumma fuit in illo,in populari leuitate conſumſit. Itaque cùm reſpectũ
ad ſenatũ,& ad bonos non haberet,eam ſibi viã
ipſe patefecit ad opes ſuas amplificandas, quam
virtus liberi populi ferre non poſſet. Eius autẽ
filij [a] longiſſimè diuerſa [b] ratio:qui cũ omnibus eſt , tum optimo cuique cariſſimus. in hoc
ſpes libertatis poſita eſt:ab hoc accepta iam ſalus:huic ſummi honores,& exquiruntur,& para
50 ti ſunt.|| Cuius igitur ſingularem prudẽtiam admiramur,eius ſtultitiã timemus?quid enim ſtultiùs,quàm inutilem potẽtiã,inuidioſas opes,cupiditatem dominandi præcipitem, & lubricam
anteferre veræ,graui,ſolidæ gloriæ?An hoc vidit puer:ſi ætate proceſſerit,non videbit?At eſt
quibuſdã inimicus,clariſſimis,atque optimis ciuibus.Nullus iſte timor eſſe debet.omneis Cæſar inimicitias reip.condonauit:hanc ſibi iudicem conſtituit,hanc moderatricem [d] omnium
factorũ.Ita enim ad remp.acceſſit,vt eã confirmaret,nõ vt euerteret, omneis habeo cognitos
ſenſus adoleſcentis. nihil eſt illi republica cariùs,nihil veſtra auctoritate grauius,nihil bonorum virorũ iudicio optatiùs , nihil vera gloria
51 dulciùs.|| Quamobrẽ ab eo non modò nihil timere,ſed maiora,& meliora exſpectare debetis:
neq; in eo,qui ad D. Brutũ obſidione liberãdũ
profectus ſit,timere,ne memoria maneat domeſtici doloris,quæ plus apud eũ poſſit, quã ſalus
ciuitatis.Audebo etiã obligare fidẽ meã,P.C.vobis,[e] populóq; Ro.quòd profectò cùm me nulla
vis cogeret,facere non auderẽ,pertimeſcerémq;
in re maxima periculoſam opinionẽ temeritatis:

a al.longè ſanè di.

b L. ratio eſt,qui

c al.An qui hoc vidit puer, ſi ætate pr.

d L. conſiliorum omnium,atq; fact al.dictorum omnium,atq; fact.

e L. populóq; Ro. reique pub. quod

promitto, recipio, spondeo, Patres conscripti
C. Cæsarem, talē semper fore ciuē, qualis hodie
sit, qualémque eum [f] maximè velle, & optare de
bemus. || Quæ cùm ita sint, de Cæsare satis hoc 52
tempore dictū [g] habeo. Nec verò de L. Egnatu-
leio, fortissimo, & constantissimo [h] ciue amicis-
simo reip. silendum arbitror, sed tribuendum te-
stimonium virtutis egregiæ, ꝙ is legionē quar-
tam ad Cæsarem adduxerit, quæ præsidio consu-
libus, senatui, populóque R. reique pub. esset: ob
eam causam placere, vti L. Egnatuleio [i] trienniū
ante legitimum tēpus magistratus petere, cape-
re, gerere liceat. In quo, P.C. [k] nō tam commo-
dum tribuitur L. Egnatuleio, quā honos, in tali
enim re satis est nominari. || De exercitu autē C. 53
Cæsaris ita censeo [l] decernendū: Senatui place-
re, militibus veteranis, [m] qui Cæsaris, pontifi-
cis, auctoritatémque huius ordinis defenderint
atque defendant, his liberisque eorum, militiæ
vacationem esse, vtique C. Pansa, A. Hirtius, cō-
sules: alter, ambóue cognoscerent, [n] qui ager co
lonus esset, quò milites veterani deducti essent,
qui contra legē Iuliā, possideretur, vt his mili-
tibus veteranis diuideretur: de agro Cāpano se-
paratim cognoscerent, inirentque rationem de
cōmodis militum veteranorum augēdis: legio-
nique Martiæ, & legioni quartæ, & iis militi-
bus, qui de legione secunda, [o] tricesimaquinta
ad C. Pansam, A. Hirtium, consules, venissent,
suáque nomina [p] dedissent: [q] quòd iis senatus,
populiq; R. libertas carissima sit, & fuerit, vaca-
tionem militiæ ipsis, liberisque eorum esse pla-
cere, extra tumultum Gallicum, Italicumq; easq;
legiones bello confecto, missas fieri placere:
|| quātāq; pecuniā militibus earū legionū in sin- 54
gulos C. Cæsar pontifex, [r] proprætor pollicitus
sit, tantā dari placere: vtique C. Pansa, A. Hirti[us]
consules, alter ambóue, rationem agri habeant,
qui sine iniuria priuatorum diuidi possit: [s] isq;
mi-

f L. maxime esse vell. & opt. deb.
g L. habeo. Nec v.
h L. ciui, amicissimóque reip.
i L. triennio ante
k L. non tantum com. tr. L. Egn.
l L. decernendum: & ita v.c.
m qui Cæsaris, pontificis, propr. hortatu libertatémque &c.
n L. qui ager his coloniis esset
o v.c. xxxv.
p al. edidissent:
q L. quòd is senatus auctoritate populiq; R.
r L. propr.
s al. eoque militib.

militibus legionis Martiæ & legionis quartæ [t] ita daretur, assignaretur, vt quibus militibus amplissimè dati, assignati essent.*Dixi ad ea omnia consules: de quibus retulistis, [u] quæ si sint sine mora, maturéque decreta, faciliùs apparabitis ea, quæ tempus, & necessitas [x] flagitat, celeritate autem opus est: qua si essemus vsi, bellum, vt sæpe dixi, nullum haberemus.

t al. ita darent, assignarent,

* PERORATIO.

u L. quæ si erunt,

x L. flagitat

IN M. ANTONIVM, AD QVIRITES PHILIPPICA SEXTA.

***

ORATIO QVADRAGESIMA OCTAVA.

Docet populum quid actum sit in senatu contra Antonium, eumque hortatur ad bellum Antonio inferendum. Habita est hæc oratio prid. Non. Ian.

1 
VDITA * vobis esse arbitror, Quirites, quæ sint acta in senatu, quæ fuerit cuiusque sententia. res enim ex kalendis Ianuar. agitata, paulò confecta est: minùs quidem illa seuerè, quàm decuit, non tamen omnino dissolutè. mora est allata bello, non causa sublata. Quamobrem, quòd quæsiuit [a] à me P. Apuleius, homo & multis officiis mihi, & summa familiaritate coniunctus, & vobis amicissimus, ita respondebo, vt ea, quibus non interfuistis, nosse possitis.* Causa fortissimis, optimisque consulibus Kalendis Ian. de rep. primùm referendi fuit ex eo, quod XIII. Kalendas Ian. senatus me auctore decreuit.
2 Eo die primùm, Quirites, fundamenta iacta sunt reipub. Fuit enim

* EXORDIVM.

a L. ex me.

* CONFIRMATIO.

e iam longo interuallo ita liber senatus, vt aliquando liberi essetis. Quo quidem tempore, etiam si ille dies vitæ finem mihi allaturus esset, satis magnũ ceperã fructũ, cùm vos vniuersi vna mente, atque voce iterũ à me conseruatam esse rẽp. conclamastis. Hoc vestro iudicio, tanto tám que præclaro excitatus, ita Kal. Ian. veni in senatũ, vt meminissem, quã personã impositã à vobis sustinerẽ. Itaque bellũ nefariũ illatũ reip. cùm viderẽ, nullã morã interponendã insequẽdi M. Antoniũ putaui: hominemq; audacissimũ, qui multis nefariis rebus antè cõmissis, hoc tẽpore imperatorẽ populi R. oppugnaret, coloniã vestrã fidissimã, fortissimámq; obsideret, bello cẽsui persequendũ tumultum esse decerni, iustitiũ edici, saga sumi, dixi placere: quo omnes acriùs grauiusq; incumberent ad vlciscendas reip. iniurias, si omnia grauissimi belli insignia suscepta à senatu viderent. Itaque [b] hæc sententia 3 sic per triduũ valuit, vt quamquã discessio facta non esset, tamen [c] prẹter paucos omnes mihi assensuri viderẽtur. Hodierno autẽ die, [d] nescio qua obiecta re, remissior senatus fuit. nã plures eã sententiã secuti sunt, vt quantũ senatus auctoritas, vestérque consensus apud Antoniũ valiturus esset, per legatos experiremur. Intelligo, Quirites, à vobis hanc sententiã repudiari: neq; iniuria, ad quẽ enim legatos? ad eũne, qui pecunia publica dissipata, atq; effusa, per vim, & cõtra auspicia impositis; populo R. legibus fugata cõtione, obsesso senatu ad opprimendã rẽp. Brũdisio legiones arcesserit? ab his relictus, cùm latronũ manu in Galliã irruperit? Brutum oppugnet? Mutinã circumsedeat? quæ vobis potest cum hoc gladiatore cõdicionis, æquitatis, legationis esse cõmunitas? Quãquã, Quirites, nõ est 4 illa legatio: sed denuntiatio belli, nisi paruerit. Ita enim est decretum, vt si legati [f] ad Annibalem mitterentur. mittuntur enim, qui nuntient, ne

b L. hæc sẽtentia, Quirites, sic per tr.
c al. præter paucos homines, omnes mihi &c.
d L. nescio qua ei obiectare, al. pænè nescio.
e al. reip.
f L. ad Hannibalem.

ne oppugnet consulē designatū, ne Mutinā obsideat, ne prouinciā depopuletur, [g] ne delectus habeat, sit in senatus, populique R. potestate. Facilè verò huic denūtiationi parebit, vt in Patrū conscriptorū, atque in vestra potestate sit, qui in sua nūquam fuerit Quid enim ille vmquā arbitrio suo fecit, semper eò tractus, quò libido rapuit, quò leuitas, quò furor, [h] quò vinolētia? sēper eū [i] duo dissimilia genera, lenonū, & latronū, ita domesticis stupris, forēsibus [k] parricidiis delectarunt, vt mulieri citiùs auarissimæ paruerit, quàm senatui, populóque Ro.
5 Itaque, quod paulò antè feci in senatu, faciam apud vos, testificor, denūtio, antè prædico, nihil M. Antonium eorum, quę sunt legatis mādata, facturū: vastaturum agros, Mutinam obsessurum [l] delectus, quà possit, habiturum is est enim ille, qui semper senatus iudicium, & auctoritatem, semper volūtatem vestrā, potestatémque contemserit. An ille id faciat, quod paulò antè decretū est, vt exercitum citra flumen * Rubiconē qui finis est Galliæ, educeret, dū ne propiùs vrbem Ro. CC. mill. admoueret? huic denuntiationi ille pareat? ille se fluuio [m] Rubicone CC. mill. circumscriptum esse patiatur?
6 non is est Antonius, nam si esset: non cōmisisset. vt ei senatus, [n] tanquā Annibali initio belli Punici, denuntiaret, ne oppugnaret Saguntum. Quòd verò ita auocatur à Mutina, vt ab vrbe, tamquam pestifera flamma, arceatur, quam habet ignominiam? quod iudiciū senatus? Quid, quòd à senatu dantur mandata legatis, vt D. Brutū, militésque eius adeant, iisque demonstrent, [o] sua in rép. merita, beneficiáque eorum grata esse senatui, populoque Ro. eisque eā rem magnæ laudi, magnóque honori fore? passurúmne censetis Antoniū introire Mutinam legatos? exire inde tutò? nūquam patietur, mihi credite. [p] noui violentiam, noui impudētiam, noui audaciam.
7 Nec verò de illo, sicut de homine ali-

quo

g L. ne dilectus hab.

h al. violētia? v. c. vinolentia?

i L. duo diss. gen. tenuerunt, lenonum & latronum. Ita domest.

k L. parricidiis delectatur, vt m.

l L. dilectus,

* vide Plin. lib. 3. c. 15. & Strab. li. 5.

m L. Rubicone, & CC. mill.

n L. tamquam Hannib. vide Liuium decad. 5.

o L. summa in remp. m.

p al. vinolentiam.

quo debemus, sed vt de importunissima belua
cogitare. Quæ cùm ita sint, non omnino disso-
lutum est, quod decreuit senatus. habet atroci-
tatis aliquid legatio: vtinam nihil haberet mo-
ræ. nam cùm pleris que in rebus gerendis tardi-
tas, & procrastinatio odiosa est: tum hoc bellū
indiget celeritatis. succurrendum est D. Bruto:
omnes vndique copiæ colligendæ: q horā exhi-
bere nullam in tali ciue liberando sine scelere
non possumus. An ille non potuit, si Antonium 8
consulem si Galliā Antonij prouinciam iudicas-
set, legiones Antonio, & prouinciam tradere?
domum redire? triumphare? r primus in hoc or-
dine esse, quoad magistratum iniret? quid nego-
tij fuit? Sed, cùm se Brutum esse meminisset, ve-
stræque libertati s natum: quid egit aliud, nisi vt
penè corpore suo Gallia prohiberet Antonium?
Ad hūc vtrùm *legatos an legiones ire oporte-
bat? Sed præterita omittamus: t Properēt, quod 9
video esse facturos. vos saga parate. est enim ita
decretum, vt, si ille auctoritati senatus non pa-
ruisset, ad saga iretur. ibitur: non parebit: nos
amissos tot dies rei gerendæ queremur. Nō me-
tuo, Quirites, ne, cùm audierit Antonius: me hoc
in senatu, & in contione confirmasse, numquam
illū futurum in senatus potestate, refellēdi mei
causa, vt ego nihil vidisse videar, v vertat se,
senatui pareat. numquam faciet: non inuidebit
huic meæ gloriæ: malet, me sapientem à vobis,
quàm se modestum existimari. Quid? ipse si ve- 10
lit, num etiam L. fratrem passurum arbitramur?
nuper quidem dicitur ad Tibur, vt opinor, cùm
ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri
esse minitatus. Etiámne ab hoc myrmillone A-
siatico senatus mandata, legatorū verba audien-
tur? nec enim secerni à fratre poterit, tanta pre-
sertim auctoritate. nam hic inter illos Africanus
est: pluris habetur, quàm L. Trebellius, pluris,
quam x T. Plancius, adolescens nobilis: qui om-
nibus

q L. horam exc-bare nullam in t.c. al. horā exhibere nul.

r L. primus in hoc ordine quoad magistratū iniret, sententiam dicere? quid neg.

s L. natum, non otio suo: q.

* M. Philippum m. L. Calpurniū Pisonem 11 Fam ep. 8. ep. 4.

t L. Properent legati quod vid.

v L. vertat se, & senatui par.

x L. T. Plscus, quam Exitius, adol. nobilis Plancum, qui omnib. sent, &c.

nibus sententiis maximo vestro plausu condẽnatus, nescio quomodo se coniecit in turbã, atque ita mæstus rediit, vt retractus, non reuersus videretur: sic contemnit, tamquam si illi aqua, & igni interdictum sit. aliquando negat ei locum

11 esse oportere in curia, qui incenderit curiã.|| Nã Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cùm ille tabulis nouis aduersabatur: ӡ iã fert in oculis,[y] postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis nouis saluum esse non posse. audisse enim vos arbitror, Quirites, quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores, & creditores L. Trebellij conuenire. O fides (hinc enim puto Trebellium sumsisse cognomen) quæ potest esse maior fides, quàm fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienũ [a] venire ad arma? vbi plausus ille in triũpho est spe ludi? vbi ędilitas delata summo studio bonorum ? Quis est, qui hunc non casu existimet [b] rectè fecisse? [c] nequitia est,

12 scelus est.|| Sed redeo ad amores, deliciasque nostras, L. Antonium, qui vos omneis in fidem suam recepit, negãtis? [c] num quispiã est vestrûm, qui tribum nõ habeat? certè nemo. Atqui illum quinq; & triginta tribus patronum adoptarunt. Rursus reclamantis? Adspicite à sinistra illam equestrem statuam inauratã, in qua quid inscriptum est? QVINQVE, ET TRIGINTA TRIBVS PATRONO POPVLI ROM.[d] Igitur est patronus L. Antonius? malam quidem illi pestem. Clamori enim vestro assentior, non modò hic latro : quẽ clientem habere nemo velit : sed quis vmquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi R. victoris, dominique omnium gentium [e]

13 tutorem dicere auderet?|| In foro, L. Antonij statuam videmus: sicut illam [f] Qu. Trebellij, qui Hernicos deuicit, ante Castoris. O impudentiam incredibilem ! tantúmne sibi sumsit, quia Mylasis myrmillo Thracẽ iugulauit, familiarẽ suum quoniam modo istum ferre possemus, si in hoc

foro,

y L. postquã vidit sine tab. nouis &c.

z L. hoc enim

a L. ire ad arma : vbi plausus ille in triũpho est? sæpe ludis? vbi ædil.

b L. rectè fecisse, qui nequitia, & scelere ita excellat?

c L. numquisnã est vestrũ, qui

d L Populi Romani Igitur est patr.

e L patronum dic.

f L. Q. Tremellii, qui H.

foro, spectantibus vobis, depugnasset? Sed hæc vna statua. altera ab equitibus R. equo publico: qui item adscribunt, PATRONO. Quẽ vmquã iste ordo patronum adoptauit? si quemquam, debuit me. sed me omitto. quem censorem? quem imperatorem? agrum his diuisit. O sordidos, qui ac ceperunt: improbum, qui dederit! ‖ Statuerunt 14
etiam tribuni militares, [g] qui in exercitu Cæsaris duobus fuerũt. Quis est iste ordo? multi fuerũt multis in legionibus per tot annos. his quoque [6] diuisit Semurium. Campus Martius restabat, nisi priùs cũ fratre fugisset. Sed hæc agrorũ assignatio paulò antè, Quirites, L. Cæsaris clarissimi viri, & præstantissimi senatoris sentẽtia, dissoluta est. huic enim assensi, septemuirûm acta sustulimus. Iacent beneficia Nuculæ: friget patronus Antonius. nã possessores animo æquiore discedent: nullã impensam fecerant: nondum instruxerant, partim quia non confidebant, partim quia non habebant. ‖ Sed illa statua palmaris, de 15
qua si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere: L. ANTONIO, * IANI MEDII PATRONO. Itáne? Ianus medius in L. Antonij clientela sit? quis vmquam in illo Iano inuẽtus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expensum? Sed nimis multa de nugis: ad causam, bellúmque redeamus: quamquam non alienum fuit personas quasdam à vobis recognosci: vt, quibuscum bellum gereretur, [h] possitis taciti cogitare. * Ego autem vos hortor, Quirites, vt etiamsi melius aliud fuit, tamen legatorũ reditum exspectetis animo æquo. celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam. ‖ cum enim 16
legati renuntiarint, quod certè renuntiabunt, non in vestra potestate, non in senatu esse Antonium: quis erit tam improbus ciuis, qui illum ciuem habendum putet? Nunc enim sunt pauci illi quidem, sed tamen plures, quàm rep. dignum est, qui ita loquãtur. Ne legatos quidem exspecta

g L. qui in exercitibus Cæsaris duobus fuerunt.

* al. à Iano medii vide Urs.

h L. possetis

* PERORATIO.

ftabimus? Istam certè vocem, simulationémque
clementiæ, extorquebit [i] his res ipsa publica.
Quo etiam, vt confitear vobis, Quirites, minùs
hodierno die contendi, minùs laboraui, vt mihi
senatus assentiens tumultum decerneret, saga
sumi iuberet. malui [k] viginti diebus pòst sen
tentiam meam laudari ab omnibus, quàm à pau
17 cis hodie vituperari. || Quapropter, Quirites, ex-
spectate legatorum reditum, & paucorum dierũ
molestiam deuorate. qui cùm redierint, si pacem
afferent: [l] cupidum me. si bellum: prouidum iu
dicatote. An ego non prouideã meis ciuibus? nõ
dies, noctésque de vestra libertate, de reip. salu-
te cogitem? Quid enim non debeo vobis, Quiri-
tes, [m] quem vos à se ortũ, hominibus nobilissi-
mis, omnibus honorib⁹, prætulistis? an ingratus
sum? quis minus? qui, partis honoribus, [n] eosdem
gessi in foro labores, quos in petẽdis. rudis in
rep.? quis exercitatior, qui viginti iã annos bel-
18 lum geram cũ [o] improbis ciuibus? || Quamobrẽ,
Quirites, consilio, quantũ potero, laborare plus
pænè quã potero, excubabo, vigilabóq; pro vo-
bis. etenim quis est ciuis, præsertim hoc gradu,
quo me vos esse voluistis, tam oblitus beneficij
vestri, tã immemor patriæ, tã inimicus [p] dignitati
suæ, quẽ nõ excitet, non inflãmet [q] tantus vester
iste consensus? multas, magnásque habui consul
contiones, multis interfui. nullam vmquam vidi
tantam, quanta nunc [r] vestra est. Vnum sentitis
omnes, vnũ studetis, M. Antonij conatũ auertere
à rep. furorẽ exstinguere, opprimere audaciã? idẽ
volunt omnes ordines: eodẽ incumbunt muni-
cipia coloniæ, cuncta Italia. Itaq; senatum [s] sua
sponte bene firmum, firmiorẽ vestra auctoritate
19 fecistis. || Venit tẽpus, Quirites, seriùs omnino,
quàm dignum populo Rom. fuit: sed tamen ita
maturum, vt differri iam hora nõ possit. fuit ali-
quis fatalis casus, vt ita dicam, quem tulimus,
quoquo modo ferendus fuit. nunc, si quis erit,

i L. istis res ipsa. Quo e.
k v. c. xxx. dieb.
l al. stupidũ me. al. timidũ me.
m al. quem vos hominẽ à se ortum, hominib. &c.
n L. eosdẽ in foro gessi labores,
o al. impiis
p L. dignitatis suæ,
q L. tantus iste vester cons.
r v. c. vestrã est.
s v. c. bene sua sponte firmum,

erit voluntarius, populum R. seruire fas non est: quē dij immortales omnibus gentibus imperare voluerunt. res in extremum est adducta discrimen. de libertate decernitur. aut vincatis oportet, Quirites, quod profectò & pietate vestra, & tanta concordia consequimini: aut quiduis potius, quàm seruiatis. Aliæ notiones seruitutem pati possunt, populi R.[f] est propria libertas.

f al. propria est li.



IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, Philippica septima.

ORATIO QVADRAGESIMA-NONA.

Bellum Antonio esse inferendum.



PARVIS de rebus, sed fortasse necessariis consulimur, P.C. De Appia via, & de Moneta, consul: de Lupercis trib. pl. refert. quarum rerum etsi facilis explicatio videtur, tamen animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus. Adducta est enim, P. C. res in maximum periculum,[a] & extremum pænè discrimen. Nō sine causa legatorum istam missionem semper timui, numquā probaui: quorū reditus quid sit allaturus ignoro: exspectatio quidem quantum afferat languoris animis, quis non videt non enim se tenent ij, qui senatū dolēt ad auctoritatis pristinæ spē[b] reuiuiscere, cōiunctū huic ordini populū R. cōspirantē Italiam, paratos exercitus, expeditos duces. Iiam nunc fingunt[c] Antonij responsa, eadémque defendunt. alij, postulare illū, vt omnes exercitus dimittantur.

a L. & in extremum &c.

b L. reuiuiscere, reuiuiscere,

c al. respōsa Antonij,

ur.Scilicet legatos ad eū misim*,nō vt pareret,
c dicto audiēs esset huic ordini,sed vt cōdicio-
es ferret,leges imponeret,referare nos exteris
entibus Italiā iuberet:se præsertim incolumi:ā
uo maius periculū,quā ab vllis nationibus ex
mescendū est.alij remittere eū nobis Galliam
iteriorem:illā vltimam postulare.¶Præclarè ex
ua nō legiones solū,sed etiā nationes ad vrbē
onetur adducere.alij,nihil eū iā,nisi * modestè
ostulare.Macedoniā suā,vocat omnino quoniā
.frater est inde reuocatus. Sed quæ prouincia
l,ex qua illa fax excitare nō possit incēdium?
aque iidē,quasi prouidi ciues,& senatores di-
gentes,bellicū me cecinisse dicūt.[e] Suscipiunt
ıtris patrociniū,qui sic disputant:[f] Irritari An-
nium nō oportuit:nequā est homo ille atque
onfidens:multi prætereà improbi(quos quidē à
primùm numerare possunt,qui hæc loquūtur)
eos cauēdos esse denuntiāt.Vtrū igitur in ne
riis ciuibus vlciscēdis,cùm possis,an pertime
ēdis,diligentior[h] est cautio?¶Atque hæc [i] illi
quuntur,q quōdā propter leuitatē populares
pellabātur.ex quo intelligi potest,animo il-
s abhorruisse sēper ab optimo ciuitatis statu,
n voluntate fuisse populareis.qui enim[k] con
ait,vt,qui in reb. improbis populares fuerint,
ē in re vna maximè populari,quòd eadē [l] sa
aris populoR.sit,improbos se,quā populareis
e malint?me quidem semper[m] (vt scitis) ad
sa.ū multitudinis temeritati, hæc fecit præ
rissima cāusa popularē.¶Et quidē dicuntur,[n]
potiùs iidē ipsi se dicūt consulareis:quo no
ne[o] dignus est nemo.nisi qui tāti honoris no
ñ potest sustinere.Faueas tu hosti? [p] literas
i ille mittat de sua spe rerum secūdarum? eas
ætus proferas?recites? describendas etiā des
probis ciuibus?[q] eorum augeas animos? bo-
um spem,virtutéque debilites? & te consu-
i,[r] aut senatorē,aut deniq; ciuē putes?acci-

* al.modestè
d L. non possit incē.
e v.c. Suscipiunt vt patris patrocinij,al. suscipiunt patris patrocinium: nónne sic disputant:
f L.Irritatum Ant.
g L.eos esse cauendos cen.
h L.cautio est?
i al. ij loquuntur, qui q.
k al. euenit
l L. salutaris reip sit,
m al. (vti scitis)
n L.vel potius se ipsi dicunt c.
o al nemo est dignus,
p L. ille literas ad te mittat de s.
q al augeas furorē? animo. bonorum spem virt.
r L.aut senatorem, deniq ciuē p.

piet in optimā partem C. Pansa, fortissimus consul, atque optimus. etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum mihi hominem familiarissimū, nisi talis consul esset, vt omneis vigilias, curas, cogitationes in reip. salute [s] cōfigeret, consulē non putarem. [quamquam nos ab ineunte illius 6
ætate vsus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas, similitudóque [t] coniunxit: [t] eiusdémque curam incredibilem in asperrimis belli ciuilis periculis perspexi, non modò salutis, sed etiā dignitatis meæ: tamē eundem, vt dixi, nisi talis consul esset, negare esse consulē auderem. idem non modò consulem esse dico, sed etiam memoria mea præstantissimum, atque optimum consulem, [u] non quia non pari virtute, & voluntate alij fuerint: sed tantā causam non habuerunt, [x] in qua virtutem, & voluntatem suam declararent.] Huius magnitudini animi, grauita- 7
ti, sapientiæ, tempestas est oblata formidolosissimi temporis. Tum autem illustratur cōsulatus, cùm gubernat remp. si nō optabili, at necessario tempore. magis autem necessarium P.C. nullum tempus vnquam fuit. Itaque ego ille, qui semper pacis auctor fui, cuique pax, præsertim ciuilis, quāquam omnibus [y] bonis, mihi tamē in primis fuit optabilis (omne enim curriculum industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsādis, elaboratum est: hinc honores amplissimos, hinc mediocreis opes, hinc dignitatem, siquam habemus, consecuti sumus.) [ego 8
itaq; pacis, vt ita dicā, alumnus, qui, quantuscunque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissem, (periculosè dico: quemadmodum accepturi. P. C. sitis, horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestræ dignitatis retinendæ, & augendæ, quæso, oróque vos, P.C. [z] vt primò si erit vel acerbum auditu, vel incredibile à M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione, quod dixero: neue id priùs, quàm, quale sit,

s L. defigeret, c.
t L. deuinxit: eiusdémque cura incredibilis in asp. belli ciuil. peric. perspecta, docuit non modò salutis, sed etiam dig. meæ fuisse fautorem: tamē eūd. &c.
v L. non quin pari virt.
x al. in qua & voluntatem suam, & virtutem declararēt.
y L. bonis, tamē in pr. f. opt.
z L. vt primò etsi erit

it.[a] explicauero, repudietis.) Ego ille, dicam sę-
pius pacis semper laudator, semper auctor, pacē
cum M. Antonio esse nolo. Magna spe ingredior
n reliquam orationem, P. C. quoniam pericu-
osissimum locum silētio sum prӕteruectus. Cur
igitur pacem nolo, quia turpis est, quia pericu-
osa, quia esse non potest. quӕ tria dum expli-
o, peto à vobis, P. C. vt eadem benignitate, qua
oletis,[b] verba mea audiatis. * Quid est incon-
antia, mobilitate, leuitate, cùm singulis homi
ibus, tum verò vniuerso senatui, turpius? quid
erò inconstantius, quàm, quem modò hostem
on verbo, sed re, multis decretis,[c] iudicauistis,
ū hoc subitò pace velle cōiungi? [d] quasi verò,
ām C. Cęsari meritos illi quidē & debitos, *sed
mē singulareis, & immortaleis decreuistis vnā
b causam, quòd cōtra M. Antonium exercitum
parauisset, non hostē Antonium [e] iudicaueri-
s: nec tum hostis est à vobis iudicatus Anto-
us,[f] cū laudati sunt auctoritate vestra vetera-
milites, qui Cӕsarē secuti essent: nec tum ho-
: Antonium [g] iudicauistis: cum fortissimis le-
onibus, quòd illum, qui consul appellabatur,
m esset hostis, reliquissent, vacationes, pecu
as, agros spopōdistis. Quid? cùm Brutum omi-
quodā illius generis, & nominis natum ad
np. liberandā, exercitúmque eius pro liberta
populi Ro. bellum gerentem cum Antonio,
ouinciámque fidelissimā, atque optimā, Gal-
laudibus amplissimis affecistis, tum non ho-
iudicastis Antonium? quid? cùm decreuistis,
t coss. alter ambóve ad bellum proficiscerē-
: quod erat bellum, si hostis Antoni[k] nō erat?
Quò igitur profectus est vir fortissimus, meus
llega & familiaris A. Hirtius consul? At qua
becillitate? qua macie? sed animi vireis, cor-
ris infirmitas non retardauit. ӕquum, credo,
tauit, vitam, quā populi Rom. votis retinuis-
:, pro libertate populi Rom. in discrimen ad

a L. ex P caro,

* PARTITIO.

b v. c. mea verba

* CŌFIRMATIO.

c L. iudicatis,

d L. nisi verò, cùm C. Cӕs.

* al. sed tamē immortaleis, & singulareis decr.

e L. iudicauistis: nec t.

f al. cū laudati auct. v. vet. m. q.

g L. iudicastis: c.

h al. istius gen.

i L. vt consul alter, ambóne

k L. Quid igitur pr.

ducere. Quid? [l] cùm delectus haberi tota Italia
iussistis, cum vacationes omneis sustulistis, tum
ille hostis non est iudicatus? armorum officinas
in vrbe videtis: milites cum gladiis sequuntur
consulem: præsidio sunt, specie, consuli: re, & ve-
ritate, nobis. omnes sine vlla recusatione, sum-
mo etiam cum studio nomina dant: parent au-
ctoritati vestræ. non est iudicatus hostis Anto-
nius? ‖ At legatos misimus. Heu, me miserum! 13
cur senatum cogor, quem laudaui semper, re-
prehendere? quid? vos censetis, P.C. [m] legato-
rum missionem populum Rom. probauisse? non
intelligitis, non auditis, meam sententiam fla-
gitari? cur cùm pridie frequentes essetis assen-
si, postridie ad spem estis inanem pacis deuolu-
ti. [n] Quàm turpe porrò est, legiones ad sena-
tum legatos mittere, senatum ad Antonium?
quamquam illa legatio non est: denuntiatio,
est paratum illi exitium: nisi paruerit huic or-
dini. Quid refert? tamen opinio est grauior.
missos enim legatos omnes vident: decreti [p] ve-
stri non omnes verba nouerunt. ‖ Retinenda est 14
igitur [q] vobis constantia, grauitas, perseueran-
tia, [r] repetenda est vetus illa seueritas: siqui-
dem auctoritas senatus, decus, honestatem, lau-
dem, [s] dignitatem desiderat: quibus hic ordo
[t] nimiùm caruit diu. Sed erat tunc excusatio
oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta.
[u] nunc nulla est. Liberati regio dominatu [x]
videbantur armis domesticis. ea ipsa depuli-
mus. nunc quidem vi extorquenda sunt. quod si
non possumus facere (dicam, quod dignum est &
senatore, & Romano homine) moriamur. ‖ Quā- 15
ta enim erit illa reip. turpitudo, quantum de-
decus, quanta labes, dicere in hoc ordine sen-
tentiam M. Antonium consulari loco? cuius, vt
omittam innumerabilia scelera vrbani consu-
latus, in quo pecuniam publicam maximam dis-
sipauit, exsules sine lege restituit, vectigalia
vendi

l L. cùm dilectus h.
m L. legatorum missionē populo R. vos probauisse?
n al. Quam turpe est porrò, leg. o for. Quid refert tamē? opinio est grauior.
p L. nostri
q L. nobis
r L. repetenda vetus illa
s v.c. dignitatémque desiderat! qui reb. h.
t L. caruit nimiù diu.
S.
v al. nunc nulla est liberatis regio dominatu, vrgebamur armis domesticis. ea &c.
x L. videbamur.
multò posteagrauius vrguebamur armis domesticis. ea ipsa depulimus nos quidē: sed extorquenda s.

[y]vendidit,prouincias de populi Ro.imperio su-
stulit, regna addixit pecunia,leges ciuitati per
vim imposuit,armis aut obsedit,aut exclusit se-
natum:vt hæc,inquam,omittam:ne hoc quidem
cogitatis,eum qui Mutinam [z] coloniam populi
R.& consulem designatum obsederit, depopu-
latus agros sit, hunc in eum ordinem recipi, à
quo toties ob has ipsas causas hostis iudicatus
sit, quàm fœdum, [a] flagitiosúmque sit, videtis.
16 Satis multa de turpitudine. Dicã deinceps,[b] vt
proposui,de periculo: quod & si minus est fu-
giendum, quàm turpitudo: tamen offendit ani-
mos maioris partis hominũ magis.Poteritis igi
tur exploratã habere pacẽ, cùm in ciuitate An
tonium[c] videatis,vel potiùs Antonios?nisi fortè
contemnitis Luciũ.ego ne Caium quidem. sed,
vt video,dominabitur Lucius.est enim patron9
[d] xxxv. tribuum, quarum sua lege, [e] qua cum
C. Cæsare magistratuum partitus est, suffragiũ
sustulit: patronus centuriatarum [f] equitum, quas
idem sine suffragio esse voluit: patronus eo-
rum, qui tribuni militares fuerunt: patronus
17 Iani medij. ô dij!quis huius potentiam poterit
sustinere?præsertim[h] cùm eosdem, in agros et
iam deduxerit. quis vnquam omneis tribus?
quis equites Romanos? quis tribunos milita-
reis? Gracchorum potentiam maiorem fuisse
arbitramini quàm huius gladiatoris futura sit?
[i] quem gladiatorem non ita appellaui,vt inter-
dum etiam M. * Antonius gladiator appellari
solet,sed, vt appellant ij, qui planè & Latinè
loquuntur, Myrmillo in Asia depugnauit. cùm
ornasset [k] Thræcidicis comitem & familiarem
suum,illum miserum fugientem iugulauit: lu-
culentam tamen ipse plagam accepit, vt decla-
18 rat cicatrix. Qui familiarem iugularit, [l] quid
hic,occasione data, faciet inimico, & qui illud
animi causa fecerit, hunc prædæ causa quid fa-
cturum putatis? nõ rursus improbos decuriabit?

y al.diuendidit,
z L. coloniam populi R. firmissimam oppugnarit, imperatorem populi R. consulẽ des.obs.
a L.flagitiosúmque sit? Satis m.
b al. quod proposui,
c L.videbitis,
d L. quinque, & triginta tr.
e al. qua cum C. fratre magistratuum part.
f al magistratus p.
g L equitũ Romanorum, quas idem sine &c.
h al cùm eosdem ministros, in agros,&c.
i for.quem non ita gladiatorem app.
* vide 12.Fa, ep.2.
k al.Threcidicis
l L. quid is,occ.

non sollicitabit rursus agrario? [m] non quæret
expulsos? M. verò Antonius non is erit, ad quem
omni motu concursus fiat ciuium perditorum?
Vt nemo sit alius, nisi ij, qui vnà sunt, & ij qui
hîc ei nunc apertè fauent: parùmne erũt multi?
præsertim [n] cùm bonorum præsidia discesserint,
illi parati sint ad nutum futuri? Ego verò me-
tuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus, ne illi
breui tempore nimis multi nobis esse videan-
tur. ‖ Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine 19
bellum [o] inuolutum reformido. Quare si pace
frui volumus: bellum gerendum est, si bellum
[p] omittemus: [q] pace numquam fruemur. Est
autem vestri consilij, Patres conscripti, in po-
sterum quàm longissimè prouidere. idcirco in
hac custodia, [r] tamquam in specula, collocati
sumus, [s] vt vacuum metu populum Ro. nostra
vigilia, [t] & prouidentia redderemus. Turpe est
[*] summo consilio orbis terræ, præsertim in re
tam perspicua, [u] consilium intelligendi de- 20
fuisse. ‖ Eos consules habemus eam populi Ro.
alacritatem, eum consensum Italiæ, eos duces,
eos exercitus, vt nullam calamitatem resp. ac-
cipere possit sine culpa senatus. Equidem non
deero, monebo, [x] prædicabo, denuntiabo,
& testabor semper deos, hominésque, quid sen-
tiam: nec solùm fidem meam, quod fortasse
[y] videtur satis esse: sed in principe ciui non est
satis, curam, consilium, vigilantiámque præ- 21
stabo. ‖ Dixi de periculo: docebo ne [z] co-
agmentari quidem posse pacem. de tribus enim,
quæ proposui, hoc extremum est. Quæ potest
[a] esse pax M. Antonio primùm cum senatu? quo
ore ille vos poterit, quibus vicissim vos illum
oculis intueri? quis vestrûm illum, quẽ ille ve-
strũ non oderit? Age, vos ille solùm, & vos illũ?
quid? ij, qui Mutinam circumsedent, qui in Gal-
lia [b] delectus habẽt, qui in [c] nostras fortunas im-
minent, amici vmquã [d] nobis erunt, aut nos illis?

an

m L. non quæret vrbe expulsos?
n li. vulg. cum boni iam præsidiis cesserint,
o L. obuolutum ref.
p L. omittimus:
q v.c. pacẽ numq; fr.
r v.c. & tãquam specula,
s al. vt vacuum omni metu vet. vacuo
t L. & prospicientia r.
* vide Philip. 4. 3. Fa. ep. 8.
v L. consilium intelligi defuisse.
x L. prædicam,
y L. videatur
z v.c. coamentari q.
a al. pax esse
b L. dilectus hab.
c al vestras
b al. vobis erunt, aut vos ill.

an equites Romanos amplectetur? occulta enim fuit eorum voluntas, iudiciúmq; de M. Antonio: qui frequentissimi in gradib. Concordiæ[e] steterunt: qui vos ad libertatem[f] recuperandam incitauerunt: arma, saga, bellum flagitauerunt: me vnà cum populo Romano in contionem vocauerunt.

22 Hi Antonium diligent? cum his pacem seruabit Antonius? Nam quid ego de vniuerso populo Romano dicam? qui pleno ac referto foro, bis me vna mente, atq; voce in contionem vocauit, declarauitq; maximã libertatis recuperandæ cupiditatem.[g] Itaque quod erat optabile anteà, vt populũ Romanũ comitem haberemus, nunc habemus ducem. Quæ est igitur spes, qui Mutinam circumsedent, imperatorem populi Romani exercitúmque[h] oppugnantes, pacem cum populo Romano habere posse?

23 An cũ municipiis pax erit, quorũ tanta studia cognoscũtur in decretis faciendis, militibus dandis, pecuniis pollicendis, vt in singulis oppidis curiã populi Romani non desideretis? Laudandi sunt ex huius ordinis sententia[i] Firmiani, qui principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. respondendũ honorificè est Marrucinis, qui ignominia notãdos censuerunt eos,[k] qui militiam subterfugissent. hæc iam tota Italia fiunt. magna pax Antonio[l] cũ eisdem, his cũ illo. quæ potest maior esse discordia: in discordia autẽ[m] pax ciuilis vllo pacto esse potest? Vt omittam multitudinem:[n] L. Nasidio, equiti Romano, homini in primis ornato, atque honesto, ciuiq; semper egregio, cuius ego excubias, & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo:[o] qui vicinos suos non cohortatus est solùm, vt milites fierent, sed etiam facultatib. suis subleuauit: huic, inquam, tali viro, quem nos senatusconsulto,[p] collaudarimus, poterítne esse pacatus Antonius? quid?[q] Cæsari? qui illum vrbe: quid D. Bruto, qui Gallia prohibuit?

24 Iam verò ipse se placabit, & leniet pro-

e L. sederunt:
f L. recipe-randam excitauerunt;
g L. Ita quod
h L. oppugnant, iis pacemcum populo R. esse posse?
i al. Formiani,
k L. si qui mil.
l L. cum his, his itẽ cum illo, quæ p.
m v. c. pax ciuilis esse vllo pacto potest? al. pax ciuilis esse nullo pacto potest.
n L. L. Visidio,
o al. qui ciueis suos
p L. collaudare debemus,
q L. C. Cæsari?
r v. c. expulsus,

uinciæ Galliæ,[s] à qua[r] exclusis,& repudiatus est?
Omnia videbitis, P.C. nisi prospicitis, plena odiorum, plena discordiarum: ex quibus oriuntur bella ciuilia. Nolite igitur id velle, quod fieri non potest: & cauete, per deos immortaleis, P.C. ne spe præsentis pacis, perpetuam pacē amittatis. ‖ Quorsum * hæc omnis spectat oratio? 26
quid enim legati egerint, nondum scimus. At verò erecti, excitati, parati, [t] armati animis iam esse debemus, ne blanda aut supplici oratione, aut æquitatis simulatione fallamur. Omnia fecerit oportet, quæ interdicta, & denuntiata sūt, priùs, quam aliquid postulet: Brutum, exercitūque eius oppugnare: vrbeis, & agros prouinciæ Galliæ populari destiterit: ad Brutum adeundi legatis potestatem fecerit, exercitum citra flumē Rubiconem eduxerit, nec propius vrbē millia passuum ducenta admouerit:[u] fuerit in senatus, populique R. potestate, hæc si fecerit: erit integra potestas nobis deliberandi, si senatui nō paruerit: non illi senatus, sed ille populo R: bellum indixerit. ‖ Sed vos moneo, P.C. libertas a- 27
gitur populi R. quæ est commendata vobis: vita, & fortunæ optimi cuiusque, quò cupiditatē infinitam cum immani crudelitate iampridem intendit Antonius: auctoritas vestra, quam nullam habebitis, nisi nunc[x] retinueritis, tetrā, & pestiferā[y] belluam, ne inclusam, & cōstrictam dimittatis, cauete ‖ Te ipsum moneo, Pansa (quāquam 28
non eges consilio, quo vales plurimū: tamen etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent) hunc tātum tuum apparatum, támque præclarum, ne ad nihilum recidere patiare, tempus habes tale, quale nemo habuit vmquam. hac grauitate senatus, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore populi R. potes in perpetuum remp. metu, & periculo [a] liberare.

* PERORATIO.

s L. At verò excitati, erecti, parati,

t L. armati animis tamen: esse d.

v v.c. fuerit & in populi R. pot.

x v.c. tenueritis,

y L. belluā,

z al. tuum tantū app.

a L. liberare. Quib. de reb. refers, P. Seruilio assentior.



IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA OCTAVA.

ORATIO QVINQVAGESIMA.

Bellum esse Antonio inferendum, inuehitur in Antonianos.

1 CONFVSIVS hosterno die [a] est acta res, C. Pansa, quàm postulabat institutum cõsulatus tui. Parum mihi visus es cos, quibus cedere non soles, sustinere. Nam cùm senatus ea virtus fuisset, quæ solet: & cùm re viderent omnes esse bellũ, quidamque id verbũ, remouẽdum arbitrarentur: tua voluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior. [b] Victa igitur est propter asperitatem, te auctore, nostra sentẽtia. [c] Vicit L. Cæsar amplissimus vir, qui verbi atrocitate dempta, oratione fuit, quàm sententia, lenior. Quamquam is quidẽ, antequam sententiam diceret, propinquitatẽ excusauit. Idem fecerat, me con'ule, in sororis viro, quod hoc tempore [d] in sororis filio, vt & luctu sororis moueretur,
2 [e] & saluti reip. prouideret. ¶ Atque ipse tamen Cæsar præcepit vobis quodammodo, P.C. ne sibi assentiremini, cùm ita dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse eámque se, ac reip. dignam, nisi propinquitate impediretur. Ergo ille auunculus. num etiam vos auunculi, [f] qui illi assensi estis? At in quo fuit controuersia? [g] Belli nomen ponendum in sententia quidam non puta bant: tumultum appellare malebant, ignari non modò rerum sed etiam verborum potest enim esse bellum sine tumultu: [h] tumultus esse sine velle

a for. acta res est, C. P.
b L. victa est igitur propter verbi asp.
c L. vicit L. Cæsaris, amplissimi viri, q.
d L. in sororis filio fecit, vt & l.
e & saluti populi R.
f L. qui illi estis assensi?
g al. Belli nomen ponend. quidam in sententia non pu. al Belli nomen in sententia ponendum quidam, nõ put.
h al. tumultus sine bello esse n. p.

velle non potest. ‖[i] Quid enim est aliud tumul-
tus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oria-
tur? vnde etiã nomen ductum est tumultus. Itaq;
maiores nostri tumultum Italicum, quod erat
domesticus: tumultum Gallicum, quod erat Ita-
liæ finitimus, [k] præterea nullum tumultum no-
minabant Grauius autem tumultum esse, quàm
bellum, hinc intelligi licet, [1] [l] quòd bello Gal-
lico vacationes valent, tumultu non valent. Ita
fit, quemadmodum dixi, vt bellum sine tumultu
possit, tumultus sine bello esse non possit ‖ Ete- 4
nim cùm inter bellum, & pacem medium nihil
sit: necesse est, tumultum, [m] si belli non sit, pacis
esse, quo quid absurdius dici, aut existimari po-
test? Sed nimis multa de verbo: rem potiùs vi-
deamus, P.C. quam quidem intelligo verbo fieri
interdum deteriorem solere. [2] [n] Nolumus hoc
bellum videri. Quam igitur municipiis, & co-
loniis ad excludendum Antonium auctoritatem
damus? quam, vt milites fiant sine vi, [o] sine tu-
multu, studio, & voluntate? quam, vt pecunias in
remp. polliceantur? Si enim belli nomẽ [p] tolli-
tur, municipiorũ studia [q] tolluntur: cõsensus po-
puli R. qui iã descendit in causam, si nos langue-
scimus, debilitetur necesse est. ‖ Sed quid plura? 5
D. Brutus oppugnatur, non est bellum? [*] Mutina
obsidetur: ne hoc quidem bellum est? Gallia va-
statur: [r] quæ potest pax esse certior? Illud verò
quis potest bellũ esse [s] dicere, quò fortissimũ vi-
rũ cum exercitu [t] misimus? qui cũ esset infirmus
ex graui, diuturnóque morbo, [u] nullam sibi pu-
tauit excusationem esse oportere, cùm ad reip.
præsidium vocaretur. C. quidẽ Cæsar non exspe-
ctauit [x] nostra decreta, præsertim [y] cũ esset illius
ætatis: bellum contra Antonium sua sponte su-
scepit. decernendi enim tempus [z] nondum vene-
rat: belli autem gerendi tempus si pretermisisset:
videbat, rep. oppressa, nihil posse decerni. ‖ Ergo 6
illi

i L. Quid est enim al.
k L. præterea nullum nominabant
l L. quòd bello vacationes val. al. quo bello al quo bello Italico
m fort. si belli nomẽ non sit, pacis esse.
n al. Nolimus
o L. sine multa, studio, & voluntate?
p L. tolletur,
q L. tollentur:
* vet. Mutina minaretur, Saturna obsidetur?
r al. quæ pax potest esse certior?
s L. dicere? Consulem, fortiss. virum, cum exerc.
t L. misimus: qui c.
u L. nullam putauit sibi
x al. vestra
y L. cùm illud esset ætatis: b. z L. nondum erat: b.

illi nunc,& eorum exercitus in pace[a] versantur. non est hostis is,cuius præsidium Claterna deiecit[b] Hirtius:non est hostis[c] qui armatus consulē designatum oppugnat.nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paulò antè ex collegæ literis Pansa[d] recitauit: DEIECI PRAESIDIVM: CLATERNA POTITVS SVM: FVGATI EQVITES PRAELIVM COMMISSVM: OCCISI ALIQVOT. Quæ pax potest esse maior?[e] Delectus tota Italia decreti,sublatis vacationibus: saga cras sumentur,: consul se cū præsidio[f] descensurū esse dixit.

7 ‖Vtrùm hoc bellum[g] non est?an etiam tātum bellum,quantum numquam fuit?Ceteris enim bellis,maximéque ciuilibus, contētionem, reip.causa faciebat.Sylla cū Sulpicio de iure legum,[h] quas per vim latas Sylla dicebat Cinna cum Octauio de nouorum ciuium suffragiis: rursus cū Mario,& Carbone Sylla,ne dominarētur indigni, & vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem. Horum omnium bellorum causæ ex reip.contentione natæ sunt. de proximo bello ciuili non libet dicere:ignoro causam:detestor exitum.

8 ‖ Hoc bellum quintum ciuile geritur:atq; omnia in nostrā ætatem inciderunt,primùm[k] non modò in dissensione, & discordia ciuiū, sed in maxima consensione, incredibiliq;concordia.omnes idem volunt,idē defendunt,idē sentiunt. Cùm omneis dico, eos excipio,quos nemo ciuitate dignos putat. Quæ est igitur in medio belli causa posita?nos deorū immortalium tēpla, nos muros, nos domicilia, sedésque populi R.[l] Penates,aras, focos, sepulchra maiorum:nos leges,iudicia,libertatē,coniuges,liberos.patriam defendimus:cōtrà M.Antonius id molitur,id pugnat,vt hæc omnia perturbet, euertat prædam reip.causā belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispertiat[m] parricidis.

9 ‖In hac iā dissipari ratione belli miserrimū illud est, quòd ille latronibus suis pelli

a L. versantur?
b L. Hirtius?
c L. qui cōsuli armatus obsistit? designatū consulem oppugnat?
d L. recitauit?
e L. Delectus
f L. descensurum esse dixit.
g L. nō est? etiam tantum bellū quantum numquam fuit.
h al. quas Sylla per vim latas esse dicebat: v.c. quas per vim Sylla latas esse dicebat: & ita L.
i v.c. pœniretur
k L. non modò non indiss.
l q.v.c. non habent, Penates,
m L. parricidis.

pollicetur primũ domos: vrbẽ enim se diuisurũ[n]
confirmat. deinde omnibus portis, quò velint,
deducturũ. omnes Caphones, omnes Saxæ, cete-
ræq; pestes, quæ sequuntur Antonium, ædeis si-
bi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiũt.
atque etiam homines agrestes, [o] si homines sunt
illi potiùs, quàm pecudes, inani spe ad aquas vs-
que Puteolanas prouehuntur. Ergo habet Anto-
nius, quod suis polliceatur. ‖ Quid nos numquid 10
tale habemus: Dij meliora. id enim ipsum agi-
mus, ne quis posthac [q] eiusmodi quidquam pos-
sit polliceri. Inuitus dico, sed dicendum est. Ha-
sta Cæsaris, Patres conscripti, multis improbis &
spem affert, & audaciam. viderunt enim, ex men-
dicis fieri repente diuites. itaq; [r] hastã semper vi-
dere cupiunt ij qui nostris bonis imminẽt: qui-
bus omnia pollicetur Antonius. Quid nos no-
stris exercitib. quid pollicemur? multò meliora,
atque maiora. scelerum enim promissio, & iis,
qui expectant, perniciosa est: & iis qui promit-
tunt. [s] Nos nostris militib. libertatẽ, [t] iura, leges,
iudicia, imperium orbis terræ, dignitatẽ, pacem,
otiũ pollicemur. Antonij igitur promissa, cruẽ-
ta, tetra, scelerata dijs hominibúsque inuisa, nec
diuturna, nec salutaria: nostra contrà, honesta,
integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis.
‖ Hic mihi etiã Q. [v] Fusius, vir fortis, ac strenuus, 11
amicus meus, pacis commoda cõmemorat quasi
verò, si laudanda pax esset, [x] ego idem facere cõ
modè non possem. [y] semel enim pacem defendi:
nõ semper otio studui: quod cũ omnib. bonis v-
tile est tũ præcipuè mihi. Quẽ enim cursum in-
dustria mea tenere potuisset sine forẽsib. causis,
sine legib. sine iudiciis? quę esse non possunt ci-
uili pacẽ sublata. ‖ Sed quæso, Calene, [a] quid? tu 12
seruitutem, pacem vocas? Maiores quidẽ nostri
non modò, vt liberi essent, sed etiam, vt impe-
rarent, arma [b] capiebant: at tu arma abiicienda
censes, vt seruiamus. Quæ causa iustior est belli
geren

n L. esse cõfirmat:
o L. si homines illi, ac non pecudes potius] inani spe ad aquas vsque & Puteolos proueh.
p al. peruehuntur.
q L. quidquam eius modi
r L. semper hastã vid.
s L. Nos libertatem nostris milit. leges, iura, iud.
t al. leges, iura, iud.
v L. Fufius,
x L. ego id æquè commodè facere non p.
y al. semel enim p. defendi: non semp. ot. studui:
a al. quid tu? seris,
b L. capiebant, tu

gerendi, quàm seruitutis depulsio? in qua etiã si
non sit molestus dominus: tamen est miserrimũ,
posse, si velit.[c] Immò alia causa iusta, ac necessa
ria est. nisi forte ad te hoc non putas pertinere,
quòd te socium fore speras dominationis An-
tonij. In quo [d] bis falleris: primùm quòd tuas ra-
tiones communibus anteponis: deinde, quòd
quidquam[e] stabile in regno. aut iucundum pu-
13 tas, non, si tibi antea profuit, semper proderit. ‖[f]
Quinetiam de illo homine quæri solebas: quid
te facturum de bellua putas? [g] Atqui is es, qui
semper pacẽ optaris, semper omneis ciueis sal-
uos volueris. Honesta oratio: sed ita, si bonos,
& vtileis reipubl. ciueis: sin eos, qui natura ciues
sunt, voluntate hosteis, saluos velis: quid tandẽ
[h] interest inter te, & illos? [i] Pater quidẽ tu[9], quo
vtebar sene auctore adolescens, homo seuerus,
& prudens, primas omnium ciuium P. Nasicæ,
qui Ti. Gracchum interfecit, dare solebat. [k] eius
enim virtute, consilio, magnitudine animi, libe-
14 ratam rempublicam arbitrabatur. ‖ Quid? nos
à patrib. nũ aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis,
si tẽporib. illis fuisses non probaretur, quia non
omneis saluos esse voluisset. Quòd L. Opimius
consul verba fecit de republica, de ea re ita cẽ-
suerũt, VTI OPIMIVS CONSVL REMPVBLICAM
DEFENDERET Senatus hæc verbis, Opimius ar-
mi. Nũ igitur eum, si tum esses, temerariũ ciuem,
aut crudelẽ putares? aut Q. Metellũ, cuius[*] qua-
tuor filij[m] cõsulares? aut P. Lentulũ, principem
senatorem? complureis alios sũmos viros, [o] qui
cũ L. Opimio cõsule armati Gracchum in Auen-
tinum persecuti sunt? quo in prœlio Lentulus
graue vulnus accepit: interfectus est Gracchus,
& M. Fuluius consularis, eiusque duo adolescẽ
tuli filij. Illi igitur viri vituperãdi. nõ. n.[q] ciueis
15 omneis saluos esse voluerũt. ‖ Ad propiora ve-
niamus. C. Mario, L. Valerio, cõsulib. senatus rẽ-
publicam defendendam dedit: L. Saturninus
tribu

c L. immò aliæ causæ iusto: hæc necessaria est.
d L. bis laberis:
e L. stabile, aut iucundum in regno putas.
f al. Quin etiam memini, de illo hom. q. s.
g L. Atque ais eum te esse, qui
h L. intersit int
i al. Pater tuus quidem, quo
k v. c. eius virtute conf. & ita L.
l al. Vti L. Opimius
* vide Val. l. 7. c. 1. Pl. l. 7. c. 44. & de viris illust. c. 6.
m al. consulareis? P. Lent.
n L. senatus?
o al. qui cum Opimio consule
p al. omneis ciueis s.

tribunus plebis Glaucia prætor est interfectus.
omneis illo die Scauri Metelli Claudij, Catuli,
[q] Scæuulæ, Crassi, arma sumserunt. nũ aut consu-
les illos, aut clarissimos viros vituperandos pu-
tas? Ego Catilinam perire volui. num tu, qui o-
mneis saluos vis Catilinam saluum esse volui-
sti? Hoc interest, Calene, inter meam sentẽtiam,
& tuam: ego nolo quemquam ciuem commit-
tere, vt morte multandus sit: tu, etiam si commi-
serit, conseruandum puta. In corpore si quid e-
iusmodi est, quod reliquo corpori noceat,[r] vri,
secarique patimur,[s] vt membrorum aliquod po-
tius, quam totum corpus intereat: sic in reipu-
blicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est
pestiferum, amputetur. ‖ Dura vox. Multò illa 16
durior: Salui sint improbi, scelerati, impij: deleã-
tur innocentes, honesti, boni, tota respublica.
Vno in homine,[t] Q. Fusi, fateor te vidisse plus,
quã me. Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum
ciuem, sceleratum libidinosum, impium, auda-
cem,[u] facinorosum: tu contra sanctum,[x] tempe-
rantem, innocentem, modestum, retinendum ci-
uem, & optandum, in hoc vno te plurimùm vi-
disse: me stultum errasse concedo.[y] Nam me te-
cum iracunde agere dixisti solere: non est ita.
vehementer agere me fateor, iracundè nego. o-
mnino irasci amicis non temere soleo, ne si me-
rentur quidem. ‖ Itaque sine verborum cõtume- 17
lia à te dissentire possum,[z] sine animi summo
dolore non possum. parua est enim mihi tecum,
aut parua de re dissentio? ego huic videlicet fa-
ueo,[a] tu illi? immò verò ego D. Bruto faueo, tu
M. Antonio: ego[b] conseruare coloniam populi
Romani cupio, tu[c] expugnare studes. An hòc ne
gare potes qui omneis moras[d] interponis, quib.
infirmetur Brutus, melior fiat Antonius? quouf-
que enim[e] dicis, pacem velle te? res geritur:
conductæ vineæ sunt: pugnatur acerrimè:
qui

q al. Scæuolæ,
r L. id vri sec.
s L. vt mẽbrum aliquod pot.
t L. Q. Fusi
u v. c. facinorosum:
x al. temperatum,
y L. Nam quod me tecũ irac.
z al. sine animi summo dolore irasci non possum.
a al. tu illi. Immò
b L. conseruari
c L. expugnari
d L. interponas,
e L. dices,

qui intercurrerent, misimus treis principes ciuitatis. hos contemsit, reiecit, repudiauit Antonius: tu tamen permanes constantissimus defen
18 sor Antonij. || Et quidem, quo melior senator videatur, negat se illi amicum esse debere: [f] cùm suo magno beneficio venisse eum contra se. Vide quanta caritas sit patriæ, cùm homini sit iratus, tamen reipublicæ causa defendit Antoniū. Ego te, cùm in Massilienseis [g] tam sis acerbus, [h] Fusi, nō animo æquo audio. Quousque. n. Massiliam oppugnabis? ne triumphis quidem finem [i] fecit belli? [k] per quem sublata est vrbs ea, sine qua numquā ex Transalpinis gentibus maiores nostri [l] triumpharunt. quo quidem tēpore populus Romanus ingemuit. [m] quamquam enim proprios dolores suarum rerum omnes habebant: tamen huius ciuitatis fidelissimæ miserias, nemo erat ciuis, qui à se alienas arbitra-
19 retur. || Cæsar ipse, qui illis fuerat iratissimus: tamen propter singularem eius ciuitatis grauitatem, & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat: te nulla sua calamitate ciuitas satiare tam fidelis potest? Rursus me iam irasci fortasse dices. Ego autem sine iracundia dico, vt omnia, nec tamen sine dolore. Neminem illi ciuitati inimicum esse arbitror, [o] qui amicus sit huic ciuitati. Excogitare, quæ tua ratio sit, Calene, non possum. antea deterrere te, ne popularis esses, non poteramus: [p] vt nunc sis popularis, exorare non possumus. Satis multa [q] cum Fusio, ac sine odio omnia, nihil sine dolore. Credo autem, qui generi querelā moderatè ferat, æquo
20 animo laturum amici. || [r] Venio nūc ad reliquos consulareis, quorum est nemo ([s] iure meo hoc dico) [t] qui non mecum habeat aliquam coniunctionē gratiæ, alij maximam, alij mediocrē, nemo nullam. Quàm hesternus dies nobis, consularibus dico, turpis illuxit? iterum legatos?

f L. cum suo magno esset beneficio, venisse cū c.
g L. tam es acerb.
h L. Fusi, al. Q. Fusi,
i L. facit b.
k L. per quē lata est vrbs ea,
l al. triumpharunt,
m al. quam quam proprios dol
n L. iā me.
o L. qui sit huic amicus Exc.
p L. exorare nunc, vt sis popularis, non possumus.
q L. cū Fusio,
r L. Venio ad rel. cōs.
s L. (iure hoc modico)
t L. quin mecū hab.

[u] quid? ille faceret inducias? antè consulis, ocu-
lósque legatorum, tormentis Mutinam verbe-
rauit: opus ostendebat, munitionémque legatis:
ne punctum quidem temporis, cùm legati ades-
sent, oppugnatio respirauit. Ad hunc legatos?
cur? an vt eorum reditu vehementius pertimes-
catis? ‖ Equidem cũ antea legatos decerni non 21
censuissem, hoc me tamen [x] cõsolabar, quòd cũ
illi ab Antonio cõtemti & reiecti reuertissent,
[y] dixissént que senatum nõ modò illum è Gal-
lia non discessisse, [z] vt censuimus, sed ne à Mu-
tina quidem recessisse potestatem sibi D. Bruti
conueniendi [a] non fuisse: putabam [b] fore, vt om-
nes inflammati odio, excitati dolore, armis, e-
quis, viribus D. Bruto subueniremus. nos etiam
[c] languidiores facti sumus, postquam Antonij
non solùm audaciam, & scelus, sed etiam inso-
lentiam, superbiámque perspeximus. ‖ Vtinã L. 22
Cæsar valeret [d] Seruius Sulpicius viueret. mul-
tò melius hæc causa ageretur à tribus, quã nunc
agitur ab vno dolenter hoc dicam potiùs, quàm
contumeliosè, deserti. deserti, inquã, sumus, P.C.
à principibus. Sed, vt sæpe iam dixi, omnes, in
tanto periculo, qui rectè & fortiter sentient, e-
runt consulares. animum nobis afferre legati
debuerunt: timorem attulerunt: [e] quamquã mi-
hi quidem nullum vmquam timorem, quamuis
illi de illo, ad quem missi sunt, bene existiment:
à quo etiam mandata acceperunt. ‖ Prò dij im- 23
mortales! vbi est ille mos, virtusque maiorum?
*C. Popillius apud maiores nostros, cùm ad An-
tiochum regem legatus missus esset: & verbis
senatus denuntiasset, vt ab Alexandria discede-
ret, quam obsidebat: cùm tempus ille differ-
ret, virgula stantem circumscripsit: dixitque,
[f] se non ante renuntiaturum senatui, nisi priùs
sibi respondisset, quid facturus esset, quàm ex
illa circumscriptione [g] excederet. Præclarè:
se-

u L. quid si ille faceret inducias? ante os oculósque al. consules oculósque vet. ante hos al ea ante os. vet. ante consulem
x L. consolabar: cùm illi ab Ant.
y al. renuntiassént que sen.
z L. vti censuissemus,
a L. non fuisse: fore, vt omnes infl.
b L. viris,
c L. languidiores postea facti sumus, quàm Ant.
d L. Ser. Sulpicius viueret,
e L. quamquam m. q. nullũ quãuis de illo ad q. m.
* Lernai. Liu. l. 24. Pl. 34. c. 6. Val. l. 6. c. 4. Iust. l. 34.
f L. se renuntiaturum sen.
g al. exisset vt.

ſenatus enim faciem ſecum attulerat, [h] aucto-
ritatem reipublicæ:cui qui non paret, non ab
eo mandata accipienda ſunt, ? ſed ipſe eſt [i] to-
24 tus repudiandus.‖An ego ab eo mandata acci-
perem,qui ſenatus mandata contemneret?aut ei
cum ſenatu quidquā cōmune iudicarem,qui im-
peratorem populi Romani ſenatu prohibente,
obſideret?At quæ mandata?qua arrogantia?quo
ſtupore?quo ſpiritu?Cur autem ea legatis no-
ſtris dabat?cùm ad nos Cotylam mitteret,orna-
mentum,atque arcem amicorum ſuorum,homi-
nem ædilitium? [k] ſi verò tum fuit ædilis, cùm
eo iuſſu Antonij in conuiuio ſerui publici lo-
ris ceciderunt.‖ [l] At quàm modeſta mandata
25 fert?ij ſumus,P.C. qui quidquā huic negemus?
* VTRAMQVE PROVINCIAM,inquit,REMITTO:
EXERCITVM DEPONO:PRIVATVS ESSE NON RE-
CVSO.Hęc ſunt enim verba.redire ad ſe videtur.
OMNIA OBLIVISCOR,IN GRATIAM REDEO. Sed
quid adiungit? SI LEGIONIBVS [m] MEIS, ET SI
EQVITIBVS,ET SI COHORTI PRAETORIAE PRAE-
DAM,AGRVMQVE DEDERITIS. His etiam præ-
mia poſtulat,quibus,vt ignoſcatur, ſi poſtulet,
impudentiſſimus iudicetur? [n] Addit præterea,
quos ipſe cum Dolabella dederit,agros teneant
26 ij quibus [o] dati ſunt.‖Hic eſt Cāpanus ager, &
Leōtinus,quæ duo maiores noſtri annonæ per-
fugia ducebāt.Cauet mimis aleatoribus:leonib.
[p] Caphoni etiam,& Saxæ cauet:quos cēturiones
pugnaces,& lacertoſos,inter mimorum,& mima-
rum greges collocauit. Poſtulat præterea, vt
chirographorum,& commentariorum ſua, col-
legæque ſui decreta maneant. Quid laborat, vt
habeat quod quiſque mercatus eſt,[q] ſiquid accepit,
habeat,qui vendidit?& ne tangātur rationes ad
Opis:id eſt,[r] ne ſeſtertiū ſeptics millies recupere-
tur:ne fraudi ſit ſeptēuiris,quod egiſſēt.Nucula hoc
credo,dimoui. verebatur fortaſſe, ne amitteret

h L. auctoritatem populi R.
i al. potius rep.
k al. ſi verè tum fuit.
l L. At quā modeſta mandata? Ferrei ſumus,P.C. qui quidquam h. negemus.
* Ant.Aug. non habet vocem vtrāque.
m L. meis ſex,ſi equit. ſi coh.
n L.Addit præterea, vt quos ipſe,
o L. dati ſint.
p L. Caſoni
q L.ſi quod accepit,habet qui vendit? Et ne t.
r V.c. ne ſeptis millies recup.
s L.Nucula credo,adm.

tantas clientelas.Caueti etiam vult iis,qui secũ
sunt,quidquid contra leges [r] commiserunt.Mu-
stelæ, & Ƙironi prospicit: de se nihil laborat.
|| Quid enim commisit vmquam?num aut pecu 27
niam publicam attigit,aut hominẽ occidit. aut
secum habuit armatos?Sed quid est,quòd de iis
laboret? Postulat enim ne sua * iudiciaria lex
abrogetur. quo impetrato, quid est quod me-
tuat?an ne suorum aliquis à Cyda,Lysiade, Cu-
rio condemnetur?neque tamen nos vrget man-
datis,pluribus remittit aliquantum & relaxat.
GALLIAM.inquit,TOGATAM REMITTO,COMA-
TAM POSTVLO. Otiosus videlicet esse mauult.
Cùm sex legionibus,inquit,iisque suppletis ex
D Bruti exercitu,non modò [u] ex delectu suo,
tãdiuque vt obtineat:quãdiu M.Brutus,C.Cas-
sius,consules,[x] próue consules prouincias ob-
tinebunt. * *

* * * |

* huius comitiis [y] C. frater eius. est enim iam 28
annus,iam repulsam [z] tulit. || VT QVINQVEN-
NIVM inquit,OBTINEAM.At istud vetat. [a] lex
Cæsaris,& tua. Hæc tu mãdata,L.Philippe,prin
cipes ciuitatis, [b] non dico animo,ferre, * verũ
auribus accipere potuistis?Sed,vt suspicor, ter-
ror erat quiddam:nec vos vt legati apud illum
fuistis,nec vt consulares:nec vestram, nec reip.
dignitatem tenere potuistis.& tamẽ nescio quo
pacto, sapientia quadam, credo, quòd ego C.
non possum,non nimis irati reuertistis.vobis M.
Antonius nihil tribuit clarissimis viris, legatis
populi Romani. Nos quid non legato [d] Anto-
nij Cotilæ concessimus?cui portas huius vrbis
patere ius [e] non fuit, huic hoc templum patuit:
huic aditus in senatum fuit: hic hesterno die
sententias nostras in codicillos. & omnia ver-
ba referebat; huic se etiam summis honoribus
vsi,[f] contra dignitatem suam venditabant. || O 29
dij

r L.commiserint,
* De hac lege,iudiciaria vide sup.Phil. 5.
v L.ex dilectu,
x L.próue consulibus pr.
* Ant.Aug. Luci. comitiis Consul sat.Vrt. Binis comitiis,
y al.C. frater eius est enim iam annus,v repulsam t
z v.c.t,
Ipse a uli inqui utem Quint,vt
a L. q.
sar:slex Cæ tu à. Et sancta Cæ. dis.s defen ma Hæc tu
b and.
col. non di an æquo animo ferri verũ au
* b.
c al. ad nos
p L. non dossem,
e M.Anton.
f L. non e sat,
al. contra suam dign.

dij immortales, quã magnũ est, personã in rep. tueri principis! quæ non animis solũ debet, sed etiã oculis seruire ciuiũ. Domũ recipere legatũ hostiũ, in cubiculũ admittere, etiã [g] reducere, hominis est, nihil de dignitate, nimiùm de periculo cogitantis. Quod auté est periculum? [h] nã si maximũ in discrimen venietur, aut libertas parata victori est, aut mors [i] exposita victo. quorũ alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. Turpis autem fuga mortis, omni est morte

30 peior. ‖ Nã illud quidẽ non adducor vt credam, esse quosdam qui inuideant alicuius cõstantiæ, [k] qui laborib. qui eius perpetuã in rep. adiuuãda voluntatem, & à senatu, & à populo R. probari molestè ferant. [l] Omnes id quidem facere debebamus: eáque erat non modò apud maiores nostros, sed etiam nuper summa laus consularium, [m] vigilare, cogitare, adesse animo, sem

31 per aliquid pro rep. aut facere, aut dicere. ‖ Ego Qu. Scæuolam augurem memoria teneo, [*] bello Marsico, cũ esset summa senectute, & perdita valetudine, quotidie simulatque luceret, facere omnibus conueniendi sui potestatẽ: neque eum quisquã illo bello vidit in lecto: senexq; & debilis primus veniebat in curiã. Huius industriã [n] maximè equidẽ vellẽ, vt imitarentur ij, quos oportebat: secundo autẽ loco, ne alterius labori inuiderent. Etenim P.C. cùm in spem libertatis [o] sexennio simus ingressi, diutiusque seruitutẽ perpessi, [p] quàm captiui frugi, & diligentes solent: quas vigilias, quas sollicitudines, quos labores, liberandi populi R. causa recusare debe-

32 mus? ‖ Equidem P.C. quamquam hoc honore vsi togati [p] esse solent, cũ est in sagis ciuitas: statui tamen, à vobis, ceterisque ciuibus in tanta atrocitate tẽporis, tantáque perturbatione [q] populi R. nõ differre vestitu. Nõ enim ita gerimus nos hoc bello consules, vt æquo animo populus R. visurus sit nostri honoris insignia: cùm par-

g L. seducere,
h L. nam si maxime in discrimen venitur:
i L. proposita victo.
k L. qui laborib. eius perp.
l al. Omnes quidẽ id f.
m L. vigilare, adesse animo, semper aliquid pro rep. aut cogitare, aut facere, aut dicere. Ego, P.C. Q. Scæuol.
* quod aduersus socios gestum Liu. epito. 71. Appia. 1. ciuil. 3. Fl. 18. P'i. 62. & 63. de viris illustr.
n L. maximè quidem vellem,
o L. sexennio pòst simus ingr.
p L. solent esse,
q L. reip

r L.vt omnem populi R.ben. s L.vt se hosti fauere pr. t L.hunc enim reditu ad A. u L.morem geram: R: x L.& cum rep. ingrat. red. y L. ad C. Pansam, z al.propretore, a L.ante idus Martias primas adierit, b L.quod honore, præmióve dignum esse vid. c L.videbitur, d L.post hac S.C.ad Ant. e L.esset pr.

tim è nobis ita timidi sint,[r] vt omnem ij
li R. beneficiorum memoriam abiecerint
tim ita à rep.auersi,[s]vt huic se hosti fauer
seferant:legatos nostros ab Antonio des
esse,& irrisos facilè patiantur:legatum A
subleuatum velint. huic enim reditum a
tonium prohiberi negabant oportere, &
dem excipiendo sententiam meam corrig
quibus [u] gerã morẽ:Redeat ad imperator
Varius,sed ea lege ne vmquam Romam
tatur. ceteris autem, si errorem suũ dep
rint,[x] & in reip.gratiam redierint, venia
impunitatem dandam puto.¶Quas ob res i
seo:EORVM,qui cum M.Antonio sunt,qui
mis discesserint,& aut [y] ad Pansam,aut a
tium,consules,aut ad Decimum Brutum ,
ratorẽ cos.designatũ,aut ad C.Cæsarẽ pro
rem,[a] ante idus Martias adierint , iis frau
sit,quod cũ M.Antonio fuerint,si quis co
cũ M. Antonio sunt,fecerit,[b]quo honore
mióve quis dignus esse videatur:vti C.Pa
Hirtius cos.alter,ambóve,si eis[c] videatur,
honore præmióve,primo quoque die ad s
referant.Si quis [d] pòst hoc ad Antonium
fectus [e] fuerit preter L.Variũ,senatũ exis
turum eum contra remp.fecisse.

IN M. ANTONIV

PHILIPPICA NONA.

ORATIO QVINQVAGESIMA PRIMA.

Mortuo Sulpicio in legatione ad Antonium ho sepulchri esse decernendum,statuáque posita dum esse suadet.

VE



1 VELLEM, dij immortales, fecissent, P. C. vt viuo potiùs Ser. Sulpicio, gratias ageremus,[a] quàm mortuo honores quæreremus. Nec verò dubito, quin, si ille vir [b] renuntiare legationē potuisset, reditus eius & nobis gratus fuerit, & reip. salutaris futurus, [c] non quòd L. Philippo, & L. Pisoni aut studium, aut cura de fuerit in tanto officio, tantóque munere: sed cū Ser. Sulpicius [d] ætate illos anteiret, sapiētia omneis, subitò ereptus totam legationē orbā, & debilitatā reliquit. Quòd si cuiquā iustus honos
2 habitus est in morte legato, in nullo iustior, quā in Ser. Sulpicio, reperietur. Ceteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculum, sine vllo mortis metu profecti sunt. Ser. Sulpicius cum aliqua perueniendi ad M. Antonium spe profectus est, nulla reuertendi, qui cùm ita affectus esset, vt, si ad grauem [e] valetudinem labor viæ accessisset, sibi ipse diffideret: non recusauit, quò minùs [f] vel in extremo spiritu, si quam opem reip. ferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hyemis, non niues, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingrauescens retardauit. cúmque iam ad congressum, colloquiumque eius peruenisset, ad quem erat missus: in ipsa cura,* & medita-
3 tione obeundi sui muneris excessit è vita. Vt igitur alia, si hoc, [g] Pansa, præclarè, quòd nos [h] ad ornandum Ser. Sulpicium cohortatus es, & ipse multa copiosè de illius laude dixisti. quibus à te dictis, nihil præter sententiam dicerē, nisi P. Seruilio respondendum putarem, qui hunc honorē statuæ nemini tribuendū censuit,[i] nisi qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autē, P. C. sic interpretor sēsisse maiores nostros vt causam mortis censuerint, non genus esse quærendū. Etenim cui legatio ipsa morti fuisset, eius monumentū exstare voluerunt, vt in bellis

a L. quàm honores mortuo quær..
b L. legatio nem renunciare pot.
c L. nō quo L. Ph.
d L. ætate illis anteiret, sapientia omnib.
e v. c valitudinem
f L. vel ex tremo sp.
* al. ac
g L. C. Pansa,
h L. & ad honorandū Ser. Sulp.
i L. nisi ei, qui,

periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. Non igitur exempla maiorum quærẽda, sed consilium est eorum, à quo ipsa exempla nata sunt, explicandum, [k] Lartes Tolumnius, rex Veientum, quatuor legatos populi R. Fidenis interemit: quorum statuæ in Rostris steterunt vsque ad nostram memoriã. Iustus honos. iis enim maiores nostri, qui ob rem. mortem obierant, pro breui vita diuturnam memoriã reddiderunt. Cn. Octauij, [m] clari, & magni viri: qui primus in eam familiã, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris. [n] Nemo enim tum nouitati inuidebat: nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octauij, in qua pericu i suspicio nõ subesset. Nã, cùm esset missus à senatu ad animos regum perspiciendos, liberorũmque populorũ, maximeque, vt nepotem [o] Antiochi regis, eius, qui cũ maioribus nostris bellũ gesserat, classeis habere, elephantos alere prohiberet: Laodiceæ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus.
Reddita *est ei tum à maioribus statua pro vita: quæ multos per annos progeniem eius hone- 5
staret, nunc ad tãtæ familiæ memoriam sola restaret. [p] Atqui & huic, & Tullo Cluuio, & L. Roscio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, qui à Veiẽtium rege cæsi sunt, non sanguis [q] qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob remp. obita, honori fuit. Itaque P. C. si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset, dolorem quidem tanto reip. vulnere: mortem verò eius [r] non monumentis, sed luctu publico esse honorandam putarem. Nunc autẽ quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? secũ enim ille mortẽ extulit: quã, si no biscũ remansisset, sua cura, optimi filij, [s] fidelissimæque coniugis diligentia, vitare potuisset.
At ille, cùm videret, si vestræ auctoritati nõ pa- 6
ruisset, dissimilem se futurũ sui: si paruisset, munus sibi illud pro rep. susceptum, [u] vitæ finem al-

k L. Lar. Tolumn.
l v.c. quorũ statuæ steterunt vsque ad memoriam in Rostris. Iust.
m L, clari viri, & magni.
n L. Nemo tũ nouitati.
o L. regis Antiochi, eius,
* Vide Pl. li. 34. c. 6.
p L. Atque & h.
q al. qui est profusus in morte.
r v.c. non monumento, sed luctu publ. or nandam p.
s L. fidelissimæ cõiugis
t L. sin par,
v L. vitæ finem fore: mal. in max. reip. disc. emori, quàm

allaturũ:maluit in maximo reip. diſcrimine mo-
ri,quàm minùs,quàm potuiſſet,videri reip.pro-
fuiſſe,multis illi in vrbibus, quà iter faciebat,
reficiendi ſe,& curandi poteſtas fuit.[x] aderat & x L. aderat
hoſpitũ inuitatio liberalis pro dignitate ſum- hoſpitũ in-
mi viri,[y] & eorum hortatio,qui vnà erant miſ- uitatio lib.
ſi,ad requieſcendum,& vitæ ſuæ conſulendum. y L.& eorũ cohortatio,
At ille properans,[z] feſtinánſque mandata no-
ſtra conficere cupiens,in hac conſtantia morbo z L.feſtinás mandata
7 aduerſante,perſeuerauit. ‖ Cuius cùm aduentu veſtra cóſ.
maximè perturbatus eſſet Antonius, quòd ea,
quæ ſibi iuſſu[a] noſtro denuntiarentur,auctori- a L. veſtro.
tate erant,& ſententia Ser. Sulpicij conſtituta:
declarauit,quàm odiſſet,ſenatum, cùm auctorẽ
ſenatus exſtinctum,letè,atque inſolenter tulit.
Non igitur magis Octauiũ Leptines,nec Veiẽ-
tium rex,eos,quos modò nominaui, quàm Ser.
Sulpicium occidit Antonius. Is enim profectò
mortem attulit,qui cauſa mortis fuit.[b] Quocir- b L.Quocir
ca ad poſteritatis etiam memoriam pertinere ca etiam ad
arbitror,extare,quod fuerit de hoc bello iudi- poſteritatis
cium ſenatus.erit enim ſtatua ipſa teſtis,bellum mem.
tam graue fuiſſe,vt legati interitus,honoris me
8 moriam conſecutus ſit.‖ Quòd ſi excuſationem
Ser. Sulpicij,P.C.legationis obeundæ recorda-
ri volueritis,nulla dubitatio relinquetur,[c] quin c L.quin
honore mortuo,quem viuo iniuriam fecimus, honore
ſarciamus. Vos enim Patres conſcripti (graue mortui.
dictu eſt,ſed dicendum tamen) vos inquã, Ser.
Sulpiciũ vita priuaſtis.Quẽ cùm videretis ſe ma
gis morbo,quã oratione excuſantẽ,nõ vos qui-
dẽ crudeles fuiſtis (quid enim minùs in hunc
ordinẽ conuenit?) ſed cùm ſperares nihil eſſe,
quod non illius auctoritate, & ſapientia effici
poſſet, vehementiùs[d] excuſationi obſtitiſtis: d for.eius
atq; eũ,qui ſemper veſtrum conſenſum, grauiſ excuſ.
9 ſimũ iudicauiſſet,de ſententia deieciſtis.‖Vt ve e L.tũ verò
rò Panſæ conſulis acceſſit,cohortatio grauior, denique fi-
quàm aures Ser.Sulpicij ferre didiciſſent,[e] tum lium, meq;
ſeduxit,

filium,méque item seduxit,
vt auctoritatem vestram vit
f L.non au- referre. cuius nos virtutem
si sumus sumus eius aduersari volun
adu. vol. gulari pietate filius:non mi
tini meus dolor cōcedebat
cedere cogebatur magnitu
nisque grauitati:cū quidē i
gratulatione omniū vestrūi
velletis esse facturum,nequ
riculum vitaturum,cuius ip
exequi mandata vestra prop
stridie prosecuti sumus. qu
mecū ita locutus est,vt eius
videretur.||Reddite igitur,
g L. in me- demistis.vita enim mortuor
moria est uorum est posita. perficite,
posita viuo tem inscij misistis,immorta
rum pers. bis. cui si statuam in Rostri
vt is,q. vos tueritis,nullā eius legation
inscij ad obscurabit obliuio. Nā rel
mort.mis. ta multis erit,præclarísque
h L.posteri nē memoriā cōmendata:sen
tatis obscu constantiā,fidē,[l] præstantiā
rabit obli- atque prudentiā,omniū mo
uio. bit. Nec verò silebitur adm
i L.præstan incredibilis,& pænè diuina
tem in rep. terpretandis,æquitate,expli
tuenda cu- nes,ex omni ętate [k] qui ha
ram, gentiā iuris habuerunt,si vr
k L.qui in ferantur,cū Ser.Sulpicio [l]
hac ciuita- ||Neque enim ille magis iur
te intell. stitiæ fuit.[m] Itaque quæ pr
l v.c nō sint gibus,& [n] à iure ciuili,sem
comp. æquitatémque referebat.
m L.Ita ea, litium actiones malebat,
quæ prof. tollere. Ergo hoc statuæ
n L.ab iure get : habet alia maiora. hæ
c. tis honestæ testis erit, illa
* al.vtilita-
tis.
o L. Insti-
tuere,

riosæ: vt hoc magis monumentum grati senatus,
12 quàm clari viri futurum sit.|| Multùm etiam valuisse ad patris honorem pietas filij videbitur: qui quamquam afflictus luctu non adest, tamē sic animati esse debetis,[p] vt ille si adesset, est autē ita affectus, vt nemo vmquam vnici filij mortem magis doluerit, quàm ille mæret patris. [q] Equidem etiam ad famam Ser. Sulpitij filij arbitror [r] attinere, vt videatur honorē debitum præstitisse, quamquā nullũ monumentum clarius Seru. Sulpicius relinquere [s] potuerit, quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filiũ: cuius luctus aut hoc honore vestro,
13 aut nullo solatio leuari potest.|| Mihi autem recordanti Ser. Sulpitij multos in nostra familiaritate sermones, gratior illi videtur, * *si quis est sensus in morte*, ænea statua futura, & ea pedestris, quàm inaurata equestris: [t] qualis est L. Syllæ prima statua. magnificè enim Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat: huius sæculi insolentiā vituperabat. Vt igitur si ipsum consulā, quid velit, sic pedestrem ex ære statuam, tanquā ex eius auctoritate, & voluntate, decerno: quæ quidē magnum ciuium dolorem, & desiderium,
14 honore monumenti minuet, & leniet.|| Atq; hāc meam sententiam, P. C. Seruilij sententia [v] probari necesse est: qui sepulcrum publicè decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde, atque ferro nullum hônorem desiderat, cur decernit honorem sepulturæ: qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod nō est datum Cn. Octauio: cur, quod illi datum est, huic dandum esse non censet? Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt: sepulcra paucis, sed statuæ intereunt [x] tempestate, vi, vetustate: sepulcrorum autē sanctitas in ipso solo est: quod nulla vi moueri, neque deleri potest: atque, vt cetera exstinguuntur, sic sepulcra [y] fiunt sanctiora

p L. vt si ille adesſ.
q Lâb. Et quidē etiā
r L. pertinere,
s L. potuit,
* hæc verba pler. q; à veteribus in mētione mortuorũ repetita vide 4. Fam. ep. 5. Sene. de consol. ad Polyb. Quinct. decl. 332. Isocrat. in Euagora.
t L. qualis L. Sylla primum statua est. mirificè enim
v L. comprobari
x al. tempestate, vel vetustate:
y L. sanctiora sunt

ctiora

ctiora vetustate.‖[z] Augeatur igitur [a] isto etiam 15
honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus potest. gratissimus in eius morte decoranda, [b] cui nullam aliam gratiam referre iam possumus. notetur etiam M. Antonij, nefarium bellum gerentis, scelerata audacia. his enim honoribus habitis, Ser. Sulpicio, repudiatæ, reiectæq; legationis ab Antonio. manebit testificatio sempiterna.* Quas ob res ita censeo : Cvm Ser. Sulpicius, Qu. F. Lemonia, Rufus, difficillimo reipublicæ tempore, graui, periculosóque morbo affectus, auctoritatem senatus, salutemque [c] populi R. vitæ suæ præposuerit, contráque vim, grauitatémque morbi contēderit, [d] vt ad castra Antonij, quò senatus eum miserat, perueniret: [e] iisque, cùm iam prope castra venisset, vi morbi oppressus, [f] vitam amiserit in maximo reip. [g] munere eiusque mors consentanea vitæ fuerit, sanctissimè, honestissiméq; actæ, in qua sæpe magno vsui reip. Ser. Sulpicius & priuatus, & in
magistratibus fuerit.‖ cùm talis vir, ob rempu- 16
blicam in legatione mortē obierit: Senatui placere, Ser. Sulpicio statuam pedestrem æneam in Rostris ex huius ordinis sententia statui, circumque eam statuam [h] locum gladiatoribus, ludisque liberos, posterósque eius [i] quaque versus pedes quinque habere, quód is ob rem. mortem obierit, eámque causam in basi inscribi: vtique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter, ambóve, si eis [k] videbitur, quæstoribus vrbis imperét, vt eam basim statuámque faciendam, & in Rostris statuendam locent: quantique locauerint, tantam pecuniam [l] redemtori soluendam, attribuendámque curent: cúmque antea senatus [m] auctoritatem in virorum fortium funeribus, ornamentisque ostenderit, placere, eum quàm
ampliſſimè supremo [n] die suo efferri. ‖ &, cùm 17
Ser. Sulpitius, Q. F. Lemonia, Rufus, ita de republica meritus sit, vt his ornamentis decorari debeat:

z v.c. Augeatur isto honore etiam is vir,
a al. etiam isto honore
b L. cui nullam iā aliam grat. ref. p.
* Hac formula vtebantur senatores à Cōsule interrogati.
c L. reip.
d L. vt in castra
e al. ipse, cùm iam
f L. vitam amiserit maximo reip.
g L. tēpore,
h L. locum ludis, gladiatoribúsque
i L. quoquò versus al. quoque
k al. videatur quæstoribus vrbanis imp.
l L. redemptori attribuendā, soluēdámque curent:
m L. auctoritatē suā in v.
n L. suo die eff.

debeat: Senatum censere, atque repub. existimare, ædileis curuleis edictum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicij, Q. F. Lemonia, Rufi, funeri, [o] mittere: vtique locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul, [p] seu quo alio in loco [q] videtur, pedes triginta quoquò versus [r] designet, quò Ser. Sulpicius inferatur. Quod sepulcrum, ipsius, liberorum, posterorumque eius [s] sit: vti quod optimo iure [t] sepulchrum publicè, [u] datum est.

o L remittere:
p v. c. seu quo in loco videb. & ita L.
q L. videbitur,
r L. Assignet,
s L. esset:
t L. publicè sepulcrum
v L. datum esset.



IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMASECVNDA.

Agit gratias Pansæ, queritur cum Caleno, quòd vtrumque Brutum æquè non probare videatur, qui remp. defendat, Antonium autem probet, vel maximè. Bruto aduersus Antonium coactas copias Senatusconsulto confirmandas suadet.

1 AXIMAS tibi, Pansa, gratias, omnes & habere, & agere debemus: qui cùm hodierno die senatum te habiturum non arbitraremur: vt M. Bruti, præstantissimi ciuis, literas accepisti, ne minimam quidem moram interposuisti, quin quamprimum maximo gaudio & gratulatione frueremur. Cùm factum tuum gratum omnibus debet esse, tum verò oratio, qua, recitatis literis, vsus es. declarasti enim verum esse

esse id,qnòd ego semper sensi, Neminé alterius, qui suæ consideret,virtuti inuidere.||Itaque mihi,qui plurimis officiis sum cũ Bruto,& maxima familiaritate cõiunctus,minùs multa de illo dicẽda sunt.[a] quas enim parteis ipse mihi sumserã,eas præoccupauit oratio tua.* Sed mihi,P.C. necessitatẽ attulit paulò plura dicendi, sẽtẽtia eius,qui rogatus est ante me:á quo ita sæpe dissentio,vt iã verear,ne,id ꝙ minimè fieri debet, minuere amicitiã nostrã videatur perpetua dissẽsio.||Quæ est enim ista tua ratio,Calene?[c] quæ mẽs?qui numquã post Kalend.Ian.idẽ[b] senseris, quod is,qui te sententiã primũ *rogat?cur numquã tã frequens senatus fuit,vt vnus aliquis tuã sententiam secutus sit? cur semper tui dissimileis defendis?cur,cũ te & vitá & fortuna tua[d] ad otiũ,& ad dignitatẽ inuitet,ea probas,ea decernis,ea sentis,[e] quæ sunt inimica & otio cõmuni, & dignitati tuæ?Nã,vt superiora omittam, hoc certè,quòd mihi maximã admirationẽ mouet, non tacebo.||Quod est tibi cũBrutis bellum?cur eos,quos omnes pænè venerari debemus, solus oppugnas?alterũ circũsederi nõ molestè feis,alterũ tua sentẽtia spolias iis copiis,quas ipse suo labore,& periculo ad reip.nõ ad suum præsidiũ, per se,nullo adiuuante,confecit?[g] Quis est iste tuus sensus,quæ cogitatio,Brutos vt nõ probes, Antonios probes?quos omnes carissimos habẽt, tu oderis?quos[h] acerbissimè omnes oderunt,tu cõstantissimè diligas?Amplissimæ tibi fortunæ sunt,summus honoris gradus filius vt & audio, & spero,natus ád laudẽ:cui cũ reip.causa faueo, tũ etiã tua.||Quæro igitur eũ Brutíné similẽ malis,an Antonij?Ac permitto,vt de tribus Antoniis eligas,quẽ velis D.Brut* melior est,inquies. Cur igitur[k] nõ iis faues?cur nõ eos laudas,quorum similẽ filiũ tuũ esse vis:simul enim reip.consules,& propones illi exẽpla ad imitãdum. Hoc verò,Q.Fufi,[l] copiosius sine offensione nostræ amici

2

3

4

5

a L.quas enim ipse mihi parteis sumseram, eas præcepit or.

* REFVTATIO.

b L. quæ mens, vt numquam

c L.al.censueris,

* L rogat? numquã tã frequẽs sẽ. fuerit, quo vnus aliq.

d v.c.ad otium, ad dign.

e L. quæ sint inimica & otio c.

f li vulg. spoliat iis c.

g al Qui est

h L.acerbissimè ceteri oderũt

i L.Dii meliora, inquies. Cur ig

k L.nõ iis faues,quos laudas?quorum sim.

l L. cupio sine off. n. amic.sic vt à tr.diss. sen. queri.

ha enim d.

amicitiæ, ſic tecum, vt à te diſſentiens, ſenator quæro, ita enim dixiſti,& quidem de ſcripto.nã te inopia verbi lapſum putarem,niſi tuam in dicendo facultatem noſſem. literas Bruti rectè & ordine ſcriptas [m] videri. [i] quod quid eſt aliud,
6 quàm librarium Bruti laudare,non Brutum?|| Vſum in rep. Calene magnum iam habere, & debes, & potes, quando ita decerni vidiſti? aut quod S. C. huius generis (ſunt enim innumerabilia) bene ſcriptas literas decretum à ſenatu? quod verbum tibi non excidit,vt ſæpe fit, [n] fortuitu:ſcriptum,meditatum,cogitatum attuliſti. Hanc tibi cõſuetudinem pleriſque in rebus bonis obtrectandi [o] ſi quis detraxerit, [p] qui tibi velit obtrectare,non relinquetur. Quamobrem collige te,placáque [q] animum aliquando,& mitiga:audi viros bonos, [r] quibus vteris multùm: loquere cum ſapientiſſimo homine, genere tuo, ſæpius [s] quã tu ipſe tecum:tum denique ampliſſimi honoris nomẽ obtinebis. An verò hoc pro nihilo putas([t] in quo equidem pro amicitia tuã vicem dolere ſoleo)efferri hæc foras,& ad populi Ro. aureis peruenire,ei,qui primus ſententiam dixerit, neminem aſſenſum? quod etiã hodie futurũ arbitror. Legiones abducis à Bruto,quas? nempe eas,quas ille ab Antonij ſcelere auertit, & ad rempub. ſua auctoritate traduxit. Rurſus igitur vis [y] nudatum illum,atque ſolum ab rep.relegatum videri.||
7 Vos autem, P. C. ſi M. Brutum deſerueritis, & prodideritis, [z] [a] quẽ tandem ciuem vmquam habebitis, quem ornabitis? cui fauebitis? niſi fortè eos, qui diadema impoſuerint, conſeruando:ʒ eos, [b] qui nomen regis ſuſtulerint, deſerendos putatis. At de hac quidem diuina,atque immortali laude M. Bruti ſilebo:quæ gratiſſima memoria omnium ciuium incluſa, nondum publica auctoritate teſtata eſt. tantámne patientiam dij boni. tantam moderationem,tantam in iniuria tranquillitatem, &

m L. videri. Quid eſt aliud lib. Br.l.
n L. fortuitu:
o al. ſi qui detr.
p L. quid tibi, quod ſibi quiſque velit, non relinquetur? Quãdo
q L. animũ iſtum al.
r L. quibus multis vteris:loq.
s L. quàm ipſe tecum:
t v.c. in quo quidem
v L. efferri hoc foras,
x L. à C. Antonii ſcel.
y al. illum nud. tum,
z v.c. ſi M. Brutũ prodideritis, deſerueritis: fort. ſi M. Brutum prodideritis:quem t.
a L. quem tandem ciuem vmquam orn abitis? cui faueb.
b L. qui regni nomen

& modeſtiam?qui cùm præt
be caruit,ius non dixit, cùm
Romani recuperaſſet,cúmq
diano bonorum omnium,qu
fieri ſolebat , præſidioque l
poſſet eſſe,abſens iudicio b
maluit,quàm præſens manu
reis quidem ludos,pro ſua,
dignitate apparatos,præſens
patefaceret [d] ſceleratorum
4 || Quamquam qui vmquã a
tiores fuerũt, [e] quã cùm in ſ
pulus Ro.maximo clamore,
moriam proſequebatur:cor
ris,libertatis memoria ader
go cerni videbatur. At hũc
bus videbam in inſula clari
Luculli,propinqui ſui,nihil
cordia ciuium cogitantem.
Veliæ,cedenté Italia,nequa
lis cauſa propter ſe.O ſpect
dò hominibus , ſed vndis ip
ctuoſum, ſedere è patria ſer
in patria [f] proditores. Caſ
diebus conſequebatur:vt m
vrbem redire,ex qua illi abi
lio redierim,initiò audiſtis
[Exſpectatũ igitur tẽpus à B
vos omnia pati vidit,vſus e
tientia. poſteaquã vos ad li
præſidia veſtræ libertati p
quantæq; reſtitit?Si enim C
intenderat, [g] perficere potu
niſi eius ſceleri virtus M.Br
cedoniã,Illyricum,Græciam
vel receptaculũ pulſo Anto
gnandæ Italiæ Græcia quæ
ti imperio,auctoritate,copi
lùm,ſed etiam ornata, tend

c r. reip. reciperaſſet,al. recuperauiſſet,

d L.ſceleratiſſimorũ hom.

e L. quàm tum in ſingul. verſib. pop. Rom. max. cl. & pl. Br. memoriã proſeqnebatur corp.

f L. perditores.

g al.perficere potuiſſet,aut potiùs niſi eius ſceleri virtus M. Br.obſtitiſſet,Maced.

suumque ei præsidiū pollicetur. h Quod qui ab illo abducit exercitum pulcherrimum, & præsi-
10 dium firmissimum adimit reip. ‖ Equidem cupio, hæc quamprimùm Antonium audire, vt intelligat, non D. Brutum, quem vallo circumsedet, sed seipsum obsideri. Tria tenet oppida toto in orbe terrarum: habet inimicissimam Galliam: eos etiam, quibus confidebat, alienissimos Transpadanos: Italia omnis infesta est: exteræ nationes [5] à prima * ora Græciæ * vsque ad Aegyptū, optimorum, & fortissimorū ciuium imperiis, & præsidiis tenentur. k Erat ei spes vna in C. Antonio: qui duorum fratrū ætatibus medius interiectus, vitiis cum vtroque certabat: qui, tanquā extruderetur à senatu in Macedoniam, & non contra
11 prohiberetur proficisci, ita cucurrit. ‖ Quæ tempestas, dij immortales, quæ flāma, quæ vastitas, quæ pestis Græciæ [6] fuisset, l nisi incredibilis ac diuina virtus furentis hominis conatum, atque audaciam compressisset? Quæ celeritas illa Bruti? quæ cura? quæ virtus? m Etsi ne illa quidē Antonij celeritas contemnenda est: quem nisi in via caducæ hereditates retardassent, volasse eū, non iter fecisse diceres. Alios ad negotium publicum ire cùm cupimus, vix solemus extrudere: hunc retinentes n exclusimus. At quid ei cū Apollonia? quid cum Dyrrhachio? quid cum Illyrico? quid cum P. Vatinij Imperatoris exercitu? succedebat, vt ipse dicebat, Hortēsio. Certi fines Macedoniæ, certa conditio: o certus erat etiam illius exercitus. cum Illyrico verò, & cum
12 Vatinij legionibus quid erat Antonio? ‖ At ne Bruto quidem. id enim fortasse quispiā improbus dixerit. Omnes legiones, omnes copiæ, [7] quę vbique sunt, p populi Romani sunt, neque enim legiones, quæ Antonium reliquerunt, Antonij potiùs, quàm reipublicæ fuisse q dicuntur. Omne enim r exercitus, & imperij ius admittit is, qui eō imperio, & exercitu rempublicam oppugnat.

h L. Quare qui ab illo abducit exercitū: & respectam pulcherr. & præsid. fir.
i L. circumsedeat, sed
* vide 12. Fam. ep. 5.
* Græciam Brutus, Aegyptū Cassius occupabat.
k I Erat ei specula in C. Ant.
l L. nisi M. Bruti Cæpienis incredibilis,
m L. Etsi ne C. quidem Antonii celeritas contēn. quam
n L. extrusimus.
o L. certus, si modò erat vllus, exercitus: al. certa cō ditio exercit.
p v c. resp. sunt.
q L. dicentur
r L. amb. & exercitus,

gnat. Quòd si ipsa respublica iudicaret, aut si omne ius decretis eius statueretur: Antonióne, an Bruto legiones populi R. abiudicaret?[s] Alter aduolaret subitò ad direptionem, pestémq; sociorum,[t] &, quacumque iret, omnia vastaret, diriperet, auferret: exercitu populi Romani contra ipsum populum R. vteretur. [u] alter verò eā sibi legem statueret, vt, quocumq; venisset,[x] lux venisse quædam, & spes salutis videretur. denique alter ad euertendam rem. præsidia quærebat, alter ad conseruandam. Nec verò nos hoc magis videbamus, quàm ipsi milites: à quibus tanta in iudicando prudentia non erat postulanda. || Cū 13
VII. cohortibus [y] isse Apolloniam scribit Antonium, qui iam aut captus est ([z] quod dij dēt) aut certè homo verecundus in Macedoniā non accedit, ne cōtra [a] senatum fecisse videatur.[b] Delectus habitus in Macedonia est sūmo Q. Hortensij studio, & industria. cuius animū egregiū, dignúmque & ipso, & maioribus [c] suis, ex Bruti literis perspicere potuistis. Legio, quā L. Piso ducebat, legatus Antonij, Ciceroni se filio meo tradidit. equitatus, qui in Syriā ducebatur bipertitò, [d] alter eū, à quo ducebatur, reliquit in Thessalia, seséque ad Brutū contulit: alterum in Macedonia Cn. Domitius adolescēs [e] sūma virtute, & cōstantia, ab legato Syriaco abduxit. P. autē * Vatinius, qui [f] & antè iure laudatus à nobis, & hoc tēpore meritò laudandus est, aperuit Dyrrachij portas Bruto, & exercitum tradidit. || Tenet 14
igitur [g] populus R. Macedoniā, tenet Illyricum, tuetur Græciā: nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, noster equitatus, maximéq; noster est Brutus, sempérque noster, cū sua excellentissima virtute reip. natus, tū fato quodā paterni, materniq; generis, & nominis. [h] Ab hoc igitur quisquā bellū timet, qui antequā nos id coacti suscepimus, in pace iacere, quàm in bello vigere maluit? quāquam ille quidem numquā iacuit, [i] nec hoc

s L. Alter aduolarat sub.
t L. vt, quocūque iret,
u L. alter eam legem sibi statuerat, vt, q.
x quōs
y L. esse Apolloniæ scr.
z for. (quod dii, approbent).
a L. senatus cons. fec.
b L. Dilectus
c L. eius
d L. alter eū quæstorem, à quo d.
e L. summa virtute, grauitate, constantia, à legato Syr.
* vide 5. Fam. ep. 9.
f L. & anteà
g v. c. resp.
h L. Ab hoc igitur viro quisquam
i L. neque hoc cad.

hoc cadere verbum in tâtam virtutis præstantiã
potest. Erat enim in desiderio ciuitatis, in ore, in
sermone omnium. Tantum autem aberat à bel-
lo, vt, cùm cupiditate libertatis Italia arderet,
defuerit ciuium studiis potiùs, quã eos in armo-
rũ discrimẽ adduceret. Itaque illi ipsi, si qui sũt,
qui tarditatẽ Bruti reprehendãt,[k] tamen iidem
15 moderationẽ, patientiámque mirantur. || Sed iam
video, quid loquantur: neque enim id occultè
faciunt. timere se dicunt, quomodo ferant vete
rani, exercitum Brutũ habere. Quasi verò quid
quã intersit inter A. Hirtij, C. Pansæ, D. Bruti, C.
Cæsaris, & hũc exercitum M. Bruti. Nã si quatuor
exercitus ij, de quibus dixi, propterea laudãtur,
ꝙ pro populi Ro. libertate arma ceperunt: quid
est,[l] cur M. Bruti exercitus non in eadẽ causa [m]
reponatur. At enim veteranis suspectũ est nomẽ
M. Bruti, magis quàm Decimi? Equidẽ non arbi
tror. [n] etsi est enim Brutorum cõmune factum
& laudis societas æqua: eo tamen [o] D. Bruto ira-
tiores sunt omnes ij, qui id factum dolebant,
quo minùs ab illo rem illam dicebant fieri[p] de-
cuisse. Quid ergo [q] nunc agũt tot exercitus, nisi
vt obsidione D. Brutus liberetur? qui autem hos
exercitus ducunt? hi, credo, qui C. Cæsaris res
actas euerti, qui causam veteranorum prodi vo
16 lunt. || Si ipse viueret C. Cæsar, acriùs, credo,
acta sua defenderet, quàm vir fortissimus defen
dit Hirtius:[r] aut amicior causæ potest inueniri
quàm filius? At eorum alter, nondum ex lon
ginquitate grauissimi morbi recreatus, quidquid
habuit virium, id in eorum libertatem defen-
dendam contulit, quorum votis iudicauit se à
morte reuocatum: alter virtutis robore firmior
quàm ætatis, cũ istis ipsis veteranis ad D. Brutum
liberãdũ profectus est.[s] Igitur illi certissimi, ii
demq; acerrimi Cæsaris actorũ patroni, pro D.
Bruti salute bellũ gerũt: quos veterani sequũtur:[t]
de libertate enim populi R. nõ de suis cõmodis

k al. tamẽ eiusdem mod.
l L. cur hic M. Br.
m L. ponatur? At enim vet. susp. est nomen M. Bruti, Magisne, quã Decimi?
n al. etsi enim Brutorum cõm. f. & laud. soc. æqua est? eo t.
o L. De imo tamen iratiores erãt ii quo minùs ab eo rem illam &c.
p L. debuisse.
q al. agunt nunc tot
r L. aut amicior causæ quisquã inueniri potest, quã filius. At horũ alter, nond.
s L. est profectus.
t al. Ergo illi cert.

armis decernendum vident.
iis, qui *D.* Brutum [a] omnib
tum velint, M. Bruti ſit ſuſpe
verò, ſi quid eſſet, quod à M
videretur, Panſa id non vi
non laboraret?[b] quis aut ſa
ćturam rerum futurarum? au
metum diligentior?[c] Atqui
M. Brutum, ſtudiúmque vidi
ne ſua, quid decernere nos [d]
tire oporteret:[e] tãtumque a
reip. M. Bruti putaret exercit
ſimum reip. præſidium, & gra
Scilicèt hæc Panſa aut non
ingenio eſt) aut negligit. qu
ea rata eſſe non curat: de qu
& ſanciendis legem comiti
ćtoritate noſtra lat∣us eſt.
ij, qui non timẽt, ſimulare ſe
cere reip. aut ij, qui omnia v
timidi:[g] ne illorum ſimulati
uia.[i] Quæ (malùm) eſt iſta ra
cauſis veteranorũ nomen op
ſi amplecterer virtutem, vt f
arrogantes,[k] nõ poſſem fer
conanteis ſeruitutis vincula
ſi quis veteranos id nolle di
credo, innumerabiles. qui pr
arma capiãt. nemo eſt præte
vir, qui ad ſeruitutem propu
lore excitetur. Poteſt igitur
ta veteranis ſine magno ſ
quos quidem vos libertatis
debetis: ſeruitutis auctores
Poſtremò (erumpat enim a
digna vox) ſi veteranorũ nu
dinis gubernantur, omniáqu
[l] dićta, factáque noſtra re
mors eſt, quæ ciuibus Ro. ſe
potior. [m] Omnis eſt enim m

a L. omnibus opib.
b for. quis aut acutior ad coniect.
c L. Atquin huius-
d L. de M. Bruto.
e L. tãntúmque afuit, vt p.
f L. Scilicet hoc Panſa
g fort C. Cæſar.
h L. ſed proſp. al. & proſp.
i L. horum obſit ignauia.
k al. faſtidium ferre nõ poſſem. An.
l L. noſtra dićta facta ref.
m L. Omnis eſt miſera ſeruitus.

fuerit quædam necessaria: [n] ecquódnam princi-
pium putatis libertatis capessendæ? an,cū illum
necessarium,& fatalē pænè casum nō tulerimus,
hunc feremus voluntariū? Tota Italia desiderio
libertatis exarsit. seruire diutius non potest ci-
uitas: seriùs populo R. hunc vestitū , atque arma
dedimus,quā ab eo flagitati sumus. [o] Magna nos
quidē spe,& propè explorata, libertatis causam
20 suscepimus. ‖ sed,vt concedā incertos exitus esse
belli,Martémque cōmunē: tamen pro libertate,
vitæ periculo [p] decernendū est. non enim in spi-
ritu vita est, [q] sed ea nulla est omnino seruiēti.
omnes nationes seruitutē ferre possunt : nostra
ciuitas nō potest, [r] nec vllā aliam ob causā , nisi
quòd illæ laborē, doloremq́; fugiunt, quibus vt ca
reāt,omnia perpeti possunt: nos ita a maioribus
instituti,atque imbuti sumus,vt omnia consilia,
atque facta [s] ad virtutem,& dignitatem refera-
mus. Ita præclara est [t] recuperatio libertatis, vt
ne mors quidē sit in repetenda libertate fugiē-
da. Quòd si immortalitas consequeretur præsē
tis periculi fugā: 9 tamen eo magis ea fugienda
videretur, [u] quo diuturnior esset seruitus cū ve
rò dies,& noctes omnia nos vndique fata cir-
cūstent; [x] non est vestri,nominisq́; Ro. dubitare,
eū spiritū, [y] quem naturæ quis debeat,patriæ red-
21 dere. ‖ Concurritur vndique ad cōmune incen
dium restinguēdum. 10 veteranique primi Cæ
saris auctoritatem secuti,conatum Antonij re
pulerunt: post eiusdem furorē Martia legio fre
git Quarta afflixit. Sic à suis legionibus condē
natus,irrupit in Galliam,quā sibi armis,animis-
que infestam,inimicámque cognouit. hunc A.
Hirtij , C. Cæsaris exercitus insecuti sunt : pòst
Pansæ [a] delectus vrbem,totāque Italiā erexit. [b]
vnus est omniū hostis. quāquam habet secum L.
fratrē,carissimum populo R. ciuē: cuius desideriū
22 ciuitas ferre diutius non potest. ‖ Quid illa te-
trius belua? quid immanius? qui ob eam causam

n L. ecquódnam principium P. C. datis libertat.

o al. Magna quidē nos spe,

p L. decertádum est.

q L. sed ea verò nulla est.

r for. nullá aliam ob caus.

s L. ad dignitatem, & ad virtutem referremus.

t al. recitatio

v L. quo diuturnior seruitus esset.

x L. nō est viri , miniméque Romani dub.

y L. quem naturæ debeat , patr.

z L. veterani primi

a L. dilectus

b v. c. vnus omnium est hostis.

natus videtur, ne omnium mortaliũ turpissimus
esset M. Antonius. est vnà Trebellius, qui iã cum
tabulis nouis [c] redit in gratiam: T. Plancus, [d]
ceteri pares: qui id pugnant, id agunt, vt contra
remp. restituti esse videantur: sollicitant homi-
nes imperitos [e] Saxæ, & Caphones, ipsi rustici at-
que agrestes, qui hanc remp. nec videfunt vm-
quã, nec videre constitutã volunt: qui non Cæ-
saris, sed Antonij acta defendunt: quos auertit
agri Campani infinita possessio: cuius eos nõ pu-
dere [f] miror, cùm videãt, se mimos, & mimas ha-
bere vicinos.|| Ad has pestes [g] opprimẽdas, quid 23
est cur moleste feramus, quòd M. Bruti accessit
exercitus? Immoderati, credo, hominis, & turbu-
lenti. [h] Vide, ne nimiùm pænè patientis. etsi in
illius viri consiliis, atque factis, [i] nec nimiũ, nec
parum fuit vmquam. Omnis voluntas M. Bruti,
P.C. omnis cogitatio, tota mẽs, auctoritatẽ sena-
tus, libertatẽ populi R. intuetur: hæc habet pro-
posita, hæc tueri vult, tentauit, [k] quid patiẽtia [l]
proficere posset. nihil cùm proficeret: [m] contra
vim vi experiendum putauit: Cui quidẽ, P.C. vos
idẽ tribuere hoc tẽpore debetis, [n] quod ad XIII
Kalend. Ian. D. Bruto, & C. Cæsari, me auctore,
tribuistis: quorum priuatum de rep. cõsilium, &
factum auctoritate vestra est cõprobatum, atque
laudatum.|| quod idẽ in M. Bruto facere debetis 24
à quo insperatum, & repentinum reip. præsidium
legionum, equitatus, auxiliorũ magnæ, & firmæ
copiæ cõparatæ sunt adiungendúsque est [o] Hor-
tensius, qui cùm Macedoniã [p] obtineat, adiutorẽ
se Bruto ad comparandum exercitum [q] fidelissi-
mum, & constantissimum præbuit. nã de M. Apu-
leio separatim censeo referendum, cui testis est
per literas Brutus, eum principem fuisse ad co-
natum exercitus cõparandi.|| Quæ cùm ita sint: 25
Quòd C. Pansa, cõsul, verba fecit de literis, quæ
[r] à Q. Cæpione, Qu. F. Bruto, proconsul. allatæ, &
huic ordini recitatæ sũt, de ea re ita cẽseo: CVM
Qu.

c L. rediit
d L. & ceteri pares:
e al. Saxa, & Capho,
f L. demiror,
g L. opprimẽdas, cur mol. feramus,
h L. Videte, ne n.
i L. nihil nec nim.
k L. ecquid pat.
l al. perficere poss.
m L. vi cõtra vim exp.
n L. quod a. d. XIII. Kal.
o L. Q. Hortensius,
p L. obtineret,
q L. fidelissimum,
r L. à Qu. Cæpione Bruto, procos. all. & in hor ordine

Q. Cæpionis Bruti[s] proconsulis opera, consilio, industria, virtute, difficillimo reip tempore prouincia Macedonia,[t] Illyricum, cuncta Græcia, legiones, exercitus, equitatus, in consulum, senatus, populique R. potestate sint: id Q. Cæpionem Brutum, procos. bene & è rep.[u] & sua, maiorúmque suarum dignitate, consuetudinéque reip. bene gerendæ fecisse, eámque rem senatui,
26 populóque R. gratam esse, & fore: || vtique Qu. Cæpio Brutus, procos. prouinciam Macedoniã, Illyricum,[x] totámque Græciam tueatur, defendat, custodiat, incolumémque conseruet: eíque exercitui, quem ipse constituit, comparauit, præsit:[y] pecuniáque ad rem militarem, siqua opus sit, quæ publica sit, & exigi possit,[z] vtatur, exigátque à quibus videatur, ad rem militarem mutuam sumat,[a] frumentum imperet: operámque det, vt cum suis copiis quàm proximè Italiam sit, cúmque ex literis Qu. Cæpionis Bruti, procos. intellectum sit, Q. Hortensij procons. opera, & virtute vehementer remp. adiutam, omniáque eius consilia cum consiliis Q. Cæpionis Bruti, proconsul. coniuncta fuisse, eamque rẽ magno vsui reipublicæ fuisse: Q. Hortensium procos. rectè. & ordine, exque rep. fecisse: senatuiq; placere Q. Hortensium. proconf.[b] cum Q. Cæpione, procos & legatis suis Macedoniam prouinciam obtinere, quoad ei ex S. C. successum sit.

s L. proconsule, op.
t L. Illyricum, & cũcta Grçcia,
v L. & pro sua, m.
x L. cunctámque
y v.c. pecuniamque ad
z L. vtatur, exiga: pecuniásque à quibus vid. ad r. mil. mutuas sumat,
a v.c. imperet, frumentúmque operámque det,
b L. cum quæstoribus proue quæst.
c L. prouinciam Maced.



IN M. ANT

PHILIPP

VNDECIM

ORATIO QVIN

MATERT

Belli partes aduersus L. Dolabell quentem: qui Trebonium incau sit, Casio & Bruto mandanda

libr. vulg. Magno in dolore sum P.C. vel m. p. q. ex cr. & mis. m. C.Tr. opt. c.m.q.h ac cepimus, i- nest t.



AGNO in dolo potius, quem e bili morte C.T uis, moderatiss cepimus, inest reip. profuturi .n. quãta in iis, qui cõtra pat ceperunt, inesset immanitas nata sunt post homines nato cissima, Dolabella, & Anto effecit, quod optabat: de alte quid cogitaret, L. Cinna cru iracundia perseuerans: L. Syl vllius horum in vlciscendo a vltra mortem est. quæ tamen mis crudelis putabatur. ‖ Ec scelere par, inusitatum, inaud

a L. quod-dam

rum. Itaque quorum summun sos odium, bellũque memini singulari inter se consensu, impurissimæ naturæ, & turp

b al Ergo quod fecit D.

c L. esset

rudo.[b] Ergo id, quod fecit potuit, multis idem minatur cũ proconsul[c] abesset à cõsul

nostris,[d] nec dum senatum cum populo R. conspirasse sensisset: fretus Antonij copiis ea scelera suscepit,[e] quæ iam Romæ suscepta arbitrabatur à socio furoris sui. ‖
3 Quid ergo hunc aliud moliri, quid optare censetis, aut quam omnino causam esse belli? omneis, qui liberè de repub. sensimus, qui dignas nobis sententias diximus, qui populum R. liberum esse voluimus, statuit ille quidē non inimicos, sed hosteis: [f] maiora in nos, quàm in hostem, supplicia meditatur: [g] mortem naturæ pœnam putat esse, iracūdiæ tormenta, atque cruciatum. qualis igitur hostis habendus est is, à quo victore si cruciatus absit, mors in beneficij parte numeretur? Quamobrem, P.C. quāquam hortatore non egetis (ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis[h] recuperādæ cupiditatē) tamē eo maiore animo, studióq; libertatē defendite, quo maiora proposita victis supplicia seruituris videtis. ‖
4 In Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolabella: in alienā vterque prouinciam. alteri se Brutus obiecit, impetūque furentis, atque omnia diuexare, & diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligauit, [i] progressu arcuit, à reditu refrenauit: obsideri se passus: ex vtraq; parte cōstrinxit Antoniū. alter in Asiam [k] irrupit cursim, cui in Syriā petebat via certa, neq; longa. quid opus fuit cū legione, præmisso Marso nescio quo Octauio, scelerato latrone: atq; egente, qui popularetur agros? vexaret vrbeis, non ad spem constituendæ rei familiaris, quā tenere eum posse negant qui norunt (mihi enim hic senator ignotus est) sed ad præsentem pastū mēdicitatis suæ? ‖
5 Consecutus est Dolabella, nulla suspicione belli. quis enim id putaret? secutæ collocutiones familiarissimæ cū Trebonio: cōplexúsq; summæ beneuolentiæ [l] falsi indices exstiterūt in amore simulato: dextræ, quæ fidei testes esse solebāt, perfidia sunt, & scelere violatæ: [m] nocturnus introitus in [n] Smyrnā, quasi in

d L. neque dum
e L. quæ Romæ iam f.
f L. maiora tamen in nos
g L. mortē naturæ putat esse, ir.
h L. recipe randæ
i lib. vulg. ad progr.
k L. irrupit. Cur? si vt in Syriam patebat via & certa, neq; longa: sin vt ad Trebonium: quid opus fuit cum legione præmisso M.
l L. falsi indices exstiterunt: dextræ, fidei testes, perfidia sunt, & sc.
m L. nocturnus introitus Smyrnam,
n v. c. Zmyrnam

in hostium vrbe, quæ est fideliſ
ſimorũq; ſociorum: oppreſſus
ab eo, qui apertè hoſtis eſſet, i
eo, qui ciuis etiã tum ſpeciem h
quo nimirum documentum no
voluit, qui eſſet victis extimeſc
rem hominem conſulari impe
o v.c.Samiario — Aſiam obtinentem° Samario ex
p L.captum ſtatim noluit, — terficere[p] ſtatim captum noluit
do,[q] in victoriis liberalis vider
rum contumeliis optimũ virũ i
q L. in victoria lib. — raſſet, tũ verberib. ac tormentis
buit pecuniæ publicæ, idque p
r L. ceruicib. fractis cap. abſc. idque affixum — [r]ceruicibus caput abſcidit, idq
iuſſit in pilo: reliquũ corpus tra
ceratum abiecit in mare.[s] Cun
landum eſt, cuius teterrima cr
s L. atque laniatum — barbaria ſuperata eſt. Quid loc
t L. Cum hoc hoſte bellandum eſt, à cuius ter. — uiũ Romanorũ? de direptione fa
qui pro rerũ atrocitate deplora
tates queat? & nũc tota Aſia va
rex, nos alio bello[v] detineri put
v L. diſtineri — vnũ, idémq; bellum ſit contra i
nefariũ. Imaginẽ M. Antonij cr
x L. ex hoc illa effecta eſt: ab hoc Dolab. ſcel. — labella cernitis:[x] ex hoc illa ef
illa Dolabellæ ſcelerũ præcepta
leniorem, quã in Aſia Dolabell
liceat, fore putatis Antoniũ? mil
y al. vllam eſt relicturus partem. — peruenisse videtur, quoad prog
ri hominis amentia: neque Ant
plicij adhibendi, ſi poteſtatem
partem eſt relicturus. | Ponite
los, P.C. miſerã quidem illam, &
z L noſtros — ſed ad incitãdos animos[z] veſt
nocturnum impetum in vrbem
irruptionẽ armatorũ in Treboni
ille priùs latronum gladios vid
a L. vincla, terrorem. — eſſet, audiſſet: furẽtis introitũ D
impurã, atque os illud infame,[a]

ra,eculeum,[b] carnificem,:ortorémq; Samarium, quæ tulisse illum fortiter,& patiēter ferūt. Magna laus,meoque iudicio omnium maxima. Est enim sapientis, quidquid homini accidere possit,id præmeditati[c] ferendum modicè,si aduenerit,esse.maioris omnino est consilij, prouidere, ne quid tale accidat: sed animi non minoris,

8 fortiter ferre,si euenerit.¶ At Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis, quamquā eius numquam particeps fuerit,vt suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solùm in viuo,sed etiā in mortuo:[d] ac in eius corpore lacerando, atq, vexādo,cū animū satiare non posset, oculos pauerit suos. O multò miserior Dolabella, quā ille,qué tu miserrimū esse voluisti.Dolores Trebonius pertulit magnos: multi, ex morbi grauitate maiores:quos tamen non miseros,sed laboriosos[e] dicere solemus. longus fuit dolor bidui:[f] at cōpluribus hominib. annorū sæpe multorū.nec verò grauiora sunt[g] carnificum tormē-

9 ta,quā interdū cruciamēta morborū.¶ Alia sunt, alia,inquā,ô perditissimi homines,&amētissimi, multò miseriora. Nam,quo maior vis est animi, quā corporis,hoc sunt grauiora ea, quæ concipiūtur animo,quā illa,quæ corpore. miserior igitur,qui suscipit in se scelus,quàm is,qui alterius facinus subire cogitur. Cruciatus est à Dolabella Trebonius:& quidē à Karthaginiensib.[h] Regulꝰ.In qua re cū crudelissimi Pœni iudicati sint in hoste:[i] quid in ciue Dolabella iudicādus est?An verò hoc conferendū est?[k] an dubitādū,vter miserior:isne cuius mortē senatus,populusq; R,[l] vlcisceretur: an is,qui cunctis senatus sententia hostis est iudicatꝰ?nā ceteris quidē vitæ partib.quis est,qui possit sine Trebonij maxima cōtumelia cōferre vitā Trebonij[m] cū Dolabella?alterius consilium,ingenium,humanitatē, innocentiam,magnitudinem animi in patria liberanda, quis ignorat? alteri à puero pro deli-

ciis

b v.c.carnificémque Samiariū,
c L.ferendū medicè esse,si euenerit.m.
d L. atque in eius corpus
e al. solemus dicere long.
f L.at compluribus, annorum s. m.
g al.carnificum cruciamenta,quā interdum tormenta morb.
h L. Regulus. Quare cùm
i L. quid in ciue de Dolabella iudicandum? An
k L. aut dubitandum, vter m.
l L. vlcisci cupit:an is, qui cunctis senatus sententiis host.
m L. cum Dolabellæ?

ciis crudelitas fuit: deinde
tudo, vt in hoc sit semper læ
ret, quæ sibi obiici ne ab ini
verecundo. Et hic, dij immo
fuit meus amicus. occulta en
inquirenti, neque nunc for
essem, nisi ille vobis, nisi me
huic vrbi, nisi diis penatibus
mnium nostrûm: nisi deniqu
nitati iuuentus esset inimic
diligentiùs, & vigilantiùs ca
Etenim Dolabella non ita n
notos, ac insigneis latrones.
quàm multos habeat Anton
tré: quã facẽ, dij immortales
scelus? quẽ gurgitẽ? quã vor
sorbere animo, quid non h
cuius sanguinem non biber
possessiones, atque fortunas
oculos, spe, & mente defiger
nũ? qui se verbo prætorem e
dicebat. re certè [q] noluit? [r] q
sulatũ in Bruti locum peter
hoc quidem detestabile om
Quàm absurdum autem, qui
tuerit, eum petere consulatũ
tionem pro prætura putat. A
ille, homo summo ingenio, f
ex ædilitate cõsulatũ petit, f
quã leges eũ [s] nõ tenent, cre
me defẽdẽte, quinquies abso
ma vrbana, etiã in gladiator
iudicũ culpa, nõ mea est. eg
ma: illi debuerunt clarissimũ
senatorẽ in ciuitate retiner
hil aliud agere videtur: nisi
los iudices, quorũ res iudica
benè, & è rep. iudicauisse.
vno est. sunt alij in eisdẽ ca

n L. semper ipse lætatus,
o L. aliquã do fuit meus. occulta enim &c.
p v. c. notos, atque insignis latr.
q L. noluit.
r L. quid De stia? qui cõ sul. in Br. l. sepet. profitetur.
s L. non tenet propter eximiam, credo, dignitatem.
At
t L. illos, quorum res iudicatas, irr.

-nati, turpiter restituti. Quod horum consilium, qui omnibus bonis hostes sunt, nisi crudelissimũ, putatis fore? Accedit Saxa, nescio quis, quem nobis Cæsar ex vltima Celtiberia tribunũ pl. dedit, castrorum antea metator, nunc, vt sperat, vrbis: à qua cùm[u] sit alienissimus, suo capiti, saluis nobis dominetur. Cum hoc veteranus Capho: quo neminẽ veterani peius oderunt. His, quasi præter dotẽ, quam in ciuilibus malis acceperãt, agrum Campanum est largitus Antonius, vt haberent reliquorũ nutriculas prædiorum: quibus vtinã contenti[x] essent: ferremus: etsi tolerabile non erat: sed quiduis patiendum fuit, vt hoc teterrimũ bellũ nõ haberemus.

13 ‖Quid? illa castrorũ M. Antonij lumina, nónne ante oculos[y] proponitis? primùm duos collegas Antoniorum, & Dolabellæ, Nuculam, & Lentonem, Italiæ diuisores lege ea, quam senatus per vim latam iudicauit. quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. Quid dicã de Apulo Domitio? cuius bona modò proscripta[a] vidimus: tanta procuratorum est negligentia. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. Sed non possunt nõ prodigè viuere, qui nostra bona sperant, cùm effundunt sua.[b] Videte etiam P. Decij auctionẽ, clarissimi viri: [c] qui maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit. emtor tamen in ea auctione inuentus est nemo. Hominẽ ridiculũ, qui se exire ære alieno[d] putaret posse, cùm venderet aliena.

14 ‖Nã quid ego de Trebellio dicam? [e] quàm multæ videntur furiæ debitorum? vindicis enim tabularum nouarum nouam tabulam [f] vidimus. Quid de L. Planco? quẽ præstantissimus ciuis, Aquila, Pollentia expulit, & crure fracto: quod vtinam antè illi accidisset, ne huc redire potuisset. Lumen, & decus illius exercitus pænè præterij, [g] Caninium Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum Grę co verbo, [h] qui omnia iura dissoluit: nisi fortè dissoluit:

u L. sit alienus, suo capiti, saluis nobis, ominetur.

x al. esse possent:

y al. ponitis?

a L. vidi: t.

b L. Vidi etiam P. Decij

c L. qui maioru exempla p.

d L. putet posse, cum vendat al.

e L. quem vatæ videntur furiæ debitorũ. vindicem enim tab. nouar. nouam ta. vid.

f v. c. videmus.

g L. T. Anniũ Cimb. al. C. Annium

h L. quoniam omnia iura.

dissoluit:nisi fortè iure Ger
cidit.Cùm hanc, & huius g
habeat Antonius,quod scel
labella tantis se obstrinxe
quaquam pari latronum m
propter vt inuitus sæpe diss
sum eius sententiæ libente
dicare debetis,me non cum
cum causa diffidere. Itaque
sed etiã gratias ago Q. Fus
rã,grauẽ,rep. dignã senten
Dolabellã: bona eius censu
da.quò cùm addi nihil poss
cius potuit,quid seuerius[k]
men,si quis eorũ, qui post
uiorem sententiam dixisset
seueritatem quis potest non
[l]quoniam iudicatus est hos
est persequendus.neque eni
legionem,habet fugitiuos,
piorum manum : est ipse co
gladiatorio generi mortis a
quoniam cumDolabella ho
creto bellum gerendum est,
gendus.Duæ dictæ sunt sent
trã probo:alteram,quia sem
cesse,periculosam arbitror:
his tẽporib.existimo.[n] Nã
per imperium populare,atq;
mè vestræ grauitatis, mini
Bello Antiochi magno & gr
ni, Publij filio, obuenisset
putaretur esse animi,parum
ad collegam eius,C. Lælium
tré,negotium deferret:surre
ter maior L.Scipionis,& illã
liæ deprecatus est:dixítque&
mam virtutem esse, summún
que se ei legatum id ætatis,

i L. parricidiis.

k al. degenero?

*PARTITIO.

l L. quoniã hostis est, iudicatus Dolabella,

m L. quiescit:

n L. Nam extraordinarium imperium, populare, atque vent. est, minimè nostræ gr.

o L. bello Antiochino magno, & gr. cùm L. Scipioni prouincia Asia obuenisset, patrúmque p al. à familia dep.

defuturum. quod cùm ab eo esset dictum, nihil est, de Scipionis prouincia commutatum: nec plus extraordinarium imperium ad id bellū quæsitū quàm duobus antea maximis Punicis bellis, quę à consulibus, aut à dictatorib.[q] gesta & cōsummata sunt: aut quàm Pyrrhi, quàm Philippi quā pòst Achaico bello, quā Punico tertio: ad quod populus R.[r] ita ipse sibi delegit idoneum ducē P. Scipionem, vt eum tamen bellum gerere consulē vellet.

18 ‖Cū* Aristonico bellū gerendū fuit, L. Valerio, P. Licinio consulibus.[s] rogatus populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus consul, & pontifex maximus Flacco collegæ, flamini Martiali, multam dixit, si à sacris discessisset. quā multā populus remisit: pontifici tamē flaminem parere iussit. sed ne tū quidē populus R. ad priuatum detulit bellum. quamquam erat Africanus, qui anno antè de Numātinis[t] triumphauerat: qui cùm longè omneis belli gloria, & virtute superaret,[u] duas tātum tribus tulit.[x] Ita populus Romanus consuli potiùs Crasso, quàm priuato Africano bellum gerendum dedit. De Cn. Pompeij imperiis, summi viri, atq; omnium principis tribuni plebis turbulenti tulerunt. nā Sertorianum bellum à senatu priuato [y] datum est, quia consules recusabant: cùm L. Philippus pro consulib.[z] se eum mittere dixit, nō pro cōsule.

19 ‖Quæ igitur hæc comitia? aut quam ambitionem constantissimus, & grauissimus ciuis, L. Cæsar in senatum introduxit? clarissimo viro, atque innocentissimo decreuit imperium, priuato tamen, in quo maximum nobis onus imposuit.[a] Assensero. ambitionem induxero in curiam: negauero: videbor suffragio meo, tamquā comitiis, honorem homini amicissimo denegauisse. Quòd si comitia placet in senatu habere: petamus, ambiamus.[b] tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. [c] Cur comitiis Cæsar? ita vt aut præstantissimus vir, si tibi

num

q L. gesta, & confecta sunt: quam P.

r L. ita sibi ipse deleg. vide Fl. li. 2. c. 2.

s L. rogatus est populus.

t L. triumpharat:

v L. duas tamē trib. solas tulit.

x al. Itaque pop.

y al. delatū est, al. mandatum est,

z L. eum se mitt.

a L. Assensus ero? ambit. ind. in curiam: negaro: vid.

b L. tabella modò detur nob.

c L. Cur cōmittis, Cæsar, vt aut præst.

nũ sit assensum, repulsam tulisse videatur: aut vnusquisque nostrũ præteritus, si cùm pari dignitate simus, eodẽ honore digni nõ putemur. || At 20
enim (nam id exaudio) C. Cæsari adolescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. Ille enim mihi præsidium extraordinarium dederat. cũ dico mihi, senatui dico, populóque R. A quo resp. præsidiũ ne cogitatum quidem, tãtũ haberet, vt sine eo salua esse non posset, huic extraordinariũ imperiũ non darẽ? aut exercitus adimendus, aut imperium dandum fuit. Quæ est enim ratio, aut quĩ potest fieri, vt sine imperio teneatur exercitus? Nõ igitur, [d] quod ereptũ nõ est, est id existimandum esse datum. eripuissetis C. Cæsari, P. C. imperium, nisi dedissetis. milites veterani, qui illius auctoritatem, imperium, nomen secuti, pro rep. arma ceperant, volebant sibi ab illo imperari: legio Martia, [e] & quarta, ita se contulerat ad auctoritatem senatus, populique R. dignitatẽ, [f] vt eum deposcerent imperatorẽ, & ducẽ. Cæsari bellũ necessitas, fasceis senatus dedit. otioso verò, nihil agenti, priuato, obsecro te, L. Cęsar, (cũ peritissimo homine mihi res est) quando imperiũ senatus dedit? Sed de hoc quidem hactenus ne refragari homini amicissimo: ac de me optimè merito, videar. Etsi quis potest refragari non modò non petenti, verùm etiam recusanti? || Illa verò, P. C. aliena consulum di- 21
gnitate, aliena temporũ grauitate sententia est, vt consules, Dolabellæ persequẽdi causa, Asiam, & Syriam, sortiantur. Dicã, cur inutile reip. sed prius, quàm turpe consulib. sit, videte. Cùm cõsul designatus obsideatur, [g] in eóque liberando salus sit posita reip. cúmque à republica pestiferi ciues, parricidæque desciuerint: cúmque id bellum geramus, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus: &, si in potestatem quis Antonij venerit, proposita sint tormenta, atque cruciatus; cúmque harum rerum omnium

[d] L. quòd ereptum non est, id existimatũ est datum.
[e] L. & legio quarta ita se contulerant.
[f] L. vt deposcerent imperatorem & ducem, C. Cæsare. Imperium C. Cæsari belli necessitas, fasc. s. dedit. Otioso verò & nihil agenti, priuato. obs.
[g] L. cùm in eo liberando s. sit pos. rei. cũ à populo R. post. ciue. parricidæque desc.

omnium decertatio consulibus optimis, & fortissimis commissa, & commendata sit Asiæ, & Syriæ mentio fiet, vt aut suspicioni crimen,
22 aut inuidiæ materiam dedisse videamur?||At verò ita decernunt, vt liberato Bruto: id enim restabat: vt relicto, deserto, prodito. Ego verò mẽtionem omnino prouinciarum factam dico alienissimo tẽpore. quãuis enim intẽtus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est [h] ad fortissimum virum, & omnium clarissimum, liberandum: tamen rerum natura cogit te necessariò referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum, & partem aliquam in Asiam, & Syriam deriuare curæ, & cogitationis tuæ. Si autem fieri posset, vel pluries te animos habere vellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. quod quoniam fieri nõ potest, [i] isto animo; quem habes præstantissimũ, atque optimum, nihil volumus, nisi de Bruto, cõ-
23 gitare.||Facis tu id quidem, & eò maximè incumbis: duas tamen res, magnas præsertim non modò agere vno tẽpore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest. incitare, & inflammare tuũ [k] istud præstantissimum studium, non ad aliam vlla ex parte curam transferre debemus. Adde istuc sermones hominum, adde suspiciones, adde inuidiam. Imitare me, quem tu semper laudasti: qui instructam, ornatámque à senatu prouinciam deposui, vt incẽdium patriç, omissa omni cogitatione, restinguerem. nemo erit præter vnum me, quicum profectò, si quid interesse [l] putasses tua, pro summa familiaritate nostra [m] communicasses, qui credat, te inuito, prouinciam tibi esse decretam. Hanc, quæso, pro tua singulari sapientia reprime famã: atque effi-
24 ce, ne id, quod non curas, cupere videare.||Quod quidem eò vehementiùs tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspicionem [n] collega, vir clarissimus, non potest. nihil horum scit, nihil suspicatur: bellum gerit: in acie stat: de san-

h L. ad virũ fortissimũ, & omn.

i L. istoc animo, quẽ habes præstantiss. atq; opt. nihil te volumus,

k L. istuc,

l L. tua putasses.

m al. cõmunicauisses,

n al. collega tuus,

guine, & de spiritu decertat: antè prouinciam
sibi decretam audiet, quàm potuerit tēpus ei rei
datum suspicari. Vereor, ne exercitus quoq; no-
stri, qui non [o] delectus necessitate, sed volun-
tariis studiis se ad remp. contulerunt, tardētur
animis, si quidquam [p] aliud à nobis, nisi de in-
stanti bello cogitatum putabunt. Quòd si pro-
uinciæ consulibus expetendę videntur, sicut sæ-
pe multis clarissimis viris expetitæ sunt: reddi-
te priùs nobis Brutum, lumē, & decus ciuitatis:
qui ita conseruandus est, vt id signum, quod de
cælo delapsum, Vestæ custodiis continetur: quo
saluo, salui sumus futuri, [q] tunc in cælum vos, si
fieri poterit, humeris nostris tollemus: prouin-
cias certè dignissimas vobis deligemus. nunc
quod agitur, agamus. agitur autem, liberíne vi-
uamus, an mortem obeamus: quæ certè seruitu-
ti anteponenda est. ‖ Quid si etiam affert tardi- 25
tatem ista sententia, ad Dolabellam persequen-
dum? quando enim veniet consul? [r] an id exspe-
ctamus, quo ne vestigium quidem Asiæ ciuitatū,
atque vrbium relinquatur? ? At mittent aliquem
de suo numero. Valdè mihi probari potest, qui
paulò antè clarissimo viro priuato imperium,
extra ordinem non dedi. At hominem dignum
mittent. Num P. Seruilio digniorem? at eū qui-
dem ciuitas non habet. Quod ergo ipse nemi-
ni putat dandum, ne à senatu quidem, id ego
vnius iudicio delatū cōprobem? ‖ Expedito * no- 26
bis homine, & parato, P. C. opus est, & eo, qui
imperium legitimum habeat: qui præterea au-
ctoritatem, nomen, exercitum, perspectū animū
in rep. liberanda. Quis igitur is est? [s] aut M. Bru-
tus, aut C. Cassius, aut vterq; [6] Decernerē planè,
sicut * multa, consulem alterum, ambóue, ni E-
rutum colligassemus in Græcia, & eius auxiliū
ad Italiā vergere, quàm ad Asiam maluissemus:
[7] [t] non vt ex ea acie respectum haberemus, sed
vt ipsa acies subsidium haberet etiam transma-
rinum. Præterea P. C. M. Brutum retinet etiam

o L. dilectus necess.
p L. aliud in nobis, nisi
q aL. tunc vel in cælū vos,
r for. an id tempus exspectamus quo ne vest.
* CONFIRMATIO.
s L. aut M. Brutus, aut C. Cassius, aut vterq; Vtrumque decernerē planè sicut multi cons. alt. al. aut M. Brutum, aut C. Cassium, aut vtrumq; planè decernerem, sicut multi consulem alt.
* al. multis Senatusconsultis alterum ambóue, vel multi consulē,
t L. non vt

nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnam vrbem, & grauē: tenet, opinor, [u] Hellidē: tenet Amantiam: instat Epiro: vrget Illyricum: habet aliquot cohorteis, habet equitatum. hinc si Brutus erit traductus ad aliud bellum, Græciā certè amiserimus. Est autem etiam de Brūdisio, atque illa ora Italiæ prouidendum, quamquam miror tamdiu morari Antonium: solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. [x] Quod si confecerit Brutus, & intellexerit plus se reip. profuturum, si Dolabellā persequatur, quàm si in Græcia maneat: aget ipse per sese, vt adhuc quoque fecit: neque in tot incendiis, quibus confestim succurrendū est, exspectabit senatum.

u L. Byllidem

x for. quod bellum si confecerit Br.

27 Nam & Brutus, & Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit. Necesse est enim in tanta conuersione & perturbatione omnium rerum, temporibus potius parere, quàm moribus. nec enim nunc primùm aut Brutus, aut Cassius salutem, libertatémq; patriæ, legem sanctissimam, & morem optimū iudicauit. Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamē ego pro decreto putarem, [y] cùm essent [8] tales virtute, auctoritate, nobilitate summi viri: quorum alterius iā notus nobis est exercitus, alterius auditus. Nō igitur Brutus exspectauit decreta nostra, cùm studia nosset. neque enim est in prouinciam suā Cretā profectus: in Macedoniam alienā aduolauit, omnia sua putauit, quæ vos vestra esse velletis: legiones conscripsit nouas, excepit veteres, equitatum ad se abduxit Dolabellæ, atque eum nōdum tanto [z] parricidio oblitum hostē sua sententia iudicauit. nā ni ita esset, quo iure equitatum à consule abduceret?

y L. cùm essent tali virtute, auctoritate, nobil.

z L. paricidio.

28 [a] Quid C. Cassius, pari magnitudine animi, & cōsilij prçditus, nōne eo ex Italia consilio profectus est, vt prohiberet Syria Dolabellam? qua lege? quo iure? eo, quod Iupiter ipse sanxit, vt omnia, quæ rei-

a L. Quid? C. Cassius.

publicæ salutaria essent, legitima, & iusta haberentur. Est enim lex nihil aliud, nisi recta, & à numine deorũ tracta ratio, imperans honesta, prohibẽs contraria. Huic igitur legi paruit Cassius, cùm est in Syriam profectus, alienam prouinciã, si homines legibus scriptis vterentur: his verò

b L. vt ea ex v.

oppressis, suam lege naturæ. ‖Sed b vt ex vestra 29

quoque auctoritate firmetur, censeo: CVM P. Dolabella, quique eius crudelissimi, & teterrimi facinoris ministri, socij, adiutores fuerunt. hostes populi Romani, à senatu iudicati sint, cúmque senatus P. Dolabellam bello persequendum cẽsuerit, vt is, qui omnia deorum, hominũque iura nouo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit, ne

c L. patricidio obstr.

farioque patriæ se c parricidio obstrinxerit, pœnas diis hominibusque meritas, debitasque persoluat. ‖senatui placere C. Cassium, d procõsu- 30

d L. pro cos. prou.

lẽ prouinciã Syriã obtinere, vti qui eam optimo iure prouinciã obtinuerit: eũq; à Q.*Marcio Crispo procos. L. Scauro procõsule, *A. Plotio legato: exercitus accipere, eósq; ei tradere: cúmq; his copiis, & si quas præterea parauerit, bello P. Dolabellã terra, mariq; persequi: eius belli gerẽdi causa, quique ei videatur, naueis, nautas, pecunias, ceteráque. quæ ad bellũ gerendum pertineãt, vt imperãdi in Syria, Asia, Bithynia, põto, ius, potestatémque habeat: vtque, quamcúmque in prouinciam eius belli gerẽdi causa aduenerit, ibi maius imperium C. Cassij, pro cos. sit quã eius erit, qui eam prouinciam tum obtinebit, cũ C. Cassius pro coss. in eam prouinciam venerit: regem Deiotarum, patrem, & regem fi- 31

* al. Marco mendosè, e L. Statio Murco, pro cons. A. Alieno, legato exerc.

* al. A. Alieno.

f L. pecuniã ceteráque omnia, quæ ad b.

lium, si vt multis bellis sæpenumero imperium populi Romani iuuerint, item C. Cassium g proconsulem copiis suis, opibúsque iuuissent, senatui, populóque Romano gratum esse facturos: itémque si ceteri reges, tetrarchę, dynastæque fecissent, S. P. Q. R. eorum officij non immemorem futurum: vtique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter, amb óye, si eis vide-

g L. procõs.

Tetus,rep.recuperata,de prouinciis cõsularibus, Prætoriis, ad hunc ordinem primo quoque tẽpore referant. interea prouincia [h] ab iis,à quibus obtinentur,obtineantur, quoad cuique ex h aL. ab iis, quib. obt.
32 S.C. successum sit. Hoc S.consulto ardentẽ inflammabitis,& armatum armabitis Cassium.nec enim animum eius potestis ignorare,nec copias animus is est,[i] quẽ videtis:copiæ,quas audistis, i L. quem vidistis. fortis, & constantis viri, qui ne viuo quidem Trebonio Dolabellæ latrocinium in Syriã penetrare siuisset. Alienus,familiaris, & necessarius meus,post interitũ Trebonij profectus,medici quidem se legatum * Dolabellæ volet. Est * 12. Fam. ep.11. Qu. * Cæcilij Bassi,priuati illius quidem, sed * 12. Fam. ep.11 Str.li. fortis,& præclari viri,robustus,& victor exer-
33 citus. Deiotari regis &patris,& filij,& magnus 16.Dio. 47. & nostro more instructus exercitus: summa in filio spes,summa ingenij indoles, [k] summáque k L.summa virtus. virtus.Quid de patre dicam? cuius beneuolentia in populum Roman.est ipsius æqualis ætati: qui non solùm socius imperatorum nostrorum fuit in bellis,verùm etiam dux copiarum suarum. Quæ de illo viro Sylla,quæ Muræna, quæ Seruilius,quæ Lucullus quàm ornatè,quàm honorificè,quàm grauiter sæpe in senatu prædi-
34 cauerunt? Quid de Cn.Pompeio loquar:qui vnum Deiotarum in toto ore terrarum ex animo amicum, veréque [l] beneuolum,vnum fidelem l v. c. beniuolum, populo Romano iudicauit. Fuimus imperatores ego, & M. Bibulus in propinquis, finitimisque prouinciis. ab eodem rege adiuti sumus & equitatu, & pedestribus copiis. secutum est hoc acerbissimum, & calamitosissimum ciuile bellum. in quo quid faciendum Deiotaro? quid omnino rectius fuerit, dicere non est necesse: præsertim, cùm contrà ac Deiotarus sensit,victoria belli iudicarit. quo in bello si fuit error cõmunis,ei fuit cũ senatu: sin recta sententia,ne victa quidẽ causa,vituperanda est,

m L. dilectus,

n L. atque Phœnicè est

o al. cùm Pacori, nobilissimi ducis, max.

p L. Ego verò vet.

q al. eos verò veteran.

r L. C. Cæsaris auctoritatem beneficiorum paternorũ memores, hodiéque.

s al. obsede rant,

Ad has copias accedent alij reges, etiam[m] delectus accedent. neque verò classes deerunt: tãti Tyrij Cassium faciunt, tanti eius in Syria nomen,[n] atque Phœnicia est. Paratum habet imperatorem, C. Cassium. P. C. resp. contra Dolabellam, nec paratũ solùm, sed peritum, atq; fortem. magnas ille res gessit ante Bibuli summi viri aduentũ,[o] cùm Parthorum nobilissimos duces, maximasq; copias fudit, Syriámque immani Parthorum impetu liberauit. Maximã eius, & singularem laudem prætermitto. cuius enim prędicatio nondũ omnibus grata est, hãc memorię potius, quã vocis testimonio cõseruemus. 35

Animaduerti, P. C. dici iã à quibusdã, exornari etiã nimiùm à me Brutũ, nimiùm Cassium ornari: Cassio verò sentẽtia mea dominatũ, & principatũ dari. Quos ego orno? nẽpe eos, qui ipsi sunt ornamenta reip. Quid D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornaui? nũ igitur reprehenditis? an Antonios potiùs ornarem, non modò suarum familiarum, sed Ro. nominis probra, atque dedecora? an Censorinum ornem, in bello hostem, in pace sectorẽ? an cetera ex eodem latrocinio naufragia colligã? Ego verò istos, otij, concordiæ, legũ, iudiciorum, libertatis inimicos, tantum abest vt ornem, vt effici non possit, quin eos tã oderim, quàm remp. diligo. 36

Vide, inquit, ne veteranos offendas. hoc enim vel maximè exaudio.[p] Ego autẽ veteranos tueri debeo: sed hos, quibus sanitas est, certè timere nõ debeo:[q] eos veteranos, qui pro rep. arma ceperunt, secutique sunt[r] C. Cæsarem auctoritatem beneficiorum paternorũ, hodiéque remp. defendunt cũ magno periculo, nõ tueri solùm, sed etia cõmodis augere debeo. qui autẽ quiescunt, vt VI. & VIII. legio, in magna gloria, & laude ponendos puto. comites verò Antonij, qui postquã beneficia Cæsaris comederunt, cõsulẽ desisignatũ[s] obsident: huic vrbi ferrũ, ignẽq; minitan 37

tan

tantur:Saxæ ſe & [t] Caphoni tradiderunt,ad facinus,prædãque natis,num quis eſt qui tuendos putet?Ergo aut boni ſunt,quos etiã ornare : aut quieti,quos conſeruare debemus:aut impij,quorũ contra furorẽ,& bellũ,& iuſta arma [v] ſuſce-
38 pimus.||Quorũ igitur veteranorũ animos ne offendamus,veremur?eorũmne,qui D.Brutũ obſidione cupiunt liberare?quibus cùm Bruti ſalus cara ſit,quî poſſunt Caſſij nomen odiſſe? an eorum,qui vtriuſque armis vacant?non vereor, ne acerbius ciuis quiſquam iſtorum ſit,qui otio delectantur.Tertio verò generi non militũ veteranorum,ſed importuniſſimorũ hoſtiũ cupio quàm acerbiſſimum dolorem inurere.quamquã P.C.quouſque dicemus [x] ſentẽtias veteranorũ arbitratu?quòd eorum tantũ faſtidium eſt, quæ tanta arrogantia,vt ad arbitriũ illorũ [y] impera-
39 torem etiã deligamus?||Ego autem (dicendum eſt enim,P.C.quod ſentio) non tam veteranos intuendos nobis arbitror,quã quid tirones milites,flos Italiæ,quid nouæ legiones,[z] ad liberãdum patriã paratiſſimæ,quid cuncta Italia de veſtra grauitate ſentiat.nihil enim ſemper floret ætas ſuccedit ætati.diu legiones Cæſaris viguerunt,nunc vigent Panſæ,vigent Hirtij,vigẽt Cæſaris filij,vigent Planci:vincunt numero,vincunt ætatibus:nimirũ etiã auctoritate vincunt. Id enim bellũ gerunt,quod ab omnibus gentibus comprobatur.Itaque [a] his præmia promiſſa ſunt:illis perſoluta. fruantur his illi,perſoluantur his,quę ſpopondimus.id enim deos immortaleis ſpero æquiſſimum iudicare.[*]Quæ cùm ita ſint,eam,quam dixi ſententiam,vobis,P.C.cenſeo comprobandam.

t L. Caſoni

v L. cenſemus,

x L. ſententias dicemus vet.

y L. etiam imperatores deligamus?

z L. ad liberandam p.

a L. his promiſſa ſunt præmia.

* PERORATIO.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DVODECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

Non esse iterum legatos ad Antonium mittendos, multis argumentis docet.

* EXORDIVM.



ETsi * minimè decere videtur, P. 1
C. falli, decipi, errare eum, cui vos
maximis sæpe de rebus assentiami-
ni: consolor me tamen, quoniã vo-
biscum pariter, & vnà cũ sapiẽtis-
simo consule erraui. Nã cùm duo cõsulares, spẽ
honestę pacis nobis attulissent, quod erãt fami-
liares M. Antonij quòd domestici, nosse aliquod
eius vulnus, quod nobis ignotũ esset, videban-
tur. apud alterum vxor, liberi: alter quotidie li-
teras mittere, accipere, apertè fauere Antonio.
|| Hi subitò hortari ad pacem, quod iãdiu nõ fe- 2
cissent, non sine causa videbantur. Accessit con-
sul hortator. a At qui consul? si prudẽtiam quæ-
rimus, qui minimè falli possit: si virtutẽ, qui nul
lam pacem probaret, nisi Antonio cedente, atq;
victo: si magnitudinẽ animi, qui præferret mor-
tem seruituti. Vos autem P.C. non tã immemo-
res vestrorum grauissimorum decretorum, vide-
bamini, quàm, spe * allata deditionis, b quam a-
mici pacem appellare mallent, de imponendis,
non de accipiendis legibus cogitare. Auxerat
autem meam quidem spem, credo item vestrã,
quòd domum Antonij afflictam mæstitia audie-
bam, lamentari vxorem. c Hinc etiam fauto-
res

a al. At quis cons.

* al. oblata
b L. quam amici Antonij pacem appellarent de imp.
c L. Hic etiam faut.

res Antonij,quorum in vultu habitabant oculi
3 mei,tristiores videbam.|| Quod si nõ ita est, cur
à Pisone,& à Caleno potissimùm, cur hoc tem-
pore,cur tam improuisò, cur tam repente pacis
est facta mentio?Negat Piso [d] se scire , negat d L. scire se
audisse quidquam:negat Calenus rem vllã no- neg.
uam allatam esse,atque id nunc negant, postea-
quam nos pacificatoria legatione implicatos
putant.Quid ergo opus est nouo consilio, si in
re nihil omnino noui est?Decepti , decepti in-
quam,sumus,Patres conscripti.Antonij est acta
causa ab amicis eius,non publica. quod videbã
equidem,sed quasi per caliginem [e] perstrinxe- e L.præ-
rat aciem animi D. Bruti salus.Quòd si in bello strinxerat
dari vicarij solerent:libenter me, vt D. Brutus aciem.
4 emitteretur,pro illo includi paterer. || [f] Atqui f L.Atque
hac voce Q. [g] Fusij capti sumus:Ne si à Mutina g L. Fufij,
quidẽ recesserit,audiamus Antonium? ne si in
senatus quidem potestate futurum se dixerit?
durum videbatur:itaque fracti sumus : cessimus.
Recedit igitur à Mutina?Nescio. Paret senatui?
Credo,inquit Calenus:sed ita,vt teneat digni-
tatem,Valde hercule vobis laborandum est , P.
C.vt vestrã dignitatem amittatis , quæ maxima
est:Antonij quæ neque est vlla , neque esse po-
test,retineatis.vt eam per vos recuperet,quã per
se perdidit. Si iacens id nobiscum ageret, audi-
rem fortasse:quamquam (sed hoc malo dicere)
audirem. [h] instanti resistendum est, aut conce- h L.stanti
5 denda vnà cum dignitate libertas. || At non est resist.
integrum, constituta legatio est. Quid autem
integrum non est sapienti.quod restitui potest?
cuiusuis hominis est errare:nullius nisi insipiẽ-
tis in errore perseuerare. Posteriores enim co-
gitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse.
Discussa est illa caligo,quam paulò ante dixi:
diluxit.patet,videmus omnia,neque per nos so-
lùm,sed admonemur à nostris. Attendistis pau
lò antè , præstantissimi viri quæ esset oratio.

Mæstam, inquit, domum offendi, coniugem, liberos. Admirabantur boni viri. accusabāt amici, quòd spe pacis legationem suscepissem. nec mirum, P. Seruili. tuis enim verissimis grauissimisque sententiis, omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. || Ad 6
eum ire te legatum quis non miraretur? de me experior: cuius idem consilium, quod tuū, sentio quā reprehendatur, nos reprehendimur soli. quid? vir fortissimus Pansa, sine causa tam accuratè paulò ante locutus est tādiu? quid egit, nisi vti falsam à se suspicionem depelleret? vnde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino, quòd subitò suscepit, eodem captus errore, quo nos. ||* Quòd si est erratum, P.C. spe falsa, at 7
que fallaci: redeamus in viam. optimus est portus* pœnitenti, mutatio consilij. Quid enim per deos immortaleis potest reip. prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiā obfutura est? obfutura? [i] quid si etiā nocuit? an vos acerrimā illam, & fortissimā populi R. libertatis recuperandæ cupiditatem, non imminutā, ac debilitatā putatis legatione pacis audita? quid municipia censetis? quid colonias? quid cunctam Italiā? futuram eodem studio, quo contra cōmune incendiū exarserat? an non putamus fore vt eos pœniteat professos esse, & præ se tulisse odium in Antoniū, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos & animis & corporibus in salutē reip. cōtulerunt? Queadmodū [k] vestrū hoc consilium Capua probabit, quæ tēporib. his Roma altera est? illa impios ciueis iudicauit, eiecit, exclusit. illi, illi, inquā vrbi fortissimè conāti, è manibus est ereptus Antonius. || Quid legionum 8
nostrarum neruos nónne his consiliis incidimus? quis est enim, qui ad bellum inflammato animo sit futurus, spe pacis oblata? ipsa illa Martia, cælestis, & diuina legio, hoc nuntio languescet, & mollietur, atque illud pulcherrimum Martium nomen amittet: excident gladij: fluent

* REFVTATIO.

* al. pœnitētiæ,

i L. quid si iam obfuit? an vos acer. al. quid si etiā nocuit, atq; obfuit? an vos acerr.

k al. vestrū consilium hoc Cap.

arma de manibus.Senatum enim secuta,[l] nō ar-
bitrabitur se grauiore odio in Antoniū esse de-
bere,quàm senatū. Pudet huius legionis,pudet
Quartæ,quæ pari virtute nostram auctoritatem
probans,non vt consulem,& imperatorē suum,
sed vt hostem,& oppugnatorem patriæ reliquit
Antonium:pudet optimi exercitus,qui coniun-
ctus est ex duobus:qui iam lustratus, qui profe-
ctus ad Mutinam est:qui si pacis, id est, timoris
nostri nomen audiuerit:vt nō referat pedem,[m]
insistet certè,quis enim reuocante, & receptui
9 canente senatu,properet dimicare?|| Quid autem
hoc iniustius,quàm nos,insciētibus iis,qui bel-
lum gerūt,de pace decernere?nec solùm insciē-
tibus,sed etiam inuitis?An vos A.Hirtiū præcla-
rissimum consulem,C.Cæsarem,deorum benefi-
cio natum ad hæc tempora, quorum epistolas,
spem victoriæ declaranteis,in manu teneo, pacē
velle censetis? vincere illi expetunt: pacisque
dulcissimum & pulcherrimū nomen non pactio-
ne,sed victoria[n] cōcupierunt.Quid? Galliā quo
tandem animo hanc rem audituram putatis?Illa
enim huius belli propulsandi,administrandi,su-
stinendi principatum tenet.Gallia D. Bruti nu-
tū ipsum,ne dicā imperium, secuta, armis, viris,
pecunia,belli principia firmauit:eadem crudeli-
tati M.Antonij suū totū corpus obiecit:exhau-
ritur,vastatur,vritur. omneis æquo animo belli
patitur iniurias,dūmodò repellat periculū ser-
10 uitutis. || Et,vt omittam reliquas parteis Galliæ
(nam sunt omnes pares) Patauini alios excluse-
runt,alios eiecerūt,missos ab Antonio:pecunia,
militibus,&, quòd maximè deerat, armis,no-
stros duces adiuuerunt. fecerunt idem reliqui,
qui quondam in eadem causa erant, & propter
multorum annorum iniurias,alienati à sena-
tu putabantur, quos minimè mirum est, com-
municata cùm his repub. fideleis esse, qui e-
tiam expertes eius, fidem suam semper præ-
stiterunt.His igitur omnibus victoriam[o] spirā-

l L. non arbitrabitur sibi grauiori odio debere esse Antonium, quàm senatui.P.

m al.subsistet c.

n T.concupiuerunt.

o al.spectātibus.

tibus pacis nomen afferemus,id est, desperationē victoriæ? Quid,si ne potest quidem vlla esse pax?quæ enim est condicio pacis,in qua ei,cum quo pacem facias, nihil concedi potest? Multis rebus p à nobis est inuitatus ad pacē Antonius: bellum tamen maluit. missi legati, repugnante me:sed tamen missi. delata mandata:non paruit. denuntiatum est,ne Brutum obsideret,à Mutina discederet:oppugnauit etiam vehemētiùs,& ad eum legatos de pace mittemus,qui pacis nūtios repudiauit? verecundiorémne coràm putamus in postulando fore,quàm fuerit tum, cùm misit mandata ad senatum? q Atqui tum ea r petebat, quæ videbantur improba omnino,sed tamē aliquo modo posse concedi. nondum erat vestris s tā grauissimis,támque multis iudiciis, ignominiisque t concisus:nunc ea petit,quæ dare nullo modo possumus,nisi priùs volumus nos bello victos confiteri. 11

Senatusconsulta u falsa delata ab eo iudicauimus, num ea vera possumus iudicare?Leges statuimus per vim,& cōtra auspicia latas:iisque nec populum,nec plebem teneri.nū eas restitui posse cēsetis?Sestertiûm septies millies auertisse Antonium pecuniæ publicæ iudicauistis:num fraude poterit carere peculatus? x Immunitates ab eo,ciuitates,sacerdotia, regna venierunt.num figentur rursus eæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? y Quòd si ea, quæ decreuimus,obruere volumus,num etiā memoriam rerum delere possumus?quādo enim obliuiscetur vlla posteritas,cuius scelere in hac vestitus fœditate fuerimus?vt centurionum legionis Martiæ Brundisij profusus sanguine eluatur, nū elui prædicatio crudelitatis z poterit?vt media præteream,quæ vetustas tollet operū a citra Mutinam tetra monumēta,sceleris indicia,latrociniique vestigia? 12

Huic igitur importuno, atq; impuro b parricidæ,quid habemus,per deos immortaleis,quod remittamus? An Galliā vltimā, 13

&

p l. à nobis ad pacem est inuitatus Ant.

q al. Atqui cùm ea petebat, quæ videbantur impr. omnino, sed tamen aliquo m. p. concedi: nondum erat &c.

r L. postulabat,

s L. tā grauibus, tāq;

t L. conscisus.

v al. falsa relata al. falsò relata

x l. Immunitates ab eo ciuitatibus, sacerdotia.

y L. Quòd si ea, quæ decreuim', obruere:nū etiā mem.

z L. potest? a al. circum Mut.

b L. patricidæ.

& exercitum?[c] quid est aliud, quàm non pacem
facere, sed differre bellũ, nec solũ prorogare bel
lum, sed concedere etiam victoriã? An ille non
vicerit, quacũque conditione in hanc vrbem [d]
cũ suis armis venerit? Nunc omnia tenemus: au-
ctoritate valemus plurimũ: absunt tot perditi ci-
ues, nefarium secuti ducem. tamen eorum ora, [e]
sermones, qui ex eo numero in vrbe relicti sunt,
ferre non possumus. quid censetis, cùm tot vno
tempore irruperint? nos arma posuerimus, illi
non?[g] nónne nos nostris cõsiliis victos in per
14 petuum fore? || Ponite ante oculos M. Antoniũ
consularem: sperantem consulatum Lucium ad-
iungite: supplete ceteros, neque nostri ordinis
solùm honores & imperia meditáteis: nolite ne
Tirones quidẽ, Numisios,[h] & Mustellas, Saxásve
contemnere. cũ his facta pax, non erit pax, sed
pactio seruitutis. L. Pisonis, amplissimi viri, præ-
clara vox, à te non solũ in hoc ordine, Pãsa, sed
etiam in contione iure laudata est. Excessurum
se ex Italia dixit, deos penateis, & sedeis patrias
relicturum, si (quod dij omen [i] auerterent) rẽp.
15 oppressisset Antonius. || Quæro igitur à te Piso,
nonne oppressam remp. putes, si tot, tam impij,
tam audaces, tã [k] facinorosi recepti sint? quos
nondum tantis [l] parricidiis contaminatos vix
ferebamus, hos nũc omni scelere coopertos, to-
lerabileis censes ciuitati fore? Aut isto tuo, mihi
crede, consilio erit vtendum, vt cedamus, abea-
mus, vitam inopem, & vagam persequamur, aut
ceruices latronibus dandæ, atque in patria [n] ca-
dendum est. Vbi sunt, C. Pansa, illæ cohortatio-
nes pulcherrimæ tuæ, quibus à te excitatus sena-
tus, inflammatus populus Ro. nõ solùm audiuit,
sed etiam didicit, nihil esse homini Romano
16 fœdius seruitute? || Idcircóne saga sumsimus, ar-
ma cepimus, iuuentutem omnem [o] ex tota Ita
lia exciuimus,[p] vt exercitu florentissimo, & ma-
ximo legati ad pacem [q] mitterentur? si postulã-

Postulandam, quid timemus? In h.

c L. quid est aliud non pacem facere. s.
d L. cũ suis venerit? armis nũc omn t.
e L. sermonésque, qui in vrbe ex eo numero rel.
f L. illi non posuerint? ; nónne n. n.
g al. nónne vos vestris cons.
h L. & Mustelas Saxas, Seiósve cõtemnere. al. & Mustelas Seiósve cont.
i L. auerterint)
k v. e. facinerosi
l L. parricidiis
m L. vagãque perseq
n L. cadendum. Vbi sunt, &c.
o L. ex tota Italia excussimus,
p L. vt de exercitu florentiss.
q L. mitterentur? si accipiendã: cur non rogamus? si

dam, quid timemus? si accipiendam, cur non rogamur? In hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo, ne si dissensero quidē à ceteris, sciturus popul' R. sit? Ita fiet, vt, si quid remissum, aut cōcessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, cùm ei peccandi potestas à me concessa videatur. || Quòd si habenda [r] cum Antonij latrocinio pacis ratio fuit, mea tamē persona ad istam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Ego numquam legatos mittendos censui: ego ante legatorum reditum ausus sum dicere, Pacem ipsam si afferrent, quoniam sub nomine pacis bellum lateret, repudiandam. ego princeps sagorum: ego semper [s] illum hostem appellaui, cùm alij aduersarium: semper hoc bellum, cùm alij tumultum. ne hæc in senatu solū: eadē ad populū semper egi: nec solū in ipsum, [t] sed in eius socios, facinorum ministros, & præsenteis, & eos, qui vnà sunt: in totam denique M. Antonij domum sum semper inuectus. || Itaque, 17

r L. cum M. Antonij latr.

s al. illum appellaui hostē, cùm

t L. sed in eius socios facinorum, & ministros,

18 vt alacres, & læti, spe pacis oblata, inter se impij ciues, quasi vicissent, gratulabantur: sic me iniquum [v] eiurabant: de me querebantur: diffidebāt etiam Seruilio. meminerant, eius sententiis confixum Antonium: L. Cæsarem, fortem quidē illū, & constantem senatorem, auunculum tamē Calenum, procuratorem: Pisonem, familiarem: te ipsum, Pansa, vehementissimū, & fortissimū consulem, factum iam putant leniorem: [x] non quò ita sit, aut esse possit: sed mentio à te facta pacis, suspicionem multis attulit immutatæ volūtatis. Inter has personas me interiectū amici Antonij molestè ferūt: quibus gerendus mos est, quoniā semel liberales esse cœpimus. || Proficiscātur legati optimis omnibus: sed ij proficiscantur, in quibus non offēdatur Antonius. Quòd si de Antonio non laboratis, mihi certè, P.C. consulere debetis, parcite oculis saltem meis, & aliquam veniā iusto dolori date. Quo enim aspectu videre 19

v L. eierabant:

x al. non quòd ita sit

re potero (mitto hoſtem patriæ:ex quo mihi o-
dium in illum cõmune vobiſcum eſt) [y] quomo-
do adſpiciam mihi vni crudeliſſimum hoſtem,vt
declarant eius de me acerbiſſimæ contiones? A-
deóne me ferreum putatis,vt,cum eo congredi,
aut illũ adſpicere poſſim?qui nuper,cũ in cõtio-
ne donaret eos,qui ei de [z] parricidis audaciſſimi
videbantur.[a] mea bona donare ſe dixit.5 Petiſ-
ſio [b] Vrbinati,qui ex naufragio luculenti patri-
20 monij ad hæc Antoniana ſaxa proiectus eſt.|| An
L.Antoniũ adſpicere potero?cuius ego crudeli-
tatẽ effugere non potuiſſem,niſi me mœnibus &
portis,& ſtudio municipij mei defendiſſem.At-
que idẽ hic myrmillo Aſiaticus,latro Italiæ,col
lega Lentonis, & Nuculæ, cùm aquilæ primipli
nũmos aureos daret,de meis bonis ſe dare dixit:
ſi enim de ſuis dixiſſet,ne Aquilam quidẽ ipſam
crediturã putauit.Non ferent,inquam,oculi Sa-
xã,[c] Caphonẽ,nõ duos prætores,non trib. pl. [d]
non duos deſignatos tribunos,non Beſtiam,non
Trebelliũ,non Plancũ,non poſſum animo æquo
videre tot,tã importunos,tã ſceleratos hoſteis:
21 [e] nec id fit faſtidio meo,ſed caritate reip. || Sed
vincam animum,mihique imperabo : dolorẽ iu-
ſtiſſimũ,ſi non potero frãgere,occultabo.Quid?
vitæ cenſetiſne, P.C.habendam mihi aliquã eſſe
rationẽ?quæ mihi quidem minimè cara eſt,præ-
ſertim cùm Dolabella fecerit,vt optanda mors
eſſet,modò ſine cruciatu,atque tormentis:vobis
tamen,& populo R.[f] vilis eſſe ſpiritus meus nõ
debet.is enim ſum,niſi fortè me fallo, qui vigi-
liis,curis,ſententiis,periculis etiã,quæ plurima
adij,propter acerbiſſimum omnium in me odiũ
impiorum,perfecerim,4 vt non [g] obſtarẽt reip.
22 ne quid arrogantiùs videar dicere. || Quod cùm
ita ſit,nihilne mihi de periculo meo cogitandũ
putatis?Hic [h] cùm in vrbe eſſem,ac domi, tamẽ
multa ſæpe tentata ſunt. vbi me non ſolùm a-
micorum fidelitas , ſed etiam vniuerſæ ciuita-
tis

y L.ſed quo modo adſpiciam.
z L.parricidis
a L.de meis bonis donare ſe d.
b al.Vrinati,
c L.Caſonẽ non duo prætores , non tribunum pl.
d non duo deſ.
e al. nec id faſtidio m. ſed car.
f L. vili ſpiritus meus eſſe non debet. al.vilis me• ſpiritus eſſe non debet.
g L.obſtarẽ reip.
h L.cũ eſſe in vrbe , ac domi,

tis oculi custodiunt. quid censetis, cùm iter ingressus ero, longum præsertim? nullásne insidias pertimescendas? Tres viæ sunt ad Mutinam, quò festinat animus, vt quàm primùm illud pignus libertatis populi R. D. Brutum adspicere possim: cuius in complexu libenter extremum vitæ spiritum ediderim, [i] cùm omnes actiones bonorū, omnes sententiæ meæ peruenerint ad eum exitum, mihi fuit propositus. Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. ‖ Nunc, quæso, attendite, num aberret 23
à coniectura suspicio periculi mei. Etruriam discrimina Cassia. scimúsne igitur, Pansa, quibus in locis nunc sit Lentonis Censenij septemuiralis auctoritas? nobiscū nec animo certè est, nec corpore, si autem aut domi est, aut non longè à domo, certè in Etruria est, id est, in via. Quis igitur mihi præstat, Lentonem vno capite esse contētum? Di: mihi prætereà, Pansa, Ventidius, vbi sit, cui fui semper amicus, antequā ille reip. bonísque omnibus tam apertè est factus inimicus. Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam. quid, si Anconiam, vt dicitur, Ventidius venerit? poteróne Ariminum tutò accedere? Restat Aurelia. Hic quidem etiam præsidia habeo. possessiones enim sunt P. Clodij. tota familia occurret: hospitio inuitabit, propter familiaritatē notissimam. ‖ Hisce ego me viis cōmittam, qui Ter- 24
minalibus nuper in suburbium, vt eodem die reuerterer, [k] ire nō ausus sim? domesticis me parietibus vix tueor, sine amicorum custodiis. Itaque in vrbe maneo. [l] si licebit, manebo, hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidiū statiuum. teneāt alij castra, regna, res bellicas: [m] oderint hostem: nos, vt dicimus, sempérque fecimus, vrbem, & res vrbanas vobiscum pariter tuebimur. Neque verò recuso munus hoc, quāquam populum Ro. video pro me recusare. nemo me minùs timidus, nemo cautior. res declarat.

i L. cū omnes actiones horum mensū omnes sent. meæ peru. ad eū, qui mihi fuit propositus, exitū. Tres

k L. ire non sum ausus?

l L. si sic licebit, man. al. & si licebit,

m L. sudeterint hostē, al. adeant hostem, al. adierint.

tat.[n] vigesimus annus est, cũ omnes scelerati me vnum petunt. Itaque ipsi, ne dicã mihi, reip. pœnas dederunt: me saluum adhuc resp. cõseruabit sibi. Timidè hoc dicam: scio enim quiduis homini accidere posse: verumtamen semel [o] circũsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens, vt honestissimè [p] exsurgere possẽ.

25 || Possũmne igitur * satis videri cautus, satis prouidus, si me huic itineri tam infesto, támq; periculoso, commisero? [q] gloriam in morte debent ij, qui in rep. versantur, non culpæ reprehensionem, & stultitiæ vituperationẽ relinquere. Quis bonus non luget mortem Trebonij? [r] quis non dolet interitum talis & ciuis, & viri? At sunt qui dicant (durè illi quidem, sed tamen dicũt) minùs dolendum, [s] quòd ab homine impuro, nefarióq; non cauerit. etenim qui multorum custodem se profiteatur, eũ sapientes sui primùm capitis aiũt custodem esse oportere. Cùm septus sis legibus, & iudiciorũ metu, non sunt omnia timenda, neque ad omneis insidias præsidia quærenda, quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene

26 comitatum, quis illustrẽ aggredi? || Hæc neque hoc tẽpore, neque in me valẽt. non modò enim pœnam non extimescet, qui mihi vim attulerit: sed etiam gloriã sperabit à latronum gregibus, & præmia. Hæc ergo in vrbe prouideo: facilis est circumspectus, vnde exeam, quò progrediar, quid ad dexterã, quid ad sinistrã sit, nũm idẽ in [t] Apennini tramitibus facere potero? in quibus, etiam si nõ erunt insidiæ, quæ facillimè esse poterunt, animus tamẽ erit sollicitus, vt nihil possit de officiis legationis attendere. Sed effugi insidias perrupi [u] Apenninum. nempe in Antonij congressum, colloquiumque veniendũ est. Quinam locus capietur? si extra castra: ceteri viderint. ego mortẽ actutũ [x] futurã puto, noui hominis furorem, noui effrenatam violentiã. Cuius acerbitas morum, immanitásque naturæ, ne vino

[n] al. vicesimus
[o] al. circum septus
[p] L. possem exsurgere.
* al satis vobis videri cautus.
[q] al. solam enim gloriam in m.
[r] al. quis nõ dolet interitu talis
[s] al. quòd ab hoc homine.
[t] al. Appẽnini
[u] al. Appẽninum.
[x] al mihi futuram p.

quidẽ permiſta temperari ſolet:hic ira, demen-
tiáque inflammatus, adhibito fratre Lucio, te-
terrima[y] bellua,numquam profectò à me ſacri-
legas manus,atque impias abſtinebit.||Memini* 27
colloquia & cũ acerrimis hoſtibus,& cũ grauiſ
ſimè diſſentientibus ciuibus.Cn.Põpeius, Sexti
filius,cõſul,me præſente, cùm eſſem tiro in eius
exercitu,[z] cùm P.Vettio Catone,duce Marſorũ,
inter bina caſtra collocutus eſt. quo quidẽ me-
mini Sex.Pompeium,fratrem conſulis,ac collo-
quium ipſum Roma venire,doctum virum , atq;
ſapientem:[a] quẽ Cato cùm ſalutaſſet,quẽ te ap-
pellem?inquit.At ille,voluntate , hoſpitem:ne-
ceſſitate, hoſtẽ.Erat in illo colloquio æquitas:
nullus timor , nulla ſuberat ſuſpicio : mediocre
etiam odiũ.non enim vt eriperẽt nobis ſocij ci-
uitatem,ſed vt in eã reciperentur,petebant Syl-
la cũ Scipione inter Cales,& Teanum,cùm alter
nobilitatis florẽ, alter belli ſocios adhibuiſſet,
de auctoritate ſenatus,de ſuffragiis populi,& de
iure ciuitatis,[b] legis ſinter ſe condiciones con-
tulerunt , non tenuit omnino colloquium illud
fidem:à vi tamen,periculóq;a[c] bfuit.Poſſumúſne
igitur in Antonij latrocinio [d] æquè eſſe , vt hi?
non poſſumus : aut, ſi ceteri poſſunt , me poſſe
diffido.|| Quòd ſi non extra caſtra cõgrediemur: 28
quæ ad colloquium caſtra ſumẽtur in noſtra il-
le numquam veniet : multò minùs nos in illius.
reliquum eſt , vt & accipiantur , & remittantur
poſtulata per literas,ergo erimus in caſtris,mea
ad omnia poſtulata vna ſententia : quam cùm
hîc,vobis audientibus,dixero, iſſe,& rediſſe me
putatote?legationem cõfecero omnia ad ſena-
tum mea ſententia[e] reiiciam,quæcumque poſtu-
labit Antonius. Neque enim licet aliter , neque
permiſſum eſt nobis ab hoc ordine , vt , bellis
confectis, , decem legatis permitti ſolet more
maiorum:neque vlla omnino à ſenatu mandata
accepimus,quæ cùm agam in conſilio , nonnul-
lis,

y v. c. & L. belua,
* Colloquia cum acerrimis hoſtibus vtilia.
z al. cum P. Vectio Scatone,
a al. quem Scato.
b L. leges inter ſe, cõditionéſque tulerunt,
c L. afuit
d L. æquè eſſe tuti? nõ poſſ.
e v. c. reiiciam.

lis, vt arbitror, repugnantibus, nónne metuen-
dum est, ne imperita militum multitudo per me
29 pacem distineri putet? Facite, hoc meũ consiliũ
legiones nouas non improbare. nã Martiam, &
quartam nihil præter dignitatem, & decus, pro-
baturas esse, certò scio. Quid? veteranos nõ vere-
mur? nam timeri se ne ipsi quidem volunt. Sed
quónam modo accipiẽt seueritatem meã? Multa
enim falsa de me audierunt: multa ad eos impro-
bi detulerunt, quorum commoda, vt vos opti-
mi testes estis, f semper ego sententia, aucto- f al. semper sententia, auctoritate, &c.
ritate, oratione firmaui: sed credunt improbis,
credunt turbulẽtis, credunt suis. Sunt autẽ for
tes illi quidem, sed propter memoriam rerum,
quas gesserunt pro populi Ro. libertate, & salu-
te reip. nimis feroces, & ad suam vim omnia no-
30 stra consilia reuocãtes. Horum ego cogitatió-
nem nõ vereor: impetum pertimesco. Hæc quo-
que g pericula tanta si effugero, satisne tutũ re- g l. tanta pericula si eff.
ditum putatis fore? Cùm enim & vestra auctori-
tate, & meo me more defendero, & meam fidem
reip. constantiámque præstitero: tum erunt mihi
non hi solùm, qui me oderũt, sed illi etiam, qui
inuident, extimescendi. *Custodiatur igitur mea * PERORATIO.
vita reip, eáque, quoad vel dignitas, vel natura
patietur, patriæ reseruetur: mors autem necessi-
tatem habeat fati. aut, si antè oppetenda est, op-
31 petatur cum gloria. Hæc cùm ita sint, etsi hanc
legationem resp. vt leuissimè dicam, nõ deside-
rat, tamen, si tutò licebit ire, proficiscar. omni-
no, P. C. totum huiusce rei consilium non peri-
culo meo, sed vtilitate reip metiar, de qua mihi
quoniam liberum est spatium, multum etiam,
atque etiam considerandum puto, idque potis-
simùm faciendum quòd maximè interesse reip. h l. iudicarim.
h iudicauero.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA decimatertia.

ORATIO QVINQVAGESIMA QVINTA.

Negat cum Antonio pacem tutam esse posse. Exponit literas Antonij ad Hirtium & Cæsarem.

a L. A principio

* EXORDIVM.

b L. cōſcele ratiſque

c L. recuperandæ

d L. dulce enim etiam nom.

* locus deſumptus ex 9. Iliad. Homeri. Vide Vict. L. var. lect. c. 3.

e al. nec publicas leges videtur, nec libertatis iura, cara habere, quem diſc.

f L. cùm auctoré ipſu iure cæſum fatemur?

* REFVTATIO.

g L. inexpiabile:

i L. Sylla ſiue faciebat, ſiue ſimulabat, non er.

k L. voluiſſet omnino in rep. ſan.



1 [a] IN * PRINCIPIO huius belli, P. C. quòd cū impiis ciuibus,[b] ſceratiſque ſuſcepimus, timui, ne cōdicio inſidioſa pacis, libertatis re cuperandæ ſtudia reſtingueret, [d] dulce enim nomen eſt pacis: res verò ipſa cū iucūda, tū ſalutaris * Nā nec priuatos focos, [e] nec publicas leges, nec libertatis iura, cara habere poteſt, quē diſcordiæ, quē cædes ciuium, quem bellū ciuile delectat: eūq; ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandū puto. Itaque ſiue Sylla, ſiue Marius, ſiue vterq;, ſiue Octauius, ſiue Cinna, ſiue iterū Sylla, ſiue alter Marius, & Carbo, ſiue quis alius ciuile bellū optauit, eū deteſtabilē ciuē rei. natū iudico.

2 Nā quid ego de proximo dicā cuius acta defendimus, [f] cū ipſum iure cæſum fateamur? Nihil igitur hoc ciue, nihil hoc homine tetrius: ſi aut ciuis, aut homo habēdus eſt, qui ciuile bellum concupiſcit. * Sed hoc primū vidēdum eſt, P. C. cū omnibúſne pax eſſe poſſit, an ſit aliquod bellum [g] expiabile: in quo pactio pacis, lex ſit ſeruitutis. Pacem cum Scipione [i] Sylla faciebat. non erat deſperandam ſi conueniſſent, fore aliquē tolerabilem ſtatū ciuitatis. Cinna ſi concordiam cū Octauio confirmare [k] voluiſſet hominum, in rep. ſanitas remanere potuiſſet. Proximo bello ſi aliquid de ſumma

gra

grauitate Pompeius, multum de cupiditate Cæ-
sar[l] dimisisset: & pacem stabilem, & aliquā rēp.
3 nobis habere licuisset. ¶ Hoc verò quid est? cum
Antoniis pax potest esse? cum Censorino, Ven-
tidio, Trebellio, Bestia, Nucula, [m] Munatio,
Lentone, Saxa? Exempli causa, paucos nomina-
ui, genus infinitum, immanitatémque ipsi cer-
nitis reliquorum. Addite illa naufragia Cæsa-
ris amicorum, Barbas, Cassios: * Barbatios,
Polliones: addite Antonij collusores, & soda-
leis, Eutrapelum, Melam, Cœlium, Pontium,
Crassicium, Tironem, Mustelam, [n] Petissium:
comitatum relinquo: duces nomino. huc ac-
cedunt Alaudæ, ceterique veterani, seminarium
iudicum [o] tertiæ decuriæ, qui, suis rebus exhau-
stis, beneficiis Cæsaris deuoratis fortunas no
4 stras [p] concupierunt. ¶ ô fidam dexteram Anto-
nij, qua ille plurimos ciueis trucidauit: ô ra
tum, religiosúmque fœdus, [q] quod cum his fe
cerimus. [r] Hoc si M. Antonius violare conabi
tur, Lucij eum sanctitas à scelere reuocabit. Il-
lis locus si in hac vrbe fuerit, vrbi ipsi locus nō
erit. Ora vobis eorum [s] ponite, P.C. ante oculos,
& maximè Antoniorum: incessum, adspectum,
vultum, spiritum, latera tegenteis alios, sequen
teis alios, alios progredienteis amicos. [t] quam
vim anhelitus? quas contumelias fore censetis,
mináśque verborum? nisi fortè eos pax ipsa le-
niet, maximéque cùm in hunc ordinem vene
rint: salutabunt benignè, comiter appellabunt
5 vnumquemque nostrûm ¶ Non recordamini, per
deos immortaleis, quas in eos sententias dixe
ritis? acta [u] Antonij rescidistis: leges refixistis:
per vim, & contra auspicia latas decreuistis: to
tius Italiæ [x] delectus excitastis: collegā, & sociū
scelerum omnium, hostem indicauistis. cum hoc
quæ pax [y] esse potest? Si esset externus hostis,
tamen id ipsum vix, talibus factis, posset ali-

l L. remisisset:
m libri vul Numatio,
* al. Barbatos. fuit enim Barbatus quæstor Antonij.
n al. Petusium: al. Petitrum:
o al. decuriæ tertiæ,
p L. concupiuerunt.
q L. quod cum Antonio fecerimus.
r L. Hoc si Marcus violare conab. Lucij &c. al. Hoc si Marcus violare c.
s v. c. ponite ante oculos,
t al. quem vim anhelitum?
v L. M. Antonij resc.
x L. delectus excitauistis
y v. c. potest esse? Hostis si esset externus, id ipsum vix, tal. factis, poss. aliquo modo. si maria,

quo modo. sed si maria, montes, regionum magnitudines interessent, [a] odisses eum, quē nō videres: hi in oculis hærebunt, &, cùm licebit, in faucibus. quibus enim septis tā immaneis belluas[1] continebimus? At incertus exitus belli est. Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, [b] virtute præstare tantum, vt possint fortunæ culpam non extimescere ‖ Sed quoniam 6
ab hoc ordine non fortitudo solùm, verùm etiā sapientia postulatur: [c] quamquam videntur hęc non posse seiungi, seiungamus tamen. fortitudo dimicare iubet, iustum odium incendit, ad cōfligendū impellit, vocat ad periculum. Quid sapientia? cautioribus vtitur consiliis, in posterū prouidet, est omni ratione [d] protectior, quid igitur censet? parendum est enim: atque id optimum iudicandum, quod sit sapientissimè constitutum. Si hoc præcipit, ne quid vita existimē antiquius, ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimen, quærā ex ea, [e] etiámne fuerit, cùm id fecero, seruiendum. si annuerit: næ ego [f] istā sapientiam, quamuis sit erudita, non audiā. sin responderit, Tu verò ita vitam, corpusq; seruato, ita fortunas: ita rem familiarem, [g] vt hæc posteriora libertate ducas, itaque his vti velis, [h] si liberare remp. possis: nec pro his libertatē, sed pro libertate hæc proiicias, tāquam pignora iniuriæ: tum sapientiæ vocem audire videar, [i] eique, vti deo paream. ‖ Itaque si, receptis il- 7
lis, possumus esse liberi, vincamus odium,[2] pacemque potiamur: sin liber, viuis his, incolumibusque esse nullus potest: lætemur decertandi oblatam esse fortunam. [3] [k] aut enim victis his, fruemur victrice rep. aut oppressi, (quod omen auertat Iupiter) si non spiritu, at virtutis laude viuemus. At enim nos M. Lepidus, imperator *iterum, pontifex maximus, optimè proximo ciuili bello de repu. meritus, ad pacem adhortatur.

a L. odissetis eum, q. non videretis, hi
a al. continebitis?
b L. virtutem præstare: tantum enim possunt fortunæ culp. nō ext. b.
c L. quamquam vix videntur hæc posse seiungi,
d L. tectior
e L. etiámne si erit, cùm id fecero,
f L. sapientiam istam,
g L. vt hæc libertate posteriora ducas,
h L. si liberare rep. possis:
i L. pacémque patiamur, sin otium, incolumibus his, esse nullum potest.
k L. aut enim his fruemur, vict. rep. aut oppressa, (quod &c.
* quidam nō habent vocem iterum.

tatur. Nullus apud me, Patres conscripti, auctoritas maior est, quàm M. Lepidi, vel propter ipsius virtutem, vel propter familiæ dignitatem. accedunt eodem multa priuata, magna eius in me[l] merita, ac mea quædam in illum. maximum verò eius beneficium numero, quòd hoc animo in remp. est: quæ mihi vita mea semper fuit carior.
8 || Nam cùm magnum Pompeium, clarissimũ adolescentem, præstantissimi viri filiũ, auctoritate adduxit ad pacem, rẽq; publicã sine armis, maximo ciuilis belli periculo liberauit: tum eius beneficio plus quàm pro virili parte obligatum puto. Itaque ei & honores decreui, [m] quàm potui amplissimos: in quib. vos mihi estis assensi: nec vmquam de illo & sperare optimè, & loqui destiti. magnis & multis pignorib. M. Lepidũ resp. [n] obligatum tenet: summa nobilitas est hominis, summi honores, amplissimum sacerdotiũ, plurima vrbis ornamenta, ipsius, fratris, maiorũq; monumenta: probatissima vxor, optatissimi liberi, res familiaris cùm ampla, tũ casta à cruore ciuili. nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio, & misericordia liberati. Talis igitur vir, & ciuis, opinione labi potest, voluntate à reip. dissidere nullo pacto potest.
9 || Pacem vult M. Lepidus. Præclarè si talem potest efficere, qualẽ nuper effecit: qua pace Cn. Põpeij filiũ resp. adspiciet, suóque sinu complexuque recipiet: neque solùm illum: sed cũ illo seipsã sibi restitutam putabit. Hæc causa fuit, [o] cur decerneretis statuã in Rostris cũ inscriptione præclara: cur absenti triumphum. quamquã enim magnas res bellicas gesserat, & triũpho dignas, nõ erat tamẽ ei tribuendum, quod nec L. Aemilio, nec Aemiliano Scipioni, nec superiori Africano, nec Mario, nec Pompeio, qui maiora bella gesserunt: sed, quòd silentio [p] ciuile bellum confecerat, [q] primùm vt licuit, honores in eum maximos contulistis.
10 || Existimásne igitur, M.

l L. merita, mea quæd. officia in illum.

m v.c. quos potui ampl.

n L. illigatum tenet, summa nobilitas est, omnes honores, ampliss.

o L. cur ei decern.

p L. bellum ciuile cõf.

q L. cùm primùm li cuit.

Lepide, qualem Pompeium resp. habitura sit ciuem, [r] taleis futuros Antonios? in altero pudor, grauitas, moderatio, integritas: in illis (& cùm hos compello, [s] prætereo omnino ex grege latrocinij neminem) libidines, scelera, ad omne facinus immanis audacia. Deinde obsecro vos, Patres conscripti, quis hoc vestrûm non videt, quod fortuna ipsa, quæ dicitur cæca, vidit? salui enim actis Cæsaris, quæ concordiæ causa defendimus, Pompeio sua domus patebit: eámq; non minoris, quàm emit Antonius, redimet, redimet, inquam Cn. Pompeij domum filius. O rem acerbam! Sed hæc satis diu, multúmque defleta sunt. Decreuistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriis in prædę dissipatione inimicus victor redegisset. || Sed hanc mihi * dispensationem pro paterna necessitudine, & coniunctione deposco, redimet hortos, ædeis, vrbana quædam, quæ possidet Antonius. nam argentum, vestem, supellectilem, vinum amittet æquo animo, quæ ille [t] helluo dissipauit. Albanũ, [u] Formianum à Dolabella [x] recuperabit: etiã ab Antonio Tusculanum. hique, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno * Anseres depellentur. Sunt alij plures fortasse: sed mea memoria dilabuntur. Ego etiam eos dico, qui hostium numero non sunt, Pompeianas possessiones, quanti emerint, filio redituros. || Saeis inconsiderati fuit, ne dicam audacia, rẽ vllã ex illis attingere, retinere verò quis poterit, clarissimo domino restituto? An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco, Pompeius seruus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupauit? Atque illud septies millies, quod adolescenti, P. C. spopondistis, ita describite, vt videatur à vobis Cn. Pompeij filius in patrimonio suo collocatus. Hæc senatus. reliqua populus Rom. in ea familia, quam vidit amplissimam, per-

11 (beside "dispensationem", right margin)

12 (beside "redituros", right margin)

[r] L. taleis futuros in rep. Antonios?

[s] o. v. c. prætereo animo ex gr so prætereo omni ex grege, &c.

* al. dissipationem

[t] L. heluo

[u] L. Firmanum

[x] L. reciperabit:

* Quidam anserum nomine intelligunt laudum Antonij scriptores, quibus ipse Antonius ex Pompeij bonis in Falerno dederat.

ſequetur: in primis paternum auguratus locum, [y] in quo ego eum, vt, quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Vtrum igitur augurem Iouis optimi maximi, cuius interpretes, internuntiíque constituti sumus, vtrũ populus R. libentiùs sanciet, Pompeium, an Antonium? Mihi quidẽ numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluiſſe, vt actis Cæſaris firmis, ac ratis, Cn. Pompeij filius poſſet & dignitatem, & fortunas patrias [z] recuperare.

y L. in quẽ ego eum.

z v.c. reciperare.

13 ||Ac ne illud quidem ſilentio, P.C. Prætereũdum puto, quòd clariſſimi viri legati, L. paulus, Qu. Thermus, C. Fannius, quorũ habetis cognitã voluntatem in remp. eámque perpetuam, atq; cõſtantem, nuntiant, ſe Põpeij conueniendi cauſa [a] diuertiſſe Maſſiliã, eũq; cognouiſſe paratiſſimo animo, vt cũ ſuis copiis iret ad Mutinã, ni vereretur veteranorum animos offendere. Eſt verò eius patris filius, qui ſapienter faciebat non minùs multa, quàm fortiter. Itaque intelligitis & animum ei præſtò fuiſſe, nec conſilium defuiſſe. Atque etiam hoc M. Lepido prouidendũ eſt, ne quid arrogantiùs, quàm eius mores ferunt, facere videatur

a L. deuertiſſe M.

14 ||Si enim nos exercitu terret, nõ meminit illũ exercitum, ſenatus, populique R. atq; vniuerſæ reip. eſſe, [b] non ſuum? At vti poteſt pro ſuo. Quid tum omniáne viris bonis, quæ facere poſſunt, facienda ſunt? etiãne ſi turpia, ſi pernicioſa erũt, ſi facere omnino nõ licebit? Quid autem turpius, aut fœdius, aut quod minus deceat, quã cõtra ſenatũ, cõtra ciueis, cõtra patriã exercitũ ducere? quid verò magis vituperandũ, quàm id facere, quod nõ liceat? Licet autẽ nemini cõtra patriã ducere exercitũ: ſi quidẽ licere dicimus, quod legibus, quod more maiorũ, inſtitutiſque conceditur. Neq; enim, quòd quiſq; poteſt, id ei licet: nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur. tibi enim exercitum, Lepide, tanquã maioribus tuis, patria pro ſe dedit. hoc

b L. non ſuum?

tu acerbis hostem: fineis imperij propagabis: se-
natui, populóque R. parebis: siquam ad aliam rē
te fortè traduxerit. ||* Hæc si cogitas, es M. Le- 15
pidus, pōt maximus, M. Lepidi, pōtificis maximi,
pronepos. Sin hominib. tantū licere iudicas, quā-
tum possunt: vide, ne alienis exemplis, iisque re-
centibus vti, [c] quā antiquis, & domesticis malle
videare. Quòd si auctoritatem interponis sine
armis, magis quidem laudo: sed vide, ne hoc ip-
sum non sit necesse. Quamquam enim est tanta
in te auctoritas, quanta debet in homine nobi-
lissimo: [d] tamen senatus se ipse non contemnit:
nec verò fuit vmquam grauior, constantior, for-
tior. incensi omnes rapimur ad libertatem [e] re-
cuperandam: non potest vllius auctoritate tātus
senatus, populique R. ardor exstingui: odimus:
irati pugnamus: extorqueri de manibus arma
non possunt: receptui signum, aut reuocationem
à bello audire non possumus. speramus optima:
pati vel difficillima malumus, quàm seruire.
||Cæsar cōfecit inuictum exercitum: duo fortis- 16
simi consules adsunt cum copiis: L. Planci cō-
sulis designati, varia, & magna auxilia non de-
sunt: de D. Bruti salute certatur. vnus furiosus
gladiator cum teterrimorum latronum manu,
contra patriam, contra deos penateis, contra
aras, & focos, contra quatuor consules gerit
bellum. Huic cedamus? huius condiciones au-
diamus? cum hoc pacem fieri posse credamus?
At periculum est: ne hoc opprimamur. Non me-
tuo, ne is, qui suis amplissimis fortunis, nisi bo-
nis saluis, frui non potest, prodat salutem suam.
Bonos ciueis primùm natura efficit, adiuuat de-
inde fortuna. omnibus enim bonis expedit, sal-
uam esse remp. sed in iis, qui fortunati sunt, ma-
gis id apparet. ||Quis fortunatior Lepido, vt an- 17
tè dixi? quis eodem sanior? vidit eius mæsti-
tiam, atque lacrymas populus R. Lupercalibus:
vidit, quàm abiectus, quàm confectus esset, cùm
Cæsa

*al. Hoc si cogitas M. Lepide, M. Lentuli Pōtif. Maximi fueris nepos.
c L. quàm & antiquis,
d al. tamen senatus ipse nō contemnit.
e v.c. reciperandam.

Cæsari diadema imponens Antonius, seruum se illius, quàm collegam esse malebat. qui si reliquis flagitiis, & sceleribus [f] abstinere potuisset, tamen vnum ab hoc factum, dignum illum omni pœna putarē. nā, si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat? &, si eius pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eū tyranni, etiámne in nostros liberos dominum, & tyrannum comparabat? Itaque, illo interfecto, qualem eum in nos esse voluit, talis ipse in ce-

18 teros exstitit. Qua enim in barbaria quisquā tā teter, tam crudelis tyrannus, quàm in hac vrbe armis barbarorum stipatus Antonius? Cæsare dominante veniebamus in senatum, si non liberè, attamē tutò. hoc archipirata, (quid enim dicā tyrannos?) hæc subsellia ab Ithyreis occupabantur. Prorupit subito Brundisium, vt inde, agmine quadrato, ad vrbem accederet: lautissimum oppidum, nunc municipiū, [g] honestissimorum quondam colonorum Suessam, fortissimorum militum sanguine impleuit: Brundisij in sinu non modò auarissimæ, sed etiam crudelissimæ vxoris delectos Martiæ legionis cēturiones trucidauit. Inde se quo furore, quo ardore, ad vrbē, id est, ad cædem optimi cuiusque rapiebat? Quo tempore dij immortales ipsi præsidium impro-

19 uisum, nec opinantibus nobis obtulerunt. Cæsaris enim incredibilis, ac diuina virtus latronis impetus crudeleis, ac furibūdos retardauit: quē tum ille demens lędere se putabat edictis, ignorans, [h] quæcumque falsò is diceret in sanctissimū adolescentem, ea verè recidere in memoriā pueritiæ suæ. Ingressus vrbem est, quo comitatu, vel potiùs agmine? cùm dextra, sinistra, gemente populo Rom. minaretur dominis, notaret domos: diuisurum se vrbem palàm suis polliceretur. Rediit ad milites. ibi pestifera illa [i] Tiburi contio: inde ad vrbem cursus senatus in Capitolium: parata de circumscriben-

do

f L. se abstinere pot.

g fort. honest. quòd. colonorum coloniam, Suessam, fortiss.

h al. quæcū que falsò in iis diceret &c. al. quæcūque falsò diceret ins.

i I. Tibure

do adolescente sententia consularis: cùm repẽtè([k] nam Martiam legionem Albæ consedisse sciebat) affertur ei de quarta nuntius. quo perculsus, abiecit consilium referendi ad senatum de Cæsare. egressus est non viis, sed tramitibus, paludatus: [l] eóque die ipso innumerabilia senatusconsulta fecit: quæ quidem omnia citiùs [m]
lecta, quàm scripta sunt. ¶ Ex eo nõ iter, sed cur- 20
sus, & fuga in Galliã, Cæsarem sequi arbitrabatur cum legione Martia, cum quarta, cum veteranis: quorum ille nomen præ metu ferre non poterat: eique in Galliam penetranti, D. Brutus obiecit, qui se totius belli fluctibus circũiri quàm illum, aut regredi, aut progredi maluit, Mutinámque illi exsultanti, tamquam frenos furoris iniecit. quam cùm operibus, munitionibúsq; sepsisset, nec eum florentissimæ coloniæ dignitas, neque consulis designati maiestas [n] à parricidio deterreret: tum, me (testor & vos, & populum R. & omneis deos, qui huic vrbi præsident,) inuito, & repugnante, legati missi tres consulares ad latronem M. Antonium gla-
diatorum ducem. ¶ Quis tam barbarus vmquam? 21
tam immanis? tam ferus? non audiuit. nõ respõdit: neque eos solùm præsenteis, sed multò magis nos, à quibus illi erant missi, spreuit, & pro nihilo putauit. Postea, quod scelus, quod facinus [o] parricida non edidit? circumsedit colonos vestros, exercitum populi R. imperatorem, consulem designatum: agros diuexat ciuium optimorum: hostis teterrimus omnibus bonis cruces, ac tormenta minitatur. Cum hoc, M. Lepide, pax esse quæ potest? cuius ne supplicio qui-
dẽ vllo satiari videtur posse populus R. ¶ Quòd 22
si quis adhuc dubitare potuit, quin nulla societas huic ordini, populóq; R. cũ illa importunissima [p] bellua possit esse, desinat profectò dubitare, his cognitis literis, quas mihi missas ab Hirtio consule modò accepi. Eas dum recito,

dũn

k al. (iam M.

l L. eóque ipso die inn. al. eodémque die ipso

m L. delata, q. al. relata,

n L. à patricidio

o L. patricida,

p L. belua

dumque de singulis sententiis breuiter disputo, velim, P.C. vt adhuc fecistis, me attentè audiatis. ANTONIVS HIRTIO, ET CAESARI. Neque se imperatorem, neque Hirtium consulem nec pro prætore Cæsarem satis hoc quidem scitè. deponere alienum nomen ipse maluit, quàm illis suum reddere. COGNITA MORTE C. TREBONII, NON PLVS GAVISVS SVM, QVAM DOLVI. Videte quid se gauisum: [q] quid se doluisse dicat: faciliùs de pace deliberabitis. q L. quid doluisse dicat:
DEDISSE POENAS SCELERATVM CINERI, ATQVE OSSIBVS CLARISSIMI VIRI, ET APPARVISSE NVMEN DEORVM INTRA FINEM ANNI VERTENTIS, AVT IAM SOLVTO SVPPLICIO [r] PARRICIDAE, AVT IMPENDENTE LAETANDVM EST: ô Spartace. quem enim te potiùs appellem? cuius propter [s] nefanda scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina: lætandum esse, ausus es scribere, Treboniū dedisse pœnas? sceleratum Trebonium? quo scelere, nisi quòd te r L. patricidii, s L. nefaria scel. tolerabilis videtur fuisse Cat.
23 idib. Martiis à debita tibi * peste seduxit? Agè, hoc lætaris: videamus quid molestè feras. HOSTEM IVDICATVM HOC TEMPORE DOLABELLAM, EO QVOD SICARIVM OCCIDERIT, ET VIDERI CARIOREM POPVLO ROM. FILIVM SCVRRAE, QVAM C. CAESAREM, PATRIAE PARENTEM, INGEMISCENDVM EST. Quid ingemiscis hostem Dolabellam iudicatum? quid? te non intelligis [t] delectu tota Italia habito, consulibus missis, Cæsare ornato, sagis denique sumtis, hostem iudicatum? Quid est autem, scelerate, quòd gemas, hostem Dolabellam iudicatum? à senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas. sed eam tibi causam belli gerendi proponis, vt senatum funditus deleas: reliqui boni, & locupletes omnes summum ordinem subsequantur. At scurræ filium appellat. Quasi verò ignotus nobis fuerit splendidus eques Rom. Trebonij pater. * Vide 10. Famil. ep. 28. & Dio. 44. t L. dilectu

Is

Is autem humilitatem despicere audet cuius-
quã,qui ex Fadia sustulerit liberos?|| ACERBIS- 24
SIMVM VERO EST, TE, A. HIRTI, [u] ORNATVM
BENEFICIIS CAESARIS, ET TALEM AB EO RE-
LICTVM, QVALEM IPSVM MIRARIS. Equidem
mirare non possum à Cæsare Hirtium ornatum:
[x] sed illa ornamenta,in virtute,& industria po-
sita lucent.Tu verò,qui te ab eodem Cæsare or-
natum negare non potes, quid esses, si tibi ille
non tam multa tribuisset? ecquò te tua, virtus
prouexisset?ecquò genus? in lustris,popinis, a-
lea,vino, tempus ætatis omne consumsisses, vt
faciebas cùm in gremiis mimarum, * mentum,
mentémque deponeres. ET * TE, O PVER. Pue-
rum appellat, quem nō modò virum, sed etiam
fortissimum virum [a] sensit, & sentiet. Est istud
quidem nomen ætatis, sed ab eo minimè v- 25
surpandum, qui suam amentiam puero huic
præbet ad gloriam. || QVI OMNIA EIVS
NOMINI DEBES. Debet verò, soluitque præcla-
rè.si enim ille patriæ [b] pater est, vt tu appellas
(ego, quid sentiam, videro:) cur non hic pa-
rens verior, à quo certè vitam habemus, è tuis
[c] facinorosissimis manibus ereptam? ID AGE-
RE, VT IVRE DAMNATVS SIT DOLABELLA? Tur-
pem verò actionem, qua defenditur [d] amplissi-
mi auctoritas ordinis contra crudelissimi gla-
diatoris amentiam. ET VT [e] VENEFICVS HAC
LIBERETVR OBSIDIONE? [f] Veneficum audes
appellare eum virum, qui tuis veneficiis reme-
dia inuenit? quem ita obsides, noue [g] Anni-
bal,aut,si quis acutior imperator fuit,vt te ipse
obsideas, neque te istinc, si cupias, possis ex-
plicare. recesseris,vndique omnes insequentur.
manseris: hærebis. nimirum rectè [h] venefi- 26
cum appellas, à quo tibi præsentem pestem vi-
des comparatam. || [i] VT QVAM POTENTISSIMVS
SIT CASSIVS, ATQVE BRVTVS? Putes Censori-
num dicere, aut Ventidium, aut etiam ipsos
Antonios. cur autem nolint potentis esse non

u ORNATVM ESSE BEN. al. ORNATVM IIS BEN.

x al. sed illa omnia ornamenta.

* al. mentẽ, mentũmq;

* Intelligit Octauium 19 annum agentem. vide Velleium, Tacitum, 12. Famil. 25. 10. Fam. 28 11. Fam. 7. 14. & 20.

a al. sentit,

b L. parens

c v. c. facinerosissimis

d L. amplissimi ordinis auctoritas

e L. VENEFICA HAEC LIBERETVR OBS.

f L. Veneficam

g L. Hannibal,

h L. veneficam app.

i L. ET VT Q.

modò optimos,& nobilissimos viros, sed secũ etiam in reip.defensione coniũctos? NIMIRVM EODEM MODO HAEC ADSPICITIS, VT PRIORA.[k] Quæ tandem? CASTRA POMPEII SENATVM APPELLATIS. An verò [l] tua castra potiùs senatum appellaremus? in quibus tu videlicet consularis, cuius totus consulatus est ex omni monumentorum memoria[m] reuulsus: duo prætores sine causa diffisi se aliquid habituros: nos enim Cæsaris beneficia defendimus: prætorij, Philadelphus Annius, & innocens Gallius: ædilitij, [n] Coricus, laterum, & vocis meæ testis Bestia, & fidei patronus: fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus, dirutusque, Qu. Cœlius, columénque amicorum Antonij, [o] Cotyla Varius: [p] quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat[q] à suis publicè: Septemuirales, Lento, Nucula: tũ deliciæ, atque amores populi R. L. Antonius [r] tribuni primùm duo designati, Tullus Hostilius, qui suo iure in porta nomen inscripsit: qui cùm prodere imperatorem suum[s] non potuisset, reliquit. alter est designatus, *Viseius [t] nescio quis , fortis (vt aiunt) latro: quem tamen temperantem fuisse ferunt[u] Isauri balneatorem, ‖ Sequuntur alij, tri-
27 bunitij, T. Plancus in primis: qui si senatum dilexisset, numquam curiam incendisset. quo scelere damnatus, in eam vrbem rediit armis, [x] è qua excesserat legib. sed hoc ei commune cum plurimis dissimillimis. illud tamen verum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici solet, perire eũ nõ posse, nisi ei crura fracta essẽt: fracta sunt, & viuit. hoc tamẽ, vt alia multa[y] Aquilæ fertur acceptũ. Est etiã ibi Decius, ab illis, vt opinor, Murib. Deciis. Itaq;[z] Cæsaris munere,[a] Deciorũ quidẽ multo interuallo, per hũc præclarũ virum memoria renouata est. Saxam verò Decidium præterire quî possum, hominem deductum ex vltimis

k al. Quò tandem?
l al. tua castra senatũ potius app.
al tua castra senatũ app.
m v. c. euulsus:
n L. C. Oricus, laterũ, & vocis meæ, Bestia etiam fidei patronus:
o al. Cotula
p L. quem Anton.
q L. à seruis publicis:
r al. tribunitij
s L. non posset
* al. Viselius
t L. nescio qui,
v L. Pisauri baln.
x al. vnde exc.
y v. c. Aquilæ referatur acceptum.
z al. munere Cæsaris,
a L. Deciorum multo quidem interuallo,

vltimis gentibus, vt eum tribunum pl. videremus, quem ciuem numquam videramus? || [b] Est 28
quidem alter Sosetanus: sed omnes tamen tantam habent dissimilitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. Nec verò Exirius, Philadelphi frater, quæstor, prætermittendus est, ne, si de clarissimo adolescente siluero, inuidisse videar Antonio. Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse à se. apertã curiam vidit post Cæsaris mortem: mutauit calceos: pater conscriptus repente factus est. Noui Sex. Albedium: sed tamen neminem tam maledicum offendi, qui illum negaret dignum Antonij senatu. Arbitror me aliquos præteriisse: de iis tamen, qui occurrebant, tacere non potui. Hoc igitur fretus senatu, Pompeianum senatum despicit. in quo decem fuimus consulares: qui si omnes viuerẽt, bellũ omnino hoc nõ fuisset: auctoritati cessisset audacia. || Sed quantũ præsi- 29
dij fuerit in ceteris, hinc intelligi potest, quòd ego vnus [c] relictus è multis, contudi, & fregi, adiuuãtib, vobis, exsultantis prædonis audaciam. Quòd si fortuna nobis modò nõ eripuisset Ser. Sulpicium, eiusque collegã antè M. Marcellum: quos ciueis? quos viros? [d] si duos consules amicissimos patriæ, simul ex Italia eiectos: si L. Afraniũ, summũ ducẽ: si P. Lentulum, ciuem cùm in ceteris rebus, tũ in salute mea singularem: si Bibulũ, cuius est in rempublicã meritò semper laudata cõstãtia: si L. Domitiũ præstantissimum ciuẽ: si Appiũ Claudium, pari nobilitate, & voluntate præditũ: si P. Scipionẽ, clarissimum virũ maiorũq; suorum simillimum, respublica tenere potuisset: certè his consularibus non esset Põpeianus despiciendus senatus. || Vtrum igitur æ- 30
quius, vtrũ melius reip. fuit, Cn. Põpeium, an sectorem Cn. Pompeij viuere Antonium? [e] Qui verò prætorij? quorũ princeps M. Cato, idemque omnium gẽtiũ virtute princeps. Quid reliquos

clariss.

[b] L. Est quidem alter Saserna: sed om. q. v. c. Est quidem A. Serena: sed omn.

[c] for. reliqu'è mult.

[d] v. c. si duo consules,

[e] al. Quid verò prætorios?

f clarissimos viros commemorem? nostis om- neis. magis vereor, ne longum me inenumerãdo, quàm me ingratum in prætereundo putetis. qui ædilitij? g qui tribunitij? Quid multa? talis senatorum & dignitas, & multitudo fuit, vt magna excusatione opus iis sit, qui illa in castra nõ venerunt. Nunc reliqua attendite. VICTVM CICERONEM DVCEM h HABVISTIS. Eo libentiùs ducem audio, quod certè ille dicit inuitus. nam de victo nihil laboro. fatum enim meum est, sine rep. nec vinci posse, nec vincere. MACEDONIAM MVNITIS EXERCITIBVS. i Eam quidẽ fratri tuo, qui à vobis nihil degenerat, extorsimus. AFRICAM COMMISISTIS VARO BIS CAPTO. Hic cum C. fratre putat se litigare. IN SYRIAM CASSIVM MISISTIS. Non igitur sentis, huic causæ orbem terræ k parere te extra munitiones tuas, vestigium vbi imprimas, non habere?
31 || CASCAM TRIBVNATVM GERERE PASSI ESTIS. Quid ergo? vt l M. Atullum, vt Cesetium à rep. remoueremus, eum, per quem, vt neque idem posthac, neque multa huiusmodi accidere possent, cõsecuti sumus? VECTIGALIA m IVLIANA LVPERCIS ADEMISTIS. Lupercorum mentionem facere audet? neque illius diei memoriam perhorrescit, quo ausus est, obrutus vino, vnguẽtis oblitus, nudus, gementem populum R. ad seruitutem cohortari? VETERANORVM COLONIAS, DEDVCTAS LEGE, ET SENATVSCONSVLTO SVSTVLISTIS. Nos sustulimus. n an contra legẽ comitiis centuriatis latam sanximus? vide ne tu veteranos, tamen eos, qui erant perditi, perdideris: in eumq́ue locũ deduxeris, o ex quo iam ipsi sentiunt se numquam
32 exituros. || MASSILIENSIBVS * IVRE BELLI ADEMTA REDDITVROS VOS POLLICEMINI. Nihil disputo: de iure belli. magis facilis disputatio est, quã necessaria. illud tamen p aduertite, P.C. quàm sit huic reip. natus hostis Antonius,

f li. vulg. præclarissimos,
g L. qui tribunitii? qui quæstorii? Quid m.
h al. sequimini.
i L. Et quidẽ fr.
k f. r pate-re:
l L. Marullum, vt Cesennium à rep.
m al. Iuliis, al. Iulianis.
n L. an contrà lege comitiis centuriatis latã sanxim?
o al. ex quo ipsi iam s.
* al. iura belli.
p L. animaduertite.

qui tantopere eã ciuitatẽ oderit, quam ſcit huic reip. ſemper fuiſſe amiciſſimã.[q] NEMINEM POMPEIANVM, QVI VIVAT TENERE LEGE HIRTIA DIGNITATES?[r] Quiſquã iam* legis Hirtiæ mẽtionem facit: cuius non minùs arbitror latorem ipſum, quàm eos, de quibus lata eſt, pœnitere? Omnino mea quidẽ ſententia, legem illã appellare fas non eſt: &, vt ſit lex, non debemus illam Hirtij legẽ putare. APVLEIANA PECVNIA BRVTVM [s] SVBORNASTIS. Quid, ſi omnibus ſuis copiis excellentẽ virũ reſp. armaſſet? quẽ tandem bonum pœniteret? nec enim ſine pecunia exercitum alere, nec ſine exercitu fratrem tuũ capere potuiſſet. SECVRI PERCVSSOS PATRVM, ET 33 MENEDEMVM, CIVITATE DONATOS, ET HOSPITES CAESARIS LAVDATIS.[t] Non laudamus, quod ne audiuimus quidem. valdè enim nobis in tanta perturbatione reipub. de duobus nequiſſimis Græculis cogitandum fuit. THEOPOMPVM, NVDVM, EXPVLSVM, A TREBONIO, CONFVGERE ALEXANDRIAM NEGLEXISTIS. Magnum crimẽ ſenatus de Theopompo, ſummo homine, negleximus: qui vbi terrarum ſit, quid agat, viuat denique an mortuus ſit, quis aut ſcit, aut curat? SER. GALBAM EODEM PVGIONE SVCCINCTVM IN CASTRIS VIDETIS. Nihil de Galba [u] reſpondeo, fortiſſimo, & conſtantiſſimo ciue: corã aderit: [x] præſens tibi ipſe, & ille, quem inſimulas, pugio reſpondebit. MILITES AVT MEOS, AVT VETERANOS CONTRAXISTIS, TANQVAM AD EXITIVM EORVM, QVI CAES. OCCIDERANT, ET EOSDEM NEC OPINANTEIS AD QVAESTORIS SVI, AVT IMP. AVT COMMILITONVM SVORVM PERICVLA IMPVLISTIS. Scilicet verba dedimus, decepimus, ignorabat legio Martia, quarta: [y] ignorabant veterani quid ageretur, non illi ſenatus auctoritatem, aut libertatem populi R. ſequebãtur: Cæſaris mortem vlciſci volebant, quã omnes fatalem fuiſſe arbitrabantur: te videlicet

ſal

q al. OBLITTERATIS NEMINEM

r al. quæſo, iam legis al. quis.

* hac lege vetabatur quiſquam Pompeianus dignitates tenere, quã tuliſſe videtur A. Hirtius poſt victum Pompeium

s al. SVBORNATIS.

t for. Non laudabimus.

u al. reſpondebo.

x L. præſẽs tibi & ipſe & ille,

y al neſciebant veterani, q. v. c. neſciebãt vet.

saluũ, beatum, florentem esse cupiebant. O miser cùm re, tum hoc ipso, quod non sentis, quàm
34 miser sis.|| Sed maximum crimen audite. DENIQVE QVID NON AVT PROBAVISTIS, AVT FECISTIS? QVID FACIAT, SI REVIVISCAT? Quis? credo enim, afferet aliquod scelerati hominis exẽplũ. Cn. POMPEIVS IPSE? O nos turpeis, siquidẽ Cn. Pompeium [a] imitaturi sumus. AVT FILIVS EIVS, [b] SI DOMI POSSIT? Poterit, mihi crede. nã paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit. POSTREMO NEGATIS PACEM POSSE FIERI, NISI AVT EMISERO BRVTVM, AVT FRVMENTO IVVERO. Alij istud negant: ego vero, ne si ista quidem feceris, vnquam tecum pacẽ huic ciuitati futuram puto. [c] QVID? HOC PLACETNE VETERANIS ISTIS QVIBVS ADHVC OMNIA INTEGRA SVNT? Nihil vidi tam integrum, quàm vt oppugnare imperatorem incipiant, quem tãto studio, consensúque [d] offenderint.
35 || QVONIAM VOS ASSENTATIONIBVS ET VENENATIS MVNERIBVS VENISTIS. [e] Deprauati, aut corrupti sunt, quibus persuasum est fœdissimum hostem iustissimo bello [f] persequi? [g] AT MILITIBVS INCLVSIS OPEM FERTIS. NIHIL MOROR EOS SALVOS ESSE, ET IRE QVO LVBET: [h] SI TAMEN PATIVNTVR PERIRE EVM QVI MERVIT. Quàm benignè! denique vsi liberalitate Antonij milites imperatorem reliquerunt, & se ad hostẽ metu perterriti contulerunt: per quos si non stetisset, non Dolabella priùs imperatori suo, quàm Ant. etiam collegæ parentasset.
36 || CONCORDIAE FACTAM ESSE MENTIONEM SCRIBITIS IN SENATV, ET LEGATOS ESSE CONSVLARES: QVIN QVE. DIFFICILE EST CREDERE, EOS, QVI ME PRECIPITEM EGERINT, AEQVISSIMAS CONDICIONES FERENTEM, ET TAMEN EX HIS ALIQVID REMITTERE COGITANTEM, PVTARE ALIQVID MODERATE, AVT HVMANE ESSE FACTVROS. VIX ETIAM VERISIMILE EST,

a q.v.c. imitati sumus,
b al. si domi esse possit.
c Quid hoc? placétne
d L. defenderint.
e q.v.c. An corrupti sunt, quib. persuasum sit fœdiss. host. iusto bello persequi?
f al. persequi.
g al. Ac mil.
h al. si tantùmodo p.
i al. Quàm benignè de nique? al. Quàm benignè! Itaque vsi lib.

QVI IVDICAVERINT HOSTEM DOLABELLAM OB RECTISSIMVM FACINVS, EOSDEM NOBIS PARCERE POSSE IDEM SENTIENTIBVS. [k] Parùm ne videtur apertè, omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem initam confiteri? nónne cernitis, ex vno fonte omnia scelera manare? Ipse denique fatetur, hòc quidem satis acutè, non posse eos, qui hostem Dolabellam iudicauerint ob rectum facinus (ita enim videtur Antonio) sibi parcere, idem sentienti. ‖ Quid huic facias, 37
qui hæc literis memoriæque mandarit, ita sibi conuenisse cum Dolabella, vt ille Trebonium, &, si posset, etiam Brutum, Cassium discruciatos necaret, [l] eadémque adhiberet supplicia nobis? [m] Conseruandus ciuis cum tam pio, iustóque fœdere. Is etiam queritur conditiones suas repudiatas, æquas quidem, & verecundas, vt haberet Galliam vltimam, aptissimam ad bellum renouandum, instruendúmque prouinciam: vt Alaudę in tertia decuria iudicarent, id est, vt perfugium scelelerum esset cum turpissimis reipublicæ sordibus: vt acta sua rata essent, cuius nullum remanet consulatus vestigium. cauebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri priuati, & decempedator, Nucula, & Lentone collega.
‖ QVAMOBREM VOS POTIVS ANIMADVERTITE, 38
VTRVM SIT ELEGANTIVS, ET PARTIBVS VTILIVS, [n] TREBONII MORTEM PERSEQVI, AN CAESARIS: ET VTRVM SIT AEQVIVS, CONCVRRERE NOS, QVO FACILIVS REVIVISCAT POMPEIANORVM CAVSA TOTIES IVGVLATA: AN CONSENTIRE, NE LVDIBRIO SIMVS INIMICISSIMIS. Si esset iugulata, numquam [o] exsurgeret: quòd tibi, tuisque contingat. VTRVM, inquit, ELEGANTIVS. [p] Atque hoc bello de elegantia, quæritur. ET PARTIBVS VTILIVS. ‖ Partes furiosè, dicuntur 39
in foro, in curia: bellum contra patriam nefarium suscepisti: oppugnas Mutinam: circumsedes consulem designatum: bellum contra te duo

k L. Parùm ne videtur omnium facinorũ, &c.

l L. eadémque inhiberet supl.

m Q V C. O conseruandus ciuis.

n al. Trebonij ne m.

o al. resurgeret.

p L. Atqui,

duo consules gerunt: cumque his pro præt. Cæ-
sar: cuncta contra te Italia armata est. istas tu
parteis potiùs,[q] quàm populi R. defensionē vo-
cas?[r] Potiúsne Trebonij mortem, quàm Cæ-
saris persequamur? Trebonij satis persecuti su-
mus, hoste iudicato Dolabella: Cæsaris mors fa-
cillimè defenditur obliuione, & silentio. Sed vi-
dete, quid moliatur, cùm mortem Cæsaris vlcis-
cendam putat: mortem proponit non iis solùm
qui illam rem gesserunt,[s] sed iis etiam si qui nō
40 molestè tulerunt. || QVIBVS VTRI NOSTRVM CE-
CIDERINT LVCRO FVTVRVM EST. QVOD SPECTA-
CVLVM ADHVC IPSA FORTVNA VITAVIT, NE VI-
DERET VNIVS CORPORIS DVAS ACIES, LANIS-
TA CICERONE DIMICANTEIS: QVI VSQVE EO
FELIX EST, VT[t] IISDEM ORNAMENTIS DECE-
PERIT VOS, QVIBVS DECEPTVM CAESAREM
GLORIATVS EST. Pergit in mea maledicta, quasi
verò ei pulcherrimè priora processerint: quē e-
go inustum verissimis maledictorum notis tradā
hominum memoriæ sempiternæ.[u] Ego lanista?
& quidem non insipiens. deteriores enim iu-
gulari cupio, meliores vincere. Vtri ceciderint,
41 scribit lucro nobis futurum. || O præclarum lu-
crum![x] quo te victore (quod dij omen auertāt)
beata mors eorum futura sit, qui è vita excesse-
rint sine tormentis. A me deceptos ait, eisdem
ornamentis Hirtium, & Cæsarem. Quod, quæso,
adhuc à me est tributum Hirtio ornamentum?
nam Cæsari plura, & maiora debētur. Deceptum
autem patrem à me Cæsarem dicere audes? Tu,
tu inquam, illum occidisti Lupercalibus: cuius,
homo ingratissime, flaminum cur reliquisti? Sed
iam videte magni & clari viri admirabilē gra-
42 uitatē, atque constantiam. || MIHI QVIDEM CON-
STAT, NEC MEAM CONTVMELIAM, NEC MEO-
RVM FERRE: NEC DESERERE PARTES, QVAS
POMPEIVS ODIVIT, NEC VETERANOS SEDIBVS
SVIS MOVERI PATI, NEC SINGVLOS AD CRVCIA-

q L. quàm à populo R. defectione vocas? al. quā à rep. defect. &c. al. quam à rep. dissensionem vocas? Trebonij mortem an Cæsaris.

r L. potiúsne Trebonij mortem an Cæsaris persequi. mortem Treb.

s al. sed iis etiam, qui non m.

t L. iisdem,

v for. ego lanista, & q.

x L. cùm, te al. quàm,

res: liberi serui oderunt. sensimus hoc nuper falso nuntio: verè propediem sentiemus. quæ si tecum ipse [c] recolis: æquiore animo, & maiore consolatione moriere. [c L. recolueris:]
46 || DENIQVE SVMMA IVDICII MEI SPECTAT HVC, ET MEORVM INIVRIAS FERRE POSSIM, SI AVT OBLIVISCI VELINT IPSI FECISSE AVT VLCISCI PARATI SINT VNA NOBISCVM CAESARIS MORTEM. Hac Antonij sententia cognita, [f] dubitaturóne A. Hirtium, C. Pansam, consules putatis, quin ad Antonium transeant? Brutum obsideant? Mutinā expugnare cupiant? Quid de Pansa, & Hirtio [g] loquar? Cæsar singulari pietate adolescens, [h] poterítne se tenere, quin D. Bruti sanguine pœnas patrias persequatur? Itaque fecerunt, vti his literis lectis ad munitiones propiùs accederent. [i] Quo maior adolescens Cæsar, maioréque deorū immortalium beneficio reip. natus est, qui nulla specie paterni nominis, nec pietate abductus vmquam est. Intelligit, maximā pietatem 9 cōseruatione patriæ contineri. [f al. dubitaturúmne A. Hirtium aut C. Pās. g L. loquor h al. poterit se tenere q. i Quo maiore adolescens Cæsar deorū munere &c.]
47 || Quod si partium certamen esset, quarum omnino nomen exstinctum est. Antoniusne potius, & Ventidius partes Cæsaris defenderent, quàm primùm Cæsar adolescens summa pietate, & memoria parentis sui? Deinde Pansa, & Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum, cùm illę verè partes vocabantur? Hæ verò quæ sunt partes, cum alteris senatus auctoritas populi Ro. libertas, reip. salus proposita sit: alteris cædes bonorum, vrbis Italiæque partitio? Veniamus aliquādo ad clausulam. LEGATOS VENIRE NON CREDO. Bene me nouit. BELLVM QVO VENIAT. Proposito præsertim exemplo Dolabellæ, [k] sanctiores erunt, credo, iure legati, quàm duo consules, contra quos arma fert: quā Cæsar, cuius patris flamen est: quā cos. designatus, quē oppugnat: quā Mutina, quā obsidet: quàm patria, cui ignem, ferrúmq; minitatur. [k al. sanctiore.] [l L. postulent.]
48 || CVM VENERINT, QVAE [l] POSTV-

m al. Quin tu abi in mal. p.m. q. cruciatū.

LANT, COGNOSCAS.[m] Quin tu abis in malam pe
stem, malumque cruciatum? Ad te quisquam ve-
niat, nisi Ventidij similis? oriens incēdiū qui re-
stingueret, sūmos viros misimus: repudiasti: nūc
in tātā flammā, tāque inueteratā mittamus, cùm
locū tibi reliquū nō modò ad pacē, sed ne ad de
ditionem quidem feceris? Hanc ego epistolam,
P. C.[n] non quò illum dignum putarem, recita-
ui: sed vt confessionibus ipsius omnia patefacta

n al. non quòd

o L. parici-dia vid.

p L. & virtu tis, & f.

q L. Prius vndis flāma vt ait p.

eius [o] parricidia videretis.|| Cum hoc pacem M. 49
Lepidus vir ornatissimus, omnibus virtutis, &
fortunæ bonis, si hæc videret deniq;, aut vellet,
aut fieri posse arbitraretur?[q] Prius vndas flam-
mamq; , vt ait poeta nescio quis: prius denique
omnia, quàm aut cū Antoniis resp. aut cum rep.
Antonij redeant in gratiam. Monstra quædam
sunt ista, & portenta, & prodigia rei. moueri se-
dibus suis huic vrbi melius est. atque in alias, si
fieri possit, terras, demigrare, vnde Antoniorum
nec facta, nec nomen audiat, quàm illos Cæsaris
virtute eiectos, Bruti retentos, intra hæc mœnia
videre. Optatissimū est vincere: secundū est, nul-
lum casum pro dignitate, & libertate patriæ nō
ferēdum putare, quod reliquū est, non est tertiū,
sed postremum omnium, maximam turpitudinē
suscipere vitæ cupiditate.|| Quæ cùm ita sint, de 50
mandatis, literisque M. Lepidi, viri clarissimi,
Seruilio assentior: & hoc ampliùs censeo, Ma-
gnum Pompeiū, Cn. F. pro patris, maiorúmq; suo
rū animo, studioq; in remp. suáque pristina vir-
tute, industria, voluntate, fecisse, quòd suam, eo-
rūq; quos secum haberet, operā senatui, popu-
loque R. pollicitus esset, eámque rē S. P. Q. R. gra
tam, acceptámque esse, eique honori, dignitati-
que eā rem foro. Hoc vel, coniugi cùm hoc S.
C. licet, vel seiūgi potest, separatimque perscri-
bi, vt proprio S. C. Pompeius collaudatus esse
videatur.

IN M.



IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA DECIMA quarta.

ORATIO QVINQVAGESIMA-SEXTA.

Antonio ad Mutinam victo, non esse mutandum vestitum, nisi D. Bruto cuius causa saga sumpta erant liberato Antonio, quiq; vnà erant, hostes iudicandos censet: supplicationem quinquaginta dierum communiter tribus ducibus decernendam. Milites qui pro rep. interierunt monumento cohonestandos, præmiáq; eorum parentibus, liberis, vxoribus, & c. soluenda.

1 SI,* vt ex literis, quæ recitatæ sunt, P. C.[a] sceleratissimorum hostium exercitum, cæsum, fusúmq; cognoui, sic id, quod & omnes maximè optamus, [b] & ex ea victoria, quæ parta est consecutum arbitramur, D. Brutum egressum iam Mutina esse cognouissem: propter cuius periculum ad saga issemus, propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine vlla dubitatione censerem. Antè verò, [c] quā ea res, quā auidissimè ciuitas exspectat, allata sit, lætitiæ vsus satis est maximæ, præclarissimæque pugnæ: reditū ad vestitū confectū victoriæ reseruatę. confectio autem huius belli est, D. Bruti salus.
2 Quæ * autem est ista sententia, vt* in hodiernum diē vestitus mutetur, deinde cras sagati prodeamus? Nos verò cùm semel ad eum,

* EXORDIVM.
a al. sceleratorum h.
b al. & eam victimam, quæ p.
c L. quàm fit ea res, quā auid. ciuit. exsp. allata læt.
* CONFVTATIO.

quem cupimus., optamusque vestitum redieri-
mus,id agamus,vt eum in perpetuû retineamus.
nam hoc quidem cùm turpe est,tum ne diis qui-

d al. ab eorum aris,
e al.Atqui

dem immortalibus gratum [d] ab eorundem aris,
ad quas rogati adierimus,ad saga sumenda dis-
cedere.|| [e] Atque animaduertite , Patres conscri- 3
pti,quosdam huic fauere sententiæ : quorum ea

f L. gloriosissimum illum D.Br.
g al. hunc tantum ei fr.

mens,idque consilium est.vt,cùm videant [f] illû
gloriosissimum D.Bruto futurum diem quo die,
propter eius salutem,redierimus ad vestitum, [g]
hunc ei fructû eripere cupiant,ne memoriæ,po-
steritatiq;prodatur,propter vnius ciuis periculû

h L. isse.

populum Romanum ad saga [h] iisse:propter eius-
dem salutem redisse ad togas. Tollite hãc, nul-
lam tam prauæ sententiæ causam reperietis.Vos
verò, P.C.conseruate auctoritatem vestrã, ma-
nete in sententia,tenete vestra memoria , quod
sæpe ostendistis huius totius belli in vnius viri
fortissimi,& maximi vita positum esse discrimé.

i L.ac patricidæ nunciarent,
k L. consul sortitus ad bell.
l L.profectus Hirtius cuius imb.
m L. per se comparato tum primis pestib.&c.
n L. dilectib.hab.

|| Ad D. Brutum liberandum legati missi,princi- 4
pes ciuitatis,qui illi hosti, [i] ac parricidæ denũ-
tiarent,vt à Mutina discederet.eiusdem D.Bru-
ti conseruandi gratia [k] consules sortiti:ad bel-
lum [l] profectus est. A.Hirtius cuius imbecilli-
tatem valetudinis,animi virtus, & spes victoriæ
confirmauit Cæsar,cû exercitu [m] per se tum cõ-
parato,primis pestibus remp.liberasset, ne quid
postea sceleris oriretur,profectus est ad eundem
Brutum liberandum,vicitque dolorem aliquem
domesticum patriæ caritate.|| Quid C. Pansa e- 5
git aliud [n] delectibus habẽdis pecuniis compa-
randis,senatusconsultis faciendis grauissimis in
Antonium nobis cohortandis,populo Romano
ad causam libertatis vocando,nisi vt D. Brutus
liberaretur ? à quo populus Romanus frequens
ita salutem D. Bruti vna voce depoposcit , vt
eam non solùm commodis suis , sed etiam ne-
cessitati victus anteferret. quod sperare quidem
debemus,P.C.aut inibi esse,aut iam esse cõfectũ:

sed

sed spei fructum rei conuenit, & euentui reseruari, ne aut deorum immortalium beneficiũ festinatione præripuisse, aut vim fortunæ stultitia
6 contemsisse videamur. || Sed quoniam significatio vestra satis declarat, quid hac de re sentiatis: ad literas veniam quę sunt à consulibus, & à proprætore missæ, si pauca antè quæ ad ipsas literas pertineant, dixero. Imbuti sanguine gladij, P. C. legionum, exercituumq; nostrorũ, vel madefacti potius duobus consulum, tertio Cæsaris prœlio. Si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas: nefariũ scelus, si ciuiũ. Quousq; igitur is, qui omneis hostes scelere superauit, nomine hostis carebit? nisi mucrones etiã nostrorũ militum tremere vultis, & dubitare vtrùm in ci-
7 ue, an in hoste figantur. || Supplicationem decernitis: hostem non appellatis. Gratæ verò nostrę diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ, cùm interfecta sit ciuium multitudo. DE IMPROBIS, inquit, ET AVDACIBVS. nam sic eos appellat clarissimus vir, quæ sunt vrbanarum maledicta litium,[1] [o]non iniustæ belli internecini notæ, testaméta, credo, subiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adolescẽtulos circumscribunt. his enim vitiis affectos, & talibus malos,
8 & audaceis appellare consuetudo solet. || Bellũ inexpiabile infert quatuor cos. vnus omniũ latronũ teterrimus: gerit idẽ bellũ cũ senatu, populóque R.[2] [p]omnibus, quamquam fuit ipse suis cladibus, pestem, vastitatem, cruciatũ, tormenta denuntiat: Dolabella ferũ, & immane facinus, quod nulla barbaria posset [q] ignoscere, id deorum consilio factum esse testatur, quæque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hinc ipse Iupiter ab hoc templo, atque mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate, quos optimos viros, honestissimósque homines, maximè cùm auctoritate huius ordinis, populique Romani dignitate cõiunctos, crudelissimis exẽplis

[o] al. nõ iustæ belli intern.

[p] L. omnibus (quamquam fuit ipse cum suis) eadem pest. vast. al. omnibus quamq. r. i. c. f. gladios p. vast.

[q] L. agnoscere in suo consilio.

r L. propudium illud,

s L. eáque dicere reformidat,

t L. quam illi tulerũt.

v L. Hannibal,

x L. explendas,

y li. vulg. à domesticis hostibus id est, qui intra mænia hostes sunt, rumoribus &c.

* CONFIRMATIO.

z L. ei communiter trib. ducib.

interemit [r] proludium illud, & portentũ L. Antonius, insigne odium omnium hominum, vel, si etiam dij oderint quos oportet, omnium deorũ. ‖ Refugit animus, P.C. [s] eáque formidat dicere, 9 quæ L. Antonius in Parmensium liberis, & cõiugibus effecerit. quas enim turpitudines Antonij libenter subierunt, eásdem per vim lætantur aliis se intulisse. Sed vis calamitosa est, [t] quã illis intulerunt: libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita est vita. Est igitur quisquam, qui hosteis appellare non audeat, quorum scelere crudelitatem Karthaginiensium victam esse fateatur? qua enim in vrbe tam immanis [u] Annibal capta, quàm in Parma surrepta Antonius: nisi fortè huius coloniæ, & ceterarum, in quas eodẽ est animo, nõ est hostis Antonius putandus. ‖ Si 10 verò coloniarum, & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis vrbis, quàm ille ad [x] expiandas egestates latrocinij sui concupiuit? quam iampridem metator, & callidus, decempeda sua Saxa diuiserat? Recordamini, per deos immortaleis, P.C. quid hoc biduo timuerimus [y] à domesticis hostibus, rumoribus improbissimis dissipatis. Quis liberos, quis coniugem adspicere poterat sine fletu? quis domũ? quis tecta? quis larem familiarẽ? Iam aut fœdissimam mortem omnes, aut miserabilem fugam cogitabant. Hæc à quibus timebantur, eos hosteis appellare dubitamus? grauius si quis attulerit nomen, libenter assentiar: hoc vulgari contentus vix sum, leuiore non vtar. ‖ Ita- 11 que * cùm supplicationes iustissimas ex iis literis, quæ recitatæ sunt, decernere debeamus, Seruiliusq; decreuerit: augebo omnino numerũ dierum, præsertim cùm non vni, sed tribus ducibus sint decernendæ. Sed hoc primùm faciam, vt imperatores appellem eos, quorum virtute, consilio, felicitate, maximis periculis seruitutis, atque interitus liberati sumus.

Ece

Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, vt non imperator appellaretur, aut minimis rebus gestis, aut plerumque nullis? Quamobrem aut supplicatio ab eo, qui antè dixit, decernenda non fuit: aut vsitatus honos, peruulgatúsque tribuendus iis, quibus etiam [a] noui, &
12 singulares debentur. || [b] At si quis Hispanorum, aut Galliorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine, quæ increbruit, imperatorem appellaret Senatus? tot legionibus cæsis, tanta multitudine interfecta hostium dico, ita, inquam, hostium, quãuis hoc isti hostes domestici nolint, clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorum nomen adimemus? Quanto enim honore, lætitia, gratulatione in hoc templum ingredi debent illi ipsi huius vrbis liberatores, cùm hesterno die propter eorum res gestas me ouantẽ, & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxe-
13 rit? || Is enim demum est, mea quidem, sententia, iustus triũphus, ac verus: cùm bene de republica meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. nam siue in communi gaudio populi Romani vni gratulabantur, magnum iudicium: siue gratias agebant, eo maius: siue vtrumque, nihil magnificentius excogitari potest. Tu igitur ipse de te, dixerit quispiam. Et quidem inuitus sed iniuriæ dolor fecit me, præter consuetudinem, gloriosum. nónne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam bene merentibus non referri? etiámne eos, qui omneis suas curas in rei-
14 publicæ salute defigunt? || Scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonẽ, [d] me per idus Quinctileis, qui dies hodie est cum fascibus descensurum. aliquem imperatorem habituri erimus? crimẽ inuidia quæretur? Credo hoc in gla- dia

a L. noui singularésque debentur.

b L. An si quis, Hisp. aut Gall. aut Thracum mille, aut duo millia occîdisset, eum hac cons. quę increb. imp. app. sena tot leg. &c.

c L. etiam in eos, qui omneis suas curas in reip. salute defigũt, crimẽ inuidiã que quæretur? Scitis en.

d L. me pridie venalia, qui dies hodie est. cùm fascib. fuisse descẽsurũ. Credo hoc in aliquẽ impiũ gladiatorẽ aut latr. aut Catilinam, esse confictum: non in eum qui &c. al. me pridem Quinquatrus. Pant. me per idus Apriles, qui hodie est, cum fascibus descensurum. At quem in Imperatorem, crimen inuidia quæritur?

diatorum, aut latronum, aut Catilinã esse cõsultum non in eum, qui, ne quid tale in rep. fieri posset, effecerit. an ego, qui Catilinam hæc molientem sustulerim, euerterim, afflixerim, ipse[e] exstiterim repentè Catilina? quibus auspiciis istos fasceis augur acciperem? quatenus haberē? cui traderem? quemquámne fuisse tam sceleratum, qui hoc fingeret? tam furiosum, qui crederet? Vnde igitur ista suspicio, vel potiùs iste sermo? ¶ Cùm, vt scitis, hoc triduo vel quatriduo, 15 tristis à Mutina fama manaret: inflati lætitia, atque insolentia impij ciues, vnum se in locum f ad illam curiam, viribus potiùs suis, quàm reip. infelicem, congregabant, ibi cùm consiliũ inirent de cæde nostra, partirēturque internè, qui Capitolium, g qui Rostra, qui vrbis portas occuparēt, ad me concursum futurum ciuitatis putabant. quod vt cum inuidia mea fieret, & cum vitæ etiam periculo, famam istam fascium dissipauerũt: fasceis ipsi ad me delaturi fuerũt. quod cùm esset quasi voluntate mea factum, tum in me impetus conductorum hominum, quasi in tyrannum parabatur: ex quo cædes esset h vestrũ omnium consecuta. Quæ res patescit, Patres cõscripti, sed suo tēpore totius huius sceleris fōs aperietur. ¶ Itaque P. Apuleius, trib. pleb. meorũ 16 omnium consiliorum, periculorúmque iam inde à cõsulatu meo testis, conscius, adiutor, dolorem ferre non potuit: doloris mei contionē habuit maximam, populo Romano, vnum, atque idem sentiente. in qua contione cùm me, pro summa nostra coniunctione, & familiaritate, liberare suspicione fascium vellet, vna voce cuncta contio declarauit, nihil esse à me vmquã de republica, nisi optimè cogitatum. Post hãc habitam contionē, duabus, tribúsve horis, optatissimi nuntij, & literæ venerunt: vt idem dies non modò me iniquissima inuidia liberarit, sed etiã celeberrima populi Rom. gratulatione auxerit.

e L. exsisterem

f L. ad illã curiã suis potiùs, quã reip. inf.

g al qui ostia,

h L. omniũ vestrum

Hæc

17 Hæc interposui, P.C. non tam vt pro me dicerē (malè enim mecum ageretur, si parū vobis essē sine defensione purgatus) quàm vt quosdam nimis ieiuno animo, & angusto monerē, id quod semper ipse fecissem, vti excellētium ciuiū virtutem imitatione dignā, non inuidia putarent. Magnus est in repub. campus, vt sapienter dicere Crassus solebat. multis apertus cursus ad laudē: vtinam quidem illi principes viuerent. qui me post meum consulatum, cùm iis ipse cederem, principem, non inuiti videbant. hoc verò tēpore in tanta inopia constantium, & fortiū cōsularium, quo me dolore affici creditis, cū alios malè sentire, alios nihil omnino curare [i] videā, alios parum constanter in suscepta causa permanere sententiámque suam non semper vtilitate reip. sed cùm spe, tum timore moderari? i al. video,

18 Quod siquis de contentione principatus laborat, quæ nulla esse debet: stultissimè facit, si vitiis cū virtute contendit, vt enim cursu cursus, sic in viris fortibus, virtus virtute superatur. Tu, si ego de rep. optimè sentiā: vt me vincas, ipse pessimè sēties? aut, si ad me bonorum concursum fieri videbis, ad te improbos inuitabis? nollem primū reip. causa, deinde etiam dignitatis tuæ. Sed, si principatus ageretur, quē nūquā expetiui, quid tādem mihi esset optatius? ego enim malis sententiis vinci non possum, bonis forsitā possum,

19 & libēter. Hæc populum Ro. videre, animaduertere, iudicare, quidam molestè ferunt, poteráthe fieri, vt non [k] perinde homines quoque, vt quisque mereretur, iudicarent? vt enim de vniuerso senatu populus Ro. verissimè iudicat. nullis reipublicæ temporibus hunc ordinem firmiorem, atque fortiorem fuisse: sic de vnoquoq; nostrū, & maximè qui hoc loco sentētias dicimus, sciscitantur omnes, auent audire, quid quisque senserit. ita de vnoquoque, vt quem meritum k I. proinde homines de quoque, vt q.

20 arbitrantur, existimant. Memoria tenent, me

ante

l L. XIII. Kal.
m L. meis cohort.
n L. P. Vetidium,
o L. vocauissent,
* in has sētētias meas si consules
* al. dedignati
p L. pro prætore,
q L. decreta dico?
r L. postulata. Ciuile b.

ante diem [l] XIII. Kalendas Ianuarias principē reuocandæ libertatis fuisse: me ex Kalendis Ianuariis ad hanc horam inuigilasse reip. meam domum, meásque aureis, dies & noctes omniū præceptis, monitisque patuisse: meis literis, meis nuntiis, [m] meisque cohortationibus omneis, qui vbique essent, ad patriæ præsidium excitatos, meis sententiis à Kalen. Ian. numquam legatos ad Antonium. semper illum hostē, semper hoc bellum: vt ego, qui omni tempore veræ pacis auctor fuissem, huic essem nomini pestiferæ pacis inimicus. ||Idem [n] Vētidium, cùm alij trib. 21
plebis [o] voluissent: non ego semper hostē? *has in sententias meas, si consules * designati discessionem facere voluissent, omnibus istis latronibus auctoritate ipsa senatus iampridem de manibus arma cecidissent. Sed, quod tum non licuit, Patres conscripti, id hoc tempore non solùm licet, verùm etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari, sententiis nostris hosteis iudicari. ||Antea cùm hostem, aut bellū nominassem: semel, & sæpius sententiam meam de 22
numero sententiarum sustulerunt, quòd in hac causa iā fieri non potest. ex literis enim C. Pansæ, A. Hirtij consulū, C. Cæsaris [p] proprætoris, de honore diis immortalibus habendo sententias diximus. Supplicationem modò qui decreuit, idem imprudens hosteis iudicauit. numquam enim in ciuili bello supplicatio decreta est. [q] decretam dico? ne victoris quidem literis [r] postulata est. ||Ciuile bellum cōsul Sylla ges- 23
sit: legionibus in vrbem adductis, quos voluit, expulit: quos potuit, occidit. supplicationis mētio nulla. Graue bellum Octauianum insecutum est: supplicatio Cinnæ nulla victoris. Cinnæ victoriam imperator vltus est Sylla: nulla supplicatio decreta à senatu. Ad teipsum, P. Seruili, nū misit vllas collega literas de illa calamitosa pugna Pharsaliæ? num te de supplicatione voluit

luit referre? profectò noluit. At misit postea de
Alexandria, de Pharnace. Pharsalicę vero pugnę
ne triumphum quidem egit, eos enim ciueis pu-
gna illa sustulerat, quibus non modò victorib⁹,
sed etiam viuis, & incolumis & florens ciuitas
24 esse posset.|| Quod idem cōtigerat superioribus
bellis ciuilibus. Nam mihi consuli supplicatio,
nullis armis sumtis, nō ob cædem hostium, * sed * Idem 2. Philipp & in Piso. & 15. Fam. ep. 4.
ob conseruationem ciuium, nouo & inaudito
genere, decreta est. Quamobrem aut supplicatio
ob remp. pulchetrimè gestam postulantibus ve-
stris imperatoribus deneganda est, quod præter
Gabiniū contigit nemini: aut supplicatione de-
cernenda, hosteis eos, de quibus decernitis, iu-
diceris necesse est.[s] Quod ergo illi re, id ego e- s L. Quod ergo ille re
tiā verbo, cū imperatores eos appello. hoc ipso
nomine & eos, qui iam deuicti sunt, & eos qui
supersunt, hosteis iudico, cùm victores appello
25 imperatores.|| Quomodo enim potiùs Pāsam ap-
pellem? etsi habet honoris amplissimi nomen. * *al. quomodo Hirtiū?
quo Hirtium? est ille quidem consul: sed alterū
nomen beneficij est populi Romani, alterū vir-
tutis, atque victoriæ. Quid Cæsarē, deorum be-
neficio reipublicæ procreatum, dubitémne [t] ap- t al. appellare impperatore: qui pr.
pellare imperatorem, qui primus [u] Antonij im-
manem, & fœdam crudelitatem, nō solùm à iu-
gulis nostris, sed etiam à membris, & visceribus
[x] auertit? Vnius autem diei quot, & quantæ vir- v al immanem, & fœdā crudelitatem Antonii, nōn solùm, &c.
26 tutes, dij immortales, fuerunt! || princeps enim
omnium Pansa prœlij faciendi, & cum Antonio
cōfligendi fuit, dignus imperator legione Mar-
tia, digna legio [y] imperatore, cuius si acerrimū x al. auertit.
impetum cohibere potuisset, vno prœlio confe-
cta res esset. Sed cùm libertatis auida legio ef- y L. imperatore Pāsa: cuius
frenatiùs in aciem hostium irrupisset, ipséque
in primis Pāsa pugnaret, duobus, periculosis vul
neribus acceptis, sublatus è prœlio reipublicæ,
vitam reseruauit. Ego verò hunc non solùm im-
peratorem, sed etiam clarissimum imperatorem

indico: qui cùm aut morte, aut victoria se satis-
facturum reipublicæ spopondisset: alterum fe-
cit, alterius dij immortales omē auertāt. || Quid 27
dicā de Hirtio? qui re audita, è castris duas le-
giones eduxit incredibili studio, atque virtute,
quartam illam, quæ, relicto Antonio, se olim cū
Martia legione coniunxit, & septimam, quæ cō-
stituta ex veteranis, docuit illo prœlio, militi-
bus iis, qui Cęsaris beneficia seruassent, senatus,
populiq; Romani carū nomen esse. His viginti
cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse, aquilā
quartæ legionis cùm inferret, qua nullius pul-
chriorem speciem imperatoris accepimus cum
tribus Antonij legionibus, equitatúque confli-
xit, hostesque nefarios, huic[a] Ioui maximo, ce-
terísque deorum immortaliū templis, vrbis te-
ctis, libertati populi Romani, nostræ vitæ, san-
guinique imminenteis, prostrauit, fudit, occidit,
vt cum admodū paucis, nocte tectus, metu per-
territus, princeps latronum, dúxque fugerit.* O
solem ipsum beatissimum, qui antequam se ab-
deret: stratis cadaueribus [a] parricidarū, cū pau-
cis fugientem vidit Antonium? || An verò quis- 28
quam dubitabit appellare Cæsarem imperato-
rem? ætas eius certè ab hac sententia neminem
deterrebit, quādoquidem virtute superauit æta-
tem. Ac mihi semper eo maiora beneficia C. Cę-
saris visa sunt, quò minùs erāt ab ætate illa po-
stulāda. [b] cui cū imperium: eodem tempore etiā
spem nominis eius deferebamus: quod, cùm est[c]
secutus auctoritatem nostri decreti, rebus gestis
suis comprobauit. Hic ergo adolescens maximi
animi, vt verissimè scribit Hirtius, castra mul-
tarum legionum paucis cohortibus tutatus est,
secundúmque prœlium fecit. Ita trium impera-
torum virtute, consilio, felicitate, vno die locis
pluribus respublica est conseruata. || Decer- 29
no igitur eorum trium nomine quinquaginta
dierum supplicationes: [d] quas vt honorificen-
tissimis

a fort. Ioui opt. max.

* Vide Victor. 25. var. lect. c. 18.

a L. parricidarum,

b al. cui cū imperium dabamus, eodem tēp. &c.

c al. consecutus

d L. quas quàm hon. verb. consi. pot.

tissimis verbis ipse consequi potero,[e] comple- e al. com-
ctar ipsa sententia. Est autẽ fidei, pietatisque no plectar. Est
stræ declarare fortissimis militibus, quàm me-
mores simus, quámque grati. Quamobrem pro-
missa nostra, atque ea, quę legionibus, bello cõ-
fecto, tributuros nos spopondimus, hodierno
senatusconsulto renouanda censeo. æquum est
enim militum, talium præsertim, honorem cõ-
30 iungi. ‖Atque vtinã P.C. ciuibus omnibus sol-
uere nobis præmia liceret. quamquam nos ea,
quæ promisimus,[f] studiosè, quamquam multa f I. studio-
reddemus. sed id quidem restat, vt spero, victo- sè cumula-
ribus, quibus senatus fides [g] præstatur, quã qui- téque redd.
dem cum difficillimo reip. tempore secuti sunt, g al. præsta-
eos numquã oportebit consilij sui pœnitere. * tur: quam
Sed facile est bene agere cum iis, à quibus etiã cum dif.
tacentibus flagitari videmur. illud admirabi- * DIGRES-
lius, & maius, maximeque proprium senatus sa- SIO.
pientis est, grata eorum virtutem memoria pro-
31 sequi, qui pro patria vitam profuderunt. ‖Quo-
rum de honõre vtinam mihi plura in mentem
venirent: duo certè non præteribo, quæ maxi-
mè occurrunt, quorũ alterum pertinet ad viro-
rum fortissimorum gloriam sempiternam: alte-
rorũ ad leniẽdum mærorem, & luctũ proximorũ.
Placet igitur mihi, P.C. legionis Martiæ militi-
bus, & eis, qui vnà pugnãtes occiderunt, monu-
mẽtum fieri quàm amplissimũ. magna, atque in-
credibilia sunt in rempublicam huius merita
legionis. hæc se prima latrocinio abrupit An-
tonij: hæc tenuit Albam, hæc se ad Cæsarem
contulit: hanc imitata quarta legio parem vir-
tutis gloriam consecuta est. Quarta victrix desi-
derat neminem: ex Martia nonnulli in ipsa vi-
ctoria [h] conciderunt ô fortunata mors, quæ na- g al. ceci-
turæ debita, pro patria est potissimùm reddita. derunt.
32 ‖Vos verò patriæ natos iudico: quorum etiam
nomen à Marte est: vt idem deus vrbem hanc
gentibus, vos huic vrbi, genuisse videatur.

In fuga fœda mors eſt:in victoria glorioſa. etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet. Illi igitur impij, quos cecidiſtis. etiã ad inferos pœnas [i] parricidij luent.vos verò,qui extremum ſpiritum in victoria effudiſtis, piorum eſtis ſedem,& locum conſecuti. [k] Breuis autem vobis vita data eſt:at memoria bene redditæ vitæ,ſempiterna:quæ ſi non eſſet longior, quàm hæc vita:quis eſſet tam amens, qui maximis laboribus,& periculis [l] ad ſummam laudem gloriamque contẽderet?|| Actum igitur præclarè vobiſcum,fortiſſimi, dum vixiſtis,nunc verò etiam ſanctiſſimi milites,quòd veſtra virtus nec 33
obliuione eorum, qui nunc ſunt,nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit, cùm vobis immortale monumentum ſuis pænè manibus ſenatus,populúſq; Romanus exſtruxerit. Multi ſæpe exercitus Punicis, Gallicis,Italicis bellis, clari,& magni fuerunt:nec tamen vllis tale genus honoris tributum eſt. Atque vtinam maiora poſſemus,quandoquidem à vobis maxima accepimus. Vos ab vrbe furentẽ Antonium auertiſtis:vos redire moliẽtẽ repuliſtis. Erit igitur exſtructa moles opere magnifico,inciſæque literæ diuinæ,virtutis teſtes ſempiternæ: [m] numquámque de vobis,eorum,qui aut videbunt veſtrum monumentum,aut audiẽt,gratiſſimus ſermo cõticeſcet.ita pro mortali cõditione vitæ immortalitatem eſtis conſecuti.|| Sed quoniam. Patres 34
conſcripti,gloriæ munus optimis,& fortiſſimis ciuibus monumenti honore perſoluitur,conſolemur eorum proximos,quibus optima eſt hæc quidem conſolatio:parẽtibus, quòd tanta reip. præſidia genuerunt:liberis, [n] quòd habebunt domeſtica exempla virtutis:cõiugibus,quòd iis viris carebunt,quos laudare,quã lugere præſtabit:fratribus,quòd in ſe,vt corporũ, ſic virtutũ ſimilitudinem eſſe confident. Atque vtinam his omnibus abſtergere fletum ſententiis noſtris,

con

---

i L.patricidii

k L. breuis à natura vobis vita data eſt: at m.

l al.ad laudem,gloriã que ſũmã

m L. numquam de vobis.

n al. quod habent dom.

consultisque possemus, vel aliqua talis [o] iis adhiberi publicè posset oratio, quæ deponerent mærorem, atque luctum, gauderéntque potiùs, cùm multa, & varia impenderêt hominibus genera mortis, id genus, [p] quod est pulcherrimum, suis obtigisse, eosque nec inhumatos esse, nec desertos (quod tamen ipsum pro patria non miserãdum putatur) nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus, atque muneribus, eáque exstructione, quæ

35 sit ad memoriam æternitatis ara virtutis. || Quãobrem maximum quidem solatium erit propinquorum, eodem monumento declarari & virtutem suorũ, & pietatem, & senatus fidem, & crudelissimi memoriam belli, in quo, nisi tãta militũ virtus exstitisset: [q] parricidio M. Antonij nomen populi R. occidisset. Atque etiam cẽseo, P.C. quæ præmia militibus promisimus nos, rep. recuperata, tributuros ea viuis, victoribúsq; cumulatè, cùm tẽpus venerit, persoluenda: qui autẽ ex iis, quibus illa promissa sũt pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, eadẽ tribuenda cẽseo. *Sed, vt aliquãdo sententiã complectar, ita cẽseo. ||

36 CVM C. Pãsa, cos. imper. initiũ cũ hostibus confligẽdi fecerit, quo prœlio legio Martia admirabili incredibilique virtute, libertatẽ populi R. defenderit, quod idẽ legiones tironũ fecerint: ipseq; C. Pãsa, cos. impe. cùm inter media hostium tela versaretur, vulnera acceperit: cũque A. Hirtius, cos. imper. prœlio audito, & cognito, fortissimo, præstãtissimóque animo exercitũ castris eduxerit, impetúmque in M. Antoniũ, exercitúmque hostiũ fecerit, eiúsq; copias [r] occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi, vt ne vnum quidem

37 militẽ desiderauerit: || cúmq; C. Cæsar impe. cõsilio, diligẽtiáque sua castra feliciter defenderit, copiasque hostiũ, quæ ad castra accesserãt, profligarit, occiderit: ob eas res senatũ existimare,

o L. publicè adhiberi pos.

p L. quod esset pulch.

q L. patricidio

* PERORATIO.

r L. occidione occid.

s L. Cæsar, pro pr. imp.

& iudicare,eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio,grauitate, constantia,magnitudine animi,felicitate,populum Ro.fœdissima, crudelissimaque seruitute liberatum, cúmque remp. vrbem,templa deorum immortalium,bona, fortunasque omnium,liberosque conseruarint dimicatione,& periculo vitæ suæ,vti ob eas res bene,fortiter,feliciterque gestas,C. Pãsa,A. Hirtius,coss.imperatores,alter,ambóve,* aut,si abierint,M.Cornutus,prætor vrbanus,supplicationes per dies quinquaginta ad omnia puluinaria constituat: || cúmque virtus legionum digna 38
clarissimis imperatoribus exstiterit, senatũ,quæ sit antea pollicitus legionibus, exercitibúsque nostris,ea summo studio,rep. liberata persoluturum:cúmque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit,atque ita cũ maiore numero hostium contenderit,vt [t] plurimos cæderẽt, caperent nonnullos:cúmque [u] sine vlla necessitate pro patria vitã profuderint : || cúmque simili 39
virtute reliquarum legionum milites pro salute,& libertate populi R. mortem oppetiuerint: senatui placere,vt C.Pansa, A. Hirtius, cõsules, imperatores,alter,ambóue , si his videatur , iis, qui sanguinẽ pro vita,libertate,fortunisque populi R. pro vrbe, templisque deorum immortalium profudissent,monumentum quàm amplissimum locandum,[x] faciendúmque,vrbem ad eã rem pecuniam dare,contribuere,soluere iubeãt, vt exstet ad memoriam posteritatis sempiternã, ad scelus crudelissimorum hostium,militúmque diuinam virtutẽ:vtque quæ præmia senatus militibus antè constituit,ea soluantur eorum,qui hoc bello pro patria occiderunt,parentibus,liberis,coniugibus, fratribus : [y] eáque fratribus tribuantur,quæ militibus ipsis tribui oporteret, si illi vixissent,qui morte vicerunt.

C.CRIS

* Prætor vrbanus, si consules aberãt, cõsulari munere fũgebatur more maiorũ. 10.Fam.ep. 21. proinde maior dicebatur,cæteri minores.

t al. quàm plurimos cæderent,

v L.sine vlla retrectatione pat. al. sine vlla retractatione

x L. faciũdũ curent: quæstores vrb.ad eam r.

y L. iisque tribuantur quæ m.



C. CRISPI SALLVSTII, IN M. T. CICERONEM ORATIO, NISI POTIVS INCERTI auctoris declamatio est.



1 GRAVITER, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirē iudicio magis, quàm morbo animi petulantia ista vti. sed cū in te neque modū, neque modestiam vllam animaduerto, respondebo tibi: vt, si quam voluptatem malè dicendo cepisti, eam malè audiendo amittas. Vbi querar? quos implorem, Patres conscripti? diripi remp. atque audacissimo cuique esse perfidię[a] locum? an apud populum R. qui ita largitionibus corruptus est, vt sese, ac fortunas suas venaleis habeat? an apud vos, Patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuique & sceleratissimo ludibrio est: vbi M. Tullius leges, iudicia populi R. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani,[1] ac non repertitius, accitus, & paulo antè insitus huic vrbi ciuis. a L. locum apud popu lum R.

2 An verò M. Tulli, facta ac dicta tua obscura sunt? annō ita à pueritia vixisti, vt nihil flagitiosū corpori tuo putares, q alteri collibuisset? An scil. istā immoderatā eloquētiā apud M. Pisoné, nō pudicitiæ iactura perdidisti? Itaq; minimè mirandū est, si eā flagitiosè vēditas, quā turpissimè parasti. Verū, vt opinor, splēdor domestic⁹ tibi animos tollit. vxor sacrilega,[2] ac periuriis delibuta: filia matris pellex: tibi iucūdior, atq; obsequentior, quā parentis par est. domum ipsam tuam vi, & rapinis funestam tibi, ac tuis comparasti: videlicet,

vt nos commonefacias, quàm conuersa est res-
publica, cùm in ea domo habitares, homo fla-
gitiosissime, quæ P.Crassi,[b] viri consularis fuit.
‖[c] Atque cùm hæc ita sint, tamen se Cicero di- 3
cit, in concilio deorum immortalium fuisse, in-
de missum huic vrbi, ciuibúsque custodem; abs-
que carnificis nomine, qui ciuitatis incommo-
dum in gloriam suam ponit. Quasi verò non il-
lius coniurationis causa fuerit consulatus tuus,
& idcirco respublica disiecta eo tempore, quòd
te custodem habebat. Sed, vt opinor, illa te ma-
gis extollunt, quæ post consulatum cum Teren-
tia vxore de rep. consuluisti, 4 cùm [d] legis Plan-
ciæ iudicia domi faciebatis: ex coniuratis[e] alios
morte, alios pecunia condemnabas, cùm tibi a-
lius Tusculanum, alius Pompeianam villam æ-
dificabat, alius domum emebat: qui verò nihil
poterat, is erat calumniæ proximus: is aut do-
mum tuam oppugnatum venerat, aut insidias se-
natui fecerat: denique de eo tibi compertum e-
rat ‖ Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem 4
quantum patrimonij acceperis, quid tibi litib.
accreuerit, qua ex pecunia domum paraueris,
Tusculanum, & Pompeianum infinito sumtu æ-
dificaueris: aut, si retices, cui potest esse dubiũ,
quin opulentiam istam ex sanguine, & miseriis
ciuium paraueris? Verũ, vt opinor, homo nouus
Arpinas ex M.Crassi familia, eius virtutem imi-
tatur, contemnit simultatẽ hominum nobiliũ,
rempublicam carã habet, neque terrore, neque
gratia commouetur. ‖[f] Illud verò amicitiæ tãtũ, 5
ac virtutis est animi? immò verò homo leuissi-
mus, supplex inimicis, [g] amicis contumeliosus,
modò harum, modò illarum partium, nemini fi-
dus, leuissimus senator, mercenarius patronus,
cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat,
lingua vana, manus rapacissimæ, gula immẽsa, pe
des fugaces: quæ honestè nominari non possũt,
inhonestissima. Atque is, cùm eiusmodi sit, tamẽ
audet

b fort. viri clarissimi

c L. Atque hæc cùm ita sint,

d L. legis Plautiæ

e L. alios condemnabas, alios pecunia absoluebas: cum tibi

f L. Illud verò amicitiæ: hoc virtutis est animi.

g L. in amicos

audet dicere: O FORTVNATAM NATAM ME CONSVLE ROMAM. Te consule, fortunatā, Cicero? immò verò infelicem, & miseram, h quæ crudelissimam proscriptionem ciuium perpessa est, cùm tu, turbata rep. metu perculsos omneis bonos parere crudelitati tuæ cogebas: cùm omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erant: cùm tu, sublata lege Porcia, erepta libertate, nostrûm vitæ, necisque potestatem ad te vnum reuocaueras. h L. quæ crudelissimam proscriptionē perp.

6 ueras. || Atque parum est, quòd impunè fecisti, verùm etiam commemorando exprobras, neque licet obliuisci seruitutis suæ. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris quod libet? satis est perpessos esse: etiámne aureis nostras onerabis tuo odio? etiámne molestissimis verbis insectabere? CEDANT ARMA TOGAE, CONCEDAT LAVREA i LINGVAE. Quasi verò togatus, & non armatus, ea, quæ gloriaris, confeceris: atque inter te, Syllámque dictatorem præter nomē imperij, quidquā interfuerit. i L. LAVDI.

7 quā interfuerit. || Sed quid ego plura de tua insolētia cōmemorem? quem Minerua omneis arteis edocuit. Iupiter optimus maximus in conciliū deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportauit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omneis Paulos, Scipiones, Fabios superasti, quem tandē locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes reip. placent? quē amicum, quem inimicum habes? k cui insidias in ciuitate fecisti ancillaris? quo iure, cùm de exsilio tuo Dyrrarchi co rediisti, eum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorū nūc potentię faues? qui tibi antè optimates videbantur, eosdē nunc dementeis, ac furiosos vocas? Vatinij causam agis? de Sextio malè existimas? Bibulum petulantissimis verbis lædis? laudas Cæsarem? quem maximè odisti, ei maximè obsequeris? aliud stās, aliud sedens de rep. sentis? his maledicis, illos odisti, leuissime transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habens? k L. quo in re cui insidias in ciuitate fecisti, ei ancillaris? cū de exsulio &c.



M. TVLLII CICERONIS, VT FALSO INSCRIBITVR, IN CRISPVM SALlustium responsio.



A DEMVM magna voluptas est, Crispe Sallusti, ęqualem, ac parem verbis vitam agere: neque quidquam tam obscænum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ętas tua respōdeat: vt omnis oratio moribus consonet. neque enim qui ita viuit, vt tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque qui tam illoto sermone vtitur, vita honestior est. Quò me vertam, P.C. vnde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est vterque nostrûm: quòd aut si de mea vita, [a] atque actibus huic conuiciatori respondero, inuidiam gloria consequatur: aut, si huius facta, mores, omnem ætatem nudauero, in idem vitium incidā procacitatis, quod huic obiicio. Id vos si fortè offendimini, [b] iustiùs huic, quàm mihi, succensere debetis, qui initium introduxit. ‖ Ego dabo operam, vt & pro me minimo cum fastidio respondeam, & in hunc minimè mentitus esse videar. Scio me, P.C. in respondendo non habere magnam exspectationem, quòd nullum vos sciatis nouum crimen in Sallustium audituros: sed omnia vetera recognituros, queis & meæ, & vestræ iam, & ipsius aures callent. verùm eò magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimentum: sed ita ingressus est, vt neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua ætate præterire. ‖ Itaque nihil aliud studet, nisi, vt lutulentus

a L. atque actis

b L. iustiùs huic, qui initium introduxit, quàm mihi, succens. deb.

lentus sus,cum quouis volutari.longè verò fallitur opinione. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur:sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrûm testante animo suo fert,de eo,qui falsum crimen bonis obiectat, ꝙ si vita istius memoriam vicerit:illam,P. C. non ex oratione,[c] sed suis ex moribus spectare debetis.Iam dabo operam, quàm maximè potero, vt breue id faciam.Neque hęc altercatio nostra vobis inutilis erit, Patres conscripti. Plerumq; enim respublica priuatis crescit inimicitiis: vbi

c L. sed ex suis mor.

4 nemo ciuis,qualis sit vir,potest latere.|| Primùm igitur, quoniam omnium maiores Crispus Sallustius ad vnum exemplum & regulam quærit, velim mihi respondeat,numquid hi, quos protulit,Scipiones,[d] & Metellos, vel Fabios, antè fuerint aut opinionis,aut gloriæ, quàm eos res gestæ suæ,& vita innocentissimè acta cómendauit.ꝙ si hoc fuit illis initium nominis & dignitatis:cur non æquè de nobis existimetur, cuius & res gestæ illustres, & vita integerrimè acta?

d L. & Metelli, antè fuerint vllius opinionis, aut gl.

5 quasi verò tu sis ab illis viris,Sallusti,ortus, ꝙ si esses,nónullos iam tuę turpitudinis pigeret.||Ego meis maiorib. virtute mea præluxi,vt,si prius noti nó fuerint, à me accipiant initiú memoriæ suæ:tu tuis vita,quā turpiter egisti, magnas offudisti tenebras:vt, etiāsi fuerint egregij ciues, certè venerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos viros obiectare.Satius est .n. me meis rebus gestis florere, quā maiorū opinione niti: & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initiū,& virtutis exéplū. Neque me cum iis cóferri decet P.C qui iam decesserunt. omnique odio carent,& inuidia:sed cú eis, qui mecū vnà

6 in repub.versati sunt.|| Sed si fuerim aut in honorib.petendis nimis ambitiosus (nó hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Sallustius duxit) aut in gerendis magistratibus, aut in vindicandis ma-

e for. sed fuerim aut in hon.

leficiis tam seuerus, aut in tuenda rep. tam vigi-
lans, quam tu proscriptionē vocas: credo quòd
non omnes tui similes incolumes in hac vrbe
f vixissent. At quanto meliore loco resp. staret,
si tu par, ac similis scelestorum ciuium, vnà cum
illis adnumeratus esses? || An ego tunc falsò scri- 7
psi, CEDANT ARMA TOGAE, qui togatus armatos,
& pace bellum oppressi? An illud mentitus sum,
FORTVNATAM NATAM ME CONSVLE ROMAM,
qui tantum intestinum bellum, ac domesticum
vrbis incendium exstinxi? Neque te tui piget,
homo leuissime, cùm ea culpas, quæ in historiis
gloriæ mihi ducis? An turpius est, P.C. scribentē
mētiri, g quàm palàm hoc ordine dicentem? Nā
quòd ætate increpuisti: tantum me abesse puto
ab impudicitia, quantum tu abes à pudicitia.
|| Sed quid ego de te plura querar? Quid enim 8
mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquen-
tiam, vt vitium, obiicere? cuius semper nocens
eguisti patrocinio. An vllum existimas posse
fieri ciuem egregium, qui non his artibus, & di-
sciplinis sit eruditus? an vlla alia putas esse ru-
dimenta, & incunabula virtutis, quibus animi
ad gloriæ cupiditatē aluntur? Sed minimè mirū
est, P.C. si homo, qui desidiæ, ac luxuriæ plenus
sit, hæc, vt noua, atque inusitata, miratur. || Nam 9
quòd ista inusitata rabie petulanter in vxorem,
& in filiam meam inuasisti, quæ faciliùs mulie-
res se à viris abstinuerunt, quàm tu vir à viris:
satis doctè ac peritè fecisti. Nō enim me sperasti
mutuā tibi gratiā relaturū, vt vicissim tuos cō-
pellarē. Vnus enim satis es materiæ habens: ne-
que quidquā domi tuæ turpius est, quā tu. Mul-
tū verò te opinio fallit, qui mihi parare putasti
inuidiā ex mea re familiari. quę mihi multò mi-
nor est, quā habere dignus sim. atq; vtinā ne tāta
quidem esset, quāta est: vt potiùs amici mei vi-
uerent, quā ego testamentis eorum locupletior
essem. || Ego fugax, Crispe Sallusti, furori tribu- 10
ni

f for. vixisse: at q.

g L. quam ille palam tu hoc ord.

ni plebis cessi, vtilius duxi quamuis fortunam vnus experiri, quàm vniuerso populo R. ciuilis h essem dissensionis causa. qui posteaquam ille suum annum in rep. perbacchatus est, omniáq;, quæ commouerat, pace, & otio resederunt: hoc ordine reuocante, atque in ipsa rep. manu retrahête me, reuerti. Qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet: cùm vniuersi vos, populusque Ro. frequens aduentus meo gratulatus est. tanti me fugacem,

h L. esse diss.

11 mercenarium patronum, hi æstimauerunt. || Neque hercule mirum est, si ego sẽper iustas omniũ amicitias existimaui. Non enim vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi: sed, quantum quisque reipublicæ studuit, mihi tãtùm fuit aut amicus, aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, quàm pacem. Multi priuatorũ audacias i metuerunt: ego nihil timui, nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt: ego nũquã volui quidquã posse, nisi pro vobis. Multi ex vobis potẽtia freti, in vos suis viribus abusi sunt. Itaque non est mirũ, si nullius amicitia vsus sum, qui non per-

i al. nutierunt:

12 petuò reipublicæ amicus fuit. || Neque enim me pœnitet, si aut petẽti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum, aut Sextij insolentiam repressi, aut Bibuli patientiã culpaui, aut virtutib. Cæsaris faui. hæ laudes egregij ciuis, & vnicæ sunt. Quæ si tu mihi, vt vitia obiicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum, P.C. non apud vos, quos ego habui omnium mearũ actionum monitores. Sed vbi rerum testimonia

13 adsunt, quid opus est verbis? || Nunc, vt ad te reuertar, Sallusti, patrẽq; tuum prætercam: qui, si numquã in vita sua peccauit, tamen maiorẽ iniuriam reipublicæ facere non potuit, quã quòd te talem filium genuit: neque tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne parentem tuum accusare videar, qui eo tempore summam tui potesta

testatã habuit: sed qualẽ adolescentiam egeris. hac enim demõstrata, facilè intelligetur, quã petulanti pueritia tã impudicus, & procax adoleueris. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quęstus sufficere nõ potuit, & ætas tua iã ad ea patiẽda, quæ alteri facere collibuisset, exoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris: vt, quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris.||

k L. exputare.

14 Ita non est facile [k] reputare, P. C. vtrùm inhonestioribus corporis partibus rẽ quæsierit, an amiserit Domum paternam viuo patre turpissimè venalem habuit, vendidit. Et cuiquam dubium potest esse, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo, [l] pro herede gesserit omnia? Neque pudet eum à me quærere, quis in P. Crassi domo habitet, cùm ipse respondere non queat, quis in ipsius habitet paterna domo. At hercule lapsus ætatis tirocinio, postea se correxit. Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegij Nigidiani: bis ad iudicis subsellia attractus, extrema fortuna stetit: & ita discessit, vt nõ hic innocẽs esse, sed iudices peierasse existimarẽtur.||

l L. pro herede se gesserit? N.

15 Primũ honorẽ in quęstura adeptꝰ, hũc locũm, & ordinẽ [m] despectꝰ, cuius aditꝰ sibi quoq;, sordidissimo homini patuisset. Itaq; timẽs ne facinora sua clàm vos essent, cũ omnib. matrib. familiarũ opprobrio esset, cõfessus est, vobis audientib. adulteriũ, neq; erubuit ora vestra. Vixeris vt libet, Sallusti: egeris quæ volueris: satis sit, vnũ te tuorũ scelerũ conscium esse. noli nobis languorẽ, & soporẽ nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuẽda pudicitia nostrarũ vxorũ, sed ita experrecti nõ sumus, vt à te cauere possimꝰ. Audacia tua vincit studia nostra.||

m L. despexit,

16 [o] Et ꝙ hunc mouere possit, P. C. factũ, ac dictũ turpe, quẽ nõ puduit palàm, vobis audientibus, adulteriũ cõfiteri. Quòd si tibi nihil per me respõdere voluisse, sed illud censoriũ [p] elogiũm Appij Claudij, & L. Pisonis integerrimorũ virorum,

o L. ecquod hunc

p L. eclogium App. al elegium al. ellogium

rũ,quo vſus eſt quiſque eorũ, pro lege palàm vniuerſis recitarẽ.nónne tibi videre æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non poſſit? Neq; poſt illũ delectũ ſenatus vnquã te vidimus:niſi fortè in ea te caſtra coniecisti,quò

17 omnis ſentina reip.confluxerat.|| At idem Salluſtius,qui in pace ne ſenator quidẽ mãſerat:poſteaquã reſp.armis oppreſſa eſt, & idẽ victores, qui exſules reduxit: in ſenatũ poſt quæſturã eſt reductus.quẽ honorẽ ita geſſit,vt nihil in eo nõ venale habuerit, cuius aliquis emtor fuerit. Ita igitur egit,vt nihil non ęquum,ac verũ duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet:neque aliter vexauit, ac debuit, ſi quis prædæ loco magiſtratum

18 accepiſſet.|| Peracta quæſtura, poſteaquã magna pignora eis dederat, cũ quib. ſimilitudine vitæ ſe coniunxerat, vnus iam ex illo grege videbatur.Eius enim partis erat exẽplar Salluſtius,quò, tanquã in imam voraginem, cœtus omnium vitiorum[q] exceſſerat, quidquid impudicorũ, cyllonũ,[r] parricidarũ, ſacrilegorũ, debitorum fuit in vrbe,municipiis,coloniis,Italia tota,ſicut in fretis ſubſederant,nominis perditi ac notiſſimi nulla in parte caſtris apti, niſi licentia vitiorũ,

19 & cupiditate rerũ nouarum.|| At poſteaquã prætor eſt factus, modeſtè ſe geſſit, & abſtinenter. Nónne ita prouinciam vaſtauit, vt nihil neque paſſi ſint,neq; exſpectarint grauius in bello ſocij noſtri,quã experti ſunt in pace,hoc Africam interiorẽ obtinente: vnde tantum hic exhauſit, quãtũ potuit aut fide nominũ traiici,aut in naueis contrudi,tantũ,inquã,P.C.exhauſit,quantũ voluit.Nec cauſã diceret,ſeſtertio duodeciescũ Cæſare paciſcitur..Quòd ſi quidpiã eorũ falſum eſt.his palàm refelle,vnde tu, qui modò ne paternam quidem domum[s] redimere potueris, repentè tanquam ſomnio beatus,hortos pretioſiſſimos, villam[t] Tiburti, C. Cæſaris reliquas

20 poſſeſſiones paraueris. || Neque piguit quærere, ego

q al. concesserat.
r L. parricidarum,
s L. reluere pot.
t al. Tiburri, al. Tiburtinam.
v L. Neque cur te pig.

ego P.Craſſi domũ emiſſem, cùm tu vereris vil-
læ dominus ſis, cuius paulò antè fuerat Cæſar.
modò inquam, patrimonio non comeſo, ſed de-
uorato, quibus rationibus repentè factus es tã
affluens, & tam beatus? nam quis te faceret hæ-
redem, quem ne amicum quidem ſuum ſatis ho-
x L.tibi? neſtũ quiſquã ſibi ducit, niſi ſimilis, ac par[x] tui?
At hercule egregia facta maiorum tuorum te
extollunt. quorum ſiue tu ſimilis es, ſiue illi tui,
nihil ad omnium ſcelus, ac nequitiam addi po-
teſt.|| Verùm, vt opinor, honores tui te faciunt 21
inſolentem. Tu, C.Salluſti, tantidem putas eſſe
bis ſenatorem, & bis quæſtorem fieri, quanti
bis conſularem, & bis triumphalem? Carere de-
bet omni vitio, qui in alterum paratus eſt
dicere. Is demum maledicit qui non poteſt
verum ab altero audire. Sed tu omnium menſa-
rum aſſecla, omnium cubiculorum in prima æ-
tate pellex, & idem poſtea adulter, omnis ordi-
nis turpitudo es, & ciuilis belli memoria. Quid
enim grauius pati potuimus, quàm quòd te in- 22
columem in hoc ordine videamus?|| Deſine bo-
y for.inſe-ctari, nos petulãtiſſima[y] cõſectari lingua: deſine mor-
bo procacitatis iſto vti: deſine vnumquemque
moribus tuis æſtimare. his moribus amicum ti-
bi facere non potes: videris velle inimicum ha-
bere. Finem dicendi, P.C. faciam, ſæpe enim gra-
uiùs vidi offendere animos auditorum, eos, qui
aliena flagitia apertè dixerunt, quàm eos, qui
commiſerunt. Mihi quidem ratio habenda
eſt, non quid Salluſtius meritò de-
beat audire, ſed vt ea dicam,
ſiqua ego honeſtè
effari poſſum.

AD



AD POPVLVM ET EQVITES ROM. ANTEQVAM IRET in exsilium.

***

Hæc oratio est inelegans, inconcinna, insulsa, atque inepta, denique vix Latina. Itaque qui eam Ciceroni adscribunt, eadem opera regi alicui opulento vestem aliquam crasso filo tritam, ac laceratam circundăt.

1 SI quando inimicorum impetum propulsare, ac propellere cupistis, defendite nunc vniuersi vnū, qui, ne omnes concideretis, ardoréque flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitaui prouidere. Nam, quē virtutis gloria meum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium. Si liberū cōceptam dulcedinem animo inclusam continetis: nolite eo velle carere, qui carissimam vestrā
2 procreationem sibi esse duxit. || Est enim liberale officium, serere beneficium, vt metere possis fructum. Fidei conducit in loco, debitū retribuere. Illic enim animi voluntas propensa cōprobatur: hic memoria collaudatur. Itaque, si omnibus graue seruitutis iugum esse debet, in libertate educatis: si is vestris animis acceptissimus, qui à vestro corpore iugum acerbissimum repu-
3 lit seruitutis. || Et, si maiores vestri eos imperatores, qui militum virtute, hostium fregerunt furorē, iucundissimo fructu libertatis, reconciliato, non solùm statuis dignos putarunt, sed

etiã æterna triumphi laude decorarunt: tũ vos eum consulem, qui non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilẽ ciuium mentem senatus auctoritate vindicauit, existimate vobis retinendum in ciuitate esse.||Si 4
quæ beneficia singulis ciuibus, priuatimq; dantur, ea solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta: iure & meritò possum ego vos ad defensionem meæ salutis adhortari, quos conseruaui vniuersos. Nam neque maius est defendere vnum, quàm populum: neque veriùs à singulis quàm ab omnibus repetere officij præmium, & fructum: propterea quòd in vnius periculo sæpe contemto parua est, vt leuis sit labor defensori sustinẽdus: in reip. insidiis, quò firmius est quod oppugnatur, eo paratiores sunt inimici, vt iis sine magna sollicitudine, industria, virtute non
queat resisti.||Et singulorũ opes sępe sunt tenues, 5
& infirmæ ad gratiam referendam, vt opitulari bene merentibus non queant, si maximè cupiãt: vniuersorum auxilium eò plurimùm prodest, ꝙ firmioribus opibus est nixum. Iure igitur, quoniam & maior impensa in patriã officij est, quã in priuata fit defensione, & plus à vobis præsidij, quàm à ceteris opis ad salutẽ potest afferri: vos obtestor, quos mihi & debere & posse intelligo opitulari.||Non conuenit enim, cùm ego 6
ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referẽdam gratiam esse tardiores: ne, cuius amplitudinẽ, ac gloriam laude, atq; honoribus amplificare debeatis eius incolumitatem, & salutẽ deserendam existimetis. Etenim errat si quis arbitratur, M. Tullium idcirco in capitis periculũ vocari, quòd deliquerit: aliquid, ꝙ patriã læserit, ꝙ improbè vixerit. non citatur reus audaciæ: virtutis reus citatur, non accusatur ꝙ rẽp. vi oppugnarit, sed ꝙ homo nouus perniciosum nobiliũ restinxerit furorem. Nõ obest mihi turpis, & nocens, sed honestissimè laudatissiméque

que acta vita non odio bonorũ,sed inuidia pre-
7 mor malorum.|| Intelligunt homines,[a] tot,& tã
præclaris testimoniis,monumentisque virtutis
comparatis,M. Tullio,dum sit incolumis , fore
voluptati.idcirco vitam eripere cupiunt,vt cum
spiritu sensum quoq; adimant iucunditatis. Nõ
igitur indignum est,eos præmiis meis inuidere,
qui virtute certare noluerunt? eos in contem-
tionẽ honoris venire,qui officiis se superari æ-
quissimo animo tulerunt? Si dulcis est gloria,
consequere virtutẽ:noli abiicere labores, pete-
re honorem:honorẽ dico?immò verò famã,for-
tunas,familiam,liberos,caput,corpus,ipsum de-
niq; sanguinem,& animã.Cedo inuitus de rep.
cedo oppressus de fortuna,de dignitate:discedo
8 à rep.victus audacia malorũ.|| Liceat manere , si
non illũ M.Tulliũ,custodẽ vrbis,defensorẽ om-
niũ,patrẽ patriæ.at certè reliquias Tullij:liceat
in cõspectu ciuiũ, in hac vrbe,quã ex patricida-
rũ faucibus eripuit,remanere , tecta omniũ,fana
deorum,vniuersam videre periculo liberatã suo
ciuitatẽ:liceat ex hac flãma euolare, præsertim
qui illud impiũ incendiũ perditorũ hominũ la-
crymis potius meis,quã sanguine vestro restin-
gui malui.Neque enim peto,vt mihi detis vitã:
sed datã repeto,vt reddatis.Si meministis ꝙ de-
di,vos nõ debetis obliuisci,sed retribuere ꝙ de-
9 betis.|| Vos, vos obtestor, Dij immortales , qui
meæ menti lumina prætulistis , cùm consensum
exstinxi cõiurationis,arceq;vrbis ab incẽdio,ac
flãma liberaui,liberósq, vestros è gremio & cõ-
plexu,matrũ ad cædẽ,& cruorem nõ sum passus
abstrahi.Nũ igitur potest fieri à cliẽtibus vt re-
cipiar,cũ,à quibus debeã retineri,reiicere insti-
tuã? Socij quò fugiant,cùm aditus custodi pa-
triæ præclusus sit? Quomodo spes salutis reli-
quis residebit,cũ ciuibus præclusa sit exspecta-
tio incolumitatis?Pax,& concordia extraneis
gignetur,cùm iam domesticis non insideat , sed

[a] al. tot,& tã præclara testimonia, monumentaque virtutis comparata M. Tull.

publieè prouidēti eripiatur?|| Nam quid ego im- 10
proborũ facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros? auxilium ab alienis efflagitabo, cũ ciueis
b al. cùm ciuib. vestros deseratis? Sociorum inuocem subsidiũ, b cùm à ciuibus interclusum sit præsidium? Quam colere gentem nunc instituam? vtrùm vt custos accipiat, an vt proditor excludat? si vt conseruator, vestra erit ignominia: sin vt oppugnator: præcisa erunt omnia. Itaque quod putaui
fore gaudium, id exstitit exitium.|| Si, Quirites, 11
eundem in ceterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, & pro innocentissimo quoque propugnare, & nocentissimum quemque oppugnare nobis vtilissimum esse arbitraremur, & si cùm optimi cuiusque rebus aduersis nostram salutem, cum deterrimorũ hominum secundis nostra pericula putaremus coniuncta: frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur: neque partim innocētia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia ac multitudine amicorum fulti, cùm perfacilè existimaremus aduersariorum vim, ac factionem à nobis repelli posse, subitò ipsi simili periculo circumuenti in nostro euentu aliorum reminiscētes casus, iure id nobis accidere nequic-
quam quereremur.|| Quis enim est, Quirites, qui 12
nunc cùm inimicorũ nostrorũ vim, atq; violētiã perspiciat, quique nostrum ipsum periculosissimum casum recognoscat, qui non sibi, ac suis diffidat fortunis? Quo enim se satis tutum arbitrabitur præsidio? virtutis & gloriæ? At ea nos ipsa hoc tempore oppugnant. Multitudine amicorum? aperuerunt non forteis esse se amicos, si in eorum potestate nostra sita salus nõ est. Paucitate inimicorũ? At id nõ in ipsius, sed in aliorum voluntate positum est. nã non satis est, ne cui iniuriam facias, prouidere, si tamen sunt voluntarij inimici, qui tuis præmiis te oppugnent.
¶ Atque cùm hæc omnia omnibus sint grauia, 13

atque acerba, tum verò nobis misera, atque intoleranda, quorum & officia in remp. recentissima, & incommoda ob remp. frequentissima in familia versantur. Nunc si eadem condicio disceptationis proponetur, æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusa criminatione, sed vacuæ præbebuntur: qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore: qui sperant faciliùs & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient. Quamobrē nolo me duce supplicij vos ad fraudē deduci, vt ego ad pristinum statū recidā casus. Nūc igitur, si lingua est concertandū, innocentiæ virtute fretus supero. si facta compensanda sunt: conferamus æquitatē. si violētiæ impetu opprimimur: cedā pro omnibus vnus tribunitio furori, quoniā laborē pro
14 cunctis ferre consueui. || Si igitur aliquo tēpore iis hominibus consuluistis, quorum animus est religionis pietate defunctus: debetis mihi quoque prospicere, qui numini deorum consecratū sartum tectum ab omni * piaculo conseruaui, & vos, vt tutam, tranquillámq; fortunā traheretis, mea perfeci vigilantia. Nā me, quē paulò antè fortuna erexerat ad gloriā, virt⁹ extulit ad laudē, populus tribuit honorem eundē tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. Et quoniam animaduertistis illā conspirationem conflatā, ita esse restinctam, vt nulla scintilla cōpareat incendij, vos quoq; tribunitiā sedare temeritatem (qui nunc se mihi inimicū ostendit, se priùs esse vestrum professus est inimicum) ne rei crudelitas *experta in me, in vos conualescat, & calamitas remorata longiùs serpat, atq; progre-
15 diatur, præcauete. || Nunc vel solus delectus ad calamitatē, vel primus vocatus ad tale periculū, omniū animos iure debeo cōmouere. Omnia sūt immutata. manus ad demōstrandā religātur iniuriā: lingua inciditur ad deplorādā calamitatē: animus præcluditur ad exponendā rei indigni-

* al. periculo.

* experrecta

taté.Humilitatem generis obiiciunt nobis: qui
nouam rationẽ suscitant,veteres maiorũ obterunt laudes. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis,aut in vos sceleratè loquar factis?quorũ cognita improbitas,me tacẽte,coarguitur turpitudine vitæ,vt de iis non sit necesse inimicos prædicare,de quorũ scelere ne amici quidẽ aut ipsi possunt negare. 16
Vos ego appello, quorũ de me maxima est potestas. apud vos loquor de mea calamitate,quos habui semper innocentiæ,& virtutis meæ testeis. Igitur ex ciuitate benemeritus de rep. ciuis exturbatur: innocens expellitur?consularis homo?non facultatibus vsus quondã minimis,amicorũ multorũ præsidio munitus,nunc partim ab inuidis,partim ab inimicis circumuentus eget indignè. huic si opem non tuleritis in periculo capitis,vos credo retinebitis vestram libertatẽ?qui neque tãta valetis auctoritate, neq; tantorum officiorum impensam egistis in patriã:mihi credite,hoc in vno incõmodum cõfirmatũ multorum infirmabit incolumitatẽ:& si initio nõ erit refutatum, impunè ad omnium perniciẽ cõualescet.Proinde aut in meo periculo salutẽ integrã præstate cõmunẽ,aut in vestris hoc idẽ incõmodum exspectate fortunis.
17 Nemo tã perdita auctoritate, tã facinorosa inuentus est vita, qui cùm de scelere fateretur,nõ tamẽ sententiis prius iudicum cõuinceretur,quã supplicio addiceretur.Ego repentè vi tribunitia correptus non modò loquẽdi liberè in iudicio,sed ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatẽ.Eiicior non solùm sine teste,sine indice,sine crimine,sed sine accusatore,sine etiã scelere.
18 Hostibus in bello, qui diffident voluntate,dimicant armis, vitã quotidie oppugnant,in ipsa acie cũ prœliantur, licet loqui,licet disputare:mihi in pace,ciui,qui perditorũ hominũ fregi furorẽ,pro fortunis meis apud vos loqui nõ licebit?serui, qui ad suppliciũ cæsi verberibus trahũtur,apud eos sæpe dis-

putant,quos necare voluerunt : ego consularis apud vos non loquar,quos conseruaui?Tacebo, si necesse est:tacebo inquã,animo æquo,quoniã
19 virtus mea,me tacente,agit causam meã. ‖Itaq; vt ego in cõtione mea nihil ponã de rebus meis gestis,tamen in animis,& memoria vestra largiter relinquã.Isti modò videant qua ratione hãc inultã meã fugã ferre possint.Etenim si à me, vt isti existimant,Lentuli mortui sordes, si Catilinæ notissimus furor,si amentia Cethegi,si luxuries ac stupra Cassij pœnas repetũt:profectò istis hora nulla,eiecto Tullio vacuo periculo,aut periculi exspectatione relinquetur. Itaque illi in dies non meis insidiis,quæ nullæ à me parantur. sed suorũ scelerũ cõsciẽtia cruciati,mihi absẽti,
20 & pop.R. pœnas dabunt.‖Quas ob res ego inimicorũ amẽtiæ,cupiditatiq; paucorũ,omniũ salutis causa decedã,neq; eò deducã,aut progredi patiar,vt opera mea manus inter vos cõferatis, cædésq; ciuiũ inter se fiat:multóq; potiùs ipse patria,liberisq; meis carebo,quã propter vnum me,vos de fortunis vestris,reiq;pub. dimicetis. Sic enim ab initio fui animatus,vt nõ magis me mea causa putarẽ esse natũ,quã reip. procreatũ.
21 ‖Sed illud queror(ꝙ nõ iã ad vnius perniciẽ,sed ad vniuersorũ instruitur calamitatẽ) cõqueri,cõmiserari,dicere,expurgare,suspicionẽ dimouere,crimẽ diluere non licere.ore oppresso ceruices esse præbendas,quæ tamẽ omnia iã nõ sunt tã calamitosa,quã mihi sũt subeũda, quã perniciosa,quã in rẽp.sunt introducta. Quãobrẽ statutũ est,atq; decretum in his tẽporib. ciuitatis omnia perpeti, quæ volet furor libidinosus.
22 ‖Vim volunt afferre?præsto sum.eiicere volunt? exeo.indicta causa nolunt audire?causam nõ dico.aliud quidpiã conantur?agãt:nihil duri, nihil acerbi mihi erit,ꝙ rẽp.tutabitur. Non enim illis victus cedo,sed incolumibus vobis me cõdono.Neque enim mors miseranda est, quæ ob remp. capitur : neq; exiliũ turpe,quod virtute

suscipitur: cùm præsertim nonnullam hæ pœnæ
habeant in se consolationem. Nã vitã si eripiũt,
non adiment gloriam immortalẽ: si exsilio mul-
tabunt corpus, non animum à rep. remouebunt.
Nam, vbicumq; ero, hoc cogitabo, hæc semper
cura mea erit: méque vobis ereptum, non à vo-
bis repudiatũ, existimabo.|| Illud ab vniuersis po 23
stulo, petóque, si dum in ciuitate manere licitũ
est, nemini iniustè periculum creaui, nemini in-
nocenti fui calamitati, si omnibus auxilio præ-
sidioque esse consueui, plurimósque in hac ci-
uitate sum tutatus, vti vos liberos meos in ve-
strã fidem recipiatis, eosq; defendatis, néue ini-
micos meos in familiã nostrã longiùs progredi
patiamini: vtique, siue hinc abiero, siue ero hîc
oppressus, ea maneat opinio, & existimatio, quæ
virtute parta, non quæ infelicitate illata est.
|| Nũc ego te, Iupiter Optime Maxime, cuius nu- 24
tu, ac ditione solà terrarum gubernantur, téque
particeps connubij, socia regni regina Iuno, té-
que Tritonia, armipotens[a] Gorgona, Pallas, Mi-
nerua, ceterique dij, deæque immortales, qui
excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in
saxo incolitis constitutã, vt non solùm cunctam
intueri, sed etiã tueri possitis ciuitatẽ: à quorum
ego quondã altaribus impiã manũ ciuiũ remo-
ui: à quorũ tẽplis meo periculo, funestã facem
repuli, ne illustrissimum orbis terrarũ monumẽ-
tum cum principe omniũ terrarũ occideret ci-
uitate: téque, Iupiter stator, quẽ verè huius, im-
perij Statorẽ maiores nostri nominauerunt: cu-
ius in tẽplo hostilẽ impetum Catilinæ repuli à
muris: cuius templum à Romulo victis Sabinis
in Palatij radice cum victoria est collocatum:
oro, atq; obsecro ferte opẽ pariter reip. cunctæ-
que ciuitati, meisque fortunis: resistite tribu-
nitio furori: fauete innocentiæ, subuenite
solitudini, miseremini senectutis, nolite eũ sup-
plicẽ à vobis absterrere, & excludere, qui in suo
ma-

[a] al. Gorgonophora.

magiſtratu funeſtã facẽ à veſtris repulit tẽplis.
25 || Si C. Mario auxilio fuiſtis, ꝙ in cliuo Capito-
lino improborum ciuium cædẽ fecerat: ſi P. Sci-
pioni, ꝙ Annibalis furibundam mentẽ à veſtris
repulit tẽplis: ſi denique Cn. Põpeio, ꝙ terra
marique hoſteis reddidit pacatos: ſic nunc in
meis calamitatibus aliquã ferte opem diuinã, vt
ſæpe multorum in periculis feciſtis: ſic nunc in
meis miſeriis diuinum aliquod auxiliũ, & numẽ
26 oſtendite. || Deinde vos quorũ poteſtas proximè
ad deorũ immortalium numen accedit, oro, atq;
obſecro, quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pe-
des iacui, vt eum, quẽ ſinguli ſtratum, atq; abie-
ctum ſubleuaſtis, nunc vniuerſi conſeruatũ ve-
litis. Si neminẽ vmquã veſtrũ læſi, ſi nemini inno
centi obfui, ſi etiam è contrario, vt quiſque au-
xilium meũ deſiderauit, opẽ ferre non dubitaui:
ſi denique quæcumq; adminiſtraui, ex veſtra au-
ctoritate & Patrum Conſcriptorum voluntate
feci: ſi malui inimicorum cupiditati, quã reip. &
legitimę auctoritati pœnas ſufferre: vt exiſtime-
tis ex illo crudeliſſimo inimicorũ impetu ere-
ptum, in antiquum ſtatũ dignitatis reſtitui con-
27 uenire. || Sed quoniã neq; mihi liberè loquendi,
neque vobis clementer audiendi, neq; omnino
iudicandi, paucorũ furore, & audacia facta eſt
poteſtas: ſed oppreſſa eſt reſp. armis, metu debi-
litata ſeruili, vti liberũ ſpiritum ducendi nullã
habeat poteſtatem: cedam inermis armatis, in-
nocens nocentibus, priuatus furibundo magi-
ſtratui. Neq; enim Q. Metellus quidquã de vir-
tute ſua detraxit, quòd ceſſit L. Saturnio furen-
ti: neque C. Cotta. ꝙ Vario tribuno pl. inferiore
genere orto cedendum putauit: neq; C. Marius:
qui quantas res geſſerit, veſtra vobis libertas
iudicio eſſe poterit: neq; verò M. Tullius ſuum
animum veſtra abalienauit poteſtate, cùm præ-
cipuũ vobis obſidẽ ſui animi, veſtrã reliquerit
28 libertatẽ. || Quamobrẽ teſtor deos, deáſque om-

neis immortales,veſtráſq; maximè menteis, me
non vitæ turpitudine,nõ pro magnitudine ſce-
lerũ,nõ propter reliquæ ætatis infamiã , pœnas
iure & lege perſoluere:ſed propter virtutis in-
uidiã,propter iucundiſſimã ingenij laudẽ , pro-
pter magnitudinẽ rerũ geſtarũ, crudeliſſimè ci-
uitate priuari.Quòd ſi idẽ accidit Q.Cæpioni,ſi
Mãcino,ſi Rutilio,mihi quoq; hoc accidiſſe nõ
magnopere erit mirandũ,cũ prę́ſertim nõ gene-
ris antiquítate.ſed virtutis ornamentis ſummã
laudẽ ſim cõſecutus.|| Nunc ego vos,Equites R. 29
obteſtor,quorũ virtute nomen R. victoriã cum
laude poſſidet cõiunctã,quorũ factis gloriantur
ciues,lętãtur ſocij,gemunt hoſtes:vt ſi erga vos
omni tẽpore optimè fui animatus , ſi mea peri-
cula neglexi,dũ timorẽ à patria propulſarem: ſi
æquè liberis veſtris proſpexi, ac vos parentibus
cõſueſtis:vt nũc me velitis veſtris opib.defensũ,
incolumẽ in hac ciuitate retinere:quæ cũ à ſce-
lerata cõiuratione eſſet incẽſa,meo ductu ac la-
bore reſtincta eſt : nec patiamini me à liberis
meis abſtractũ,à cõiuge abreptũ,ab aris focisq;
innocentẽ proiectũ vitã degere in exſulio , mi-
ſerrimi mortalis caſum ſubire.|| Proiicitur Tul- 30
lius in exſulium itaque nimirum innocens ab
inimico,religioſus à ſcelerato,beneuolus huic
ciuitati ab hoſte.O miſera vitæ ratio,quæ tãdiu
reſides in voluptate,quãdiu fortunæ poſcit li-
bido.egóne inimicus huic ciuitati? quamobrẽ?
quia inimicos necaui. egóne hoſtis? quid ita?
*e heu, quia hoſtes interfeci.*En condicionẽ huius tẽ-
poris antea gloria & laude digniſſimi duceban-
tur,qui hæc perfecerũt: nunc ſcelerati & parri-
cidæ eſſe dicũtur,qui hæc adminiſtrarunt. Sint
ſanè ſcelerati:ſuperet iſtorum victoria,ſi mòdò
victoria appellãdaeſt,in qua ciuitatis ineſt luct⁹:
habeãt hãc palmã ex innocẽtis cruore.Tantũ à
vobis illud,Equites R. peto & rogo,vt, quẽ ſæ-
penumero veſtra laude cohoneſtaſtis,eundẽ du-
biis vitæ periculis veſtra virtute conſeruetis.



DIONYSII LAMBINI EMENDATIONVM rationes seu annotationes.

IN ORATIONEM PRO L. MVRAENA.

1 vt ea res mihi, magistratuique meo] *codex Memmianus habet*, mihi fides, magistratuique meo, *vnde quis suspicari possit legendum*, mihi fidei, magistratuique meo. *idem infrà habet*, cũ populi Ro. voluntatibus, *vbi vulgati habent*, voluntate.

2 vt eis quoque hominibus] *sic habet idem liber, vbi vulgati*, vt iis, *idem infrà*, tralata sit ad vos, *vbi vulgati*, translata.

3 à me vnà traditur sustinẽda] *videtur legendum*, à me vno: *non, vt vulgò*, à me vnà.

4 verùm etiam prouidere) *quidam legendum putant*, præuidere, *à quibus dissentio. nam notat quodam loco Asconius, & alij locupletes auctores Latinitatis*, pro *valere interdum in iunctura, idem quod* præ.

5 Negat esse eiusdem seueritatis, Catilinã, &c.] *Putat Hotomãn. deesse in libris vulgatis vocem* Cato, *post nomen* seueritatis. *Ego eũ satis intelligi arbitror ex illo superiore loco*, negat fuisse rectũ Cato, &c.

6 nulla inertiæ, nulla) *videtur hîc deesse vox aliqua post* inertiæ, *alioqui claudicat oratio. ita autẽ constaret suis omnibus numeris, ac membris, si ita legeretur*, si nulla inertiæ nota, nulla superbiæ turp. &c.

7 quam nec industrius, nec) *sic erat in libris vulgatis*, quam nec industrius, quã nec misericors, &c. *ego hoc*, quam, *quod est ante* nec misericors, *de medio sustuli.*

2 illum

8 illum ipsum, quem contra ven.] *cui de iure consulenti responderis, & contra quem, ab amico tuo aduocatus, veneris.*

9 aut ex scurrarum aliquo conuiuio] *sic reposui, coniectura ductus, cùm libri & vulgati & man. omnes habeãt*, conuicio. *Non est autẽ scurrarum cõuiciari, sed in conuiuiis falsè & facetè & vrbanè in aliquẽ dicere.*

10 sed conspicere] *quidam legi volunt*, cõsiderare.

11 tempestiui conuiuij, *sic legendum, non* intempestiui, *vt quidã indocti reposuerunt, neque id vno loco, sed pluribus*. tempestiua *autem* conuiuia *dicebãtur, quæ certo diei tempore agitabantur: erántque apparatiora, & in multam noctem producebantur, & adhibebantur plures conuiuæ. idem pro Archia poeta:* quantum alij tribuũt tempestiuis cõuiuiis, quantum denique aleæ, quantum pilæ, *&c. idem in Catone*, tempestiuis conuiuiis delector. *Sic autem habent libri veteres, quomodo edendum curauimus.*

12 non comissatio) *sic legendum, non, vt vulgò*, comessatio. *id quod iampridem docuimus. Sed præterquam quòd ratio* comissatio. *flagitat, etiam liber man. confirmat, in quo scriptum reperi*, comisatio.

13 Nihil inquam, omnino iud.) *quidam iterandũ*, nihil, *existimant, & sic legendum*, Nihil, inhil, inquam, omnino iudices.

14 facis, vt rursus plebes) *sic habet idem liber: neque dubium est quin ita legendum sit. ita enim veteres, eos dico qui ætate Ciceronis vixerunt, loquebantur.*

15 Quæsturam vnà petiit, *&c.*] *Hotomanus lib. 1. Obseruat. cap. 37 putat hunc locum versibus aliquot esse mutilatum, in quibus de comitiorum consuetudine, & renuntiationis gradibus agebatur. proxima enim illa,* pares dignitate fiant, *non habere quò referantur, & illis*, vnus autem solus primus possit obtinere, *perspicuè vocem* gradus, *deesse. Sed fallitur. nihil enim deest, neque quidquam de comitiorum consuetudine, & renuntiationis gradibus agebatur. hoc si paucis ostendere libet. Ex eo quòd quæstor esset factus prior, quàm Murena, volebat effici Seruius, se dignitate esse superiorem.*

rem: negat hoc ex eo consequi Cicero, hoc modo fieri potest, vt multi fiant, siue quaestores, siue praetores, pares dignitate: & tamen necesse est, vnum solumq́; primum renuntiari, quia (inquit) renuntiatio gradus habeat, dignitas autem non habeat. Quod autem dicit idem Hotomanus in voce vnus, *subintelligi* gradus, *nae ille vehementer errat. Nam ad personam refertur, non ad gradum. Et vt in illis*, cùm multi fiant, *subintelligẽdum*, quaestores. *scilicet: sic in hoc* vnus, petitor *scilicet, solus primus quaesturam possit obtinere.*

16 afueris tamdiu?) *sic habet liber manuscr. Memmianus, quem sequor.* afueris *autem, valet* abfueris, *quo vulgus vtitur. Nam, vt tribus verbis dicam, non est Latinum.*

17 qui potest dubitari] *idem liber habet*, quis potest dubitare? *Ego tamen nihil muto.*

18 aliis ego te virtutibus continentiae, gr.] *legẽdum videtur potiùs*, aliis ego te virtutibus continẽtia, grauitate, iustitia, fide, ceteris omnibus, *&c. Quis enim ita loquitur*, virtus continentiae, virtus iustitiae? *&c. omnino genus loquendi mihi est insolens, & inauditum. Ego tamen nihil mutaui. consideret igitur lector eruditus.*

19 inuentus est scriba quidam, Cn. Flauius, qui cornicum ocul.] *totam hanc historiam ex Pomponij Enchiridio cognoscere licet: cuius verba exstant in Pandectis iuris ciuilis, titulo*, De origine iuris: *vnde haec pauca sumam, atque huc adscribam, eorum, quibus haec ignota sunt, gratia.* Deinde ex his legibus eodem ferè tẽpore actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarẽt, quas actiones ne populus, vt vellet, institueret, certas sollemneísque esse voluerunt: & appellabatur haec pars iuris, legis actiones, & ita eodẽ paenè tẽpore, tria haec iura nata sunt: leges XII. tabularum: ex his fluere coepit ius ciuile: ex iisdẽ, legis actiones compositae sunt: omniũ tamen harum & interpretãdi sciẽtia, & actiones, apud collegium pontificum erant: ex quibus cõstituebatur, quis

quoque

quoque anno præesset priuatis:&populus prope centum annos hac cõsuetudine vsus est. Postea, cũ App. Claudius dispusuisset,& ad formã redegisset has actiones, Cn. Flauius, scriba eius, libertini filius, surreptum librũ populo tradidit: & adeò gratũ id munus populo fuit, vt trib. pleb. fieret & senator,& ædilis curulis. Hinc liber, qui actiones cõtinet, appellatur ius ciuile Flauianũ.

19 transit ad eum iurisconsultus.) *Carisius lib.1. legit*, iureconsultus. *ad eum autem, videlicet à quo petebatur, qui sine iureconsulto respondere non possit.* transit *à dextra ad læuam,& contrà. Sed videtur potius legendum*, transit eodem, *&c.*

20 Prætor interea, ne pulchrum se, ac) *Donatus hũc locum profert ad illum locum Hecyræ*, nã nos omnes, quibus est alicũde aliquis obiectus labos, *&c. his verbis: hac figura etiam vsus est M. Tullius pro Muræna*, Prætor quoque ne pulchrum se, ac beatum putaret, ei quoque carmen, *&c. notat Donatus. nã ille datiuũ casum subiecit, cũ præposuisset nominatiuũ.*

21 istam viam dico, ite viam] *sic legendum, & ita legit Priscian. lib. 18. & item infrà*, ire viam. *suprà autem Hotom. vocem* præsentibus, *quæ in libris omnibus, sequitur. deinceps vocem* superstitibus, *delendam censet. à quo partim dissẽtio, auctoritate Festi fretus, qui docens*, superstites, *testeis præsenteis significare, hoc affert testimonium, quod superstitibus præsentibus ij, inter quos controuersia est. vindicias sumere iubentur: partim ei assentior, cõmotus his verbis Seruij ad illũ locũ Virg. Aen. lib. 3.* superátne & vescitur aura? Alij dicunt, superat, superstes est, sed superstes, præsentem significat. vt Cic. in Muræniana, suis vtrisque superstitibus: id est, præsentibus. *Nã hæc verba*, id est, præsentibus, *non videtur esse Ciceronis, quẽ locũ mihi indicauit Barnabas Brissonius, Antonius Augustinus autem putat legendum*, virisque superstitibus.

22 dicis causa vindicaueris) *sic est legendum: hoc primũ, deinde quid sit*, dicis causa, *si cui fortè ignotum est,*

est, ex Varrone, & nostræ ætatis iurisconsultis discendũ, qui docent, dicis causa. *idẽ ferè valere, quod* λόγου χάριν: *vel* ἀφοσιώσεως ἕνεκα, νόμου χάριν, προφάσεως ἕνεκα, *id est, religioni, vel legi satisfaciendi causa: perfungendi officii causa, &c. vtitur hoc quasi prouerbio, & in libro 4. accus. & lib. 1. epist. ad Atticum, epist. 17. cuius initium est*, Nihil mihi scito iam deesse, *&c. ibi*, sed imminuit auctoritatem suã, quòd habet, dicis causa, promulgatum illud de Clodio. *&c. Sic enim edidimus, Pithœi coniecturã secuti. Sed quod ad cetera huius loci pertinet, malim sic legi*: Sed anne tu dicis causa vindicaueris. *Immò vero totum hunc locum ab illis verbis*, Quando te in, *&c. sic legendum arbitror*, Quãdo in iure te conspicio, postulo, an fuas auctor, ánne tu dicis causa vindicaueris. *vel sic*, Quando in iure te conspicio, *&c. & hæc*, ánne tu dicis causa vindicaueris. *Hæc enim formula*, Quando in iure te conspicio, *non est integra apud Cicer. vt licet intelligere ex Valerio Probo, de notis, seu literis antiquis. Sic enim ille docet hãc actionis formulã scribi, & cœpi consueuisse. Q.I.I.T.C.P.A.F.A. quas literas sic explicat.* Quando in iure te cõspicio, postulo ánne fuas auctor. *nã credibile est, Ciceronẽ res auditoribus notas referentem, non totas dixisse, sed nonnullas prætermisisse: atque idcirco posuisse id*, quod in talibus vsurpari cõsueuit, *&c. Verũtamẽ, vt liberè, quod sẽtio, dicã, videtur apud Probũ legendũ, aut scribẽdũ, Q.I.I.T.C.P.V.F.A. vt sit*, Quãdo in iure te cõs. post. vt fuas auctor, *nã* post. an fuas auctor *Latinè dici nõ posse existimo. debet enim, & solet dici*, Quæro an fuas auctor. Postulo *autẽ, valet, æquũ cẽseo*, ἀξιῶ.

22 senes ad coëmtiones, *&c.) hi dicebantur* senes coëmptionales. *M. Curius lib. 7. epist. ad M. Tull. Ciceronem*, ergò fructus est tuus, mancipium illius: quod quidem si inter senes coëmtionaleis venale proscripserit, egerit non multum.

23 de studiis ad honorem disp.) *sic omnes ferè habent editiones: sed & quia hoc genus loquendi*, dispositis ad honorem, *est inusitatum Latinis, & quia non*

nonnulli libri veteres hanc vocem non habent, locus est mihi suspectus. Interea appositis,*malo,quàm*,dispositis. *Quòd si quis neque* dispositis,*neque* appositis, *probat: vel aliud melius substituat, vel* studiis ad honorem,*dictum à Cicerone putet,sine participio aut nominis adiectiui accessione.*

24 TOLLITVR E MEDIO]*liber manuscr habet,*PELLITVR, *& ita apud A.Gellium legitur lib.20.cap.9.*

25 T. Flaminini] *sic legendum, non* T. Flaminij, *vt habent plerique libri vulgati. hic enim ille est T.Quintius Flamininus. L. Quinctij Flaminini minoris frater: de quibus idem Cicero in Catone Maiore, ad quem locum plura.*

26 pugna excitatum)*liber manus.habet,*pugna exetaceret, *quæ scriptura quid sibi velit, aut quid ex ea boni dici possit, ego non video:hoc suspicor, aliquid hîc subesse vlceris. Quid si dicamus,scriptum fuisse,*pugna exacerbatum? *quid si,*pugna exasperatũ? *quid si,* pugna cũ exacerbasset?*quid si,*pugna cùm exasperasset?*omnino,* exacerbatum pugna, *magis probo.*

27 arbitraretur,*vel* arbitraretur? *παθητικῶς accipiendum est,vel legendum,*arbitraremur?*quod in nonnullis libris reperitur.*

27 summo ingenio,opibus)*sic restituit Hotomanus, cùm in vulgatis libris legatur,* ingenio, opera.

28 sic hæc comitiorum tempestas, *&c.*) *sic ego.restitui, neque dubium est quin ita sit legendum, non vt vulgò:*sic in hac comitiorum tempestate.

29 creuerat) *quidam legi hic volunt,* increbuerat. *ego nihil muto.*

30 idem comitiis L.Murænæ] *libri vulgati habent,* idem comes L.Mur.*planè mendosè.Nam* comitiis, *legendum,vt censet Hotomanus.*

31 non verborum interpretes deliguntur) *libri scripti duo habent,*dilegentur.*vnde conicio legendum,* dileguntur,*vt loquebantur olim boni scriptores.*

32 Sed si nosmetipsi,qui & ab delectatione) Et si, *legendum censet Hotomanus,non* Sed si, *vt habent libri vulgati.Sed cùm in hoc fallitur, tum in eo, quòd vult legi,*

legi, qui nec ab delectatione, *&c. Hac enim huius argumenti vis est: Si nos, qui & impedimur negotiis, quominus vllam delectationem consectemur aut capiamus, & in ipsis negotiis multas alias delectationes habere possumus, quam, quæ è ludis percipiuntur: ludis tamen oblectamur, quid mirum est, indoctam multitudinem ludis delectari?* Sed si, *autem legendum est, quia aduersatur superiori illi*, si populo ludorum, *&c.*

33 quid tu admirere de multitudine indoctæ?) *legendum arbitror*, quid tu admirare multitudinem indoctam? *subintell.* ludis delectari.

34 & propè pars ciuitatis, *&c.*) *quidam legi volunt*, & propè dimidia pars ciuitatis. *sed primum nullum est huius vocis in libris manusc. vestigium: deinde appellatione partis: dimidia intelligitur.*

35 dilectum in Vmbria) *sic reperi scriptum in codice Memmiano. itaque non sum veritus sic vt ederetur, iubere, quamquam pro meo iure, vel sine librorum auctoritate poteram.*

36 Quid ergo? acceptam, *&c.*) *videtur sic potius legendum*, Quid? ergo acceptam, *&c.*

37 Nescis tu illum accusationem) *sic legendum est, non vt in libris vulg.* Scis tu illum, *&c. atque ita loquitur in Planciana.* Quid? tu nescis, *inquit*, hunc Syracusis quæstorem fuisse? *Et paulò pòst, mendosè est in vulgatis*, aut testatam rem, *&c. legendumq́ue*, aut totam rem, *&c.*

38 Tu cùm de curriculo) *liber vetus habet*, Tu non te de curr. *vnde suspicari quis possit legendũ*, Tu cùm te de curric.

39 Quid ergo? hæc quis tulit?) *fortasse sic potiùs distinguendum*: Quid? ergo hæc quis tulit? *paulò pòst legendum*, Quid? illa quæ mea, *&c. vt habent nonnulli libri etiam impressi.*

40 occurro vestræ satietati) *Hotom. vt εὔστοχος, hũc locum sine adiumento librorum antiquorũ sic emendandũ censet (nã vulgati mendosè habẽt*, vestræ sapientię) *Ego in codice Memiano, huius vera & recta scripturæ vestigia reperi. ita n. in eo scriptũ est* vestræ sapienti *ex*

quæ sc. corrupta scriptura facta est hæc vulg. sapiētiæ.

41 dum tu accusationem comparas) *sic legendum potius, quàm* compararet. *Item pro Milone;* dum se vxor, vt fit, comparat.

42 audacibus & sicariis) *perspicuè rectum est. nam* iudicibus, *ad hunc locum quadrare non potest.*

43 circumfluentem colonorum, *&c. sic est scriptum in eodem codice, & melius, quàm vt est in vulgatis,* circumfluente. *& paulò pòst,* perculsi Syllani tēporis calamitate, *non vt vulgò legitur,* percussi.

44 sed indicauit, atque induit) *mirabilis hîc quoque, & penè dicam, diuina Hotomani* εὐστοχία *fuit. Nam quemadmodum coniecit hîc esse legendum, ita sine vlla dissimilitudine legitur in eodem codice* induit, *non, vt habent libri vulg.* innuit.

45 & spe, & cupiditate inflammatum) *quidam legi volunt,* inflatum, *vt suprà,* spe & promissis inflatum. *ego nihil muto. quod si quid mutandum sit, sic malim legi,* & spe inflatum, & cupiditate inflammatum.

46 non qui odio inimicitiarum) *hic locus fuit mihi aliquādo suspectus. quid est enim,* odio inimicitiarū ad accusandum descendere? *desistet ab accusatione potiùs, qui inimicitias oderit, quàm accusabit. quid si sic legamus?* non qui studio inimicitiarum, sed qui studio accus. *Veruntamen nihil mutandum. Sic enim locutus est etiam in Miloniana, non longe admodum ab extr.* Non timeo, iudices, ne odio inimicitiarum inflammatus, *&c. &* odium inimicitiarum, *interpretari possimus, odium quod ex inimicitiis oritur: vel quod inimicitiarum est proprium.*

47 vix cuiquam inimico, exitio esse deberēt) *vt intelligat lector, quanta mihi vel gratia, vel laus debeatur ob huius loci restitutionē: preponenda est lectio vulgata. talis igitur est:* vix cuiquam inimicus esse deberet. *quo quid primo adspectu integrius? sic est, falsa pleraq; veris sunt proxima, quo fit, vt falsum à vero discernere sit interdū difficillimum, sic autem habet codex Mem.* vix cuiquā inimico exmo esse deberet. *ali quantisper hæsi, atq; adeò æstuaui in hoc* exmo, *fateor. neque primò potui veram scripturam elicere. tā lem, sen-*

tentia Cic. attentiùs considerata, exitio, *parua immutatione facta, pro* eximo, *reposui: quã emendationẽ omneis literis tinctos homines probaturos esse confido.*

48 quod est firmamentum) *liber antiq. habet*, quod est fundamentum. *ego tamen nihil muto.*

49 quanta in ipso imperio) *vox* ipso, *abest à codice antiquo. Quid autem nonnullæ editiones habent*, quanta in homine quoquam, in ipso imperio populi R. *perspicuè accessio illa non est Ciceronis.*

50 Quid? Ser. Galbam, *&c. sic legendum, non* Sergiũ Galbam, *fœdo, & intolerando errato. nam Galbæ erãt Sulpiciæ gentis. hic Galba autem, de quo loquitur hoc loco Cicero, Seruius dicebatur prænomine. Quare sic appellabatur.* Ser. Sulpicius Galba. *Sergius igitur dici non poterat, si Sulpiciæ gentis erat, cùm Sergia gens esset longè alia à Sulpicia. Itaque Galbæ & Rufi erant ex Sulpicia gente: Catilina, ex Sergia. Sic enim ab historicis nominatur*, L. Sergius Catilina.

51 quàm leuiter inflectendus) *sic est legẽdum, & ita habet codex man. atq; adeò nõnullæ vulgatæ editiones: nõ vt aliæ quædam minùs emendatæ*, quam leniter infl.

52 dixisti quippe) *sic restitueram annis antè xij. idem nunc iudicio meo valde delector, cùm id video veteris codicis auctoritate comprobari. nam quod vulgò legitur*, dixisti quippe, *interpunctione posita post* quippe, *ferri non potest. hoc præterea lectorem hîc admoneo, nonnullos legere*, quippe fixum & stabile est, *pro* quippe fixum & statutum est.

53 Cùm in eiusdem anni custodia te) *vetus codex habet*, in eiusdem anni custodiam. *quod fortasse rectum est.*

54 aut si potuisses, mitiorem in p. *&c.*) *hæc huius loci restitutio, tota Hotomani est: neque tamen dubium cuiquam debet esse, quin sit recta & probanda. nã vulgata scriptura*, aut seposuisses, aut mitiorem in p. *planè inanis & inepta est.*

55 vt cùm ad vltimum) *hîc vnum aut alterum desiderari versum putat Hotomanus: ego non puto. induxit eum negatio omissa à librario ante verbum*

cõsisteremus, *propter similitudinem scilicet literarũ: sententia autem hæc est: Stoici fineis officiorum longiùs quàm natura vellet, protulerunt, adeò* vt cùm ad vltimum, *i. ad finem officij à Stoicis constitutum*, perueniſſemus, *seu contendiſſemus*, in eo tamen, vbi oporteret, *i. in officio*, non consisteremus. *sed vel extra officij fineis procurreremus, vel citrà hæreremus. At qui sunt certi officiorum fines.*" *Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum, inquit Flaccus. ego idem, qui hîc ab Hotomano diſſentio, hoc et aſſentior, quod paulò post sic legendum putat,* Sed tamen est etiam in diſſoluenda seueritate, laus aliqua humanitatis. *pro quo libri vulgati habent*, misericordia commotus ne sis etiam in diſſoluenda seueritate. Sed tamen est laus aliqua human.

56 nisi sententiam sentẽtia alia] *vocem* sententiã, *à librario omiſſam, in codice manuſc. repertam reposui.*

57 quod lege pœnierim, pœniui ambitum] *nihil hîc meum est, quidquid est, codicis veteris est.* pœnire *autem, &* mœri, *&* mœnera, & immœnæ, *& multa alia similia, pro* punire, muri, munera, immune, *dixiſſe veteres, & docent Grammatici veteres, & ego admonui in commentar. Lucretianis.*

58 si gladiatoribus vulgò locus tributim.] *sic habet codex vetus, & hic idem veniſſe in mentem Hotomano videmus, congruit cùm hoc loco alter ille sexaginta circiter post versibus,* At spectacula tributim data, & ad prandium vulgò vocati, *aliquot post versibus, vbi vulgò legitur,* promerendi, *aut* proferendi, *legendum* promerendi. *aut* referendi.

59 qui contra legem sit] *legendum fortaſſis est* quin contra legem factum sit.

60 aut referendi beneficij locum.] *sic legendum, non vt vulgò,* aut proferendi benef. loc. *idq; & libris veteribus approbantibus, & ratione flagitante.*

60 sed mercede mercedé conuincε., *&c.*] *præclarè hunc locum restituit Hotomanus.*

61 nec si virgo Vestalis, huius propinqua, *&c.*] *hîc negationem, quæ est in vulgatis ante* & illa, *alieno loco posita, ego in suum locum restitui*, *ibi,* non est

remotus, gladiatoribus *praterea pro* gladiatoriũ, *etiam ex libris veteribus est* gladiatoribus *autem, id est, ludis gladiatorȳs, seu ȳs diebus, quibus producuntur gladiatores, qui spectante populo bini decertent. Sic epist. ad At. li. 2.* is quærit ex me, num consuesſem Siculis locum gladiatoribus dare.

62 tu summam auctoritatem] *legendum censeo,* tu summam, *&c. nam prouocabulum* tu, *ab hoc loco, in libris omnibus, quos vidi, aberat.*

63 sin etiam si notis, tamen, *&c.*] *hunc locum sanè feliciter, præfiscinè, restitui, aliquantum adiutus à libris veteribus, & paulò pòst, vbi vulgati habent,* cur autem petis, *ȳdem veteres,* cur antè pellis, *ego,* cur antè appellas *reposui. qua scriptura ita plana & perspicua est, vt se ipsa declaret.*

64 clamo, atque testor] *sic habet liber Memmianus, non* obtestor. *idem paulò post*, nusque eò L. Catilina, *ex quo feci,* non vsque eo, *quo modo sine dubio legendum est. nam plerique libri vulgati non habent negationis particulam, ante,* vsque eò.

65 duo consules] *sic habet liber vetus.* duo *autem, pro* duos *interdum dixerunt veteres. Virg. li. 11. Aen.* Si duo præterea taleis Idæa tulisset Terra viros: *& item sæpe M. Tullius, vt aliàs admonuimus.*

66 Non mediocribus consiliis, aut vsitatis viis, *&c.*] *sic habet codex Memmianus,* Nolite arbitrari, non mediocribus consiliis, non vsitatis vitiis, non lex improba, non perniciosa largitio, non auditum aliquando aliquod malum reip. quæritur, *&c. quemadmodum edendum curaui, nisi quod* viis, *quod est in vulgatis, retinui: pro quo fortasse reponendum* vitiis, *veruntamen nihil hic muto. Præterea suspicabar initio, verba illa* nolite arbitrari, *esse aliunde profecta. Sed venit mihi postea in mentem, licere retinere, ita tamen, vt separatim legantur. nam quòd libri vulgati sic habent,* nolite arbitrari mediocribus consiliis, aut vsitatis viis, aut lege improba, aut perniciosa largitione auditum aliquando aliquod malum reip. *quæri. quamuis hæc lectio*

cõsisteremus, *propter similitudinem scilicet literarũ: sententia autem hæc est: Stoici fineis officiorum longiùs quàm natura vellet, protulerunt, adeò* vt cùm ad vltimum, *i. ad finem officij à Stoicis constitutum,* peruenissemus, *seu contendissemus*, in eo tamen, vbi oporteret, *i. in officio,* non consisteremus. *sed vel extra officij fineis procurreremus, vel citrà hæreremus. At qui sunt certi officiorum fines.* " *Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum, inquit Flaccus. ego idem, qui hîc ab Hotomano dissentio, hoc ei assentior, quod paulò post sic legendum putat,* Sed tamen est etiam in dissoluenda seueritate, laus aliqua humanitatis. *pro quo libri vulgati habent*, misericordia commotus ne sis etiam in dissoluenda seueritate. Sed tamen est laus aliqua human.

56 nisi sententiam sentẽtia alia] *vocem* sententiã, *à librario omissam, in codice manusc. repertam reposui.*

57 quod lege pœnierim, pœniui ambitum] *nihil hîc meum est, quidquid est, codicis veteris est.* pœnire *autem, & mœri, & mœnera, & immœnæ, & multa alia similia, pro* punire, muri, munera, immune, *dixisse veteres, & docent Grammatici veteres, & ego admonui in commentar. Lucretianis.*

58 si gladiatoribus vulgò locus tributim.] *sic habet codex vetus, & hic idem venisse in mentem Hotomano videmus, congruit cùm hoc loco alter ille sexaginta circiter pòst versibus,* At spectacula tributim data, & ad prandium vulgò vocati, *aliquot pòst versibus, vbi vulgò legitur,* promerendi, *aut* proferendi, *legendum* promerendi, *aut* referendi.

59 qui contra legem sit] *legendum fortassis est* quin contra legem factum sit.

60 aut referendi beneficij locum.] *sic legendum, non vt vulgò,* aut proferendi benef. loc. *idq; & libris veteribus approbantibus, & ratione flagitante.*

60 sed mercede mercedẽ conuince., &c.] *præclarè hunc locum restituit Hotomanus.*

61 nec si virgo Vestalis, huius propinqua, &c.] *hîc negationem, quæ est in vulgatis ante* & illa, *alieno loco posita, ego in suum locum restitui, ibi,* non est

remotus, gladiatoribus. *præterea pro* gladiatoriũ, *etiam ex libris veteribus est* gladiatoribus *autem, id est, ludis gladiatoriis, seu iis diebus, quibus producuntur gladiatores, qui spectante populo bini decertent. Sic epist. ad Att. li. 2.* is quærit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare.

62 tu summam auctoritatem] *legendum censeo*, tu summam, *&c. nam pronocabulum* tu, *ab hoc loco, in libris omnibus, quos vidi, aberat.*

63 sin etiam si notis, tamen, *&c.] hunc locum sanè feliciter, præsciens, restitui, aliquantum adiutus à libris veteribus, & paulò pòst, vbi vulgati habent,* cur autem petis, *iidem veteres,* cur antè pellis, *ego,* cur antè appellas *reposui. quæ scriptura ita plana & perspicua est, vt se ipsa declaret.*

64 clamo, atque testor] *sic habet liber Memmianus, non* obtestor. *idem paulò post*, nusque eò L. Catilina, *ex quo feci*, non vsque eo, *quo modo sine dubio legendum est. nam plerique libri vulgati non habent negationis particulam, ante,* vsque eò.

65 duo consules] *sic habet liber vetus.* duo *autem, pro* duos *interdum dixerunt veteres. Virg. li. 11. Aen.* Si duo præterea taleis Idæa tulisset Terra viros: *& item sæpe M. Tullius, vt aliàs admonuimus.*

66 Non mediocribus consiliis, aut vsitatis viis, *&c.] sic habet codex Memmianus,* Nolite arbitrari, non mediocribus consiliis, non vsitatis vitis, non lex improba, non perniciosa largitio, non auditum aliquando aliquod malum reip. quæritur, *&c. quemadmodum edendum curaui, nisi quod* viis, *quod est in vulgatis, retinui: pro quo fortasse reponendum* vitiis, *veruntamen nihil hic muto. Præterea suspicabar initio, verba illa* nolite arbitrari, *esse aliunde profecta. Sed venit mihi postea in mentem, licere retinere, ita tamen, vt separatim legantur. nam quòd libri vulgati sic habent,* nolite arbitrari mediocribus consiliis, aut vsitatis viis, aut lege improba, aut perniciosa largitione auditum aliquando aliquod malum reip. quæri. *quamuis hæc lectio*

sit probabilis, & speciosa, est tamen supposita & adulterina, & ab his, qui scripturæ veteris elegantiam non perspexerunt, fabricata: quorum nominibus parco.

67 vox perniciosa designati collegæ tui] *vocem* tribuni, *quæ est in libris vulgatis post* designati, *sustuleram, fretus auctoritate veteris cod. in quo nullum est eius vestigium: sed mutata postea sententia eam retinui, ne quem nimis religiosum offenderem: testatus tamen, eam non esse in libris scriptis. Illud præterea admonendus est lector, in eodem libro scriptum esse* designauit, *non* designati, *vnde suspicor, etiam vocem* designati, *esse delendam, vt quæ nata sit ex annotatione, cum adscripsisset aliquis è regione huius loci,* designauit Clodium *seu* designetur Clo.

68 illa pestis immanis & importuna Catilina) *sic legendum videtur potiùs, quàm, vt est in vulgatis*, Catilinæ. *Quin, vt liberè dicam, quòd sentio, vox* Catilina, *fortasse aliena est, & ex annotatione nata, non Ciceronis. nam per immanem & importunam pestem, Catilina describitur, ac significatur.*

69 & priuatorum diligentia opprimentur) *liber Mem. habet*, confirmētur, *planè mendosè. quis negat? sed verendum est, ne* confirmētur, *à librario sit positum pro* comprimentur, *de quo iudicet lector eruditus.*

70 vnde cum honore decesseris) *sic habet codex Mem. neque dubium cuiquam esse debet. quin ita sit legendum, non vt quædam exempla typis impressa*, vnde cum honore decesserit. *Est enim positum*, decesseris, *pro tertia persona*, decesserit, *adiecto nomine infinito* aliquis, *proinde ac si dixisset*, habet magnū dolorem, eodem cum ignominia reuerti, vnde cum honore aliquis decesserit. *Sic supra eadem oratione in principio*, nam cùm graue est verè accusari in amicitia, tum etiam si falsò accuseris, nō est negligendum. *Sic Plautus in Sticho*, nimia voluptas est, si diu afueris domo, domum cùm redieris, si tibi nulla est ægritudo obuiam. *Innumerabilia alia sunt apud bonos scriptores exempla.*

71 repentè eò accedat) *libri veteres habent*, eò excidet, *de qua scriptura iudicet lector eruditus: ego interea malim legi* accedet, *quàm* accedat.

EIVSDEM IN ORATIO.
PRO L. FLACCO.

Magna pars emendationum huius orationis, accepta referenda est codicib. Vaticanis, & Gabrielis Faerni ingenio & diligentiæ. cetera partim Memm. libris, partim nostris, & aliorum quorumdam coniecturis.

1 de nobis] *sic habet codex Memm. & ita legendum, non* de bonis.

2 Timolites ille Nicenus] *sic emendat Adrianus Turnebus, coniectura ductus. nam lib. vul. habent*, Timolites ille vicanus.

3 temperatissimum legatum] *malim legi*, temperantissimum.

4 quibus verbis à Gr.] δικαιοσύν μοι μαρτυρίαν.

5 nihil dixit quod læderet, cùm cuperet] *quidã in suis libris man. scriptum esse aiunt*, quem cuperet, *& hanc scripturam probant. Ego hanc vulgatam in li. Memm. expressam reperi: & item Faernus in Vaticanis. neque video, quamobrem non sit omnibus modis retinenda: nisi forte, deleta voce* eum, *quæ in nonnullis libris man. & in omnibus vulgatis, posita est post* læderet, *legamus ita*, nihil dixit, quo læderet, cùm cuperet, *vel* quum cuperet. *quarum alterutram, puto esse veram ac germanam scripturam.*

6 processit] *quidam putant legendum*, procedit, *in tempore præsenti. ego nihil muto.*

7 quem spero his rebus] *libri omnes man. etiã ipsi Memmiani, habent*, quem spero his verbis. *Guido Lollius, vt refert idem Faernus, putabat legendum*, quẽ spero aliis rebus. *Ego ex vestigiis antiquæ scripturæ legendum arbitror*, his virtutibus. virtutes *enim appellat Cicero acrimoniã illã, & ardorẽ illum, & studiũ, quib. vtitur Lælius accusator in persequendis & accusandis hominibus, quos improbos civeis & nocenteis esse existimat. Licet etiam legere*, his moribus. *fuit enim facilis calami lapsus à nomine* moribus. *ad nomen* rebus, *sic infrà, vbi libri vulgati habent*, tutor his rebus Græcorum legibus adscribendus fuit: *quia vox* legibus, *non reperitur in libris manuscriptis*,

Faernus ex rebus,*coniecit legendum esse*,moribus : *vt ita legatur*,tutor his (*subintell.*mulierculis) moribus Græcorum adscribendus fuit. *Quòd autem P. Victorius lib. 27. c. 19. Var. lect. lectionem vulgatam tuetur,in eo nugas agit.*

8 cunctis gentibus enitebant) *sic legendum potiùs,quam* eminebant.

9 & zonarij conclamarunt) *nonnulli libri man. habent*,& coriarij conclamarunt:*non probo.*

10 spe largitionis) *sic emendaram multis iam antè annis,sed multò magis nunc ea coniectura delector,cùm eam video codicis Memmiani auctoritate confirmari. Nam in eis exemplis, quæ fuerunt à Faerno ad libros Vaticanos emendata,legitur, vt in aliis vulgatis,* spe legationis,*quod sine dubio mendosum est:miror'q; hunc locũ à Faerno non esse correctũ:neq: enim mihi persuadere possũ,in Vaticanis,*legationis,*scriptum fuisse.*

11 Iam nihil præter spem) *neque hunc locum Faernus emendauit:sed eum emendatè & rectè scriptum in codice Memmiano vidi.nam* speciem, *quod est in vulgatis corruptum est.*

12 Ab Aeno in Asiam) *omnes libri manuscripti,etiã Memmiani, habent* ab Eno, *vnde feci* Aeno. *auctore Adriano Turnebo. AEnus enim,Thraciæ vrbs.lege Stephanum de vrbibus.*

13 qui cùm in omneis Asię ciuitates pro portione pecuniam descripsisset,*&c.*) *sic hunc locum restituendum censeo,sine dubio in vulgatis,& man.corruptum sic enim habent*,qui cùm omneis Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset, *&c. planè mendosè. huius autem loci sententia ita emendati,planißima & facillima est, cum olim in prima editione sic edidissem,quidam, quem putabam esse & doctum & grauem,& bonum virum, & mihi amicum, qui tandẽ contrà, primũ repertus est indoctus, deinde leuis,& κακοήθης, & infidus,& ἀλαζών.aliquot annis pòst ex aliena industria laudem quæsiuit. & si in alienam messem inuasisset,sperauit se eadẽ opera alienã, gloriam magno labore partã in se translaturũ quæ spes eum magnopere fellit. Nam nullis codicibus antiquis*

fretus, sed emendationibus vel meis, vel alienis, quas suis auctoribus reddideram, tantum iteratis atque interpolatis, atque ita instructus, nouam Ciceronis editionem aggressus est, nihil scilicet noui afferens: atque adeò actum agens. hoc tantùm assecutus est, quòd se ridiculum omnibus sanis, & grauibus præbuit, & quo ingenio, quibusq; moribus esset, declarauit. is igitur, vt locos alios innumerabileis prætermittam, in quibus fuit sui similis, meam huius loci emendationem non probauit: & receptam dixit ferri posse, quòd secus est. nam primùm falsum est, Syllam Asiæ ciuitates in prouincias redegisse, seu descripsisse, si ita loqui licet. nam multò ante quàm Sylla natus esset, erat Asia prouincia. Deinde sic, vt hic emendauimus, loquitur proximè suprà, ibi, describsit autem pecuniā ad Pompeij rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni, *&c. Postremò constat Syllam descripsisse pecuniā in Asiæ ciuitates, hoc est constituisse, quantum quæque Asiæ ciuitas populo R. quotannis tributi nomine penderet. Sic apud Aemilium Probum, seu Corneliū Nepotem* Aristides delectus est, qui constitueret, quantū quęque Græciæ ciuitas ad classeis ædificādas, exercitúsque cōparandos, pecuniæ daret. *Quòd autem Latini dicunt,* describere ciuitatibus tributa, *aut* pecunias, *Græci dicere solent,* διατάττειν πόλεσι φόρους, *aut* χρήματα. *Omnino sic, vt edidimus, legēdum, quantumuis reclament atque obstrepant indocti licet.*

14 hæc quæ est à nobis probata, &c.) *cùm sic olim emendassem, partim Faerni codices man. partim nostros secutus, vt quę paulò antè descripsi, homo leuiss. & maleuolentiss. quatuor annis post scripsit, se addidisse verbū* est, *ex auctoritate librorum veterum. Obsecro te, lector, quid hoc homine impudentius, quid improbius, quid iniustius fingi potest, qui quod ab alio occupatum est, sibi vindicat: qui actum agit: qui alienæ industriæ & virtuti inuidet? Sed longum sit istius hominis flagitia, quæ vnius ferè sunt generis, coarguere. Satis est mihi, lectorem admonuisse me, serò quidem, sed aliquando tamen ingenium perspexisse.*

14 Qui de tabulis publicis] *Erricus Stephanus ait, se in vno codice man. legisse,* quia qui de tabulis, *&c.*

15 Sed tamen iudicium fieri videtur] *sic legendum esse probant libri veteres, & pluribus verbis docet Faernus.* iudicium fieri videtur (*inquit, id est, habet speciē & simulacrum aliquod iudicij. paucis pòst versibus, vbi vulgati libri habent,* efferretur, *veteres habent,* ecferretur, *itáque legendum.*

16 cuius mors te aliquà releuauit.] *sic legendum est, non, vt habent libri vulgati, aliqua ex parte.* aliquà *autem hoc loco, aduerbium est , vt docet Faernus. Quod autem noster ille κακοήθης hoc loco Faernum mortuum, nulla iniuria lacessitus, petulanter insectatur, quid hoc sceleratius dici potest? cùm præsertim Faernus doctè hunc locum emendarit : iste indoctè , & imperitè ab eo dissenserit?*

17 totóque Mithridatico crimine] *sic habent omnes, quos vidi, codices veteres: & item ij, quibus est vsus Faern. alij tamen reponunt,* testimonio *pro* crimine.

18 conficiendarum literarum diligentissima] *huius loci emendatio debetur codici manusc. ex cœnobio diui Dionysij, & Adr. Turnebo.*

19 qui cùm sent. sec. Plotium se dicturū ostēd.] *Cur non dixit,* se laturum ostenderet ? *Erat enim vsitatius ita loqui, cùm de iudice verba fiant. nam sententiam dicit propriè senator, & qui consultat, seu qui consulitur. sententiam fert verò index & à prætore datus, & à litigatoribus sumtus.*

20 Temno Apollonidem] *in hoc nomine ,* Apollonidem, *mendum subesse suspicor, & in* Apollonidenses. *siue, vt ferè semper habent man. libri,* Apollonidienses. *pro quo quidam legi volunt* Apollonienses, *& pro* Apollonide, Apollonia: *ego etiā olim iusserā excudi* Apollonidem, *&* Apollonidienses: *quemadmodum habent libri omnes , cùm præsertim Plinius Apollonidienses commemoret. Sed tum vel errarunt, vel neglexerunt meum imperium operæ. Quare vbique repone,* Apollonidem, *&* Apollonidienses.

21 pecuniam adolescentulo gr. fæn. fid. *&c.*] *hunc*

hunc totum locum doctißimè declarat doctißimus Faernus. occupare pecuniam, *est collocare, inquit Nonius: id est, fœnori dare, seu fænerari.* Accipere fiduciam, *est fundum aut aliam rem soli, vt appellant, immobilem, ab aliquo mancipare, seu accipere ea lege, vt cùm ille repetat, ei remancipet. vnde hæc mancipatio, fiduciaria appellatur, quia promißio, & fides restituendi interponitur. promißio autem illa, nullis tabulis, aut testimoniis erat confirmata, sed tota res erat eius qui accipiebat, fidei credita, & commissa: ex quo fiducia dicebatur. hic autem fundus fiduciarius fuerat hoc loco hypotheca ab adolescente Lysania Deciano traditus, ea lege (vt Decianus dicebat) vt si pecunia ab eo fœnori Lysaniæ data, ei ad diem non solueretur, fundus esset Deciani. Cùm igitur condicio euenisset, hoc est pecunia Deciano; non esset persoluta, dicebat Decianus, fiduciam esse commissam.*

22 qui quoniam testimonium nōdum dixit, &c.] *Sic etiam olim edidimus, Faerni coniecturam certiß. secuti: quem simiolus quidam ait se quoque secutum esse, quasi re à nobis non occupata.*

22 exsiluerunt principes] *sic Erricus Stephanus ex antiquo codice reponit,* exsiluerunt, *vbi vulgò legitur,* siluerunt. *Faernus ex alio antiquißimo libro addit,* principes, *quæ vox in vulgatis desideratur.*

23 ciuitatis pudētis) *quidā legi volunt* prudentis.

24 auulsū est .n.) *sic habet codex Mēm. & ita legēdū.*

25 an non idem, quod Pergami) *sic legit Syluius: & ita legendum videtur. Nam li. vul. non habent negationis particulam: quamquam fortasse abesse potest. nam particula* an, *interdum responsionem affirmantem, seu aientem postulat, vt alibi notauimus.*

26 Mithridatem dominum) *sic reposui, cùm in codice veteri reperissem scriptum,* dm. *Faerni autem lectio,* demum, *non placet. Quorsum enim hoc* demum? *Nunc autem bellum est orationis incrementum,* dominum, patrem conseruatorem.

27 illum Euium, Dionysum Nysium, Bromium] *sic est legendum & ita scriptum est in libris antiquis. delenda autem est vox* Liberum. *Non enim verisimile*

est, Græcos nominibus Romanis vsos esse, sed Græcis potius. Ad hunc locum illustrandum pertinent Plutarchi verba lib.1. συμποσιακῶν. quem locum mihi Brissonius iurisconsultus indicauit: & tractat Muretus variarum lectionum lib.1.c.2. Μιθριδάτην δὲ τὸν πολεμήσαντα ῥωμαίοις, ἐν τοῖς ἀγῶσιν οὓς ἐπετέλει, καὶ πολυφαγίας, ἆθλα θεῖναι καὶ πολυποσίας φασί. νικῆσαι δ' αὐτὸν ἀμφότερα, καὶ ὅλως πιεῖν πλεῖστον τῶν καθ' αὑτὸν ἀνθρώπων. διὸ καὶ διόνυσον ἐπικληθῆναι. *id est, Mithridatem autem eum, qui cum Romanis bellum gessit, in his certaminibus, quæ inibat, & celebrabat, etiam edacitatis & bibacitatis præmia proposuisse ferunt, in vtraque re autem palmam tulisse, & omnino plurimum suæ ætatis hominum bibisse. Quapropter & Dionysum esse cognomento dictum. Affert aliam causam probabiliorem illius cognomenti idem Plutarchus, nempe quod, cùm bis fulmine tactus fuerit: integer & saluus, incolumisque discesserit. sic Plutarchus:* οἱ δὲ πολλοὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν κεραυνοβολιῶν, ὁμοιότητι τοῦ πάθους προσηγόρευσαν. *i. vulgus autem à fulminum ictib. propter similitudinem casus, eum Dionysum nominauit. Iam Nysius dictus est Bacchus, à monte Nysa.*

28 dignitati horum componant) *sic habent aliquot libri man. in his Memmiani.* Componant *autẽ, id est, comparent: tralatio à pari gladiatorũ. Atque hanc scripturam eò libentius secuti sumus, quòd Faernus quoque eam se in suis libris man. reperisse testatur.* opponant *scilicet, &* comparent, *supposita ab iis sunt, qui illud* componant, *non intelligerent. Virg. Tityro, sic,* paruis cõponere magna solebã. *Quod autem homo acu‑tus, se ait ita edidisse: neque addit me occupasse: in eo sui similis est, vt in eo, quod proximè sequitur,* de quorum vrbis possessione, *vt in aliis ferè omnibus.*

29 de quorum vrbis possessione) *omnes libri manusc. Romanus, vt testatur Faernus, habent* possessione, *& item Memmiani, & Parisienses: quod interpretatur idem Faernus, tutela: & rectè. Hor. Oda 26. lib. 3.* O quæ beatam diua, tenes, Cyprum, *&c. i. vt Græci dicunt,* ἀμφιβέβηκας, ἀμφιβαί‑

νεις

νεις ἔχεις. Certasse autem Neptunum cum Minerua de Athenarum possessione. & Mineruam vicisse ex quo πολιοῦχον, & πολιάδα esse nominatam, nemo nisi hospes in literis ignorat.

30 an cunctis gentibus anteponendam dicã) *lib. vulg. habent*, iure dicam. iure *non est in libris scriptis R. neque in Memmianis, eamq; vocem Faernus superuacaneam iudicat: cui assentimur. Itaque delendam curauimus.*

31 illam gentem augeret, sed) *vulgati libri habent*, illam augeret gentem. *Faernus testatur vocem* gentem, *in suis libris antiquis non reperiri, neque nos in Memmianis reperimus. non habent tamen*, illam augeret, *sed* illam generaret, *quod quid sibi velit, iudicet lector ingeniosus, & sagax. ego olim*, illam gentẽ augeret, *excudendum curaui. nunc vocẽ* gentem *deleui.*

32 an vestrum hoc vetus prouerb. *vox* vetus, *abest à codice Memmiano, quæ tamen necessaria videtur.*

33 in Care pot.) *sic iampridem censuit esse legendum Des. Erasmus: neque hoc negat Faernus, quamuis eum non nominet. Certè sibi non arrogat, neque adscribit. At homo iniustissimus & impudentiss. & loquacissimus, Faerno tribuit, quod ille, vt erat vir bonus, & pudens, & grauis, numquam fecit, neque vt faceret, animum inducere vmquã potuisset. suis enim virtutibus & laudibus abundabat: non alienis egebat, vt nebulones isti, qui domi egentissimi, bonis alienis manus furacissimas afferũt.*

34 ob hoc crimen) *quidam libri habent*, ad hoc crimen, *quod magis probo.*

35 quæsitum & prolatum] *sic esse scriptum in suis libris aliquot manuscriptis testatur Faernus, & nos item in Memmiano reperimus: pro quo vulgati habent*, probatum.

36 Pergami non multum. Auri ratio constat, *&c.) hunc locum, emendata distinctione, & interpunctione, planum & illustrem olim reddidi. At homo βασκάνος, vt postea comperi, cùm hanc emendationem secutus esset, vt mihi acceptam referret, quod eum facere oportebat, à se impetrare non potuit. Potéstne fingi quidquam*

quam illiberalius atque iniustius? paulò post, vbi libri vulgati habent, oratio auertitur, *liber vnus* Mem. *habet*, conuertitur, *non placet.*

36 Sed tamen Pergameno] *codices* Mem. *habent* in Pergameno, *quod probo. nam ab aliis libris abest præpositio* in.

37 Præter R. odio est] *ex codice Memmiano, vocem* R. *addidi, quæ necessaria est: quamquam non* prætor R. *sed* po. R. *habet. vnde coniicere possit aliquis legendum esse*, populus Rom.

38 Græcorũ libertate gaudẽs] *si sequamur auctoritatem codicis cœnobij D. Dionysij, legendum est*, leuitate. *quam scripturam probat Adr. Turnebus.*

39 Apollonidienseis, *&c.) sic habent libri, vt dixi, man. & ita excudi iussi potius, quã vt habẽt libri vul.* Apollonidẽses, *aut, vt nõnulli volũt*, Apolloniẽseis

40 Si iã te Crassi agri delectabant) *quidã scribunt*, Crassi: *ego nihil muto. Nã per crassos agros, pingues, & opimi significantur, nisi quis dicat Crassum taleis agros illo in loco habuisse.*

41 mihi crede, ludebant) *legendum fortassis est*, illudebant. *verumtamen nihil muto.*

42 Flaccum elatum iracundia decreuisse dicis, *&c.) Hic locus insanabilis erat, sine ope codicum manusc. sic igitur emendaui, atque ita nunc tandem edendum curaui, veteris scripturæ vestigia secutus*, Flaccũ elatum iracundia decreuisse dicis. Et verò adiungis causas, *&c. Occasionem, & ansam mendi præbuit vox* elatum, *proximè sequens nomen* Flaccum. *Nam cùm* Flaccum, *à librario scriptum esset, deinde ex* elatum, *factum* flatum, *ab alio vox siue* elatum, *siue* flatum, *sublata est, cetera postea à sciolis corrupta sunt. Quòd autẽ olim aliter edidi: aliam rationem secutus sũ, quã nũc nõ probo. Docti quidã affirmant, se hoc modo scriptum reperisse in libris antiquis*, Flaccus vi & iniuria decreuit motus paternis odiis, veréque adiungis causas, *&c. in quo, præter alia, offendit me illud*, vi & iniuria decreuit. *Nam primùm quid est*, vi decreuit? *deinde quis ita loquitur*, iniuria decreuit, *nisi barbarus aliquis, & linguæ Latinæ im-*

peritus? iniuriã *diceremus potius, atque ita M. Tull. loquitur in orat. pro P. Quinct. Omnino scrip. illam, suppositam esse puto, eamq; nullo modo probare possum.*

43 Cur autem prætor te) *sic restituit Ant. August. Hispanus, & rectè.* prætor *autem, nempe hic Flaccus, filius olim tribunus militum, postea prætor factus. Ita refellentur leuia argumenta quorundam, qui hanc lectionem oppugnauerunt, & frustra: mirórque hoc illis in mentem venisse, cùm apertè dicat postea Cic.* nunc accusamur ab iis, qui nobis in consilio fuerunt.

44 quas easdem mulieribus, *&c. locus desperatus sine auxilio librorum antiq. hic nos, qui deficiunt ac deserunt. quidam sic emendare conantur*, quas eædem mulieres, à me datas, apud Pataranos requisiuerunt. *Ego malim sic*, quas easdẽ mulieribus ad me datas, apud Pataranos requisiuisti. *Infra non longè, nunc lego pro* occasione facta, censione facta.

45 At hæc prædia in censu) *sic existimo legendum approbata doctorum quorundã coniectura. nam vulgata scriptura*, Ad hæc prædia, *&c. est, inexplicabilis præserea à Ciceronis sensu aliena.* dicasti *autem mox legendum: non, vt vulgò*, dedicasti. *Ita sententia plana & expedita est.* At hæc prædia, *dices*, in censu dicasti, *id est, professus es, seu edidisti, quasi tua. Respondet Cic.* Mitto, *&c.*

46 maximam habiturum esse familiam. *&c.) quæ sequuntur, sumta sunt ex antiquo codice, cùm essent ad eius oram ab aliquo aliena manu è regione huius lacunæ adscripta. quæ quamuis dubium mihi esset, vtrum sint Ciceronis, néc ne, probaui tamen & appingenda curaui, vt hic locus saltem sententiam aliquam probabilem & minus interruptam contineret.*

47 Sed defendam Decianum) *coniectura P. Fabri Tolosani, consiliarij regij probata, & Errici Stephani, sic reposui, cùm in libris vulg. legatur*, scilicet defendam, *&c. Reperi tamen nouissimè, cùm hanc secundam editionem adornarem, in vno cod. man.* Sed defendam, *&c. quomodo illi legendum esse viderunt.*

48 quòd

48 quòd ornabat facetè locum) *sic reposui, cùm libri omnes vulgati habeant* ornabat facilè. *sententia autem plana est: fortasse ob eam causam fecisti, quòd ornabat facetè locum quem prehenderat.*

49 Nunc facis suspicionem) *fortasse legendum*, iacis suspicionem.

50 si hereditatem in prouincia creuerit) *cùm viderem ab omnibus libris man. & Memm. & Romanis, teste Faerno, abesse negationem ante verbū* reliquerit (*vulgati enim libri habent*, non reliquerit) *ego ex* reliquerit, *feci*, creuerit, *quæ coniectura placet Turnebo, placet Brissonio, placet ipsi Memmio: cui non? quid sit autem* cernere hereditatem, *docet Varro libr. 6. de lingua Latina.* creui, *valet constitui. Itaq; heres cū constituit se heredem esse, dicitur cernere &c. cùm id fecit, creuisse, Vlpianus autē* cernere, *inquit, est* verba cretionis dicere, ad hūc modū: Cùm me Mæuius heredē instituerit, eā hereditatem adeo, cernóque.

51 quam confecerat] *Faernus, & Erricus Stephanus testantur scriptū esse* traiecerat, *in omnibus libris man. quibus vsi sunt. ego item in nostris vidi*, contraiecerat: *vnde mihi orta suspicio est*, confecerat, *fuisse primò deprauatum, & ex eo factum* coniecerat, *deinde lectorem aliquem adscripsisse ad oram libr.* tra. *pro* con. *deinde librarium dubitantem alium scripsisse*, contraiecerat *alium* traiecerat. *Si quis tamen* traiecerat *probabit, non repugnabo. Est enim probabilis scriptura, & eam probat Faernus. hinc autem dicta est traiectitia pecunia. licet etiam dicere*, traiecerat, *esse illam quidem veram scripturam: sed alium significare, quā quod putauit Faernus, qui* traiecerat, *interpretatur, ab Italia in Asiam transmittendam curarat. Quamquam eam interpretationem non reprehendo.*

52 scripsit oratu tuo) *sic habent codices cùm Memmiani, tum alij, sine vlla litura aut varietate, quos sequimur. nam vulgati habent*, rogatu tuo, *quod quamuis non damnem, tamen antiquitatem amplector, vt integram atque incorruptam. Alioqui quis non videt, Naugerium, & similes doctos illos quidem*

viros

viros & laudatos, sed idcirco non laudandos quòd in Cicerone & aliis scriptoribus, suo arbitratu, & ex ingenio, sine libris manuscriptis, quod non probabant, aut quod ei minùs vsitatum videbatur (non enim dicã, quod ab eis non intelligebatur) immutabant: quis igitur non videt, illos ex oratu, fecisse rogatu? sexcenta sunt similia, & in hoc scriptore, & in aliis auctoribus linguæ Græcæ & Latinæ, hoc modo deprauata Nos autem quid aliud agimus, & semper egimus, quã & nunc Ciceronem hac licentia fœdè corruptum, in integrum ex man. codicib. restituimus, & olim Horatium, & maximè Lucretium, eadem arrogantia contaminatos, in suum pristinũ decorem vindicauimus? Atque hæc pluribus verbis, præter solitum, interposui, propter quorundam stuporémne dicam? an inscientiam? an peruersitatẽ? qui partim susurrant, partim apertè vociferantur, nos Ciceronem, & Lucretium ita corrumpere, vt vix pristina facies agnoscatur. Illi verò cæcutiunt: neque vmquã quidquã in literis videbunt. Quare sinamus eos in tenebris errare, neque eorum sermunculos, aut susurros vel flocci faciamus, sed contrà institutum nostrum teneamus, vt antiquitatem incorruptam, & ei amicam veritatem colamus: fucum & fallaciam non solùm ex libris, verùm etiam è vita nostra tollamus. Suprà non longè, vbi libr. vulg. habent, quis? is ipse? quamuis ea lectio sit tolerabilis, vt sit hæc eius sententia, quis tibi narrauit? ipse ipse Andro tibi narrauit? tamen Faerni auctoritatem, & fidem secutus, qui testatur ita scriptum esse in aliquot libris antiquis, quis is est igitur? ille, &c. hanc scripturam illi vulgatæ anteposui.

53 dispuio, & expostulo?) sic restitui ex auctoritate codicum Meam. cũ in vulgatis legeretur, disputo? postremè planè mendosè, à quibus non longè discrepant ij, quibus est vsus Faernus, qui testatur se in eis reperisse scriptum, disputo, postulo? quo modo & in quibusdam impreßis reperi.

nos pœnas, si ita placet, sufferamus) mendosè in libris vulgatis legitur, si ita diis placet. nos vocẽ diis,

54

quæ abest à libris manusc. sustulimus.

55 Etenim populi R. perspic.) *sic nunc edendum curaui, libros omneis vulg. secutus: quamuis olim auctoritate Faerni adductus, qui testatur se in suis li. man. scriptum reperisse,* Etenim si populi R. perspic. mentē, ac vol. *interposuerim particulam* si, *inter* Etenim *&* populi. *Nā videtur nunc mihi particula* si *sententiam corrumpere. In hoc libros illos secutus sum, quòd pronomen* eam, *deleui.*

56 Quanta reip. causa, lætitia populi R. quanta gratulatio, *&c.*) *nihil muto. videtur enim mihi hæc lectio probabilis, & ferenda. Verumtamē scriptura vetus non est negligenda, quæ talis est.* Quanta reip. causa, lætitia populi R. quāta gratulatione cōseruatus est? *quā sic paulū immutarē:* quāta rei. lætitia, quāta populi R. gratulatione conseruatus est?

57 Præclara illi hæc oratio) *malim legi,* ratio, *vt subintell.* vitæ: *vt suprà,* qui non illā viā vitæ, quam antè præcipitē, & lubricā huic planæ ac stabili præponendam esse arbitretur: *& infrà,* ostendēs bonæ rationi, & constanti, & graui nullū à vobis fructum esse propositum.

EIVSDEM IN ORATIONEM PRO P. SYLLA.

1 Autronij] *sic scribendum est hoc nomen, per* u, *inquam, in prima syllaba, non per* n.

2 de mea auctoritate deripuisset] *sic est legēdum, & ita habet codex vnus Memmianus man.* deripere *autem idē valet, quod illud, supra positum,* detrahere. *Nam* diripere, *quod est in vulg. locū hîc non habet.*

3 quorum ego opera) *codex man. habet,* quorum ego ope.

4 intelligis afuisse] *sic edendum curaui, à cod. man. admonitus, in quo est,* affuisse, afuisse *autem dicebant veteres, non* abfuisse, *vt sæpe iam diximus, quod scioli isti inducere in animum non possunt.*

5 quæ Lepido & Tullo Cos.) *liber man. habet,* & Volcatio Cos. *ego tamen nihil muto, existimans, hoc* Volcatio, *natū esse ex aliqua annotatione. nam* [illegible]

consulum cognomina duntaxat ponuntur. Quòd si prænomina quoque,& nomina ponantur, erunt M. Aemilius Lepidus,& L. Volcatius Tullus, qui consules fuerũt anno ab vrbe condita IↃC.XXC.VII.

6 qui Autronio afuerim) *sic reperi scriptum in libris duo. man. neque verò dubiũ est quin ita sit legendũ.* afuerim *autem, id est, vt vulgus loquitur,* abfuerim.

7 cùm verũ dicas, iuratis probare) *sic hunc locum restitui, coniectura ductus sententia autẽ est aperta. hoc tibi (inquit) respondeo, quod ad testimonia attinet,* nũ esse hoc regnare, cũ verũ dicas, iuratis: probare. *i. non esse hoc regnare, eum, qui verum dicat, iudicibus iuratis persuadere,& probare: regnaret is, qui cũ falsa diceret, fidem facere, iudicibus tamen, aut sibi falsa dicenti fidem habere iudices cogeret.*

8 nemo Curioni) *liber antiq. habet,* nemo Curio.

9 longè abest ab eo regni, &c.) *sic hunc locum restitui, coniectura ductus, partim mutata distinctione, partim hoc addito,* ab eo, *quod scilicet à librario fuerat omissum, propter similitudinem vocis sequentis. Quod si quis legi malit,* longè abest is à regni suspicione, *aquè probabo. Quod autem ille quem sæpe descripsi, putat sic legi posse,* longè ab eo est, &c. *nugas agit, neq; hoc secunda hac editione, quo demũ tẽpore animus hominis mihi perspectus,& cognitus est, id potui dissimulare, quod animaduerti,& miratus sum, illum ibi fuisse mutum, vbi aliquid dicere debebat: loquacem, vbi eum silere oportebat. Quod si fecisset minùs reprehendendus esset. Nã omnino rectiùs fecisset, si hoc negotium, quod ab altero occupatũ & confectum esset, numquã suscepisset, neque actum agere, vt dicitur, conatus esset. præsertim cùm nihil de suo adderet, neque libros vllos veteres consuluisset, sed tanquã puer à magistris dictata redderet.*

10 Quod tamen tribunus pl. facit is, q.) *sic habent li. man. quos secutus sum. Nã libri vulg. habent,* Quod cùm is tribunus pl. facit, qui vnus vid. ex ill. ad lug. coniur. relictus, non mirum est.

11 quàm ego non defugiam auctoritatem) *sic habent libri vulg. manus. autem,* quàm ego defugiam.

concinnior verò est antiqua, cùm sit eadem sententia. significat enim se non defugere auctoritatem consulatus sui: id est, non negare se auctorem esse earum rerum, quæ in consulatu ipsius gestæ sunt. defugere enim auctoritatem: *est negare, se auctorem fuisse. Nos Galli dicimus*, desauouer.

12 comprehensis, atque confossis) *quidam legi volunt*, atque confessis.

13 atque in prætura fuisset) *assensus sum Errico Stephano, qui hæc verba loco suo mota iudicauit, eaq; in suũ locum restituit. Præterea verba aliquot à librario errante bis scripta sustuli. sic autem habent libri vulg.* cùm esset meus contubernalis in consulatu, cùm signifer esset iuuentutis, atque in prætura fuisset, auctor, adiutor, princeps exstitit: cùm auctor, cũ princeps, cùm signifer esset ciuitatis, parens eius, *&c. Quis non videt, hæc verba*, cùm auctor, cùm princeps, cùm signifer esset iuuentutis *esse supervacanea, & temere iterata?*

14 Quis negat? At vide) *inter hoc*, Quis negat? *& hoc*, At vide *duas voces interiectas, & ex annotatione natas, atque in contextum orationis temerè coniectas*, Syllæ indicium, *ego olim coniectura ductus sustulerã, ac deleueram: quas Erricum Stephanum in vetere codice non reperisse postea cognoui.*

15 Sed ego in indiciis & quæstionib.) *Erric Stephanus existimat legendũ*, in indiciis, & quæstionibus, *quod item mihi iampridem venerat in mentem: cùm in aliquot editionibus impressum sit*, in iudiciis. *Nunc, posteaquàm & in vno libro man. & in nonnullis Lugduni excusis*, indiciis, *scriptum vidi: nullum iam dubitationi locum relictum esse existimaui, cùm præsertim hîc de indiciis perspicuè sermo habeatur, infrà non lõgè*, illud mihi tantum satis est, contra Syllam nihil esse in iudicio *& minùs longè*: si periculum esse putasset, ne illi vmquam indicarent. *Adde quòd per quæstiones satis significantur publica iudicia.*

16 eãdem vim esse negationis huius, quã si, &c.] *malim legi*, eandem vim esse, neg. huius, atque si, &c.

&c. Verumtamen tutius fortaßis est, nihil mutare.

17 ait me aliter, ac dictum est, *fortasse legendum,* ait me aliter, atque indicatum est, *vt infra nouem post versibus:* aliter indicata hæc esse diceret. *nihil tamen mutare ausus sum. & in hoc* dictum est, *subintelligo* ab indicibus. *sic enim infra loquitur,* qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberet. *omnino,* indicatum est, *magis placet.*

18 ad vnam salutem reip. contulistis. *quidam sine auctoritate vllius libri veteris, legi volunt*, cõpulistis. *quod probo: verumtamen nihil muto. quod si quid mutandum est, malim legi.* transtulistis.

19 aut verè referendis, aut scribẽdis putet) *à quibusdam libris antiquis abest,* aut scribendis, *in eisque ita legitur:* verè referendis fidem putet, aut etiam ingenium defuisse. *in aliis,* fidem putet aut diligentiam defuisse.

20 dimisi in omneis prouincias) *placuit mihi Mẽmij coniectura arbitrantis legendum*; dimisi in omneis prouincias, *pro quo libri omnes habent*, diuisi in omneis pr.. *Eadem ratione mihi quoque venit in mentem, suprà nõ longè pro* diuidi passim, & peruulgari, *quod reperitur in libris omnibus, legendum*, dedi passim, *&c.* didi *autem, à præsenti* didor, *valet dispergi, diffundi, de quo plura in commentariis Hora. & Lucretianis.*

20 quàm retulisse gratiã vid.) *quid si dicamus vocem* gratiam, *esse alienam & superuacaneam? vox* iniuriam, *quæ antecedit, facile subintelligi potest.*

21 multa cogitauit) *legendum existimo,* multa cognouit.

22 nec defendere, quem velis) *sic reposui, libris omnibus inuitis, in quibus legitur mendosè*, ac defendere, quem velis.

23 At verò cùm honos] *sic est in codice manuscr. Mẽmiano: & ita sine dubio legendum. Et verò sic habent nonnullæ editiones, aliæ verò sic*, An verò non rectè. *nisi tollatur negationis particula ante verbum* succẽsuit, *vt hoc modo legatur*, An verò cũ honos ageb.

 am-

amplif.famil.vestræ hoc est, consp.t. sap. vir famil.f.succens.p.t.c.S.& def.& laudarent?

24 officij iudicem posui te) *sic emendaui, coniectura ductus*: posui *autem, id est, statui. Nam libri vulgati mendosè habent*, posuisse.

43 Sin tu ais illum comitatum Autronij, *&c. locus proculdubio corruptus, quem P. Faber Tolosanus, nunc supplicum libellorum in regia magister, vir doctiss. sic emendare ac restituere conatus est*: Sin tu ais Syllã comitatum Autronium & Catilinam, *&c. in qua cõiectura vult ille*, comitatum *esse participium. Ego sic*: Sin tu ais, Syllam in illo comitatu Autronij, & Catilinæ fuisse, cùm in campo, *&c.*

26 cùm omnia ordinarentur, instituerentur, parar.) *lego* cùm omnia ornarentur, instruerẽtur, pararentur, *&c.*

27 At emta est familia) *sic reposui reclamantibus libris omnibus, quos quidem viderim, qui habent*, Arrepta est familia: *obiiciebant enim aduersarij P. Syllæ, emtam esse gladiatorum familiã per simulationem munerum, quæ L. Sylla Faustus populo daturus esset. Sic infrà paulò post*, Nec opinante Fausto, cùm is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. *Sed quid eam confirmare opus est cùm Erricus Stephanus se ita scriptum reperisse in cod. man. asseueret?*

28 iniquorum inuidiæ, sed & æquorũ, *&c.*] *liber man. Mem. habet*, iniquorum inuidia esset, *&c. planè mendosè. Cur igitur hanc scripturã antiquã propono? vt videat lector, in hæc ipsa antiqua deprauata esse recta & veræ lectionis vestigia nam, in* inuidia esset, *si literas spectes, & syllabis mutatis, vnum* s. *de verbo* esset, *detrahas, reperies*, inuidiæ sset, *Iam verò veteres librarios scripsisse*, set, *per* t. *non vt nos*, sed *per* d, *constat inter omneis. Ex his autem scripturæ veteris vestigiis, videtur ita legendum*, iniquorum inuidiæ, sed & æquorum, *&c. deleta copulatione* &, *quæ est in lib. vulg. ego tamen nihil muto.*

29 At præfuit familiæ) *dele hîc nomen Cornel. quod est in libris vulg. & subintellige*, P. Sylla. *Nam quamuis Syllæ, Cornelij sint, nomen Cornelij tamen, quod huc*

ab aliquo indocto illatum est, cùm superuacaneum est, tum sententiam obscurat, atque adeo corrumpit.

29 magnæ pecuniæ ratione *cùm in libris man. Memmianis reperissem scriptũ* : magna pecuniæ ratione, *ego leui immutatione facta*, magnæ pecuniȩ ratione, *edendum curaui.*

30 si in Hispania turbatũ esset?) turbatum isset? *habent libri veteres præclarè, si subintelligas*, Cincius, *& si eam scripturam conferas cum lectione vulgata* : si in Hispania turbatum esset. *verumtamen hanc vulgatam damnare non ausim.*

31 sine vlla cõiunctione ageb.) *quid sibi hæc velint*, sine vlla cõiũctione, *nõ video? quid si, legẽdũ dicam*, sine vlla coitione? *quid si*, sine vlla cõcitatione?

32 Vt quẽ in secundis reb. *&c.) dij malefaciant semidoctis istis, qui quæ non intelligunt, inquinãt, & sincera vasa, vt aiunt, incrustant: quod cùm sæpe & multis locis factitarunt, tũ hoc loco. Nã hæc verba* verisimile nõ est, *quæ reperiũtur hic in libris omnibus ex eorũ officina nata sunt. sic enim currit oratio, & sẽtẽtia*: An in tantis reb. tã nouis, *&* c. dimittendũ à se arbitraretur? vt quẽ in secundis reb. quẽ in otio secum semper habuisset, hunc in aduers. & in eo tũ quẽ ipse cõp. ab se dimitteret? *Atq; hæc eadẽ verba, suprà in oratione pro Roscio Amerino, & in li. 4. Accus. non longè à princip. inculcata videri ostendimus.*

33 Iam verò, quod subiicit, *&c.) liber man. habet*, quod obiicit. *ego tamen nihil muto.*

34 vt hoc dissidio, & diss.) *legendum fortaßis est*, vt hoc discidio, *&c. Quid* si discidium *autem sæpe iam, & multis locis docuimus.*

q. ita de ambitione, & de suffr,) *idẽ liber habet*, q. ita de ambulatione, *quod quid sibi velit, nescio.*

36 primum Cæcilius, qui fratris calamitatẽ, *&c.] duo ferè versus fuerant à scriptore librario omißi: quos ego partim cõiectura ductus, partim ab antiq. lib. adiutus, repræsentaui, errãs scilicet librarius in nominib.* Cæcilius, *&* Cæciliũ, à Cæcilius *ad* Cæciliũ *trãsiliebat: & ita versũ vnũ integrũ omiserat, quẽ restituimus.*

37 vt quisquam de sal.suorum conf.) *videtur sic vsitatiùs fuisse dicturus*, vt quisquam saluti suorum consulat, *&c.*

38 sed pœnam ambitus auferebat) *sic habent libri man. Memmiani, & item is quo est vsus Erricus Steph.*

39 multa è rep. egit) *sic emendat Erricus Stephanus, planè ingeniosè, & eruditè.*

40 cuius aures vnquā hoc respuerunt conatum esse hominem, *&c sic est legendum, neque quidquam est mutandum, & falluntur, qui* contaminatum *legi volunt. sententia enim aperta est* cuius aures vnquā respuerunt: hoc esse conatum Catilinam? *id est, coniurasse?* quippe hominem? *&c. Quod autem ijdem existimant, atque adeò asseuerant, suprà non longè admodum legendum esse*, de me aliquid, & de ipso qui accusator est, *non vt habent omnes libri*, de me aliquid, & de ipso, qui accusator est, *non, vt habent omnes libri*, de me aliquid, & de ipso, qui accusatus est, *hi ne audiendi quidem sunt : & miror hoc eis venisse in mentem.*

40 quod cuiquam paulò minùs consideratè videretur factum, quæro) *vel sic legendum, vel deleta voce*, factū, quod cuiquā paulò minus consideratum videretur, quæro. *Nam vulgata scriptura*, quod cuiquam paulò minùs consideretur factū, *&c. ferri non potest.*

41 non cadit, non (inquā) cadit) *sic reposui fidē Errici Stephani secutus, qui se ita scriptū reperisse testatur.*

42 diutius hoc imperium stare potuisse) *liber mā. non habet vocem* imperium, *& pro* hoc, *habet* hæc, *vt fortasse ita sit legendū*, diutiùs hęc stare potuisse. hæc *autem* δεικτικῶς *templa deorum, ædificia publica, & priuata in vrbem ipsam.*

43 obstruite perfugio) *sic est legendum*, obstruite perfugio, *id est, quasi murum struite aduersus perfugium improborum, ne se vita anteacta defendere queat: contrà* munite arcem bonorum. *vt ad vitam anteactam viri boni accusati, & falsis criminibus in iudicium vocati, tanquam in arcem firmam, ac munitam confugiant. obstruendi verbum autem iungitur ele-*

ganter cum datiuo,vt obstruere luminibus, *quod ab hoc eodem non semel dictum est.*

44 (Sin illa res de pecuniis repetundis prima) *hoc totum* de pecuniis repetundis,*abest à codicib. man. & vero abesse debet. satis enim subintelligitur crimen repetundarum:quo crimine accusatus est Catil. Cotta, & Torquato* Cos. *Per aliud autem iudicium, in quo dicit Cicero Torq. Catil. affuisse,significatur iudicium de incestu: de quo accusatus est Hortensio, & Metello* Cos.*quòd Fabiam virginem Vestalem stuprasset. Sed cùm Catilina aduersus rempu. bis coniurauerit, & hic primæ illius coniurationis mentio fiat, quæ facta est Cotta & Torquato* Cos. *quos interficere coniurati parabant:quæro,vtrùm illius coniurationis nomine in iudicium adductus sit Catilina,néc ne. si adductus nō est in iudicium,cur dicitur infrà Torquatus pater. Catilinæ aduocatū fuisse in illa suspicione periculi sui? nā per suspicionem illam periculi prima coniuratio significatur: sin adductus est,cur dicitur suprà idem Torquatus consul Catilinæ reo de pecuniis repetundis affuisse? Præterea quid iudicium repetundarum, ad crimen coniurationis,qua de re hic agitur,pertinet? Postulabat enim ratio,vt Cicero diceret,Torquatum Catilinæ affuisse de coniuratione,siue de vi publica,ob primam illam coniurationem,accusato,non de repetundis. Adiuuat hanc rationem id quod paulò antè dicitur,* cui cùm adfuit post delatam ad eum primum illam coniurationem, *&c.significant enim perspicuè hæc verba. Torquatum Catilinæ causam dicenti,de coniuratione,& de vi publica,ob coniurationem illam adfuisse. Postremò confirmat eandem rationem,id quod initio dixi in codicibus man.non reperiri hæc verba,*de pecuniis repetundis,*pòst* sin illa res.*Ex quo effici volo, non temere aliquem suspicari posse,illa quoque verba suprà posita,* de pecuniis repetundis,*post illa,*Torquate, cōsul reo,*non esse Ciceronis. Consideret igitur hunc locum diligenter lector ingeniosus,& eruditus.Nam mihi quidem non videtur satis esse sincerus.*

45 quod satis esset ad testandam memoriam

omn.) *hunc locum partim coniectura ductus, partim ope veterum codicũ nixus, sanè feliciter emendaui. Nam cùm in eis reperissem* atteſtãtem memoriam omn. *vbi vulgati habent*, adſtante memoria omnium, *ego* ad teſtandã memoriã omnium, *reposui. quæ lectio recta est, idq; tũ aliis viris doctiss. iudicantibus, tum ad Turn. vehementer approbante. Quare, qui eam vulgatæ non anteponet, is facilè declarabit, se vel hebetem esse, vel maleuolum, vel vtrumque.*

47 de re P. Syllę, rem vllã) *hic locus per se non videtur mendo vacare. auget suspicionem vetus codex, in quo scriptum est*, de reatu P. Syllæ. *quidam doctus arbitratus legendum esse*, de coniuratione P. Syllæ, *quod ego probarẽ, si tam longè non abesset ab antiqua scriptura. Ego putabam, &* re, *in vulg. lib. &* reatu, *in antiquis esse delendum, vt aduentitiũ: atque ita simpliciter legendum*, de P. Sylla, *quomodo habent nonnulli libri vulg. Verumtamen mouet me veteris codicis scriptura: quã cùm attẽtiùs consideraui, adducor, vt putẽ legendũ*, de cõiuratu P. Syllæ. *idem autem valet* cõiuratus, *quod* coniuratio: *quemadmodũ* comperendinatus *idem quod*, cõperendinatio, contẽtus *quod* contẽtio: *& similia. Atque eò magis hanc meam coniecturã amplector, quòd sit mihi verisimile, Naugeriũ, & simileis, qui sine libris man. Ciceroni manus admouerũt, aut cùm eos adhibuissent, eorum auctoritatẽ sæpe aspernati sunt, hac voce, tanquã minus vsitata offensos, si fortè eã adhuc integrã in aliquibus libris antiquis repererunt: aut voce* reatu, *iure improbata, si fortè libri veteres iam ante ab aliquibus indoctis contaminati essent, ita, vt nunc habemus, reposuisse*, de re P. Syllæ, *quæ scri. mihi nullo modo probatur.*

48 labẽ tanti ſceleris) *sic ego hunc locum restitui, fidẽ Err. Steph. secutus, qui ita scriptum in vet. cod. cõfirmat. nam lectio vulg.* labẽ tanti generis, *ferri non potest: eidémque credidi, dicenti in eodem libr. scriptum esse* diſciplinarum & ſcholæ.

49 expletum eſſe huius miſeriis par erat.) *diuinam planè Errici Stephani in hoc loco restituẽdo coniecturam secutus sum.*

50 repe-

50 reperit nouum mærorem) *sic est in libris manu. non, vt in vulgatis,* repetit, *& infrà, vbi vulgati habẽt,* delecti ad spem acerbitatis, *idem ille habet,* dilecti ad spem, *&c.*

51 facta est] *malim legi,* facta sunt. *vt sit,* quæ iudicia facta sunt, *&c.*

EIVSDEM IN ORATI.
PRO ARCHIA POETA.

1 ne nos quidem huic vni studio) *sic nunc edidi, reiecta vulgata scriptura,* ne nos quidem huic cuncti studio, *Cl. Puteani coniecturam secutus.*

2 Siluani lege, & Carbonis) *Sic legendum, vt rectè existimat Paulus Manutius libro de legib. Significatur enim lex Plautia, lata à M. Plautio Siluano, & C. Papirio Carbone, tribunis pl.*

3 & si sexaginta diebus apud præt.) *legendũ fortasse est,* sexaginta pòst diebus. *quãquam nihil muto.*

4 Si nihil aliud, nisi de ciuitate ac lege dicim. *Cl. Puteanus legendum putat,* de ciuitate hac lege dicimus, *his rationibus adductus. Erant, inquit, tria capita legis Plautiæ, & Papiriæ de ciuitate.* SI QVI FOEDERATIS CIVITA. ADSCRIPTI FVISSENT: SI TVM, CVM LEX FEREBATVR, IN ITALIA DOMICILIVM HABVISSENT: ET SI SEXAGINTA DIEB. POST LEGEM LATAM APVD PR. PROFESSI ESSENT. *Archiam, inquit ille, domicilium in Italia habuisse: apud prætorem professum esse, constat, neque de eo controuersia vlla est. Reliquum est, vt doceat Cicero, Archiam alicui ciuitati adscriptum fuisse. Cùm igitur tota hæc causa ex lege pendeat: subijcit Cicero,* Si nihil aliud nisi de ciuitate hac lege dicimus, *&c. Sic autem loqui bonos scriptores docet idem ille his exemplis. Cicero pro domo sua,* Quis me vmquam vlla lege interrogauit? quis postulauit? quis diem dixit? *Idem epistol. ad Brutum,* C. Marius cùm in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur. *Idem Philipp. 2.* Hominem omnium

nequiss.

nequiss. qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quæ est de alea, condemnatū, &c. *Cœlius ad Ciceronem.* Compellare ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. *Hæc Puteanus, amicus meus: quæ huc non retulissem, nisi ille ita mihi mādasset: quoniam ea non probo. Nam primùm quòd ille dicit, controuersiam esse tantùm de eo, vtrùm alicui ciuitati adscriptus sit Archias, néne: de ceteris duobus constare, nempe Archiam in Italia domicilium habuisse, & LX diebus post legem latam apud pr. professum esse: non ita mihi videtur. Nam omnia hæc tria, æquè sunt vel incontrouersa, vel controuersa. Ea quidem singillatim probat Cicero ordine, sed ita, quasi in promtu posita, molli brachio, & paucis verbis. Adscriptum esse Archiam Heracliæ, à testibus. Domicilium habuisse in Italia, à forma, hoc modo: Archias domicilium multis annis ante ciuitatem datam, Romæ habuit. ergo in Italia domiciliū habuit. Professum esse apud prætore (quod est tertium) probat à tabulis. Præterea Cic. ipsius verba declarant, hæc tria æquè esse certa.* Quid enim horū, Gracche, infirmari potest? *Fefellit autem amicum meum, quòd existimat fortasse, illud* de ciuitate, *intelligendum de ciuitate, in quā olim adscriptus sit Archias: quod longè aliter est. nam de ciuitate Romana intelligendum est, quæ sit data lege Plautia Papiria, siqui fœderatis ciuitatibus adscripti sint, & cuius se ciuem dicit esse Archias beneficio legis. Itaque horum verborū,* si nihil aliud, nisi de ciuitate, ac lege dicimus, *hæc sententia est: si nihil mihi aliud in hac mea defensione pro Archia suscepta, nisi de ciuitate Romana, qua donatus est Archias beneficio legis, & de lege, cuius beneficio ciuis Romanus factus est, dicendum est: causa dicta est, neque mihi oratio longior habenda est.*

55 Heracleæ'ne esse eum adscr.) *codex man. habet,* Heraclixine: *quòd eo notaui, vt memoria repetat lector, quod suprà admonui in scholijs Agrar. diphthongū Græcam ει verti solere à Latinis vel in* e, *longum, vel in* i, *longum. Itaque ab hoc loco quatuor ferè post versibus, vbi vulgati libri habent,* qui hūc adscriptum Heraclien

cliensem dicunt, *ego*, qui hunc adscriptum Heracliæ esse dicunt, *reposui*.

6 qui tot annis ante ciuitatem datã) *liber manuscript. habet*, *qui tot annos ciuitate data*, *&c. paulò ante autem legendum puto*: An domiciliũ in Italia? *&c. cum interrogatione quemadmodum ego olim edendum curaui. cuius loci hæc sententia est: dicésne, Archiã domicilium in Italia non habuisse, cùm multis annis ante ciuitatẽ datam, sedem omnium rerum ac fortunarũ suarum Romæ collocarit? Nam, si Romæ domicilium suarũ rerum collocauit: ergo in Italia, &c. Licet tamen legere*, At domicilium in Italia, *&c. sine interrogationis nota, vt sit Ironia.*

7 vt ab nullius vmquam me tempore) *sic habent codices man. id quod obseruauit P. Victorius.*

8 excellẽti animo, ac virtute fuisse, & sine doct.) *malim sic legi*: excellenti animo ac virtute fuisse sine doct. natu. ips. h. p. diuino, & per seipsos *&c.*

9 ratio quædã, conformatioq; doctr.) *lib. man. vnus habet* confirmatioq;, *ego tamen nihil mutandũ cẽseo.*

10 adolescentiam alunt) *idem liber habet*, adolescentiam agunt, *quod non reijcio, & interpretor, ducunt*, παιδαγωγοῦσι, *instituunt.*

11 constitutus è marmore) *secutus sum libros vulg. Nam man. quibuscum etiã exempla ab Iuntis impressa consentiunt, mendosi sunt, mea quidem sententia: in quibus legitur*, esse constitutus, & marmoratis laudibus *&c. quidam hoc totũ* è marmore *seu* & marmoratis, *delendũ censent, tanquã alienum, & aduentitium.*

12 quo manuum nostrarũ tela) *vocem* minùs, *quæ antecededat vocabulum* manuum, *fretus codicum veterum auctoritate, sustuli ac deleui.*

13 non cum vitæ tempore dimetiendam) *sic reposui, scripturæ veteris vestigia secutus, pro eo quod est in vulgatis libris* dimittendam.

14 summis ingeniis expressam) *legendum videtur*, à summis ingeniis expressam.

15 hæc verò, siue à meo sensu post mortem afutura est, *&c.*) *sic legendum, & infrà non longè, per-*

insul-

tinebit:subintelligitur enim nomen proximum memoria. *Quod non intelligentes ij, qui Ciceronem contaminarunt, cùm se eum emendaturos profiterentur: libris, man. reclamantibus*, abfutura sunt, & pertinebunt, *substituerunt. nam quod* absfutura, *pro* afutura, *reposuerunt, minùs reprehendo: fuit enim temporum culpa magis, quàm hominum. Quin, quod magis mirum est, vix hodie possumus hominibus persuadere, vt ita & scribant, & loquantur*, afui, afuisti, afuit, &c. & afuturus, ra, rum, & afore, *reiectis illis, quæ non sunt Latina*, abfui, absfuisti, &c. *Tanta molis est, vt ita loquar, falsa hominibus à suis maioribus per manus tradita, & iam inueterata, ex eorum animis & mentibus euellere. Sed quid de hoc vno verbo queror? quasi verò non sint alia multò plura, & longè maiora.*

16 quem amicorum videtis comprobari tum dignit.] *sic est legendum, & ita scriptum est in libris ma. Nam vox* studiis, *quæ interiecta fuerat inter* amicorum, & videtis, *in eis non reperitur: & certum est, eam ab aliquo indocto, eodemq; confidente, esse interpositam. Significat autem M. Tul. pudorē Archiæ, ab amicis, & dignitate præstantibus viris, & venustis, ac politis comprobari.*

17 quique est eo numero, &c.) *videtur legendum*, quique eo hominum numero est, *vel* quique eorum numero est, *si rationem spectes, verumtamen nihil mutandum censeo.*

18 sic in vestram accipiatis fid.) *Quidam legi volunt*, sic in vestram recipiatis fidem. *quod & ego olim existimaui: sed nunc nihil mutandum censeo.*

19 quæ non fori,) *malim legi*, quæ non forensi, neque, &c. *verumtamen nihil muto.*

IN ORATIONEM POST REDITVM, AD QVIRITES.

Hanc orationem antecedit in nonnullis libris impressis oratio quæ iam ineptissima, & vix digna, quæ ludi magistro alicui semidocto, semirustico, atq; impolito adscribatur, nedum Cic. vt fit à nonnullis. Eam ego in prio-

re Cic.editione sustuleram. Quo facto, cùm bibliopolæ, quorũ sumtibus Cicero noster editus fuerat, à sciolis quibusdam certiores facti, eam orationem desiderari, de se actum esse quererentur, quasi, quòd ea esse: prætermissa, idcirco homines ad Cicer.coemendum essent futuri tardiores, & mecum hoc nomine odiosè expostularent: cumq; eis constanter respondissem, eam orationem non esse Cic. eúq; me vetuisse eam excudi: tãdem ab illis, multis precibus oratus, hanc eis veniam dedi, vt in calce secundi voluminis, quod orationes omneis continet, locaretur. Ita illis animũ reddidi, qui se periisse clamabant. Nunc itẽ, & verò multò magis, quia hac editione non solùm doctis & politis hominibus gratum facere, verùm etiam indoctis, & ineptis morem gerere studui: hanc orationem ab aliquo Cic.simiolo, & imitatore stultissimo, qui sibi bellus ac disertus videbatur, conscriptam, suo quidem loco non, sed tamen hoc secundo orationum volumine, excudi permisi, necui aut stolido, aut maleuolo, vel minimam de me querendi causam aut occasionem relinquerem: sed ea lege, vt dissimilib. literis imprimeretur: hoc cõsilio, vt etiã cordati ac docti sibi à me satisfactum, & consultum esse intelligerent: quibus multò placere malo, quàm excordibus, atque indoctis.

1 id in me vnũ potiùs, quã in opt.quęque, *&c.*) *veteres cod.duo habẽt,* id in me vno potiùs, quàm in optimo quoque, & in vniuersa rep.deficeret, *quæ scriptura, quid sibi velit, quæro. Planè nonnihil subest vlceris in verbo* deficeret, *quid si dicamus Cic.scripsisse,* id in me vno potiùs, quã in opt.quoq; & in vniuersa rep.defigerẽt: *sic.n.ferè locutus est in prima Catil.* quæ quidem (*sica*) quibus initiata sacris, aut deuota sit, nescio ꝙ eã necesse putas cõsulis in corpore defigere. *Consideret lector ingeniosus, & in Cic.libris legẽdis, diu multũq; & cum iudicio versatus.*

2 eius deuotionis me esse coniunctum) *i. eo voto me esse dãnatũ, sic enim Virg.loquitur in Daphn.* damnabis tu quoq; votis. *& Aemilius Probus, seu Corn. Nepos in Timoleõte,* Cùm quidam Lamestij similis, nomine Demænetus, in contione populi de rebus eius gestis detrahere cœpisset, ac non-

nulla inueheretur in Timoleontem: dixit, nunc demum voti se esse damnatum.

3 secundus vitæ sine vlla offensione cursus] *sic habet codex vetus, non, vt vulgati,* secundo vita sine vlla off. cursu.

4 reliquæ meæ fortunæ] *legendum fortasse est,* reliquiæ mearum fortunarum. *verùtamen nihil muto. nam* reliquæ meę fortunę, *&* reliquiæ mearũ fortunarum, *idem valent, & æquè bene Latinè dicuntur.*

5 quàm tunc incolumi totæ afferebãt) *libri vulgati habent*, quàm tunc incolumi afferebant: *quo modo antea edidi. nonnulli ma. habet*, quã tunc incolumitates afferebat, *alij*, incolumitate affereb. *vnde iam olim suspicatus sum legendum, vel*, quã tunc incolumi totæ afferebant: *vt* reliquæ fortunæ, *i. reliquiæ fortunarũ, opponantur totis & integris fortunis: vel*, quàm tunc incolumitas afferebat, *seu*, incolumitas ipsa afferebat. *Nã* incolumitates, *numero multitudinis, non admodum placet, quãuis probet Turneb.* Incolumitas *autem, est ea quam Græci ἐπιτιμίαν appellant, quæ significat existimationem integrã: saluas, & incolumeis, & integras fortunas. Ego nunc edidi*, quàm tunc incolumi totæ afferebant. *non displiceat mihi tamen si quis legi malit*, quàm tũc incolumes totæ afferebant. *iudicet lector eruditus.*

5 nisi vestra voluntas fuisset) *legendum fortasse est,* affuisset: *seu, vt quidam malunt,* fauisset. *ego tamen nihil muto. Sed infrà proximè* careremus, *omnino, pro* caruissemus, *reponendum censeo, ex vet. librorũ auctoritate. Quod autem suprà proximè, pro* diuinis muneribus, *quidam ἀλαζὼν, καὶ κενόδοξος, καὶ πλεονέκτης scribit legendum esse,* donis ac muneribus, *prolatis locis aliquot, in quibus hæc duo nomina ita coniunctim à Cicerone posita sunt, obsecro te, bone lector, nonne tibi quo modo sæpe alibi, ita & hic, dum cupit videri aliquid, assequi videtur, vt sit ἀπαίδευτος: & dum vult aliquid intelligere videri, hoc proficere, vt nihil prorsus intelligere videatur: dico igitur, indoctis, & arrogantibus omnibus inuitis ac reclamãtibus, hic esse legendũ, vt habẽt*

omnes

omnes libri & manu. & vulg. diuinis muneribus, *non,* donis, muneribus. diuinis muneribus, *autem, hic dixit, propter illa quæ paulò antè posuit,* di j immortales mihi liberos dederunt, *&c. sequitur,* multa præterea à diis immortalibus, *&c. Sed dicant mihi velim homines isti tam acuti, atq. arguti, cur Latinè dici non possit,* diuina munera, *&* diuinis muneribus, *si M. Tullius dixit ex sententia Platonis, Philosophiam esse donum deorum, & alibi, philosophia nullum maius, aut melius hominis munus esse datum, & alibi: rationem nobis à diis immortalibus esse datã, & Plato,* φιλοσοφίας οὐδὲν ἀγαθὸν μεῖζον ἐκ θεῶν δωρηθῆν. *& Home.* θεῶν ἐρικύδεα δῶρα. *discant igitur isti scioli priùs quàm docere alios postulent.*

6 tantum hoc tempore vniuersim cuncto populo R.) *in hoc loco restituendo secutus sum religiosissimè libros manu. nisi quòd in eis est* vniuersum, *ex quo feci,* vniuersim, *quòd si quis mallet legi* vniuersè, *non repugnabo, sed longiùs aberit ab antiqua scriptura. Vulgata autem,* vniuerso cuncta populo R. *ferri non potest. Ne dissimulandum quidem est, ab vno cod. man. abesse* cuncta, *siue* cuncto. *Iam quòd* vniuersum, *reieci, & in* vniuersim *commutaui, hanc rationem secutus sum. Latinè enim non posse dici puto,* tantum tibi debeo vniuersum, *nihilo magis, quàm,* tantum tibi debeo priuatũ: *sed dici oportere,* debeo tibi tãtum, vniuersim, *seu* vniuersè. *&* debeo tibi tantum singillatim priuatim, *&c. Quod autem is, quẽ nutu significare, quàm nominatim appellare malo, & qui nihil ferè vnquam affert de suo, quin aliqua vel maleuolentiæ, atque inuidiæ, vel inscitiæ, atq. inscientiæ nota se ipse adspergat, existimat legi posse,* tantum hoc tempore cuncta vniuerso, *&c. in idem vitium reuoluitur, quod vitium in vulgata scriptura antea hærebat. nam si Latinè dici non potest,* tantum cuncta, *vt non potest, & nullus, quantumuis indoctus, dixerit: siue quis ita scribat,* tantum hoc tẽpore vniuerso cuncta, *&c. siue sic,* tantum hoc tempore cuncta vniuerso. *&c. vitiosũm orationẽ faciet, & planè solœcam.*

7 L.Metellus Diadematus] *sic habet liber Memm. & sic legendum, fastis, historicis, marmorib. antiquis cōprobantibus. adde Plutarc in Coriolano, Plinium lib. 7. ca. 44. Praeterea ante,* L.Metellus Diadematus, & Q. Metellus censorius, *&c.* & eorum liberi. *&c.* Q. Metellus nepos, *&c.* & sororū filij *&c. tollenda est negationis particula, & item cetera quatuor, quae sequuntur.*

8 aut Metellorū liberi) *libri veteres aliquot habent,* Metellarū: *& ita legendum videtur, nō vt vulgò,* Metellorum: *vt intelligamus, non solū Metellos, eorumq; liberos, qui sunt ipsi quoque Metelli, sed etiā Metellarū filios, qui iam nō sunt Metelli, sed familiae paternae nomē ferunt, pro Q. Metelli reditu Quiritibus supplicasse.*

9 sed in dissensu ciuium) *codices man. habent,* in discessu ciuiū. *vnde suspicari posit aliquis legēdum,* disciſſu. disciſſum *autem interpretarer,* discidium, χωρισμόν, *à verbo* discindo. *iudicent eruditi. Ego haec quaerendi, non asseuerādi causa posui. paulò pòst, vbi est,* me autem nudum, *iidem libri non habent* autē: *quae tamen particula videtur necessaria, sed pro ea habēt illi,* At, *ante* me, *hoc modo,* At me duo, *praeterea duo codices non habent praepositionem* à, *post vocem* nudum.

10 pro eodem absente vnius squalorem] *vnus liber vetus non habet* eodem me *quae duae voces sunt in lib. vulgatis, & ex annotatione videntur esse natae, atque in contextum verborum penetrasse. alter tamen habeat,* pro eodem absente, *&c. vt* eodē, *retineri possit: quod à nobis factum est. Sed vtramque vocē tollere licet, me non improbante, atque adeò approbatore atque auctore.*

11 vnus hic, qui mihi domi posset esse) *hic locus partim ex oratione habita in senatu post reditum, quae deinceps sequitur, vbi similis ferè locus est, partim ex coniectura emendatus est, qui in libris vulgatis corruptissimus est.*

12 aut magnam partem tectis) *sic legendum est, approbantibus libris man. quod genus loquendi non intelligentes semidocti nescio qui, passim deprauarunt.* magnam partem *autem, id est, magnā ex parte.*

13. Nul

13 Nullus in eorum reditu] *iidem libri habēt*, Nullius in eorum, *&c.*

14 inimico autem altero consule optimo viro, & mitiss. altero cons. ref red.) *sic hunc locum restitui, in lib. vulgatis & man. deprauatum, in quibus sic legitur*, inimico autem optimo viro, & mitiss. altero cons. ref. red. *omiserat scilicet librarius scriptor vocem* altero, *post* autem, *propterea quod infrà proximè iteratur, existimans esse superuacaneam per alterum consulem autem, inimicum, & eundem mitissimum virum, significatur Q. Cæcilius Metellus Nepos, qui cum Cicerone, illo tempore, in gratiam rediit, cùm esset eius inimicus propter Clodium de quo iterum infrà eadem oratione fit mentio: per alterum consulem referentē, P. Cornelius Lentulus Spinther: ad quem scripta est prima epist. libri 1. epist. ad familiares.*

15 prouinciarum fœdere irretiti) *lib. man. habent*, irritati, *non probo, quod tamen lectorem celare nolui, vt vel ex hoc loco intelligeret. si fortè aliter æstimaret, libros veteres & manus. cum iudicio & cautè esse tractādos.*

16 parens, deus salus nostræ vitæ) *legendum fortasse est*, parens Deus salutis nostræ, vitæ, fortunæ, memoriæ, *&c. verumtamen nihil mutandum existimaui: siue potiùs nihil mutare ausus sum. ita enim sæpe loquuntur boni scriptores*, tu salus mea es, *pro tu seruator meus es.*

17 nisi is tribunus pl.) *Sex. Atilius Serranus significatur: de quo in oratione pro P. Sextio plura.*

18 virtute, auctoritate, præsidio) *reclamantibus libris omnib. verumtamen leui immutatione facta, olim reposui*, virtute, auctoritate præditi. *nā ex*, præsidio, præditi, *non magno negotio fieri potest. Quidā tamen* præsidio, *retinent, referentes ad præsidium, quo vsi sūt Milo, & Sextius ad Clodianas operas distribuēdas. Ego in sententia maneo: nunc tamē nihil muto, & paulò post, vbi ceteri libri habēt*, quibus potuit verbis amplis. *ego* verbis quam potuit, amplissimis, *reposui.*

19 productus ad vos ab eodem) *Lentulo: quāquam liber vnus manuscr. habet*, ab eadem.

HHHH 2 lau

20 laudatores fuerunt.] *sic necessariò legendũ est: & verò, si omnes libri reclamarent, tamen sic legendum esset. Nunc autem, cùm ab omnibus libris man. absit copulatio* que, *nemini dubium esse debet, quin ita sit legẽdum. Quamobrem autem vulgata lectio* laudatoreique fuerunt. *ferri nõ possit, si quis fortè non videt, causa est, quod in oratione soluta esset versus hexameter integer, quod, vel Cicerone ipso auctore, vitiosissimum est.*

20 & sceleratorum hominum furor) *nihil videtur hac lectione sincerius, nihil rectius. Verumtamen libri man. habent, &* sceleratus hominum furor: *de qua scriptura iudicet lector ingeniosus, atque eruditus.*

21 parua nauicula trauectus in Afr.) *sic restitui, cũ in cod. manuscr. reperissem scriptum, partim* prouectus, *partim* prauectus.

22 armis] *quidam vocem* armis, *ex annotatione natam esse suspicantur, neque esse Ciceronis. Ego vocem* pietate, *multò iustiore de causa suspectam habeo, propterea quòd eam in libris manuscriptis nõ reperi. Omnino* pietate, *hic me suboffendit. malim leg.* lenitate. *nam* pietate, *hic locum mihi habere non videtur. Quid si nihil deest, vt intelligamus, eum significare artem dicendi, seu eloquentiam?*

23 singula genera,] *duo vet. codices habent,* sic vlciscar facenorum. *vnde suspicari posit aliquis legendũ,* sic vlciscar ea genera. *&c. nam, F.A. scriptum esse probabile est, pro E.A. & postea ex* genera, *factum esse* cenorum, *vt esset* facinorum.

24 nihil credendo, atque omnia cauendo.) *ex sẽtentia Epicharmi scilicet, quam verbis ipsis vsurpat in epistola quadã ad Q. Fratrẽ,* νᾶφε καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν.

mox apertè laudatur] *Quid hoc loco videri possit integrius homini quantumuis acuto & sagaci? Verumtamen, si idem ille libros veteres consulat, & in eis scriptum reperiat, vt ego reperi, pro,* mox apertè laudatur, *&c.* in eorum apertè vtitur aut grauissimè, *&c. puto eum multo aliter de hoc loco, quàm antea sensurum, & quod priùs non fecerat, de eo dubitare incepturum. Nam quid sibi vult,*

vult, mox apertè laudatur? *Res nunc ipsa loquitur, aliquid hic subesse vlceris. Quid si sic legamus?* in eo partim reprehenditur, partim laudatur. At grauiss. vitup. *&c.*

26 atquin officij persolu. *&c.) vel sic legendũ, vt nũc edidi*, Atquin officij persoluendi dissimilis est ratio, & pecuniæ debitæ, *&c. vel sic, vt olim*, Atqui officij persoluendi dissimilis est, *&c. nam librorũ & manuscriptorum, & vulgatorum nonnulla est hoc loco varietas, vsurpatur autem hæc eadem sententia duobus etiam aliis locis: in oratione pro Plancio, & lib. 2. de Offic. Refert eam & A. Gell. lib. 1. cap. 4. ex Planciana, eamq; explicat. Quamquam arbitror eum vitioso vsum esse exemplari, vt suo loco ostendam. Iam verò, vt ad hunc locum reuertar, ex* Atquin, *factum est à librariis*, Atque in, *deinde cetera fuerunt corrupta.*

27 non solùm dum anima spirabo mea) *sic legendum, & ita ferè scriptum est in libris Memm. & in nõnullis vulg mendosi autem sunt vulgati, in quibus legitur, partim* anima superabo mea, *partim* anima superero mea. *quamquam Victorius hanc, Manutius illam tuetur. præter libros autem veteres, qui hanc lectionem adiuuant, etiam eam comprobant Græci scriptores. Sic enim loquuntur,* ἕως ἂν ἐμπνέω *Plato in Apol. Ne quid porrò dissimulem, libri illi veteres habent*, animo expirabo meo.

28 cunctis suffragiis iudicauit) *sic legendum videtur potiùs, quàm* indicauit: *& ita habent nonnulli libri vulgati. ego tamen* indicauit, *non damno. Nam declarare quippiam suffragiis dicimus: librorum autem veterũ scriptura est varia: habent enim partim* iudicauit, *partim* indicauit.

IN ORATIO. POST REDITVM IN SENATV.

1 referente L. Ninnio) *ita est legendum. hic. n. ille est L. Ninnius Quadratus, quomodo eum appellat Dio. Præterea ita perspicuè scriptum est in codicibus antiquis, vbi vulgati habent* L. Mummio, *neque hoc loco tantum, sed multis aliis, vt alibi cognoscemus.*

2 sub alieno ſcelere deleuit) *libri manuſ. habent partim,* deleuit,*partim* delituit,*de quo iudicet lector. ego interea nihil muto.*delituit *tamen non improbo.*

3 reſp.ſine cõſulibus eſſet)*liber man.habet*,reſp. ſine rep.ſine conſulibus eſſet, *quæ ſcriptura non eſt fortaſſe reiicienda.*

4 lucem in rep. kalen. Ian. diſpicere] *paulùm immutata antiqua ſcriptura, ex* deſpicere, *fieri* diſpicere,*vulgatam autem* reſpicere,*reiici.*

5 vt corpus abeſſet meũ,dign.iã in patr.)*hic locus fuerat ab aliquo ſemidocto corruptus, addita voce* licet,*quæ nullo in codice man. reperitur, quod cùm in hac ſecunda noua editione animaduertiſſem, ſine vlla religione ſic nunc edidi, deleta voce ſuperuacanea & ſubdita,*vt corpus abeſſet meum, *&c hac ſententia,* vt corpus quidem meum abeſſet, dignitas verò mea iam in patriam reuertiſſet,

6 non tactum,at violatum manu, *&c.*) *etiam hic locus à ſemidocto aliquo fuerat depravatus, qui addiderat de ſuo vocem* ſolùm *ſic enim habent lib.vulgati,*nõ ſolùm tactum,*&c.Eſt autem hoc ſic dictum,vt illud.* non furem ſed raptorem, non adulterum, ſed oppugnatorem pudicitiæ,*&c.*

7 totã illã clauſulã,*&c*]*ne hic quidem locus ſincerus eſt in libris vulgatis:ſed non tam facilè,quã duo ſuperiores,emendari & purgari poteſt. Eſſe autem corruptũ clamat vetus codex vnus,& alter,in quibus non cõparet vox* clauſulã,*neque,vt habent alij,* cauſam:*deſideratur tamen aliqua:quæ ſit illa, incertum. Quid, ſi dicamus, ſic legendum?* totam illam rogationem, proſcriptionem, vt antè dixi, non legem, *&c. Quid ſi ſic* totã illã legem proſcriptionẽ, vt antè dixi,non legẽ?*&c. Quid ſi ſic?*totũ illud caput, vt antè dixi,proſcriptionem,non legem, *&c.*

8 Sed fuerunt duo,quorum) *vocem* conſules, *vt non ſolùm ſuperuacaneam, verùm etiam ſententiæ & huic loco repugnantem, quæ interiecta eſt inter* duo, *&* quorum, *in libris vulg.& nonnullis man.tollendã cenſeo. negat enim paulò pòſt Gabinium, & Piſonem fuiſſe conſules.*duo(*inquit*)non conſules, ſed mer-

catores prouin. *&c.* *& iterum,* nō consules, sed latrones, *&c. Quòd autem nonnulli libri man habēt,* Sed fuerunt hij *seu* ij consules : ij consules, *scriptū est pro II.* consules *II. autē, i.* duo, *suprà autem, vbi vulgati habent,* consul fuisset vnicus, *reposui* inimicus, *codices veteres secutus sentētia aperta significat. n. hunc Metellū Nepotem : si fuisset consul cū Pisone, aut Gabinio, quibus consulib. ipse fuit è ciuitate à Clodio eiectus, Clodii conatibus & armis fuisse restitutū, quāuis inimicū, quia vir bonus sit, & bonus cōsul in rep. fuisset.*

7 ad lenonis impurissimi] *vet. cod. habent,* impudi. issimi.

8 pro familiaritate reip.) *quid sibi hac velint,* pro familiaritate reip. *quaero. Omnino mihi non sincerum sonant.*

9 non consiliū, non dicendi facultas, non sciētia rei militaris, non stud. cogn. h.) *hunc locū partem à veterib. lib adiutus, partim coniectura ductus, in integrum restitui. non est autem, quòd quemquam hoc,* cognoscendorū hominum, *offendat. Nam hoc idem obijcit eidem oration. in eundem,* Quid est aliud furere, non cognoscere homines? non cognoscere leges? *iuuabit autem hanc meam emendationem cum vulgata lectione conferre, quae talis est:* non consulis studiū, non dicendi initia rei militaris, non cognoscendorū hominum, non liberalitas, *&c. hinc enim cogn. scet lector, in hac lectione partim ordinem vocum esse turbatum, partim voces nonnullas deesse. dicam tamen quod sentio, & quod quibusdam doctis viris videtur, sic potius legendum videri, detractis his tribus vocibus,* non dicendi facultas, non consilium, non scientia rei militaris, *&c.*

10 Cū hoc homine, an cū Aethiope, *&c. in li. vulg. partim legitur,* an cum stipite Aethiope, *planè ineptè. neque verò vox* stipite, *reperitur in manusc. partim,* aut cum Aethiope, si in foro, *&c. ineptissimè. AEthiopem autē appellat, quia niger eius cutis color erat.*

11 & bellua immanis cum Graec.) *sic reposui, cùm in cod. antiquo scriptum reperissem,* bellus

imm.*& paulò antè, vbi vulgati habent* neglectum, *man.partim* negotium,*partim* vegotium, *ego* vecordem, *reponendum putaui, quamuis nonnulli malint* ignauum.

12 namque equidem cognoram, propter) *hunc locum antea obscurum, atque impeditum, sic emendaui coniectura ductus: cuius sententia nunc planißima est. Quòd autem negationem sustuli ante verbum* cognoram,*id feci,& sententia postulante,& instituto eorum, qui ex antiquæ scripturæ vestigiis odore suspicionis ad veram ducuntur.nam animaduersum est in libris veteribus sæpe positum esse* non, *pro* con. *& contrà* cùm, *seu* con,*pro* non: *quod in Lucretio demonstraui: sæpe etiam* non, *esse positum cùm sequeretur* con. *errante scilicet librario,propter similitudinem syllabarum.*

13 nondum palam fact.erat concidisse remp.) *liber man.habet*, occidisse remp. *quod magis probo.* occidisse *autem,id est.interiisse, à verbo* occido,*secunda breui.*

14 & diligentia sublevati,] *sic habet codex Memm. & Cleric sine vlla litura,aut varietate,& verò nonnulli vulg.*

15 Quid M.Cispius?) *secutus sum editionem Manutianam,mea sententia,hoc loco emendatam:quamquam quidam substituunt,*M.Olbius,*secuti scripturæ veteris vestigia,quæ est,*Molpius,*quib propemodum assentior.*

16 vt,qua voce ter omnino post Romam conditam.) *Cùm animaduertissem iam olim,hunc locum esse corruptum,qui vulgò partim sic legitur*, vt qua voce te,Romule,post R. *&c. partim sic*, vt, qua voce à te,Romule,*&c.& ex antiquæ scripturæ vestigiis,quæ scriptura talis erat,*te remelo omnino, semel omnino,*reponendum esse coniecissem, quamuis aliquantū ab historia discreparet:ita tamen edideram, non dubitans, quin mea coniectura saltem probabilis & tolerabilis esset futura.De quo loco cùm mecum Brissonius,vir doctiss. auctorũq; causarum disertiss.nostro iam edito Cic. domi suæ verba faceret,atque ex me quæreret,quomodo eũ in libris man.scriptum reperissem,respondissemq; me*

non

non satis meminisse: ille autem dixisset, sibi videri legẽdum, qua voce ter omnino, *&c. ego domum reuersus cùm reperissem à me esse editum*, semel omnino, *idq; ducibus libris duobus veteribus: non contentus duorum librorum auctoritate, alium quendam peruetustum, quẽ vnum habebam domi reliquum (nam ceteros dominis reddideram) cõsului: in quo ita scriptum reperi*, vt qua voce te romanino post, *&c. Vnde quis non videt, molli brachio, & sine magna admodum vi fieri posse*, qua voce ter omnino, *&c. quomodo coniecit esse legendum Brissonius? Quare si ex historia cognoscimus, non semel tantùm hac voce vsum esse consulem, sed sæpius, nihil est, quòd lectionem*, semel omnino, *probare debeamus. Primùm igitur nouem circiter annis antè quàm hanc orationem haberet Cicero, hac voce erat vsus C. Calpurnius Piso, vt testatur ipse M. Tull. in oratione pro C. Corne. maiestatis reo: cuius sunt hæc verba apud Asconium*: At enim extremi, ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, consulem mittere coëgisti, Qui remp. saluam esse vellent, vt ad legem accipiendam adessent. *Iterum anno ab vrbe condita* IↃCLIIII. *C. Marius, & L. Valerius Flaccus, vt testatur idem M. Tullius in oratione pro C. Rabirio, perduellionis reo, eandem vocem miserant. Sic autem ille*: Fit S. C. vt C. Marius, L. Valerius consules adhiberent tribunos plebis, & prætores, quos eis videretur: operamq; darent, vt imperiũ populi Ro. maiestasq; conseruaretur. Adhibent omneis tribunos pl. præter Saturninum, omneis prætores, præter Glauciam. Qui remp. saluam esse vellet, arma capere & se sequi iubent. *Eadem voce vsus erat Scipio Nasica priuatus, in Ti. Gracchũ, vt testatur idem Cic. lib. 4. Tuscu. quæst. his verbis*: Mihi verò ne Scipio quidẽ ille pontifex maximus, qui hoc Stoicorum. verũ esse declarauit; nunquã priuatũ esse sapientẽ, iratus videtur fuisse Ti. Graccho tum, cùm consulẽ languentẽ reliquit, atque ipse priuatus, vt si consul esset, qui remp. saluam esse vellet, se sequi iussit. *Quod sic refert Appia-*

nus l. 2. ciuil. κρίναντες δ᾽ ὅσα ἔκριναν, ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνῄεσαν, καὶ πρῶτος αὐτοῖς ὁ μέγιστος ἀρχιερεὺς λεγόμενος, ἐξῆρχε τῆς ὁδοῦ Κορνήλιος Σκιπίων ὁ Νασικᾶς ἐβόατε μέγιστον, ἕπεσθαι οἱ τοὺς ἐθέλοντας σώζεσθαι τὴν πατρίδα, *i. iis autem decretis, quæ decreuerunt, in Capitolium ascenderunt, & primus eis præibat, & ducem se præbebat pontifex maximus: Corn. Scipio Nasica, clamabatq́ voce maxima, vt qui saluam remp. esse vellent, se sequerentur. Et Plutarchus in vita Gracchorum, quamquã paulò aliter:* ἀναπηδήσας ὁ Νασικᾶς ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, προδίδωσιν ὁ ἄρχων τὴν πόλιν, οἱ βουλόμενοι τοῖς νόμοις βοηθεῖν, ἀκολουθεῖτε. *i. exsiliit Nasica: & quoniã (inquit) vrbem prodit consul, qui vultis legib opitulari, me sequimini. & anno CCXCII. ab vrbe condita, Sex. Tempanus, decurio. apud Liuium lib. 4. eandem vocem eiecit. Sic Liuius :* Datáque mox terga hostibus forent, ni Sex. Tempanus, decurio equitũ, labente iam re, præsenti animo subuenisset: qui cùm magna voce exclamasset vt equites qui saluã rép. esse vellent, ex equitis desilirent, omnium turmarum equitibus, velut ad consulis imperiũ motis, Nisi hæc, inquit, armata cohors sistat impetũ hostium, actum de imperio est, sequimini pro vexillo cuspidẽ meã, &c. *Ex his locis primũ hoc intelligere licet, in difficillimis temporib. & summo reip. discrimine hunc morẽ fuisse, vt vel consul, vel quis alius nomine consulis, hac voce vteretur. Deinde bis tantum antè hoc tẽpus, quo tẽpore hæc oratio habita est, consulẽ, aut consules hac voce populum ad arma capienda excitasse: semel in seditione illa, in qua Saturnius occisus est: iterũ in C. Cornelij tribunatu. Nã duo illa tẽpora, & id, quo Sex. Tẽpanus, & id quo Nasica eandem vocem priuati vsurparunt, non numero. dilucidè enim hîc dicitur,* consul. *Quare si consules illi non erãt, vt non erant, numerum ternariũ non explens, quod requiritur, vt quod hîc à Cicerone dicitur, scriptura,* ter omnino, *comprobata, verum sit. Quid igitur dicendum? Veriorem lectionem esse, puto,* ter omnino, *quàm* semel omnino, *quamuis duo tantùm exempla*

huius

huius vocis à consule post vrbem conditam missæ; mihi suspectant. Nam cùm iam consules hac voce post vrbem conditam bis reperiantur esse vsi: falsum est, consulem semel omnino post vrbem conditam hanc vocem vsurpasse. Adde, quòd propius ad scripturam & veterem & vulgatam accedit. Quare sic esse legendum arbitror: atque ita hac posteriore editione curaui. Huius autem emendationis gratia Brissonio debetur: qui & huius annotationis causam mihi præbuit, & superiora exempla ex libris suis, de conceptione formularum, nondum editis deprompta suppeditauit ac subministrauit.

17 vt haberet in consilio, &c.] *Quid si dicamus legendum esse,* vt adhiberet in consilium, &c. *Omnino sic placet magis. Verumtamen nihil mutare ausim sine libris man. Nam si Latinè dicere licet,* fuit ille mihi in cõsilio, *cur non etiã licet dicere,* habui illum in consilio? *Iam quod sequitur,* & fratrem ab inferis, sociũ rerũ m. *hoc* ab inferis, *mendosum est, & adulterinum, putoq; initio fuisse interpretationem eius, quod infra positũ est,* ab Acheronte, *è regione scriptã: deinde in contextum, vt fieri solet, ab indocto & imperito librario translatã. Nã primùm,* ab inferis, *sic per se positũ ineptũ est: deinde quamuis historiæ non repugnet (erat enim hic Metellus, cognomine celer. Q. Metelli nepotis f. a. e. hoc tempore, quo hæc oratio habita, est, mortuus: ita vt ex oratione pro Cælio & pro Sextio intelligere licet, diem suum obierat antequã M. Tull. à P. Clodio è ciuitate expelleretur) quamuis igitur, hoc,* ab inferis, *historiæ non aduersitur, immo verò cum historia & veritate consentiat: tamen superuacaneum est. nam idem valet* ab Archeronte *quòd sequitur, & ad hunc quoque Metellũ communiter cum ceteris pertinet: quod* ab inferis. *Quare censeo delendum, vt alienum, & foris profectum, & ex ora libri in verba Cice. illatum: totus hic vt locus sic legatur,* vt haberet in consilio & fratrẽ socium rerũ mearũ & omneis Metellos, præstantiss. ciueis, pænè ex Acheronte excitatos.

18 Itaque fuit is non modò salutis d.) *licet legere, vt habent alij nonnulli libri & vulgati, & manu.* Itaque exstitit non modò salutis, *&c. Quod*

autem in duobus libris aliis man. scriptum reperi, Itaque dumittit is non modò, *&c. corrupta scriptura est*, ac dumittit. *scriptum est, pro* fuit, *&c.*

19 Cùm ccccx. senatores essetis) *liber manu. habet* ccccx. & septem essetis.

20 Atque illo die, quo remp.) *malim sic legi, & fortasse ita à Cic. scriptum est*, Atque illo die, quo die remp. meis cons. *sic enim loqui solet.*

21 Quid vt ad illam diem, res cùm rediissent) *hunc locum P. Manutius ex loco simillimo, qui est in oratione pro P. Sextio. non longè ab extremo: qui sic legitur in libris vulg.* atque vt iidem ad res redeuntes, *&c. vbi tamen quidam docti legi volunt*, ad suos redeuntes, *sic legendum existimat*, Quid vt iidem, ad res cùm rediissent, rogarentur, vt pari studio conuenirent? *à quo nunc dissentio: nam contrà atque ille existimauit, locus orationis Sextianæ mendosus est, hic autem emendatus, & integer: aut si locus Sextianæ emẽdatus est, hic ex illo nõ est mutandus, cùm mendo vacet. Quod ex Plauti verbis in Captiuis demonstro. Sic igitur Plautus statim in principio:* Prolatis rebus, parasiti, venatici sumus. Quando res redierunt: molossici, odiosicique & multũ incõmodistici. *ex quibus verbis perspicuum est, res prolatas dici, cùm lites & res forenses, ac iudiciales intermitti iussæ sunt: res rediisse, cùm repetitæ sunt. Sic igitur hunc locum explico primùm, deinde ad eum, qui est in Sextiana veniam. Quid (inquit Cicero) quòd decreuistis, vt rogarentur municipia, vt pari studio Romam conuenirent*, ad illam diem, *i. ad illud tempus*, cum res rediissent, *i. quo tempore res intermissæ, ac prolatæ repeterentur? venio nunc ad illa verba Sextianæ*, decreuit eodẽ tẽpore senatus, vt iis, qui ex tota Italia salutis meæ causa conuenerant, agerentur gratiæ: atque vt iidem ad res redeuntes, vt venirent, rogarentur. *Dico igitur in his verbis*, atque vt iidem, ad res redeuntes, *&c. abesse mendũ: idq́, sic esse purgandum, ac tollendum*, atque vt iidem ad illã idẽ, cùm res rediissent, vt venirent, rogarẽtur. *vt idem dicatur in Sextiana, quod hîc dicitur, & locus ille ex*

hoc emendetur. Quòd si quis dicat, iisdem verbis manẽtibus eandem ferè sententiam constare posse, hoc modo, vt iidem ad res redeuntes. *i. negotia sua intermissa repetentes,* rogarentur, vt venirent: *primùm, si hoc confitear, non continuò ei assentiar, qui huius orationis locũ ex illo mutare conetur. Deinde hoc dico, ineptam esse hanc sententiam,* vt iidem ad res redeuntes, rogarentur, vt venirent. *nam si hoc sentit Cicero, decretum esse, vt tum cùm ad res suas redibant, rogarentur, vt venirent: quando venirent? nam quo tempore, aut ad quod tempus venirent, non dicitur. Sin hoc significat, decretum esse, vt rogarentur, vt tũ venirent, cùm ad res suas redirent: quid ineptius, atque adeò quid absurdius, aut repugnantius dici potest, quàm aliquem rogare, vt veniat tum, cùm redeat?*

22 in qua nemo erat emtus intercessorum) *quidã legi volunt,* intercessor, *quibus assentior. quamquam non multùm interest vtro modo legatur. Notat autem Sex. Atilium Serranum, & Numerium Quinctium, qui intercesserant senatusconsulto, quo M. Tullius reuocabatur.*

22 Alter consules, vt de me, &c.] *sic necessariò legẽdum est, non vt vulgò,* Alter consul. *non enim significatur, aut describitur alter consul Gabinius, sed P. Clodius, qui ambos consules promissione prouinciarum obligarat, vt Ciceronem inimicis proderet. Per alium autem, qui ad portas erat cum imperio, & exercitu, Cæsar significatur.*

23 ex hac vrbe afuturam) *cùm reperissem scriptum in libris man.* ex hac vrbe afuerunt, *facile conieci,* afuerunt, *peruersè à librario pro* afuturam, *esse scriptũ. Nam infrà quidem paucis pòst versibus, vbi vulgati habent,* abfuerunt, *iidem libri veteres habent,* afuerunt, *literis omnibus integris atque expressis. quod quamuis non ita esset: tamen pro meo iure, ratione, & veritate fretus, ita reposuissem.*

IN ORATIONEM PRO DOMO SVA.

1 religiosissimi religiones sapienter, &c.) *sic restitui coniectura ductus. nam recepta lectio non*

erat ferenda, & erat perspicuum esse deprauatam. Est autem antithesis concinna, clariss ciues remp. bene ger. religiosissimi ciues religion. sap. interp. remp. conser.

2 quoniã te ad Pompeium contulisti] *sic legendũ, vel libris omnibus inuitis. Dicebat Clodius, M. Tullium, quòd se ad Pompeium applicuisset, eiusq; opibus uteretur, inferiorem, quàm se, futurum apud eosdem pontifices, qui scilicet modestè hoc ferrent, Ciceronem ad opes Pompeii confugisse, eiq; extra ordinem totius rei frumentariæ potestatem sua sententia detulisse.*

3 seruorum dilectu] *sic habent libri man. & ita sine dubio legendum.*

4 sin in causa fuit annona) *libri man. non habent præpositionem* in. *& paulò antè doctissimi quidam viri, capere debuit, legendum contendunt, vbi & vulgati libri, & man. habent, posuit, infrà autem paulò post, vbi vulg. habẽt,* stimulator, *liber mã. habet,* instimulator.

5 fames, non est satis : facta lap.) *sic habent libri man. & ita legendum. Quod autem ad vulgatã lectionẽ, quæ habet* saxis facta, *&c. attinet nequis fortè eam amplectatur, planè inepta est. nulla enim lapidatio fit sine saxis: & omnis lapidatio fit saxis. Suprà autem, vbi libri vulgati habẽt,* delectum malum, *man. habent,* delictum malum: *quod consideret lector.*

6 causam arrepturum) *quidam legendum putant,* ansam arrepturum.

7 mei ratio non habebatur) *sic olim reposueram* meæ valetudinis ratio non habebatur, *non quod ita legendũ esse magnopere confiderẽ, sed quòd me longè à vera lectione abesse putarẽ. proponã igitur scripturam vulgatam. primùm ea est huiusmodi,* aliquid in ea re gerenda: non habebatur. *deinde antiquã. quæ talis est,* aliquid in ea re generatio nõ habebatur, *reperitur etiã hæc,* neq; ratio nõ habebatur. *Quidam coniiciunt esse reponendum,* meæ personæ ratio non habebatur *sunt & qui hoc modo,* ratio non habebatur. *Ego nunc* mei ratio, *&c. quã coniecturã audio & qui*

quibusdam aliis venisse in mentē. hæc igitur mihi nunc eò magis probatur, quod & minus longè abest antiqua scriptura, & sententiā exprimit huic loco consentaneam. nam mei ratio non habebatur, *interpretor, meæ valetudinis, vel meæ personæ, vel mei commodi ratio nō habebatur. hoc totū autem,* mei ratio, *duobus asteriscis includi iussi, vt lector inde intelligat, lectionē non esse satis firmam, aut certam: sed probabilem tantùm.*

8 rem maximam eripui è peste summi periculi) *secutus sum vulgatam magis, quàm antiquā scripturā. hæc n ita corrupta est, vt nulla ex ea sententia elici possit. Sic enim habent libri veteres,* rem maximā potuisse summi periculi nō solùm ea me, sed etiā, *&c. Omnino hoc in loco subest aliquod vlcus. per* rem maximam *autem, rem frumentariam, & annonā significari puto, vt infrà eadē oratione:* Nos quòd non nominatim rei maximæ, pæne iam desperatæ summum virum ad extrema reipub. tempora delectū præfecimus, à te reprehendemur?

9 quo ille auctore) *cur non dixit,* quo ille suasore? *nam Manilio auctore potiùs id est factum. Respondeo, Manilium quidem legis auctorem fuisse, Ciceronem autem, suasorem: sed Ciceronem populo auctorem fuisse, vt Pompeio bellum illud cum Mithridate, & Tigrane gerendum extra ordinem traderet.*

10 qui negas esse verum) *sic habent codices Memmiani, & rectè.* verum *autem, id est, iustum, par, æquū: sic in orat. pro Muræna,* Negat verum esse allici beneuolentiam cibo. *Idem lib. 2. epist. ad Attic.* Quid verius, quàm in iudicium venire, qui ob rem iudicandam, pecuniam acceperat? *Horat. secunda epistola ad Mæcen. lib. 1.* Metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est.

11 quod cognominibus tantum) *sic restitui, coniectura certissima ductus. nam* Cæsar, Pulcher, *cognomina sunt, non nomina. natum erratum est ex similitudine vocum. cùm librarius scripsisset.* cum nominibus, *pro* cognominibus, *quo facto postea alius sustulit* quod: *quamquam appellatione nominis*

cogno

cognomen quoque & significatur, & intelligitur. Quòd autem quidam reponunt, Cæsar Clodio, *inscientiam, atque inscitiam suam arguunt. nam* Cæsar, *cognomen est*, Clodius *nomen*.

12 per senatum decreta) *sic legendum, libris omnibus inuitis, subintelligitur autem* prouincias.

13 perferre potuisses) *sic est legendum, vt in libris vulgatis*, perficere. *suprà autem non longè admodum, vbi libri vulgati habent*, recenti lege soceri ipsius, *reposui* recenti lege generi. *Ioan. Passeratij coniecturam secutus.*

14 Heluoni spurcissimo) *codex vetus habet*, heluoni purgatissimo, *vnde coÿcio legẽdum*, impuratissimo.

15 qui sua lingua) *talis lingua mala est, etiam si taceat, vt verbis Arnobij vt ar lib*. 7.

16 satis audaciter) *non video, quamobrem hanc vocẽ quidã simij Ciceronis, tanquam barbaram, fugiant: cùm eam veteres Grammatici, tum à bonis omnibus Latinis scriptoribus, tum à Cicerone vsurpatam esse testentur, quod & in scholiis orat. Roscianæ, & alibi admonuimˀ.*

17 me iisdem inflare his verbis) *sic est legendum. & ita est in codicibus Memm. cuius lectionis rationem afferrem, nisi se ipsa declararet, ac probaret.*

idemque cùm dixisset) *quidem legi volunt*, idéque cùm dixit.

18 hoc dico te esse patricium) *sic est legendum, & ita legitur in libris man. non, vt in vulgatis*, hoc dico esse parricidium. *Constat autem patricio non licuisse per leges tribunum pl. fieri.*

19 Cùm adoptarere esse debuit) *sic esse legendum, vincit ratio & ipsa veritas : non, vt habent libri vulg.* adoptaret. *Clodium enim nunc alloquitur. At Clodius adoptatus est, nẽpe vt fieret plebeiˀ, & ita tribunatũ gerere posset. hãc meã coiecturã adiuuat codex man. in quo sic scriptũ est*, adoptare. ré, *scilicet postremũ à librario omissum est. Iam verò Fonteius erat is, qui adoptabat.*

20 vel filij tibi loco per ætatem) *sic est legendum. ordine verborum, qui perturbatus erat, restituto, atque hanc meam emandationem adiuuat vetus codex, in*

quo

in quo ita scriptum est: vel illi tibi loco per ætatem,*&c.*

21 venire imberbem adolescentulum) *hunc ipsum locum esse arbitror, quem testem producit Sosipater Carisius lib.1. vbi docet* imberbos, *dici, non* imberbeis, *his verbis, Sic & Cicero* imberbum *protulit, non* imberbem. *Quare hoc loco legendum esset* imberbum, *quòd mihi videtur.*

22 cur ergo adoptatur?] *codex man. habet,* cur ergo adoptabat? *Ego nihil muto.*

23 Cur enim quisquam vellet tribunum pl. se f. non licere? ang. *huius loci sententiam, quia obscuriorem plerisq; videri scio, explicabo. Prius autem sciendũ, plebeios binos consules fieri potuisse: patricios, non item, sed singulos tantũ, & patricio non licuisse fieri tribunum. tum hæc supponendum, omneis homines, vtile sequi. his positis, Cicer. sensus planus est. hoc enim significat. Si tales adoptiones probabuntur: omnes volet ex patriciis fieri plebeij. Cur enim quisquam tam stultus esset, vt vellet manere patricius, & ita non licere sibi fieri tribuno? & angustiorem sibi locum esse ad consulatum obtinendum, & sacerdotium opimum, ac fructuosum amittere, quia sit patricius?*

24 quòd contra auspicia) *mendosè habent libri vulgati,* quæ contrà, *&c. emendatè man.* ꝙ contrà: *quos secuti sumus. ex iisdem aliquot verba, quæ in vulg. deerant,* quasi sepulta, *in lucem reuocaui. ijdẽ habẽt paulò post:* illigatus teneretur, *vbi vulgati,* alligatus.

25 decreuit senatus) *ijdem libri habent,* iudicauit senatus.

26 tam iure, tam lege] *sic restitui, coniectura ductus. nam mendosè habent libri omnes,* tam iure, quàm lege, *alij sic:* tam iure, legéque.

27 ne nisi prodicta die) *liber vetus habet,* prædicta die. *verumtamen nihil muto.*

28 vt ter ante magistratus citet] *sic reposui, libris omnibus inuitis, in quibus legitur,* accuset, *pro* citet, *ratione & veritate approbante. qua ratione, qua veritate? ipse Cic. infrà paucis post versibus,* neque adesse

iussus, neque citatus, &c. *Idem septem circiter post paginis*, qui reus non fui, qui numquam sum à tribuno pl. citatus. *Postremò, magistratus est citare, non accusare.*

29 si qua res illum diem) *legendum fortasse est*, illam diem.

30 Sexte noster: bona venia: dic quoniam d. *verbũ* dic, *semper mihi suspectum fuit. itaque sic olim edideram, eo deleto*, Sexte noster: bona venia quoniam, *&c. hæc enim sententia est, Sexte noster, bona venia abs te quæro: cum tua bona gratia te interrogo: quoniã, &c. Sic autẽ loquuntur Latini*, bona tua venia dixerim, *non* bona venia dic, *nisi fallor. Itaque retento verbo* dic, *sic nunc edidi*: bona venia, dic quoniam, *&c.*

31 alios qui leges scribere) *sic habẽt libri veteres, nõ vt vulg.* & alios esse qui, *&c. præterea paulò post, vbi vulgati habent*, scriptoribus iisdem *in illis scriptum est* scriptoribus isdẽ, *vnico i, & ita sæpenumero scriptum reperi: in veteribus libris: quod semel dixisse satis sit, ne toties idem sit iterandum. hac autẽ de re Cicero scripsit in oratore perf.*

32 per medium forum scortum populare vol.] *nõ putaui mihi hanc vocem* scortum, *in vet. libris à me repertam, quòd nulla sint in vulgatis eius vestigia, idcirco esse repudiandam. est enim acrimonia, & contumelia plena: & in Clodium impudicum ac cinædũ bellissimè conuenit. Iidem libri veteres* vbi alij sceleris-que socius, *habent*, scelerisque socios.

33 bonus ille vir, M. Scaurus) *quidam libri veteres habent*, in bonis ille vir. *locus suspectus. legendum fortè*, magnus ille vir.

34 de ista lege consultus esset) *sic legendum esse indicant scripturæ veteris vestigia: & paulo antè*, cùm inde decessisset, *vbi libri vulgati habent*, cùm Roma decessisset. *paulo post, vbi vulgati habent*, de exsulibus Byzantiis, *in antiquis scriptum est*, Byzantinis *nihil muto tamẽ.* Βυζάντιος *enim dicitur à Græcis, qui Byzantij natus est.*

35 tibi paratos centuriones] *sic est scriptum in veteribus lib. man. neque verò dubium est quin ita sit le-*

gendũ,ſparati *autem, ſunt ſparis armati.* ſparus *porrò teli genus. Cicero pro Milone,* ſparorum, pilorumque multitudo. *Salluſt. coniur. Catil.* Sed ex omni copia circiter quarta pars erat militaribus armis inſtructa: ceteri, vt quéq; caſus armauerat, ſparos, lãceas, alij præacutas ſudeis portabãt. *Virg. li. 11. Aen.* Agreſteiſq; manus armat ſparus. *mendosè autẽ habent libri vulg.* tibi ſuos paratos, *&c. Deinceps autem uidẽ li. vet. habent,* tibi pecuniã, tibi familiã.

36 meam domum, refertam viris bonis per am. ſuos cõplerent) *locus ſuſpectus. putabam legendum,* cõpilarent, *& vocem* viris, *delendam. verumtamen iudicet lector.*

37 horrificum quoddã, & nefariũ) *libri man. habẽt,* hoſtificum, *vnde ſuſpicor legendum,* hoſticum.

38 inteſtinumq́ue ſuſcepimus] *quidam legi volunt,* internecinumq́ue, *quibus aſſentior.*

39 aliqu[illegible]d bellũ ſemper videtur) *deeſt niſi fallor,* ἀνταπόδοσις, *quæ reſpondeat* προτάσει, *id eſt, priori parti ſimilitudinis, quæ* ἀνταπόδοσις *talem quandam ſententiã complectatur: ſic vos veſtrum in me crudele, & immane odium in meam domum profudiſtis.*

39 altera ad alterum conſulem, *&c hunc locum ſiue culpa, ſiue errore librarij lacerum & mutilum redintegraui, ex oratione habita in ſenatu poſt reditũ: vbi hæc poſita ſunt,* vno eodémque tẽpore domus mea diripiebatur: ardebat bona ad vicinum conſulẽ de palatio: de Tuſculano ad item vicinum alterum conſulem deferebantur: *nam in libris vulg. ſic legitur,* villa in Tuſculano altera ad alterũ conſulem trãsferebatur: ſer. *Licet etiam ſic reſtituere,* cũ domus in palatio ad alterum, villa in Tuſculano ad alterum conſulem transferebatur.

40 ſenatum conſules pro me deprecari edictis, atque imperio vetabant) *cùm ita ſcriptum olim reperiſſem in codicibus manuſcriptis,* ſenatus conſules vocabant: *viderémque hic aliquid deeſſe: ſic enim vulgò legitur,* ſenatum conſules vetabant. *nihil me temerè facturum exiſtimaui, ſi hunc locum ex ipſo*

Cicero.suppleuissem. itaque feci. suppleui autē ex princip.orat. ad Harusp.resp.vbi hæc leguntur : cúmque ad consulare off.ipſ.inſign.ill.imp.ad meā ſalutē non ſolùm auct ſed etiam pr.veſtr,voc.*Itaque ſic olim edideram*:ſenatus conſules ad meā ſalutē non ſolùm auctoritate, verùm etiam precibus vocabat.*Quod ſi quis malit ſequi libros vulgatos,qui ſic habent*.ſenatū conſules vetabant,*vt diximus,licebit item probabilem ſententiā exprimere,paucis additis ex loco huic ſimillimo,qui eſt nouem circiter poſt paginis hac eadem oratione,ibi*,qui pro me patres cōſcriptos deprecari,& populo ſupplices eſſe,edictis atque imperio vetarent : *ex illo igitur loco ſic hunc licebit legere*:ſenatū conſules pro me deprecari,edictis atque imperio vetabant.

41 iam erumpebat,nacta tam audaceis duces)*hūc locum ſic reſtituit Muretus ex libris veteribus, cùm ita legatur in vulg*.iam erumpebat in actum,*planè mēdosè*.

42 quod ageres, non erat niſi vt qui mihi dux omnibus in rebus fuerat,idem eſſet iniuriæ ſocius,*&c.) Errici Stephani fidem ſecutus,qui hunc locū ita ſcriptum eſſe in veteri codice teſtatur,ſic edendū curaui.Ego autem, ante quàm hanc emendationem vidiſſem,hunc eundem locum ſic purgare conabar*:Cato mihi in conſiliis capiendis rebúſque gerendis fuerat proximus.quid ageres?non erat vt, qui modus omnium moribus fuerat,idem tibi eſſet adiutor iniuriæ,non erat,vt,*i.non poterat fieri, vt. Sed quid coniecturas commemorare,aut proferre attinet,vbi extat librorum antiquorum auctoritas*.

43 ſic M.Cato inuiſus)*fortaſſe legendum eſt*, inuitus.*nam hoc* inuiſus,*niſi addatur*,perditis hominibus,*aut aliquid ſimile non placet*.

44 hunc tu etiā pernicioſa peſtis) *libri veteres habent*,portentoſa peſtis.

45 Summū eſt populi R.populorúmque & gent. omn.ac reg.conſ.ſenatus]*emēdata interpunctione, hunc locum antea perturbatum,& impeditum expediui,*

ui,facilémque reddidi. Sic enim vulgò interpungitur, Summum est populi R.populorúmque & gentiũ omnium,ac regum consilium.senatus decreuit, *&c. planè mendosè. Licet vel sic legere,vt est in hoc cõtextu,sine verbo substantiuo* est , *adhibita tali distinctione,qualem apponendam curaui:vel sic,vt est in ora libri,sine verbo subst.*est,*ea distinctiune seruata , quam præscripsi.*

46 si ego non fuissem restitutus) *vox* restitutus, *abest à lib.man.* Et *verò,si quis attentè leget , intelliget eam esse ab aliquo semidocto adiectam.*

47 Potest desinere ciuis esse,cùm,*&c.*)*hunc locum, absit verbo inuidia,valdè εὐστόχως emendaui à sententia ipsa ad hanc coniecturam quasi manuductus : inductus autem fuit librarius in fraudem à similitudine vocum,*potes dicere.potes desinere. *deinde ex* ciuis esse,*factum postea est,*scilicet,*ita totus locus miserabilẽ in modum deprauatus,nobis per manus traditus est,referenda autem sunt hæc ad illa superiora.* Potest igitur damnati pœnā sustinere indemnatus? *&c.*

48 potestatem haberet,vt in filium)*hoc totum,* vt in filium,*alienum esse puto,non Ciceronis.*

49 referre posse voluerunt)*libri vulg.omnes,à quibus non discrepant man.sic habent,*referre,*inquã,*[*quæ scriptura cùm me offenderet,scripserã olim è regione huius loci hanc meã coniecturã,*rescindere posse voluerunt,*quã operarii,meo iniussu,olim secuti sunt.restituatur igitur lectio recepta,quãuis sit obscura, & penè inaudita,potius quã nostro iure quidquã immutemus.Verumtamen ne hîc nihil dicamus,arbitror,* referre rem iudicatã,*esse rẽ iã iudicatã,quasi nondum iudicatã,& adhuc controuersã,iudicum sententiis,& potestati permittere,vt rursũ de ea,quasi numquã antea in iudicium adducta,atq; incognita,cognoscant,ac sententias ferant.*

50 An verò Volaterranis) *cùm in libris vulg. sæpe me offendisset hic locus,qui in eis ita legitur,*hãc verò, *&c.leui immutatione facta pro* hanc,an,*reposui , quo facto totum locum facilẽ ac planum reddidi. Est autem argumentum à maiori.Sylla non potuit Volaterranis ci-*

nitatem adimere, &c. Clodius Cicer. consulari potuit? Admonendus autem lector est, vbi libri vulg. habent, se illo die confirmauit Romæ non fuisse? *manuscriptos habere* se illo d. confirmat R. n f. *Et infrà vbi illi,* pernoctans, *hos habere* pernoctasse.

51 municipibus Anagninis ornatissimis, *vox* ornatissimis, *abest à codicibus antiq. & verò si non sit* viris, *aut* hominibus ornatissimis, *non videtur esse è consuetudine Ciceronis posita. admonendus præterea lector est, vbicumque libri vulgati habent,* Sedulius, *antiquos habere,* Fidulus.

52 etiam quibus damnatis interdictū est) *placuit mihi Petri Fabri Tolosani coniectura, arbitrantis hîc esse legendū,* quibus damnatis, *pro* quibusdā damn. *deleta vna syllaba superuacanea,* dam. *Quin aliquanto post tēpore, quàm ille mihi suā coniecturā exposuisset, ita impressā reperi in vno quodā exemplo Lugduni excuso.*

53 Quære hoc è Sex. Clodio) *legendum puto,* è Sexto, *siue* è Sexto Clodio. *Immo verò sine dubio ita legi debet,* è Sex. Clodio. *nam & codices omnes hanc lectionem adiuuant, & ratio flagitat. Fuit autem facilis & procliuis lapsus ab hac recta scriptura, ad vitiosam illam, si literas spectes.*

54 ne in ipsa quidem rog. perscripta est?) *libri veteres habent,* præscripta est?

54 capite demisso] *significatur nefaria turpitudo hominis, lingua sua muliebrem rimam titillantis.*

55 Cæso ille Quinctius) *sic legendum, non, vt vulgò,* Censor ille Quinctius. *Significatur enim Cæso Quinctius, L. Quinctij Cincinnati filius, qui populo clamoribus tribunitiis concitato, iuuenis, optimè de repu. meritus ad Tuscos exsulatū abiit, T. Liuius li. 3. annalium.*

56 Mineruam Iouis filiā, Iouis sororem] *Sic restitui coniectura ductus. Sed Io. Passeratius legit,* qui Mineruam Iouis sororem meam, *&c. In* Mineruam Iouis *autem, subintelligit* filiam.

57 coniugis miseræ discidium) *sic est legendū, nō vt vulgò,* coniug. mis. discidiū. *Non enim fuit inter M. Tullium, & Terentiam dissidium, sed M. Tullio in exsulio, pulsum factum est viri & vxoris discidiū.* Dis-

cidium *autem, i. distractio, diuulsio*, discisio, *à verbo* discindo, *vt sæpius iam diximus*, *&* *pluribus verbis docuimus in commentariis Lucretianis*.

58 rémque publicam concidere vnius discessu) *libri man. habent*, rémq; publicam concedere, *vbi vulgati* condere, *ex quo feci*, concidere. *significat autem Cicero, remp. suo discessu concidisse: sin autem omnes interiissent, funditus occasuram fuisse*.

59 Quare remp. (dirumpatur licet) *voces duas, rep. ita scriptas*, r. p. *vt scribi solent, omissas à librario propter similitudinem vocis superioris restitui: quo facto totum hunc locũ, cuius antea sententia erat perobscura, & inexplicabilis, planum reddidi. Tum versus duos, qui deinceps sequũtur, vt in libris vulgatis fœdè depravatos, & aliquot vocibus spoliatos ac deformatos, in integrum restitui. sic enim vulgò leguntur*: bis seruaui, vt consul togatus armatos vicerim, priuatus cõsulibus armatis cesserim. *Ego autem sic restituo*, bis seruaui, & cùm consul togatus armatos vici, & cùm priuatus consulibus armatis cessi. Vtr. *Natũ autem mendum est ex copulatione* &, *versa in* vt, *à scriptore, & particula* cùm, *prætermissa propter syllabam primam vocis deinceps sequentis*, consul. *quibus admissis versa sunt iam à coniectoribus*, vici, *&* cessi, *in* vicerim, *&* cesserim. *Quod antè paulò pleniùs, ac planius olim edideram*, bis seruaui, semel consul, cùm togatus armatos vicit: iterum priuatus, cũ consulibus armatis cessi. cuius vtriusque remp. *&c. id nunc muto factũ, quia nimis longè ab antiq. scr. remotum est*.

60 In ea vrbe, in qua tropæa & de me) *planè*, *& sine vlla varietate ita scripta est vox* tropęa, *in codic. man. neque fortè prauæ consuetudinis defensor pertinax, dicat me sine librorum antiquorum auctoritate vsitatã scribendi rationem immutasse, quod tamẽ in hac voce, vt & in aliis, veritate fretus, facere non veritus essẽ*.

61 & ab eodem ædem exstructam) *vocem* ædẽ, *quæ fuerat omissa à librario decepto similitudine vocis quæ antecedit, restitui certa coniectura ductus*.

62 cum domo Fului Flacci) *hic ille est M. Fuluius Flaccus, qui cum C. Graccho Tiberij fratre, à L. Opimio consule interfectus est.*

63 quam tu eodem ore) *pudenter, & verecundè hunc locum emendaui. nam ex* quum, *quod erat in vulg. & antiquis ego feci,* quam. *ad religionem referendum est.*

64 nimiùm esse superstit. non op.] *suspectus mihi locus. nam quid est hoc,* nimiùm esse superstitiosũ? *quale est, nimis auarum, & nimis intemperantem esse, & simi. quo modo si quis loquatur, significet vitium horum habituum nasci ex eo, quod est nimium, non ex rebus ipsis, & eũ, qui sit auarus, aut intemperans, modò non sit nimis auarus, aut nimis intemperans, non esse vituperandum. quod absurdum dictu est. At vt auaritia, & intemperantia, vitiorum sunt nomina, ita & superstitio vitij nomen est. Vt igitur aliquis reprehendatur, nimis superstitiosum esse non necesse est, sed quisquis superstitiosus est, eo ipso vituperandus est.*

65 quod est præsentis infamiæ) *leui immutatione facta, etiam hunc locum restitui, ex* insaniæ *facto* infamiæ, *quemadmodum paulò post, primo versu, pagina proxima, ex* vna iusta, *quod est in omnibus libris, feci* vniuersa.

66 vt te ipsa tanquã in captiuis sedibus collocaret?) *Ita scriptum est in libris man. eámque scripturam rectam esse arbitror: vulgatã autem,* vt à te ipsa tãq. in capt. sed. collocarentur, *vitiosam, quamquam hoc argumento defendi potest, quod paulò post dicit interrogando, hanc Libertatem à Clodio domi suæ collocatam. sed nihil id valet aduersus hanc veterem scripturam. nã eo consilio Libertatis signum in domo Ciceronis Clodius collocauit, vt ea ipsum Clodium, in domo Ciceronis collocaret, idest, vt ipse Clodius domum Ciceronis possideret, cuius cupiditate inflammatus erat, vt suprà à Cicerone dictum est. Sed non dissimulabo quibusdam placere legi,* in captiuis ædibus, *non, vt est in libris omnibus,* in captiuis sedibus.

67 non denique adolescentem quemquam, cùm hab.) *legendum videtur:* non denique adolescentem, scientem quemquam, *&c.*

68 ibi enim poſtis eſt, vbi templi aditus eſt, &c.) *legendum videtur*, vbi enim poſtis eſt, ibi templi aditus eſt, & valuæ.

69 & pænè ſollemnib.) *legendum videtur* nec minùs ſollemnibus: *vel* & planè ſollemnibus.

70 An conſecratio nullam habet religionẽ, &c. *cùm animaduertiſſem à veteribus libris abeſſe vocem* ius, *quæ eſt in vulg. ante verbum* habet, *& in illis iiſdem veteri poſt verbum* habet, *eſſe lacunulam, ſtatim conieci deſiderari nomen* religionem.

71 quid priſca verba voluerunt?] *legendum fortaſſe eſt* valuerunt, *aut addendum* ſibi, *vt ſit*, ſibi voluerunt? *Verumtamen nihil muto.*

72 imperia ſcribebantur noua?) *ſic habent vulg. codices*, imperia adſcribebantur nouæ iuuentuti. *man. ſic, imperia adſcribebantur noua, iuuentusq́, ſe iuuenum, quæ ſcriptura ſine dubio corrupta ſunt. Quis enim non videt primum*, quæ ſe iuuenem, *eſſe ſcriptum à librario oſcitante, pro* Q. Seio venenum? *deinde ex* iuuenum, *factum eſſe*, iuuentus: *atque vtrumque ab alio librario dubitante, perſcriptum? poſtremò* adſcribebantur, *pro* ſcribebantur, *poſitum eſſe, propter* a, *vltimam vocalem nominis* imperia?

73 ex veſtris manibus, ac faucibus eripui) *lib. manuſc. habent* ex veſtris manibus ac facibus. *vulgati*, manibus ac faucibus, *vulgata ſcriptura probabilior eſt, & meo quidem iudicio vera & recta: quamquam antiquam non damno.*

74 verbis grauiſſimis perterruiſſent) *libri man. habent*, proterruiſſent.

75 vt in viui, & iam ſpirantis) *legendum fortaſſe eſt*, vt in viui, etiam cum ſpirantis.

76 quantaque diligentia ſenatus ſuſtulerit) *verbum* ſuſtulerit, *abeſt à duobus libris man. vnde ſuſpicari poſſit aliquis, hoc verbum eſſe alienum, non Ciceronis, cùm verũ eſſet à librario omiſſum, falſum ab eo, qui deeſſe videret, ſuppoſitum. omnino hoc* ſuſtulerit, *parum quadrare ad hunc locum videtur: putauerimq́*, perſecutus ſit, *potius, aut aliud ſimile à M. Tullio eſſe poſi-*

tum. nam quòd infrà, non longè verbo illo vtitur, ibi eam aram tollendam: *&c. primùm hic est*, eã rẽ sustulerit, *illic* arã tollendã. *deinde hic* sustulerit, *illic* tollendam censuit, *res ipsa loquitur quid intersit.*

77 ad equitum notam, ad dolorem bonorum) *hîc locus mihi valde suspectus est: neque nos quidquam hîc libri veteres adiuuant, immò suspicionem augent. ita enim scriptum in duobus est*, ab equitum nota doloris bonorum, *&c. in aliis, quomodo in vulgatis, ego putabam legi posse*, ad eum ignominiam, ad dolorem, *&c. vel* ad ignominiam, ac dolorem bonorum omnium.

78 ante oculos exterminatoris sui) *libri man. habent*, ante oculos exstinctoris sui.

79 in hac verò causa soli vestris ceruicibus sustinetis) *sic est legendum vel inuitis libris omnibus.* soli *enim, opponitur illi*, cum viris fortibus multis. solis *autem*, ceruicibus, *quomodo legitur in omnibus libris ineptum atque absurdum est.*

80 quorum si iste suis) *videtur legendum*, quorum etsi iste suis, *&c. hîc operæ omiserant particulam* si, *ante pronomen* iste, *in priore editione.*

81 tum denique conuictam esse, & commis. putabo.) *Videtur hic esse ἀνακόλουθον. nam verbum* putabo, *pendet ab illis superioribus*, precor, ac quæso, vos obtestor, vt, *&c. nõ enim possunt aptè hæc cohærere*, obtestor, vt, si, *&c.* putabo, *&c. debet enim ita dici*, vt putem. *Quare vel est, ἀνακόλουθον, vt dixi, vel legendum* putem.

82 exscissio) *sic legendum, non vt vulgò* excisio. *est enim verbale à verbo* exscindo. *Virg. li. VI. Æn.* Vis vt nulla virûm, non ipsi exscindere ferro Cælicolæ valeant. *Idem 7.* At licet amborum populos exscindere regum.

EIVSDEM IN ORATIO. DE HARVSPICVM RESPONSIS, IN P. Clodium.

1 potest grauioribus à me verbis, *&c.*) *negatio* haud, *quæ est in libris vulg. ante verbum* potest, *abest*

à man. eam scilicet addiderant semidocti, seu inducti potiùs homines, non intelligentes, hæc legi interrogando, non enuntiando, idq́; longè esse acrius, grauius, ornatius.

2 & iracundia longius progressum) *sic emendaueram decem ab hinc annos in meo codice, coniectura adductus: quam comprobauit postea liber optimus manu. Memm. mendosi autem sunt vulgati, & qui habēt,* prope digressum, *& qui* prope progressum.

3 qui me, qui remp.) *lib. man. habēt* qui me, qui rē, cùm def. *vocem* meam, *non habent, quæ est in vulgatis: vnde suspicatus sum legendum*, qui remp. *quā meam coniecturam confirmant ea quæ sequuntur.*

4 exscissionem) *sic legendū, non vt in libris vulg.* excisionem *Est enim nomen verbale, à verbo* exscindo, *vt suprà non longè ostendimus: Ab eodem fonte* exscidium, *sic enim etiam hoc nomen scribi debet, non, vt indocti scribunt,* excidium.

5 non modò vincire, verùm etiam vincere.) *sic habent libri man. longè melius, quàm vulgati,* vincere, verùmetiam vincire. *Vinctus enim fuit P. Clodius à Milone ab illo iam tempore, ex quo cū reum fecit, & legibus irretiuit Milo: sed tum demū erit victus, cùm ab eodem Milone interfectus in via Appia iacebit. Comprobat hanc scripturam id, quod proximè sequitur.* Sed si etiam nunc illaqueatus iam omniū legū periculis irretitus, *&c. En tibi Clodius, vinctus quidē est: sed nondum victus. Minatur enim adhuc Ciceroni, & eum contionibus turbulentis, & seditiosis insectatur, vexat, lacerat.*

6 cùm mihi stanti tacens min.) *quomodo potest quis tacens alteri minari? nisi fortè nutu, aut alio aliquo corporis gestu. Omnino malim legi,* stanti iacens minaretur, *cùm propterea quòd hoc* tacens, *frigidum est, tum quia, si* stanti iacens, *legatur, efficiatur nō inconcinna antithesis.*

7 Diē dixisset, vt fecerat) *hic locus mihi suspectus est: nihil tamen dissimilitudinis in libris veteribus reperi. præterea paulo pòst, vbi libri omnes habēt,* sic moderetur, *quidam legi volunt,* sic meditetur.

du-

8 ducentis confixũ ſenatuſconſultis) *libri manu. habent*, ſenati conſultis. *neque verò dubium eſt, quin ita locuti ſint veteres.*

9 multò maxima ex parte) *abſunt à cod. vet. hæc* ex parte: *vnde ſuſpicor legendum*, multò maximã partem *quomodo ſæpe loqui ſolent boni ſcriptores.*

10 Stilo impuro Sex. Claudius conſcr. *nihil muto, quãuis liber quidã mã. habeat*, ſtilo illo impuro Sex. Clodij ore tincto conſcripſiſſet. *Neque tamen aut librorum man. auctoritatẽ contemno, aut hanc ipsã ſcripturã damno. eſt enim acrimoniæ plena, & in Sex. Clodij linguæ turpitudinem maximè conuenit: denique cum ſuperioribus in Sex. Clodium maledictis conſentanea eſt.*

11 religionis expiatio) *in libris omnibus legitur*, religionis explanatio, *quidã docti legi volũt*, religionis expiatio. *quibus aſſenſus ſum. nam ex iis, quæ ſequuntur, perſpicuum eſt ita eſſe legendum. quid enim aliud eſt, expiare religionem quàm religione liberare? At ſequitur paulò poſt*, domum meã iudicio pontificum religione liberatam viderit: *id eſt, religionem in domo mea expiatam.*

12 à iudicibus muniendam) *ſic reſtituerã in meo codice annis antè multis: idémque poſtea venit in mentem P. Fabro Toloſano, conſiliario regio, viro doctiſs.*

13 in villa publica) *quidã legi volunt*, in via publ.

14 At ipſe non modò reſp. quidquid pot.) *ſignificat eum, quiſquis ſit non ſolùm eſſe maleuolum, ſed etiã tardum, atque hebetem: quippe cui nihil in mentem veniat, quod laceſſitus reſpondeat.*

15 qui ſtatas, ſollemneiſque] *nonnulli libri manuſ. habent*, qui ſtatutas, *&c. Ego tamen nihil muto.*

16 portentorum explanationes] *locus obſcurus, ac ſuſpectus. Nã ſi Valeriũ Max. cũ eo conferas*: expiationes *legẽdum videatur. ſi M. Tul. ipſum l. 1. Diu.* explanationes, *retinendum. Sic Valer. l. 1*: Maiores noſtri ſtatas, ſollẽneiſq; cæremonias, pontificũ ſciẽtia: bene gerendarũ rerũ auctoritates, augurũ obſeruationes, Apollinis prędictiones, vatũ libris: portẽtorũ depulſa, Etruſca diſciplina, explicari volue-

lue-

luerunt. *Nemo est qui non videat, Valerium Max. hæc omnia à M. Tullio mutuatū esse, & quas M. Tull.* portentorum expiationes *nominauit*, portentorum depulsa *appellasse. Non est enim verisimile, quæ dicta sint à M. Tullio* explanationes, *ea à Valerio* depulsa *esse nominata. Rursum videtur* explanationes, *ferri posse. Nā M. Tullius lib. 1. de Diuin. ait*, augurum disciplina monstrorum interpretationes & procurationes doceri, *quibus è verbis, existimare posset aliquis, vtramque vocem hîc interesse oportere* explanationes, *&* expiationes, *vt* explanationes, *idem valere dicamus, quod* interpretationes: expiationes, *idem, quod* procurationes. *Omnino non est facile statuere, vtro, aut quo modo sit legendum. Ego interea,* explanationes *mouere loco non sum ausus, quamuis* expiationes, *magis probem. Quid si quis dicat ita legendum,* mōstrorum explanationes, & expiationes: *ne hanc quidem lectionem improbabo.*

16 ludorum publ.] *vox* publicorum, *abest à libris manuscr. aliquot.*

17 atque illa mater Idæa, &c.] *Huius loci emendatio Faerno debetur, vt mihi testati sunt Muretus, & Cl. Puteanus. Nam vulgata planè corrupta est.*

17 An, si ludius constitit,] *qui sint* ludij, *disce ex Nonio, & ex Dionysio Halicarnassæo. Sic Nonius,* Ludi' quòd ludis pueri præsules essent glabri, ac depiles propter ætatem, quos antiqui Romani lydios appellabant. *Plautus Aulul.* tu istum gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi, quàm vulsus ludius est. *Suprà autem,* mater Idæa, *edendum curauimus, pro vulgata lectione* mater dea, *Faerni coniecturam secuti, vt iam diximus.*

18 aut sympulo aberrauit) *vbi vulgati habent,* aut si nutu aberrauit, *sine vlla litura, libri veteres habent,* aut symbolo aberrauit, *quā scripturā cur reijcerem', nulla mihi olim causa visa est: verumtamen dissimulare non possum, suspicionem mihi ortam esse ex Arnobio lib. 4. aduersus genteis, nec hanc lectionem quidem satis esse certam, aut rectam. Verba autem Arnobij sunt hæc, nō longè*

longè ab ext. Et piaculis dicitur contracta esse cõmissio, si per imprudentiæ lapsum, aut in verbo quispiã, aut in sympinio deerrarit. *Ex his igitur Arnobij verbis suspicabar hîc legendum* sympinio *potiùs, quàm* symbolo. *Est autem* sympinium, *vas ligneum, quo vtebantur in sacris Romani põtifices. Quãquam hanc vocem tribus modis video à scriptoribus efferri. Alibi enim reperitur scriptum* sympinium, *vt apud Arnob. alibi* sympuuium, *vt apud Nonium, & Iuuenal. Sat. VI. alibi* sympulum, *vt apud Pli. Festũ, Apuleium: quo postremũ, quũ affine ei nomini, quod olim reposui* symbolo, *in veteribus libris à me repertum, vt dixi: nunc mihi persuadeo omnino legendum esse* sympulo, *& ita à M. Tullio scriptum esse.*

19 dies illi festi, pænè funesti] *libri manusc. habent,* dies illi pro festis pænè funesti. *quod probo: quamquam nonnulli sic legi velint,* dies illi festi pro festis pænè funesti, *alij* dies illi festi propè funesti.

20 Megalesiis fieri] *vocem* Megalesiis *delendam censeo. nam hi ludi sunt ipsa Megalesia. Quòd autem libri vulg. habent,* Megalensibus, *iam antè alij docuerunt, & nos quoque alibi admonuimus, hanc vocem, neque Græcã esse, neque Latinam, sed barbaram, aut solœcam:*

21 vt in pristina religione seruaret] *legendum putant quidam,* vt pristinam religionem seruaret.

22 Telluri postulatio debere dicitur) *secutus sum libros vulgatos, quibuscum consentiunt nonnulli manu. Alij quidam habent* postulo, *quod vir quidam doctus probat: ac per* postulonem, *aut victimam significare ad deos placandos comparatam, aut supplicem potius aliquem existimat, & ita legendum censet apud Varronem li. 4 de lingua Latina, ibi* esse responsum, Deũ Manium postulonem postulare, *vbi vulgò legitur,* postulonem. *Sed Adr. Turneb melius, ni fallor,* Deũ Manium, posti leonem postulare.

23 quam amiseras) *præclarè hic locus restitutus est, codicibus veteribus ducibus atque auctoribus: cùm legatur in vulgatis,* qua inuaseras.

24 qui omneis audaceis) *sic legendum est potiùs quàm*

quàm vt habent libri vulgati, iudices. *quamquã quidã reponunt* iudicatos, *quod magis probo. & ita fortasse legendum in oratione pro Muræna. ibi*, vulgatum audacibus, atque sicariis. *vbi vulg hab ent, partim* iudicibus, *partim* indicib. *pro illo igitur suspicari possit aliquis legendum* iudicaris: *id est, damnatis. ego tamen* audacibus *malo.*

25 quibus olim erepti essent n.) *Cic. ad Att. lib.* I. XXXI. iudices fuerunt, quos fames magis, quàm fama, cõmouerit: quorum Catulus cùm vidisset quendam, Quid vos (inquit) præsidium à nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur?

26 te iudices dimiserunt) *nonnulli libri habent*, emiserunt.

27 homines propè confitentem, própter pec.] *has duas voces*, propè confitentem, *hoc ipso loco in codicibus man. planè scriptas, quæ in omnibus vulgatis, quos quidem viderim, desiderantur, reponendas curaui, videtur autem, si absint, multum de orationis concinnitate detrahere. Nam, vt paulò antè dixit*, turpissimum, nocentissimumque laudarent: *sic nunc congruenter & conuenienter*, propè confitentem pr. pec. iud. liberarunt. *credibile autem est, librarium has voces omisisse, dum deerrat à voce* propè, *ad vocem* propter.

28 ne per optimatum discord.) *verbum* moneat, *factum ex* moneri, *quod fuerat à librario iteratum delendum curaui est enim superuacaneum & inane, nam si quis dicat, subintelligi*, dij immortales: *durum est, cùm antecesserit*, diis immortalibus *in sexto casu. Itaque vel* monemur, *legendum, vel* monet, *tollendum, quod malo.*

29 auxiliisque deminutis efficiatur quare) *sic esse legendum res ipsa clamat, ratio & veritas peruincunt, maximè cùm libri veteres habeant*, deminutis, *non, vt vulgati*, diminuti. *hoc eodem versu hunc locum*, quare ad vnius imperium res redeat, *&c. ex ipso Cicerone restitui, qui antea erat fœdè corruptus, sic autem ipse Cicero infrà tertia abhinc pagina*: etiam ne in vnius imperium res recidat, monemur.

30 exercitusque pulsus ad deminutionem acc.] *sic legendum, & hanc lectionem, confirmant antiqua scripturæ vestigia, vbi libri vulg. habēt,* exercitúsque pulf. ac diminutio accedat.

31 in domesticis est germanitatis stupris) *non potest mihi persuaderi, hunc locum esse emendatum, nam quid hoc sibi vult,* germanitatis stupris? *scio quid mihi dicturus sit aliquis: cum Clodia sorore, & ceteris sororibus. Clodium rem habuisse significat. audio. itane verò? his verbis hanc sententiam exprimi oportuit? quis vnquam hoc modo locutus est? dixisset potiùs,* in domesticis est cum germanis sororibus stupris, *&c. considerent igitur hunc locum qui se Ciceronianos dici volunt, & videant, num potius ita legi debeat,* in domesticis, germanisque stupris est volutatus.

32 piratarum contumelias perpessus] contumelias ὕβρεις, *id est, libidines flagitiosas, & contumeliæ plenas. sunt enim libidines quædam minùs turpes, & humanæ, &, vt ita dicam, tolerabiles.*

33 à sua frumentaria) *errant qui pronomen* sua, *delendum censent, fuerat enim hic Saturninus quæstor Ostiensis: & rei frumentariæ præfuerat. M. Tull. pro Sextio.* Nec mihi res erat cū Saturnino, qui, quòd à se, quæstore Ostiensi per ignominiam ad principem & senatus & ciuitatis M. Scaurum, rem frumentariam translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur.

34 à mulieribus soleis) *legendum fortasse est* bolis. *Verumtamen nihil muto. nam etiam soleis mulieres vtebantur, & viri molles.*

35 concors etiam tū senatus, principi. &c) *libri man. habent,* senatus, senatus principi. *quā scripturam si quis probabit, intelligimus Pompeium dici, principem senatus. sin reijciet,* principi, *coniungetur cum voce* dicenti: *vt sit,* sententiam *principi dicenti: i. primo dicenti, licebit etiam legere,* principi, *per se.*

36 sententiā dicenti excluserat) *libris omnibus, hoc quidē loco, reclamātibus, sed alibi meā coniecturā comprobantibus, legendū putabā olim,* excusserat, *sic enim Phil.*

Phil.2. Itaq;,excuſſis tuis vocibus,& ad te,& ad prædes tuos milites miſit.*idem ibidẽ*:excuſſę ſunt tuæ illæ voces,*&c.vbi tamen libri vulgati habebãt* excluſis,*&* excluſæ. *Nunc nihil mutare ſum auſus. Neque me tamen ſententiæ aut coiecturæ huius pœnitet.*

37 vt ſe modò his,modò vẽdat illis) *errãs librarius in voce* modò,*bis à Cicerone poſita,ſemel eam dũtaxat ſcripſerat,eademq; opera pronomen* his,*omiſerat: quod totum ex vno cod.man.reſtitui.Sic ſuprà nõ longè admodum,in particula negationis bis à Cic.poſita* nõ *errat, & pro*,Non modò non,ſed ab.*ſcripſerat.*Nõ ſedab.

38 furenteis ac violentos impetus] *libri duo man. habent*,ac volaticos impetus.

39 Atque ex hac à me nonnullorũ alien.) *hũc locũ coniectura ductus,ſententiam ipſam ſubſecutus, veſtigia ſcripturæ & veteris & vulgatæ perſecutus, ſanè quàm feliciter reſtitui. Quis enim non videt hanc ſcripturã eſſe corruptam?* Atque ex hac nimia nonnullorũ alienatione,& quibuſdam hærentia tela in rep.*&c.*

40 niſi primò ſe dediſſet iis) *quidam legi volunt*, ſe vendidiſſet iis,*&c.quibus aſſentior.*

41 in quo fallebat multos) *vox* multos,*abeſt ab aliquot libris manuſcr.*

42 reuiuiſcere memoriã,ac deſideriũ] *libri aliquot veteres habent* reuiueſcere.*vnde cõijcere poßit aliquis, legendum* reuireſcere.*nonnumquam enim in hoc peccabant librarij, &* reuiuiſcere ,*pro* reuireſcere *ponebant:vt Philip.7.princ.*qui ſenatum dolẽt ad auctoritatis priſtinæ ſpẽ reuireſcere:*vbi libri minùs emendati, & vulgati habent* reuiuiſcere *verumtamen ego hìc nihil mutare neque auſus ſum,neque auſim.*

43 omneis altitudines mõtium obiectas ſemper] *cùm animaduerterem, in libris manuſ. non eſſe vocem* tela,*atque ita legi* , omneis altitudines omnium obiecta ſemper,*&c. in vulgatis autem ſic* , omneis altitudines,omnium obiecta tela ſemper , *&c. facile conieci* tela,*eſſe aduentitium,& item* omnium, *aut certè corruptum* : obiectas *autem eſſe ſcribendum, vt cohæreat cum* altitudines , *de voce* omnium *am-*

plius deliberandum censebam, sed mihi in mētem venit totidē esse literas in omnium, *quot in* montiū, t *addito quod si* o, *&* in *transponas, erit* monsium, *ita & erit sententia huic loco consentanea, & loquendi genus elegans & ornatum,* qui omneis angustias, omneis altitudines montiū obiectas, semper vi & virtute perfregit.

43 etiam, ne in vnius imperium *&c.) à libris veteribus abest* etiam: *verùm videtur retinendum propter verbum* monemur, *quod sequitur. quòd si hoc* etiam *delebimus, delendum fortasse erit & verbū* monemur.

44 in rostris nec cogitanti) *in libris veteribus non est* nec. *vnde suspicatus aliquando sum legendum,* in rostris contionanti *Omnino si quis attentius consideret, videtur ridiculum dictu, venire cuiquam aliquid in mentem nec cogitanti: nisi quis dicat, ea dici alicui in mentem venire nec cogitanti, quæ cuiuspiam animo obiiciuntur ex tempore, & aliud agenti, aut certè sine magna animi aduersione, atque attentione. Omnino* in rostris contionanti, *est simplicius: atque idcirco verisimilius.*

45 suffragia districta) *libri aliquot veteres habent,* suffragia discripta.

46 non quin hanc personam, *&c.] libri vulgati sic habent,* non, inquam, nisi hanc, *&c. veteres autem sic, vt edendum curaui,* non quin hanc, *&c. & rectè.* quin *autem, id est, quod non.*

47 sed tamen facilè tac. cet. retic.] *suspectus mihi hic locus est. nihil tamen varietatis in libris man. reperi. Quod si quis hîc coniectura locus est, putē sic legi debere:* sed quia facilè tacēribus ceteris reticuisse.

48 vt deus aliquis delapsus de cœlo.) *vulgati libri habent,* aliquis elapsus: *man.* aliquid delapsus. *itaque quòd* delapsus *excudendum curaui, in eo libros man. secutus sum: quòd* aliquis, *impressos. Si quis tamen vsquequaque veteres hîc sequi volet, non repugnabo.* aliqui *enim, pro* aliquis, *dicebant veteres.*

49 procurationes, & obsecrationes) *libenter reposuissem coniectura ductus, librisq; omnibus reclamantibus,*

tibus,vel precationes, *vel* postulationes. *quis enim non videt vel ex sententia huius loci,vel ex aliis, quæ statim sequuntur* procurationes, *quod est in vulgatis & man.esse deprauatum,& ab errante atque oscitante librario pro* precationes *scriptum? Nam si quis dicat,significari procurationes ostentorum,cur non addidit hanc ipsam vocem* ostentorum,*vt supra? hunc igitur locum consideret lector,statuatq;, vtrùm addendum sit* ostentorum,*an legendum* precationes, *seu* postulationes.*nam* procurationes, *solitarium mihi non probatur.*

EIVSDEM IN ORATIO.
PRO PLANCIO.

1 huic accusationi esse fauturos) *omnes libri man. quos quidem viderim,habent,*esse fautores.*sed,vt dicam quod sentio,mihi placet magis vulgata lectio* fauturos:*primū quia suprà,vbi est eadem vox* fautores: *posuit verbum* viderem,*quod significat quiddam præsens:hìc autem, vbi est* fauturos, *iunxit ei verbum* audire,*quod hoc loco videtur aliquid futurū significare. Deinde non est verisimile,M.Tullium,eandem vocē,præsertim tam insignem, tam breui interuallo bis posuisse. hac me perpulerunt,vt lectionem vulgatam retinerem.*

2 Quid?tune æquum dignitatis iudicem putas, &c.) *omnes libri man.habent,*tu inanem,*vulgati*, tu non inanē:*vtraq; scri.mendosa est:sed antiqua propius abest à recta:omnino legendum,*túne æquum,*&c. Sic enim disputabat Laterensis,vbicumque duo eūdem magistratum petūt,qui superior est altero dignitate,is magistratū obtineat necesse est,si populus æquus est dignitatis iudex,quòd si non obtineat: largitione superiorem fuisse competitorē dicendum est. At populus semper est æquus dignitatis iudex:& ego,qui dignitate Laterensi superior sum,nihilominus à Laterensi in campo superatus sum.Largitione igitur me superauit Laterensis.* M. *Tull.Later.argumentationem sic infirmat,negādo,popu. semper æquum esse dignitatis iudicem.* Túne (*inquit*)

æquum dignitatis: iudicem populũ semper esse putas? *proinde quasi dicat, non semper est. Præterea non ita loquuntur Latini*, iudex est inanis, *sed* iudex est iniquus, *quomodo infrà non longè loquitur : neque* iudex non inanis, *sed* iudex æquus, *aut* nõ iniquus. *Cùm hæc olim notassem, homo bliteus, & quòd grauius est, γραμματικός, hanc emendationem improbauit , & lectionem quandam vulg. quam commemoraui*, tu non inanem, *tutari conatus est, iam antea à me reiectam, & iure damnatam: & grauis auctor scripsit, negationis particulam, ad vocem* inanem *esse referendam, non ad verbum*, putas : *quasi aliter intellexerim , aut omnino quisquam mortalis intelligat. Ita homo bardus, vt aliquid sapere videatur, sus Mineruam docere postulat. Iã, quòd suprà sic edendum curaui*. Mihi autem non, i. in hac re molestissimũ, *&c. in eo codices antiquos Mem. & Clericanum, secutus sum, qui planè sic habent.*

3 quãquã qua nolui) *sic legendum, & ita est in vno codice man. Quidam tamen legi volunt*, quoniam qua volui ianua, sum ingressus in causã, *&c. à quibus dissentio. infrà autem pagina proxima aliquot pòst versibus, legendũ, vt edidi*, vt fueris dignior, *non*, at fueris, *&c. quod & sentẽtia ipsa flagitat, & repetitio proxima, ibi*. sed, vt fueris dignior, *ostendit*. Vt *autem, id est, quamuis.*

4 considerari sæpius) *libri man. habent*, deliberare sæpius. *Iidem libri vet. habent aliquot pòst versib.* Venio iam ad ipsius, *&c. pro quo vulgati*, Venio nunc ad ipsi. *Iam non multò pòst*, semper sibi supplicari voluisse, *edendũ curaui, partim obscura scripturæ veteris vestigia secutus, partim coniectura ductus.*

5 C. Serenum non stultissimum hominem) Serenum subtilissimũ hom. *habent libri omnes & vulgati & man præter vnũ Cler. qui (ridebit fortasse quispiam) habent* stultissimum. *vnde quidã amicus meus, addita negatione, facit* non stultissimũ: *adiuuat eum ratio, quæ sequitur*, fuit enim & animis satis magni & consilij, *adde quod credibile est, negationem omissam esse à librario post nomen* Serenum, *propter syllabarum similitu*

ſimilitudinem,num,non.*Poſtremò* ſubtilis, *non ſolet eſſe Epithetum perſonarum,ſed reru potiùs:vt cùm dicimus*,genus dicendi ſubtile, ſubtilis oratio iucium ſubtile.*quod ſi quando perſonis addatur,hoc fit cum aliqua acceſsione*,vt vir ſubtilis in differendo, ſubtilis in docēdo,ſubtilis oratio,ſubtilis ſcriptor Lyſias.*his rationibus adductus ſum, vt illi amico meo aſſenſus ſim, putarimq́; iam olim omnino hic legendum*,non ſtultiſſimum.

6 ſi hoc indicaſti,&c.) *Quis ita legendum eſſe non videt?Eſt enim huius dilēmatis vis huiuſmodi.cùm reliquiſti petitionem trib.pl.indicaſti horum duorum alterutrum:vel te in tanta tempeſtate non poſſe remp.gubernare,vel te nolle,ſi indicaſti te non poſſe:de virtute tua dubitaui,ſi te nolle,de voluntate.At ſi legatur* indicaſti:*vide,quaſo,lector,quàm ſit abſurda tota hæc oratio, & ſententia futura:ſi indicaſti te nō poſſe remp.gubernare,de virtute tua dubitaui. poteſt enim aliquis iudicare ſe quippiam efficere non poſſe & tamen ita occultè, atque obſcurè,vt alios celet.ſed demus hoc membrū tolerabile eſſe,id quod deinceps ſequitur,quis feret?* ſi iudicaſti te nolle, *&c. quid hoc eſt* iudicare ſe nolle?*quis ita loquitur?nonne ſimile eſt, vt ſi quis diceret,* arbitror me nolle hoc,*vel* illud facere? *quo quid abſurdius dictu? Quare ſic legendum eſſe contendo, non libris ſolùm omnibus,verùm etiam malevolis,& ſciolis omnibus reclamantibus atque inuitis.*

7 idem mihi,quòd oſtenderas) *oratio præciſa eſt. ſubintelligendum enim eſt* præſtabunt,*aut aliquid ſimile:niſi quis dicat omiſſum eſſe,& deſiderari.*

8 nam quid aſſequerer?) *libri man.habent*, Nunc quid,*& paulò pòſt antè*,mihi grauiſſimum eſſet ſic dicere:*vnde feci*,ſi dicerē,*& paulò pòſt edendū curaui*,patuerit hominibus,*vt eſt in libro manuſ. pro eo quod eſt in libris vulg.*patuerit omnibus,*&c.*

9 non aſſueta mendaciis) *locus mihi ſuſpectus.*

10 lacrymis,votis,omnibuſque)*ſic legendum, non,* votiſque omnibus.*Horat.Od.1.lib.4.*votis,omnibúſque,& precibus vocat.*Quòd ſi quis malet ita*

legi, Votis, bonísque omnibus, *non repugnabo: sed longiùs discesserit ab antiqua scriptura. Paulo antè, quidam legi volunt*, è ciuili terrore. *ego nihil muto.*

11 vel ratione cedentem) *vocem* tempori, *quæ non est in codicibus manuscriptis neque Memm. neque Cleric. delendam curaui: superuacanea enim est, & ab aliquo semidocto addita.*

12 quos tu iure laudas) *quidam legendum putant*, quos tu dilaudas. *Quo verbo vtitur cùm alibi, tum in ep. quadam ad Attic. lib.* 4. Et ego audebo legere vmquã, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si quid tale fecero?

13 si minùs in scena sunt) *sic habet codex Mem. cum quo ceteri veteres consentiunt, vbi vulgati habent*, necessaria sunt *planè mendosè.* In scena sunt *autem, interpretor, aperta sunt, nota sunt, in promptu, & in conspectu sunt.*

14 quà externis, quà domesticis) *sic legendum, non* quem ext. quem dom. *& ita sæpe loquitur, vt lib.* 15. *ep. ad Attic.* Intelligo te distentissimum esse quà de Buthrotiis, quà de Bruto.

15 non modò nomine) *legendum videtur*, non modò crimine.

16 sed impunitũ in maledico mend.) *sic legendum, & ita impressum est in nonnullis libris vulgatis. nam mendosè habẽt alij*, sed impunitũ in maleficio mẽdacium. *Quod autem homo blennius, lectionẽ vulgatã tuetur, & hanc emendationẽ improbat: ita est, vt sæpe iã dixi, nihil tã ineptum fingi potest, quod ei non in mentẽ veniat. Et lectorẽ scio videre, quantus sit dormitator, atq; adeò somniator. Quis enim non videt, hoc, quod à Cic. dicitur*, in maledico, *nõ ad Laterensem propriè pertinere, sed ad omneis accusatores? Præterea suprà proximè deest in vulgatis omnibus*, in reo, *post*, non crimẽ est, *sic.n. debet legi*: quod nõ crimẽ est in reo, sed imp. *&c.*

17 Postea prætoris mandatu) *sic hũc locum restituit Adrian. Turnebus, qui locus in omnibus libris legitur*, præ mandatis. *Cùm hæc in priore editione annotassem, & hanc emendationem Adr. Turnebo, meo more, reddidis*

didissē, homo πολυπράγμων, & περιεργὸς, aliquot post annis notauit, sic hūc locū esse ab Adr. Turnebo restitutū. quid est aliud obsecro te, lector, quā nugari, & actū agere?

18 omnes ambitus leges) *sic quidam docti legendum putant,* omneis ambitus legis, *vbi libri complures vulgati habent,* omneis ambitus legis: *quibus assentior. multæ enim fuerunt leges de ambitu, neque ab vno latæ.*

19 nisi hac tribuaria) *codices veteres omnes habent,* tributaria: *quod probant docti quidam viri: vt dicta intelligatur à tributis comitiis. ego vulgatam lectionem retineo: &* rem tribuariam *accipio, quæ ad tribus pertinet, vel quæ per tribus geritur. Quod autem ad huius loci sententiam attinet, hanc esse puto. Laterensis accusauit Plancium lege Licinia de sodalitiis: cuius nomine omneis ambitus leges complexus erat. In lege autem Licinia nihil aliud, nisi editiiios iudices secutus erat. Quod iudiciorum genus (inquit Cicero) si nulla in re, nisi in ea re, quæ à tribubus gesta est, hoc est,* in tribuaria, *æquum est, vt vult Laterensis, non intelligo, quamobrem si natus hoc vno in genere, scilicet legis Liciniæ, tribus edi ab accusatore voluerit, neque eandem editionem in ceteras causas tribuarias transtulerit. Erāt autem editiij iudices, qui ab accusatore edebantur, sumti ex iis tribubus, quæ prandiis, & largitione corrupta dicebantur, ita vt iidem testes essent, & iudices.*

20 hoc vno in genere] *nempe legis Liciniæ de sodalitiis.*

21 in ceteras causas] *nempe tribuarias, seu tributarias, vt alij legi volunt.*

22 in ipso denique iudicio de ambitu, reiectionē fieri vol.] *sic legendum censeo pro eo, quod est in libris vulgatis,* de ipso deniq; ambitu, de reiectione fieri voluerit iudiciū altern. *coiecturam meā adiuuāt aliquot veteres cod. qui habēt* reiectionē: & de ambitu. *Ex quo posteriore apparet præpositionē* de *ex suo loco in alienum esse trāslatam: sup. antè,* ipso denique, *& ita eiectam præpositionem in, cùm legi debeat,* in ipso deniq; iudicio, *& c. non,* de ipso denique, *&c.*

23 cuius tu tribus venditorem) *sic habent omnes libri: sed ego, iis inuitis, legendum puto* emptorem. *nã qui corrumpit, emit, non vendit : nisi quis dicat* venditorem, *hîc pro emtore vsurpari. vel dic, propriè venditionem esse positum, & significari, Plancium hanc tribum suis competitoribus pretio accepto concessisse, quod probabilius est. Huc fortasse pertinet id quod infrà dicitur*, ne reficere necessariis suis suam tribum possint: *siue, vt malim legi*, ne sufficere, *&c.*

24 nam Meciam, non quæ) *cùm in libro man. Ciericano ita scriptum reperissem*, M. etiam, *vbi vulgati habent*, tertiam etiam *facile conieci* Meciam *esse legendũ, cùm Metia sit vna ex xxxv. tribubus ciuitatis Romanæ, quam Festus docet, à quodam castro esse appellatam. Malim autem scribi* Meciam, *sine diphtongo, & cum t, quàm cum diphth. &c.*

25 vel iniquos meos, vel etiam, *&c.*) *legendum fortaßis est*, vel inimicos meos, *&c. Verumtamen nihil muto. nam lib. V. accus. sic locutus est*, iniquissimis meis rationem officij persolui. *& Teren. prologo Adelp.* Postquàm poëta sensit, scripturam suam ab iniquis obseruari. *Iterum M. Tul. hac eadem oratione infrà*, Multi amici accusatoris, nonnulli etiã nostri iniqui, *&c. nisi quis dicat, illic quoque legendũ* inimici, *quod mihi videtur. & in li. V. accus.* inimicissimis: *apud Terentium autem* iniquis, *esse positum sine pronomine*, meis. *Quare illa nihil ad hunc locum pertinere.*

26 ne reficere necessar.] *quid valet hoc*, ne reficere necessariis suis suam tribum posint? *an, concedere suis amicis suam tribum? an suppeditare, seu sufficere? quod mihi fit verisimilius. Quin ego malim legi*, ne sufficere, *&c. quàm, vt vulgò*, ne reficere, *&c.*

27 in sua petitione respectent) *vel legendum* exspectent, *vel* respectent *idem valet hoc loco, quod* exspectent. *Respectamus enim propriè à tergo, & quæ retro sunt. At, quæ præterierunt, retro sunt. Præterita igitur respectare aliquando dicimur. Ex quo per translationem* respectare *interdum vsurpatur, pro ab alio exspectare, & in alio spem suam positam habere.*

28 pronunciasse) *id est, promisisse. hoc eò adscripsi quia hîc nonnulli mutare aliquid conati sunt, sed falluntur. Vtitur eodem verbo hoc eodem modo in Cluentiana. vtitur & Suetonius in Iulio Cæsare, ibi,* vt de suo nummos pronuntiaret.

29 pedem conferre) *hoc est, quod Græci dicunt, ὁμοστοιχεῖν.*

30 C. Cœlius) *sic legendum est, non, vt vulgò,* Q. Cœlius. *Hic enim est ille C. Cœlius Caldus, qui repulsā tulit in quæstura: consulatum autem obtinuit anno ab vrbe condita* ıↄc. lix. *collegam nactus L. Domitium Ahenobardum.*

31 Cn. Orestes) *sic legendum, non, vt volunt quidam,* C. Orestes. *hic est enim ille Cn. Aufidius Orestes, qui consul factus est anno ab V. C.* ıↄc. lxxxii. *cum P. Cornelio Lentulo Sura.*

32 magnum quendam motum illius petitionis tuæ] *Loquitur de petitione tribunatus: quem cùm peteret Laterensis, & eodē tēpore C. Cæsar legē Agrariā ferret, reclamantib. nobilibus: cūq; reliqui candidati in legē illam Agrariam iurassent: Laterensis destitit à petitione sua, ne iuraret. auctor Cicero li. 2. epist. ad Atti. epistola, cuius principium est,* Accepi aliquot epist.

33 Dubitabitis (inquit) quin coitio] *duob. argumētis probare conabatur Laterensis, coitionē esse factā inter Plotium, & Laterensem. primum illud est: cùm tribus plerasq; cum Plotio, &c. cui ita respondet M. Tull.* an vnà fieri potuerunt, si vnà tribus non tulissent? *proinde quasi dicat: si tribus vnà non tulissent, vnà ædiles esse non potuissent: ridiculè igitur obiicis, eos vnà tribus tulisse: nam eadem opera obiicere deberes, vnà ædileis esse factos. alterum argumentū: at nonnullas tribus cū Plotio tulit punctis pænè totidem. ergo coitio facta est, quod ita infirmat Cicero. hoc ideò ita accidit, quia superiorib. comitiis propè iam facti, declaratiq;, ad comitia ædilitia venissent. Sunt autē hæc,* At nonnullas punctis, *&c. verba Later. vt dixi. Secutus sum autem nunc quarundam editionum vulgatarū exempla, in quib. ita, vt edidi, impressum est. Olim verò sic edidi,* cū punctis

nonnulla totidem? *eadem sententia, vt legatur hæc interrogando.*

34 an dicis, eum tibi eripuisse, à quo non sis donatus?] *sic emendaui, coniectura ductus, partim vestigia scripturæ veteris & vulgatæ secutus, partim sententiam Cic. odoratus. Cùm hæc olim scripsissem, homo* περιεργὸς *&* πλεονέκτης*, lectionem vulgatam, quæ nullo modo ferri potest, more suo, vt aliquis esse videatur, defendere conatus est, prolato loco Cic. ex Miloniana, vbi loquitur ille de seruis in quæstionem arrectis. quo nihil magis* ἀπροσδιόνυσον *proferri potuit. Quis autem negat* arripere, *verbum esse Latinum, aut,* arripere in quæstionem, *Latinè dici? Sed quid tempus in nugis refellendis contero? conferat lector ingeniosus hanc meam emendationem cum verbis Ciceronis, quæ antecedunt, & cum sententia ipsa: nihil hac lectione certius esse reperiet.*

35 Atque is quidem adductus ad cons.) *libri veteres habent* eductus.

36 defugere) *sic habent duo libri veteres: vulgati* effugere.

37 vox vulgaris, AVDIVI] *secutus Memmij, clariss. viri, coniecturam sic reposui: nam libri omnes habent,* auditu, *totidem literis.*

38 pleraque de ipso me fuerunt) *sic restitui, coniectura ductus, veritate approbante: quod & ex his, quæ sequuntur, intelligere licet, & ex ipso proœmio, ibi,* equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio, quàm in ceteris, *&c.*

39 ad præcepta ætas non est nati) *libri veteres habent,* non est ætas generatus. *quod subindicat hîc aliquid subesse vlceris: hoc igitur sanet lector eruditus. quidam sic legunt,* ætas apta nati, *seu* gnati. *ego autem sic potius,* ad præcepta apta ætas non est nati. *credibile est enim vocem,* apta, *omissã esse à librario errante, propter similitudinem vltimarum literarum vocis* præcepta.

40 multæ insidiæ sunt bonis.) *hi versus sunt Attij poetæ, quos paulò integriores lege in Sextiana hoc modo,*
Non te id, quod multi inuideant, multique expetant, inscitia est postulare?

41 Est enim in virtute multus adscensus] *nihil ferè immutaui ex antiq. scr. tantum ex* multis, *feci* multus. *Sed velim pro* in virtute, *legi* ad virtutem. *Alij sic legunt.* Etenim ad virtutem multi sunt adscensus: *quam lectionem probo. Alij sic legi volũt* : est enim ad virtutem vnicus, *seu* vnus adscensus. *quam etiam probarem, nisi tam longè abesset ab antiqua scrip. Sed proxima superior mihi magis probatur, vt cum Ciceronis sensu magis consentanea. Hoc enim sentit Cicero, neminem eorum, qui hodie viuant, esse Curio, & Fabricio, & ceteris antiquis similibus, virtute parem: multos tamen honoribus esse pares. ratio est hæc nam honorũ finis, est consulatus: ad quem cùm quis adscẽderit, altiùs progredi non potest. in virtute verò, seu ad virtutem multi sunt adscensus: aliiq; aliis sunt virtute præstãtiores. verbi causa, antiqui virtute nobis antecellunt, neque nobis ad eorum virtutis magnitudinem peruenire licet: sed alij nostrûm ad eam propiùs accedunt, alij longiùs ab ea absunt. eosdem honores tamen quos illi ceperunt, nostræ ætatis homines quàm plurimi sunt consecuti. Quare virtutis multi sunt adscensus: honoris, vnus.*

42 nisi in eum nimis anquirendum] *cùm mihi semper hic locus (qui sic in libris vulgatis legitur.* nisi eum nimis iracundũ in se putabis fuisse) *suspectus fuisset, in libris vet. autem sic ferè scriptum reperissem* : nisi nimis eum aucarundum : *& in nonnullis* incarendum putabis fuisse: *ego* anquirẽdum. *siue quis malit* inquirendum, *edendum curaui. sententia autem plana est. Ne hoc quidem lectorem celabo, mihi, antequàm in libros veteres incidissem, visum esse legi posse,* nisi eum nimis ad inuestigandum curiosum putabis fuisse.

43 fuisse in maximis rebus arbitror) *vox* rebus, *abest à libris manusc. vnde suspicari possit aliquid aliud desiderari: verbi gratia,* honoribus, magistratibus, *aut quippiam tale.*

44 Quamquam dissimilis est pec. deb.) *hæc eadem sententia iam supra posita est in oratione post reditum ad Quirites: in extre. ad quem locum plura.*

qui autem habet, is ret.] *sic legendum est, non,*

qui

qui autem debet, *quidquid apud Gell. li. 1. ca. 4. arguetur Antonius rhetor, ostendit enim Cic. eò dissimilẽ esse pecuniæ debitionem, debitioni gratiæ, quòd qui pecuniam debitam dissoluit, statim non debet quod dissoluit: qui autem habet, retinet æs a'ienum: in gratiæ debitione aliter est: nam & qui gratiam debitam refert, habet: & qui habet, refert. tot a huius acutè dicti vis est in verbo* habere: *vel potius in his duobus,* habere gratiam, & referre gratiam. *quæ hac re inter se differũt, quòd habemus gratiam animo, referimus autem facto. Et tamen qui habet gratiam, cùm amplius non potest, æquè laudandus est, ac si retulisset: & desiit iam debere: & qui retulit, habet. quod in pecunia secus est. nam pecuniæ debitor, qui pecuniam habet, non reddidit, & debitor manet. qui reddidit, non habet: hoc est, pecuniam habere desiit. Hæc est huius loci sententia, quam non vidit siue Antonius, siue Gellius, vsi codice aliquo vitioso, in quo scriptũ erat* debet, *pro* habet. *Admonẽdus antẽ est lector, hoc præterea varietatis fuisse in codice Gellij, quòd in eo legebatur,* æs retinet alienũ, *pro* is retinet alienũ, *quarum lectionum vtraque probabilis est.*

46 quàm pro Planc.] *videtur legendum,* quàm quod pro Planc.

47 maximis beneficij vinculis] *sic legendum est, & ita habent omnes editiones. Nam, quod prior editio nostra habebat,* beneficiis vinculis, *erratum est operarum.*

48 causa peracuta, vt ei] *legendum censeo,* cur ei.

49 ne aut proferre videar.] *Sic legendum est, non, vt vulgò,* proferre ad tempus. *quæ lectio nata est ex antiqua deprauata. nonnulli enim cod. vet. non habent præpositionẽ* ad. tẽpus *autem fuit interpretatio vocis* dies, *postea in contextum Ciceronis translata, vera eiecta.*

50 & ipsum id non obtin. &c.] *nihil equidem mutare ausim: sed legi tamen malim,* & id ipsum non, &c.

51 vbi ipse altus, aut doctus] *libri man. tres habent,* alitus, aut doct.

52 Hîc etiam dixisti, addidisse me idcircò meæ legi,

legi,nisi,] *hic locus ex oratione in Vatinium restitutus est,vbi hæc dicuntur,* Cùm mea lex dilucidè vetet, biennio,quo quis petat,petiturúsve sit, gladiatores dare,nisi ex testamento præstituta die. *Tulerat autem etiam M.Tull. legem de ambitu. Obiecerat igitur Cassius M. Tullio iccirco eum addidisse hæc suæ legi de ambitu, qua sancitum erat,nequis biennio, qua peteret.petiturúsque esset, gladiatores daret, addidisse, inquam,hæc, nisi ex testamento præstituta die: vt inde epilogos miserabiliores elicere posset.commemoraret enim scilicet M.T.voluntatem mortuorum,mortuos ab inferis excitaret,ex quibus misericordiam iudicibus commoueret. mortuorum enim causa, & oratio de mortuorum voluntate,miserabilis est. hoc diluit M.T. propemodum nihil respondendo, hoc est, eludendo.* Non vobis videor cum aliquo,&c.

53 non cum oratore disp.] *sic hunc locum restitui, coniectura ductus. nam neque antiqua scriptura, quæ talis est,*non cum laboris, *&c. neque vulgata,* non causa laboris, *&c. ferri potest. habet tamen antiqua aliquid, vnde fieri coniectura possit, subesse hîc aliquod vlcus.ego igitur ex,*cum laboris,cum oratore, *feci. nã quod sequitur,*& forti, *syllaba est vocis* oratoris, *à librario iteratæ,* toris fori. *Quòd tamen siquis retineri volet sic leuiter immutare licebit,*cum oratore, & in foro: *licet etiam ex antiquæ scripturæ vestigiis legere,*non cum accusatore.. *Amicus quidam meus eruditus,putat hoc totum*, non cum oratore,& in foro, *seu,*non causa laboris & fori, *esse ex annotatiuncula ad oram libri adscripta natum, atque in contextum orationis translatum.Itaque sic legit ille:*Nõ vobis videor cum aliquo declamatore disputare?

54 putabam in Vaccæis dicturum.] *sic est scriptum in codicibus antiquis,& nõnullis vulgatis.Vaccæos autem Hispaniæ citerioris populos commemorat Plinius.*

55 reprehensionis ansam aliquam) *cod. scrip. Clericanus habet*, reprehensionis causam aliquam.

56 inuitissimis viris bonis constat cessisse] *sic legendum*

legendum est, nō, vt habēt libri ferè omnes, inuictissimis viris, constat bonis cessisse. *Passeratius tamen legit*, inuictissimis viris constat tribunis cessisse. *Paulò antè autem, vitium, & mendum maximū, quod hærebat in omnib. libris vulg. ex versu heroico integro ibi*, interitus nullos vltores esse videbam, *ego sustuli, duarum vocum ordine restituto, ex antiquorum librorum auctoritate.*

57 tamen ob illam, qua illud] *nihil videtur lectione vulgata integrius: quæ talis est*, tamen ob illam constantiam, qua illud voluntarium vulnus accepit, iustissimos, *&c. verumtamen ex antiqua scriptura intelligere licet vlcus aliquod subesse. Sic autem habent libri veteres duo*, tamen ob illam, quo illud voluntarium vulnus accepit, iustissimos, *&c. vnus habet, quemadmodum excudendum curaui.*

58 in aliorum iugulum consulum (*libri man. habent*, in aliorum vigiliam consulum : *mendosè, opinor.*

59 non desino incurrere, *&c.*] *puto legendum*, non debeo incurr.

60 explicabo breui, neque) *libris omnibus inuitis legendum puto* breuiter: *quamquam Canisius quodam loco notat* breui, *positum esse pro* breuiter. *Sed ego librariorum erratum esse arbitror: aut dicendum, in voce* breui, *subintelligi* oratione, *vt apud Græcos* ἐν βραχεῖ, *subintelligitur*, λόγῳ.

61 cùm tum abessent aliquot dierum viam] *deleto virgulam post verbum* abessent, *quæ erat in priore editione.*

62 & cum meo fratre necessitudinem comparatam] *sic est scriptum in omnibus libris man.*

63 tibi iidem dare possunt) *sic legendum est. nam quòd olim editum est*, tibi idem dare possunt, *erratum est operarum.*

64 meorum non dicam, *&c.*) *videtur legendum potiùs*, non dicam meorum in bonos meritorum.

DIO

DIONYSII LAMBINI ANNOTATIONES IN ORATIONEM PRO P. Sextio.

1 sed etiam voluntarios fortissimis,) *duo libri man. non habent vocem* voluntarios: *quam delendam puto. quamquam nonnulli retineat: & voluntarios interpretantur, ἑ κόντας, nulla iniuria lacessitos.*

2 grauissimis ac sanctissimis viris) *sic restitui, partim coniectura ductus, partim antiquorum li. auctoritate fretus. atque ita legendum: neque vllo modo Latinè dici potest,* duobus grauiss. antiquitatis viris, *quomodo est in vulgatis. paulo post iidem libri habent* beniuolentiæ, *vbi vulgati* beneuolentiam *Quòd autem aliquanto pòst, quidam pro* , & calamitosissimi, *legi volunt,* at calamitosissimi, *nugas agunt.*

3 vocem officij præsentis) *amico cuidam meo, viro doctiss. qui legendum esse arbitratur*, vocem officij præs. *vbi vulgati habent,* vicem officij præsentis, *assensus sum. nam hæc aptè inter se consentiunt,* prædicationem, vocem, testimonium. *Quòd autem quidam* vicem, *retinent, & interpretantur, parem gratiam, non placet, & pugnat cum iis, quæ paulò antè dicta sunt. paulò pòst legendum*, ad timoris præteriti cogitationem, *vbi operæ olim fecerunt* cognitionem. *aliquot pòst versibus sic habent libri veteres*: non excellens animus, & amore reip. non præstans in rep. virtus, *ego deleui copulationem* &, *alioqui legendum*, & amor reip. *seu* & amor in remp.

4 memoriam dignam reip. capess.) *sic hunc locum restituit Adr. Turnebus xv. abhinc annos. Nonnulli sic legi volunt, paruo discrimine,* sed etiam memoria dignam in rep. capessenda, *&c.*

5 & huius potiùs tempori.) *docti quidam sic legendum putant, & ita edendum curauimus:* & huius potius tempori. huius *autem nempe Sextij: quomodo pòst scriptum reperi in duobus veteribus libris, vbi vulgati habent,* & huic potiùs tempori.

6 in rei magno motu) *sic est legendum, si & veteribus libris fidem habemus, & rationi ac veritati obtemperandum esse ducimus. non*, in rei. magno metu.

7 soluit subitò lege curiata consul] *sic restituit Adr. Turnebus, idq; praeclarè, vt pleraque. Alij legunt, vt habent libri vulgati,* legum cura, *minùs rectè. alij,* legum vinculis

8 put.& fæn.greg.inflatus, atque perculsus) *sic habent libri veteres,* inflatus, atque compulsus. *&c. quos olim sequi malui, quàm vulgatos, qui habent*, inflatus, atque perculsus. *Nunc quoque veteres sequor.* inflatus, *praeterea mihi suspectũ est, pro quo alij legi volunt* infractus: *alij,* inflictus: *malim,* afflictus, *sed obstat, quòd* afflictus, *plus est, quàm* perculsus. *oratio verò crescere debet.* Per puteal *autem, praetoris tribunal seu Basilica, in qua praetorius dicebat, significatur. Hora. li.1.ep.* forũ, putealq; Libonis Mãdabo siccis, *&c.*

9 olim ne Scyllæo illo æris al.] *Alciatus li. παρέργ. 4. cap. 27. vult legi*, Olim Herculeo illo æris alieni in freto adhæresceret, ni in tribunatus portum confugeret.

10 vt illo supercilio annus ille, tanquam Atlãte cælum niti videretur) *omnes ferè libri man. habent,* vt illo supercilio an mantuus ille tanquam niti videretur: *mendosè, fateor, sed vnde suspicari poßis vulgatam esse mendosiorem. Nam neque est in li. vet.* resp. *neque,* Atlante cęlum, *quod tamen proximum retinui propter* tanquam, *quod est in libris illis. hic igitur locus considerãdus. ego interea tamen ex illo toto,* an mãtuus ille, *feci* annus ille. *eiecta voce* resp. *qua non reperitur in veteribus libris. Non dißimulabo tamen, quẽdam in suis notis hunc locum sic proferre, quasi certum sit ita in libris omnibus legi,* vt illo supercilio tanquã Rhadamanthus ille niti videretur. *quã lectionem, vt dicam liberè quod sentio, probare non poßum.*

11 vt multa eius sermonis indicia redoleret] *libri aliquot veteres habẽt* redolerẽt, *vt sit* indicia redolerẽt: *ego nihil muto. sic enim loquitur lib. de oratore ad Q. fr* definitio doctrinam redolet. *suprà autem eadem pag. non lõgè à princ. paginæ, ibi,* quantum ipse cum rep. sensi, *videtur legendum potiùs.* quantum ipse cum P.R. *seu* cum populo R. sensi, *&c.*

12 da

12 daturos illius diei pœnas) *quidā libri veteres habent*, dies: *& notant Grammatici veteres, hic ita locutum esse Ciceronem: & A. Gellius lib. 9. cap. XIIII. Est enim* dies, *hoc loco patrius casus antiquus: qua de re nos in Scholiis Lucretianis.*

13 sine vllo iudicio ex patria) *sic legebatur in libris vulg.* sine vllo iudicio, aut edicto, *planè mendosè. Nam & paulò antè dixit, Gabinium edixisse, vt abesset Lamia ab vrbe millia passuum ducenta: & infrà* exterminabit (*inquit*) ciueis Ro. edicto consul à suis diis penatibus? *hoc igitur totum*, aut edicto, *natum est ex annotatione, quam cùm aliquis adscripsisset ad oram libri, paulò tamen aliter, opinor, nempe hoc modo* edicto, *sine disiunctione* aut, *eam annotationē postea retulit in orationis contextum librarius.*

14 vt omnibus fastis diebus] *sic est legendum, & ita reperi scriptum in libris man. & Memm. & Cler. non,* vt omnibus festis dieb. *vt habent vulgati, sic idem de prouinciis consul.* vobis (*inquit*) statuendum est, legem Aeliam manere, legem Fufiam nō esse abrogatam, non omnibus fastis diebus legem ferri licere. *paulò antè, vbi libri vulgati habent,* dolorem veste mutata significarent? *veteres habent,* veste significarent? *sine voce* mutata.

15 sed cùm duo consules] *sic habent libri man. quod non reiicio. ita enim veteres loquebātur. Terent. Adelph.* Tu illos duo olim pro re tollebas tua. *habent & iidem libri,* fœdera retraxissent. *quam lectionem cur reiiceremus, causa mihi nulla visa est.* fœdere *tamen nō damno, si quis fortè malit.*

16 quàm ad persp. sal. reip. spectarat] *li. man. habēt,* suin ferat *quod quid sibi velit, cōiiciat lector ingeniosus.*

17 duo, q. priuati tū essent] duo *posuit, pro* duos, *vt suprà. sic enim habent libri veteres, quos sequor.*

18 apud me domi) *quidam putant vocem* domi, *superuacaneam esse, neque esse Ciceronis.*

19 priuatus armis?] *sic ego reponendum conieceram li. xij. abhinc annos: quam meam coniecturam nunc video ab omnibus antiq. confirmari, cùm aliquot editio-*

nes habeant, priuatis armis.

20 quid reliquiarum restaret?) *nihil muto. verumtamen libet antiquam scripturam in medio ponere: quæ talis est*, quis reliqua ita staret? *quid si igitur eam sic adiuuemus*, quæ reliquiæ restarent?

21 plaga mihi sanabilis. illis mort. qui imp.] *sic restitui, vestigia scripturæ veteris non obscura secutus. Nam primùm codices veteres habent* sanabilis. *deinde non habent*. remp. *sed* quæ imposuisset. *quòd si quis malit legi*, illi mortifera, qui imposuisset, *propiùs aberit ille quidem à vetere scriptura: sed sententiam non efficiet huic loco tam accommodatam. vulgata autem lectio* plaga mihi insanabilis: illi mortiferam, quã reip. imposuissem, *ferri non potest*.

22 vestrarum sedum) *sic esse hic legendum admonent Grammatici veteres, vincunt libri veteres*.

23 at ab eo armato priuato) *omissa erat vox* armato, *à librario, quam ego restitui ex optimo cod. man.* armatus, sine armis *autem opponuntur:* consul priuatus: *paulò post*, canebantur, *reposui ex antiquis item libris, vbi vulgati habent*, concinebantur.

24 Quis enim vmquam me à senatu, populoque R. tanto bonorum studio, non restituto, *&c.*) *magna est hic scripturæ varietas. Alij enim libri sic habent:* Quis enim vmquam me à senatu populoque R. tanto bonorum omnium studio restituto (quod certè si essem interf. accid. non potuisset] vllam rei. part. *&c. Alij habent cetera similia, vnum hoc dissimile, quod negationis particulam habent ante* restituto. *Alij sic*, Quis enim vmquam me à senatu populoque Romano tanto bonorum studio, nunc restituto, omnia adire pericula pro rep. dubitabit? quòd certè si essem interfectus, numquã accidere potuisset, vt quisquam vllam reipublicæ partem cum sua min. inuid. aud. attingere, *quam postremam damnaui, vt adulterinam, & sciolorũ manibus inquinatam. nam illud totũ*, omnia adire pericula pro rep. dub. *non est Ciceronis, cetera simili modo partim adiecta, partim contaminata sunt. Primam*

simi-

similiter reieci, mediam probaui, vt minimè omnium corruptam, & nisi fallor, planè integram ac sinceram.

25 ad infimorum, ac tenuiss. hom. Minturnensiũ, mis.) *sic ego restitui partim Io. Passeratij approbata coniectura, partim veteris scripturæ vestigia secutus: cùm libri vulg. habeant*, Minturnis.

26 ad incertissimam spem reip. recuperandæ) *sic reposui, cùm reperissem in libris veteribus ita scriptum*, ad incertissimam spem rep. rata, *al.* ratã. *al.* randũ.

27 exemplum fidei publicæ, exempl. reip. defend. *hoc totum*, exemplum reip. defendendæ, *abest à lib. veteribus: vnde coniecturam facio legendum*, exemplũ fidei publicæ defendendæ.

28 ne ciuitas vmquam incidat in eiusmodi consules] *adiuui scripturã veterem, quæ talis est*, ne quis vmquam incidat in, *&c. ex*, ne quis, *feci*, ne ciuitas: *cuius rei veniam peto pudentem. nam ex* ciuitas, *factũ est à librario* ciui, *aut* ciuis: *ex* ciuis, quis. *quo facto, cetera deprauatio est consecuta.*

29 inter meum discrimen, & suam prædam,) *vox* discrimen, *abest à cod. v. Videtur tamen necessaria.*

30 tũ verò quæ promulgatæ fuerunt.] *in cod. vulg. sequitur deinceps verbum* dicam, *planè mendosè. nam hoc totum*, legum multitudinem, *regitur à verbo* recordamini, *verbum* dicam *autem, in libris vet. ponitur post participium* tacentibus, *& rectè.*

31 rogata lege potestas fieret prouinciæ comm. *vulgatos libros sequor. Nam man. ad vnum omnes habent*, rogata legem fieret, *&c. cuius scripturæ rationem explicare non possum.*

32 condemnati tum cùm indemn.] *aut vox* condemnati *delenda, vt aliena & aduentitia: aut seruata voce* condemnati, *& adscripta, sic est legendum*, condemnati exsules Byzantij, reducti tum (*subintell. sunt.*) cùm, *&c. vt ea vox cohæreat cum voce* reducti. *Præterea iussi edi Byzantij, vt est in oratione pro domo sua, quamuis libri vulg. habeant*, Byzantium, *vt cohæreat cum voce* exsules.

33 insigue regium) κίτταριν appellat Plut. in Pōpeio.

34 Tigranes igitur) Omnes libri vulg. habent, Tulit, gessit, neque vllam initiò reperi in man. varietatē. putabam autem hanc scripturam esse integram, & emendatam, atque ita explicabam: Tigranes insigne regium, quod de suo capite abiecerat, à Pompeio repositum, beneficioq; Pompeij receptum tulit, gessit. Amicus tandem quidam meus asseuerauit mihi se in vno cod. man. scriptum vidisse. Tigranes igitur, &c. quod si ita est, nō est dubium, quin hæc lectio sit omnibus anteponenda. Hoc idem mihi postea confirmauit Leod. Quernus, collega meus: & quod caput est, ego ipse vidi in vno codic. Memm. post alios ad me missos. Suspicor autem, huius loci deprauationem hinc fluxisse. Cùm initio scriptum esset, Tigranes igitur, qui & ipse, &c adscripsit aliquis ad orā libri, è regione nominis Tigranes, hæc verba, tulit, gessit, quasi deessent, quia supra dixit Cicero, Pōpeium insigne regium, quod ille abiecerat, reposuisset: postea librarius scriptor ea ipsa verba, eiecto nomine, Tigranes, in eius locum substituit, more peruerso, scriptoribus illis vsitato.

35 eidem furori, eisdem cons.] libri man. habent, eiusdem furori. nihil tamen hîc muto. & paulò antè peruenire, vbi vulg. prouenire.

36 fingi curatio potuit) secutus hic sum librorū man. auctoritatem: nihil de meo addidi: nihil pro meo iure demsi. hoc eò dico, quòd vulgati habent, fingique procuratio potuit.

37 aut auferendæ, aut cōflandæ. libri veteres habēt, aut flandæ, aut conflandæ non probo. non enim hic agitur de ratione pecuniæ flandæ, seu potius auri, argentiue flandi, sed de ratione pecuniæ conciliandæ, & conquirendæ, & vndique corradendæ.

38 L. Ninnio] L. Ninnio Quadrato. Sic autē legi malo, quàm vt habent libri vulg. L. Mummio.

39 Ligus iste nescio qui) C. Aelius Stalenus significatur, qui sibi Paceti cognomen ex Aeliorum imaginib. asciuerat, vt dicitur in Cluentiana, & item hic ibidem infrà, non longè admodum.

40 qui

qui cùm in sen. priuatim, vt de me sent. dic. flagitabãtur] *libri veteres habent*, priuati, vt de me sent. dic. flagitabant, *&c. & ita quidam vulgati. non probo.*

41 sex ex deserto Gauij Oleli horreo, *&c. secutus sum partim libros vulgatos, quamuis corruptos, partim man. quamquam etiam hi mendosi sunt, vestigia. sic autem habent*, ex deserto Gauio Lælior ea calatis ganis. *al.* ganiis, *al.* granis: *vnde suspicor ita legẽdum, vt edẽdum curaui nisi quòd pro*, Gauij Oleli horreo, *malim legi*, Gauiani Atilij horreo. *quòd si ausus essem*, Gauianis, *pro* Gauiis, *reposuissem. sic enim potius legendum arbitror*, & ex deserto Gauij Atilij horreo, & calathis Gauianis. calathis *autem, accipio breui penultima, à nomine* calathus. *Sigonius legendũ putat*, calatis granis, *à calendo: qui*, grana calata, *interpretatur grano ita pauca, vt calarentur, i. voce numerarentur: alij legunt* calathis grauis *id est, calathis onustus: omnino locus est obscurus, &, quod deterius est, corruptus, hoc tantum in præsenti afferre possum, videri à Cicerone notari, ac describi Sex. Atilium Serranũ, qui in tribunatu sua intercessione restitutionem Ciceronis impedierat. Sed propemodum me fugit lectorem admonere Priscianum li. 3. disertè suprà legisse* vepreculis. *sic enim ille*, vepres, vepricula. Cic. pro Sextio, è vepreculis extracta *&c.*

42 & reip. permissurum) *legẽdum fortasse est* remissurum, *vt adscriptum reperi, ad oram libri vnius man. eadem manu* remissurum *autem, id est, cõdonaturum. quamquam* permissurum *non damno, Præterea videtur legendum potius*, temporibus reip. *deleta copulatione* &. *& paucis post versibus lege*, aliusque alio grauiùs, *&c. aut si copulam* que *tollis*, dixissent.

43 vniuersique districtis gladiis] *sic legendum, & ita est in libris vet. scriptum. nam vulgati habent*, vniuersique districtis glad.

44 spongiis effingi sanguinem] *sic legit Seruius cõment. in li. 8. Aeneid. ibi*, corpora fingere lingua. fingere *autem interpretatur, tergere. sic Afranius*, ac-

cedo *(inquit)* ad te, vt tibi ceruicem fingam linteo.

45 An verisimile est, vt ciuis R.] *manto in sententia. vt putem hoc totum, an verisimile est, alienum esse, non Cice. queādmodum & alibi idem peccatum esse ostendi. Omnino ita legendum arbitror, his trib. vocib. detractis,* Vt Ciuis R. aut homo liber quisquam cū gladio in forū descenderit, ante lucem, ne de me ferri pateretur, præter, *&c. nam si hæ voces retineantur, sic potius Cicero loqueretur.* An verisimile est, ciuē R. aut hominem liberum quemquam cū gl. in for. desc. ante luc. ne me ferri pat. præt. eōs, qui ab illo pestif. ac perd. c. iampr. reip. sang. saginātur? *Iam verò hoc genus interrogandi, ita præcisum, longè acrius, & grauius, & ornatius est, quàm si ita diceretur,* an verisimile est quemquā ciuē R. aut hominem liberum, cum gladio in forum descendisse, *&c.*

46 forum purges? *sic habent omnes libri & vulg. & man. neque quidquam mutandum censet Ad. Turneb. Interpretatur autem,* purgare forum, *forum reddere infrequens. Manutius verò, putat subesse mendum, & à Cicerone* spurces, *esse scriptum, ex eoq́ postea procliui calami lapsu factum* purges.

47 contra verba, atque interfationem) *sic reposui libros vet. secutus Adr. Turnebo approbante. nam nō licebat tribuno pl. loquenti interfari, seu interloqui. idē paulò antè ex vestigiis rectæ scripturæ, quæ extant in libris vet. sic restituendū censet locum illum,* nam si obnuntiasset Fabricio is prætor, qui, *&c. vbi vulgò legitur,* is tribunus pl. *in veteribus autem scriptū est,* Fabricio is PR. *obseruatum enim est à viris doctis, & ingeniosis has duas literas, PR. in libris vet. sæpe significare Prætorem. Dixi sæpe, non semper. Nam interdum etiam significant populum R.*

48 non percussit locum) *id est, non inflixit plagam mortiferam καιρίαν πληγὴν appellant Græci: non percussit locū corporis opportunum ad mortem. Manutius tamen putat legi posse* loco, *eadem sententia.*

49 primumq́ue resipuisset) *reposui olim conjectu-*

ra ductus, respirasset, *cùm libri man. haberent partim* resipisset, *partim* respisset: resipuisset *tamen, pro mentem recepisset, vel, ad se redißet, vel, recreatus esset, vel respiraßet, non est fortasse reijciendum. Quare nihil nunc muto.*

50 mulionicam pænulam arr.) *Sic legit Priscia. lib. 2. cùm tamen libri omnes vulg. habeant* mulioniam. *verba Priscian. sunt hæc*, mulio, mulionis, mulionicus Cicero pro Sext. mulionicam pænulam. *quã scripturam postea reperi in vno cod. man. expreßam.*

51 vos taciti mirabamini, *omnes libri manuscripti habent* mærabamini, *nisi quòd* merebamini *scriptum est sine dipthongo. Vel igitur* mærebamini, *vsurpatum est in voce patiente, vel* mærebatis *reponendum, vel* mirabamini, *quod magis placet. Nam quod extat Martij illius poetæ mimiiãbici versus apud Var. li. vj. de lingua Latina, in quo*, mærebat, *positum est*, corpora Graiorum mærebat mandier igni, *primùm dubito, vtrum scriptum fuerit* mærebam, *cùm esset scriptum à librariis illis* mærebaz, *vt solebãt: pòst ex* mærebaz, *factum sit* mærebar, *an potius* mærebant. *videtur enim versus ex illis Homericis expressus* ἰλ. η, Ὣς δ' αὔτως ἑτέρωθεν ἐϋκνήμιδες ἀχαιοὶ, Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον ἀχνύμενοι κῆρ. *deinde non continuò, si Martius* mærebar, *vsurpauit iccirco credibile, aut probabile est, à M. Tullio quoque vsurpatum esse. Postremò*, taciti mirabamini. *magis congruit cum his, quæ sequuntur*, ferebatis, perferebatis, nemo resistebat, mentio nulla. *Quòd si mihi liberè quod sentio, exprimere liceret, dicerem fortaßis à Cicerone scriptum esse*, vos mussabatis. *& hoc totum*, vox taciti mirabamini, *vel* mærebamini, *delerem, vt glossema, & ex ora libri in contextum translatum. Præterea, pro* ferebatis, *quod sequitur non longè, videtur ex obscuræ scripturæ vestigiis legi posse, aut etiam debere* silebatis, *seu potius* silebatur.

52 sicut qui ciuem patr. rec. vellet ereptum) *antiquam scripturam adiuui: nihil præterea. Talis autẽ est*, sicut ei ciuem patriæ recuperare velle te re.

p.tum. *quas literas & syllabas si aptè conglutinabis & connectes*, sicut, qui ciuem patriæ recuperare vellet ereptum, *conficies. Licet & eo modo legere, quomodo olim edidi*, sicut oportebat, qui ciuem patriæ recuperare vellet ereptum. *Sed nunc hanc malo, quã secutus sum, quòd minus longè ab antiqua scriptura remota est. Quidam tamen sic reponendum censent*, sicut si patriam recuperare vellet. reip. tum, *&c. à quibus dissensio vulgata autem lectio*, sicut ciuem patriæ recuperare vellet reip. *&c. planè mendosa & intolerabilis est.*

53 esse iam è rep. credidit. *&c.*] *etiam hic veterem scripturam adiuui, qua talis est*, & etiã erepi redicit, *&c. vnde feci*, esse iam è rep. credidit, quoniã, *&c. cuius lectionis ita plana sententia est, vt declaratione nõ egeat. alij sic legi volunt*: etiam turpe. itaque fecit, vt quoniam, *&c. quod nullo modo placet.*

54 mouetur, vt aliquo) *codex Mem. vnus habet* monetur, *quod ita probo, vt tamen vulgatam lectionem nõ damnem, præsertim aliis veteribus libris, vt vno itẽ Memiano, & altero Cleric. confirmatam. si quis tamen ex me quærat, vtram potiorem & veriorem iudicem: respondeam* monetur. *Infrà autem non longè, ibi*, Tum res ad communem vtilitatem pertinenteis, *&c. verbum* pertinenteis, *non reperi in libris man.*

55 munitus audacibus) *sic edendum curaui, lib. vulg. reclamantibus veteribus adiuuantibus, ratione ipsa flagitante. nam si quis dicat, per* indices *significari homines, quorum opera conducta, & indicio falso innocenteis accusare consueuerat. inæqualis erit oratio ad extremum, & decrescet. nam cùm suprà posuerit sicarios, & armatos, qui ad vim faciendam adhiberi solent, subiungentur iudices, qui ad accusandum vsi sunt. At nonne atrocius est vim facere, & sicas vibrare, quàm accusare quantumuis falsis criminibus?*

56 sunt negotij gerentes) *sic est in libris antiquis.* negotij gerentes, *autem, id est, negotiatores. nam* negotia gerentes, *quod est in vulgatis, non placet.*

57 Esto

57 Esto igitur, vt ij sint optimates) *libri man. partim habent*, est igitur, *partim*, ei igitur, *planè mendosè. Hæc enim, meo quidem iudicio, sententia est. Hoc igitur positum sit, eos esse optimateis, qui non sunt nocentes, &c. & qui sunt integri, sani, bene de re. sua familiari constituti. paulò ante, vbi libri omnes habent*, breui circumscribi, *legendum fortasse est* breuiter: *verumtamen nihil muto. Licet enim subintelligere* oratione, *siue* sermone: *vt apud Græcos βραχεῖ λόγῳ.*

58 qui & integri sunt, & sunt, &c.] *hæc opponuntur illis superioribus*, nocentes, furiosi, r...... domesticis impediti. *sed non celabo lectorem, à nonnullis editionibus, hoc totum*, qui & int. s. & s. b. de reb. dom. const. *abesse etiam à nonnullis lib. mān. Ex quo suspicio mihi oritur, non esse Ciceronis. Verumtamen eijcere non sum ausus. Præterea in quibusdam editionibus ita legitur*, quique integri sunt &c. *quæ varietas mihi suspicionem auget: vt eorum factum probare possim, qui deleuerunt.*

59 vsque ad C. Marium,] *omnes libri man. habent*, vsque ad Q. Varium. *quod probo. Nam hic Q. Varius Hispanus* M. *Scaurum patrem accusauit.*

60 Inscitia sit, inquit) *veteres codic. habent, partim*, inscita sunt: *planè mendosè. sed hinc coniiciunt quidā legendum*, inscitum sit: *partim*, instutia sit, *vnde feci olim*, stultitia sit: *nunc vulgatum* Inscitia, *retineo*: Inscitia *enim idem ferè valet, quod stultitia. Si quis tamen*, Inscitum sit, *malit, non magnopere repugnabo.*

61 multitud. studium ac populi comm.] *sic edendū curaui, reiecta scriptura vulgata*, ad populi commodum, *&c. quam emendationem adiuuant nostri libri veteres.*

62 à delectis principibúsque) *libri omnes veteres habent*, à dilectis.

63 in qua populi R. consensus] *si quis attentè legat, iudicabit, nisi fallor, deesse hic negationem. ita enim legendum videtur*, in qua nō populi R. cōsp. persp. p. vel in qua p. R. consp. perspici non posset?

64 omnes honestates ciuitatis) *Gabr. Faernus*

teste Manutio hoc totum, omnes honestates, *delendũ putabat, tanquam ex errore librarij natum, à quo primùm*, omnes ętates, *bis scrip. deinde ab alios aliquo ex priore*, omnes ætates, honestates, *factum esset.*

64 nihil sanè Attæ iuuabant) *sic reposui, veteres codices secutus, quam scripturam & P. Victorius probat. Fuit autem Atta poeta. Alij ingenio confisi, legi volunt vel*, arte iuuabatur, *vel* arte adiuuabatur, *vel* chartæ adiuuabant *alij*, nihil sanè te iuuabant. anagnostæ. *Omnino antiqua scriptura tutior est.*

65 sed vt plebicola videretur) *alij legũt* poplicola.

66 in quo tamen est me vltus, *&c. huius loci restitutio, accepta referenda est Octauio Pantagatho, viro doctiss. &, vt eum Manutius appellat, nostra ætatis Varroni: cuius amicitia & consuetudo fuit, mihi, cùm Romæ essem perutilis, & periucunda. significat autem Gelliũ ore fuisse impuro, & nares irrumare solitum, adeò vt, quos oscularetur, eis magnum malum daret. Sed non celabo lectorem, Turnebum nostrum hunc eundem locum aliter existimasse esse restituendum, nempe hoc modo*, in quo tamen nullus tum illum ore inimicus est meus suauiatus. *non placet.*

67 animorum, oculorumque coniectus.) *sic reposui, cùm in libris veteribus scriptum reperissem* contectus. *Sic enim loquuntur Latini*, coniicere oculos, & adiicere animum, *seu* animos. *Nã libri vulgati mendosè, opinor, habent*, oculorumque contuitus. *Cùm hæc olim ferè ad verbum scripsissem, exortus est nobis homo indignus, quem nominatim appellem, quem sæpe antea descripsi, qui mea emendatione cõmemorata, quæsiuit, quid ita? cui non respondebo: nam tales asini, non sunt docendi, sed contemnendi, & pastum mittendi.*

68 cùm audito senatusc. auctori ipsi, atque) *diuina Memmij approbata coniectura, qui coniecit legendũ esse*, auctori ipsi, atque. *sic reponendum existimaui. alij legi posse putant*, præconi ipsi. *alij*, consuli ipsi. *Quarum neutram probo. Vulgata autem lectio, à qua antiqua non discrepat*, ore ipsi, *ferri non potest.*

69 Simulans, vt opinor,) *Sic vulgò legitur, neque longè*

longè secutus in codicibus man. Quod suspicantur multi esse corruptum. Paulus Manutius comœdia. togatæ nomen esse posse putat, vel esse participium, quod cohæreat cum caterua. Ego putabam ex iis, quæ infrà ponuntur, nec simulantem, nec vllum aliud comœdiæ nomen, locum hîc habere posse, quia ea ex tragœdia apparet esse sumta. Quod cùm mihi persuasissem, quærebam, nunquid nomen alicuius tragœdiæ ad hunc locum magis accommodatum esset. Hoc quærenti, & diu, multúmq; cogitanti, venit in mentem Telamon. *Adiuuabant hanc lectionem multa literarum similitudo, argumentum fabulæ, poetæ Accii nomen. Quamuis enim difficile sit ostendere tragœdiam, nomine Telamonem, ab Accio esse scriptam: & Andromacha potiùs ab eo scripta sit: constat tamen, in Andromacha multa fuisse, quæ ad Telamonis vitam & casus pertineant. Ad hæc quòd non est incredibile, Cic. Accii Andromachã, Telamonẽ appellasse, vel errantem, vel memoria lapsum, quia illa multa contineret, vt dixi, quæ Telamoni conuenire possent, vel etiã negligentem. Licuit enim Cic. in tali causa, taliq; tempore, esse negligenti. Itaque verbo vtitur, quo vti solent dubitantes, & negligentes* opinor. *Postremò,* Simulans, *nomen esse comœdiæ, non tragœdiæ, argumento est, quòd Grammatici veteres nonnulla proferunt ex Afranii Simulante: quem poetam comicũ fuisse constat. In his Nonius,* Afranius in Simulante, Offendit, frangit, rũpit, icit poculo. *Idem ibi.* Næ ego illos velitâteis ausculto libens. *His obstant codices, obstat & id, quod disertè dicitur à Cic. cùm ageretur togata. Nam si togata erat, non potuit esse aut tragœdia, aut prætexta. Togatæ enim comœdiæ erant, in quibus personæ Romanæ inducebantur, priuatæ, humiles, & obscuræ: quæ comœdiæ idcirco tabernariæ dicebantur. Prætextæ cõtra, in quibus personæ Romanæ illustres & honoratæ. Sed quid ad illa respondebimus, quæ sunt infrà, sine dubio tragica? Dico esse distinctione vtendum. Nam quæ hîc cõmemorantur, ex aliqua togata sumta sunt, quæ infrà, ex tragœdia, & prætexta. Itaque repudiatis iis, quæ à me supra disputata sunt, nihil nunc mutandũ arbitror, & Manutio*

assen

assentior, qui Simulantem, rogata nomen fuisse putat.

70 res cùm rediissent) *Vide quæ scripsi de hoc loco ad orationem post reditum in senatu.*

71 qui excitatus cùm summa, *&c.) totus hic locus, vt Manutio restituendus visus est, ita à me editus est. Infrà nõ longè, vbi vulgò legitur,* & ad vnum dicto citius, *&c. legendũ, vt vidit Manutius,* & ad Numidici illius Met. *Paucis pòst versib. videtur legẽdum,* beneficio suo rediit in gratiam, *vel* summo suo beneficio, *vt in orat. de prouinc. consul.*

72 cùm ipsis nonis Sextilib.) *cum hoc loco conferendus est ille qui est epist. 1. lib. 4. ad Attic.* Brundisium veni nonis Sext. ibi mihi Tulliola mea præstò fuit natali suo ipso die, qui casu idẽ natalis erat & Brundisinæ coloniæ, & tuæ vicinæ Salutis. *Manutius, pro his verbis,* idem vt scitis, *reponit,* idẽ & salutis, *ego,* & salutis *addidi, neque tamẽ illa,* vt scitis, *sustuli. per me tamen tollantur licet. nam planè videntur superuacanea. dies autem reditus, natalis intelligendus est, quo M. Tullius patriæ redditus, videtur de integro natus esse. vocem* natalis, *enim bis olim edendam curaui, existimans fuisse procliue librario, cùm bis scriptã reperisset, semel duntaxat scribere. Petr. Faber autẽ Tolosæ. supp. libellorum magister, sic putat hunc locũ restitui debere,* idem dies aduentus mei fuisset, qui reditus? natalis idem carissimæ filiæ? quam ex grauissimo tũ primùm desiderio, luctuque conspexi: idem etiã ipsius coloniæ Brũdisinæ dies, vt scitis? *Cui in eo assẽtior, quòd ita distinguit illa,* idẽ dies aduẽtus mei fuisset, qui reditus? natalis idẽ, *&c. nam sic vulgò interpungitur,* idem dies aduentus mei fuisset, qui reditus natalis. idẽ, *&c. Quòd autẽ olim sic edidi,* cũ ipsis nonis Sextilibus idẽ dies aduentus mei fuisset, qui reditus natalis? natalis idem cariss. *&c. nunc muto factũ, & ita, vt edidi, legendum, atque interpungendum censeo.*

73 per indicem Vettium) *Vettiorum cognomentum fuisse Iudicem, & Vettios dictos esse Iudices cognomento, ex nũmis veteribus apparet. Idcirco nonnulli hîc legi volunt,*

volunt, per iudicem Vettium, *vt intelligamus cognomen nomini esse propositum. Ego cùm ex historia constet, hunc Vettium indicasse, quamuis falsò sibi à clariss. viris negotium esse datum, vt Pompeium occideret, nihil hîc mutandum puto. neque tamen Vettij cognomen fuisse Iudicem nego.*

74 aliquid de me ficti affereb.) *hanc Manutii emẽdationem maximè probabilem indicaui.*

75 Acta mea ait sibi disp.) *Memmii coniecturam secutus sic restitui. Nam sic habent libri vulg.* Acta mea illi displicere quis nescit? *minùs rectè.*

EIVSDEM IN ORATIO. IN VATINIVM.

1 sed fui paulò in te intemperantior) *veteres codices habent*, paulò antè. *ego nihil mutaui. Verumtamen putauerim esse legendum*, paulò antè in te intemperantior.

2 Sed hesterno pro testimonio) *videtur deesse prouocabulum* te: *atque ita legendum*, Sed te hesterno. *quidam etiam vocem* die, *desiderari putant, vt ita legatur*, sed te hesterno die pro, *&c.*

3 vt mihi renouatus) *locus est subobscurus, neque à mendo purus. quem sic emendaui.* vt mihi renouatus tuus ille tribunatus videretur. *Ac mihi primũ obiecisti, quòd Cornelium, veterem amicum meũ, sed tamen tuum familiarem, defenderim. Cuius emendationis, nequid dissimulem, Ant. Goueanus, vt audio, magna ex parte auctor, atque inuentor est. Nam vulgati perspicuè hîc mutili sunt: in quibus sic legitur*: vt mihi renouatus ille tuus in te veterẽ meũ amicũ, *&c.* veterẽ meũ amicũ *autem, id est, C. Corneliũ, quẽ mox nominat.*

4 sanguinem principum ciuitatis) *vox* principum, *abest à libris veteribus.*

5 Sed tamen ne me cum his principibus qui adsunt P. Sextio, sed tecum homine, *&c.*) *hæc omnia sunt addita ex duobus codicibus man. altero Memmiano, altero Clericano: quæ desunt in vulgatis.*

6 ista illa, quæ sunt inflata) *vox* illa, *abest à duobus libri.*

li. man. verumtamen ego censeo retinendam tanquã necessariã, à librario, propter vocem ista, similitudine decepto, omissã. Fortasse autem, hæ duæ voces, quæ sunt, delendæ sunt, vt ita legatur, ista illa inflata rũpantur.

7 quibus remp. putasti deleri) suspicor omissum esse à librario posse post putasti.

7 Cn. Pompeio, summo, & cl. c. s. m. necem offerre, &c.) vnus ex nostris libris man. habet, cum telo fuisse, mortem Cn. Pompeio, summo, & clariss. ciui, suis manibus off. vol. &c.

8 & perditissime hostis) vox perditissime, cum copulatione &, abest à libr. manuscr.

9 cõmodiorem inim. s. condic. reiectionis dare noluisse) libri ma. habent voluisse. suprà autẽ, nõ lõgè, edendũ curauimus, apud Cn. Lentulũ Clodianũ, libros veteres secuti. Nam vulgati non habent Clodianũ.

10 in epulo Q. Arrij] libri man. alij habent, Q. Varij, alij, Q. Arri. ego legi malim Arrij: omninoq; ita legendum, aliquot versibus pòst, vbi vulgati habent Fidulo, scripti habent Fibulo, vnde quidam legi volunt Figulo: quod magis placet.

11 inter cocos fueras] sic est legendum, & ita iãpridẽ Adr. Turnebus ex auctoritate librorũ ma. emendarat. Nã Mem. planè habent vel coquos, vel cocos, Clericanus, & alij cacos. vulg. autem mendosissimè coxuos.

12 lege Licinia & Iunia) sic hunc locum restituit Hier. Ferrarius: sic & illum, qui est Philipp. 5. vbi pœnæ recenti lege Licinia & Iunia?

13 vrnas deleuerit) libri veteres habent, vrnas delegerit: planè mendosè: sed ex hac dissimilitudine intelligere, aut certè suspicari licet, in deleuerit, mendũ subesse. quid enim valet, vrnas delere? cur non potiùs dixit euerterit, vt & alibi? quid si legamus, vrnas disiecerit, seu deiecerit? infrà non longè, duo libri veteres non habent, in foro, pòst depulsos! paucis verbis pòst, ibi, quæstionem, magistratus morẽ maiorum, leges, iudices, reum, pœnam esse sublatam! sic enim edidi, libros veteres secutus, cùm vulgò legatur, pro reum pœnam, scelerum pœnam, homo re & nomine ἀναί-

δης

ὄντως,vulgatam scripturam tutari more suo conatus est,non aliam ob causam,quàm vt aliquid sapere videretur,qui tamen minus sapit, quàm sus occisa:cui anima data est pro sale,ne putisceret.Sed primũ, cuius impudentiæ est,contra scripturam antiquam.(nam sic habent libri veteres,vt edidit,vno excepto,qui habet rerũ) *præsertim planam & apertam,vulgatam tueri? deinde, quis non videt hoc,*scelerum pœnam,*esse ineptũ? nónne sat est* pœnam:*deinde,nónne multi pœna digni sunt, qui nullo scelere contaminati sunt? præterea, quis non videt,vocem* reum,*magnam hic vim obtinere? & omnia hoc loco, quæ ad iudicia pertinent, ordine esse enumerata?* quæst.mag.morem maiorum leg.iudices reũ, pœnam,*&c. Præterea,Vatinius erat reus,significat igitur Cicero,superiora illa omnia,& reum,& pœnam lege constitutam,à Vatinio ipso esse sublatam.* I. *Vatinium illa omnia fecisse,ne causam diceret,ipsum se iudicio eripuisse. Sed quid agas cum indoctis,& lingua Græca,ac Latinæ & bonarum artium imperitis? Taceant igitur, & rudere desinant.*

14 more maiorum deligere possset.) *libri veteres habent,*deligere posset: *vnde suspicari possit aliquis legendum,*deligere posset. *iidem libri paulò pòst habent,*imperatoris diligẽdi iudicium:*& paulò pòst, partim* diligeret,*partim* dilegeret imperatorem.

15 qui numquam antea summo cõsilio gubern.) *sic restitui,scripturam veterem aliquantum deprauatã adiuuans:quæ talis est:*qui numquã aut summi cõsilij gubernationem auferre,*&c.licet etiam sic legere,minùs ab antiqua scriptura remotè,* qui numquã antea summi consilij gubernationẽ auferre,*&c. per* summum consilium,*senatum significat,vt definitionem pro nomine definito positam esse intelligamus.senatus enim est summum consilium ciuitatis.*

16 docere voluisti. Ob hasce omneis res sciásne] *nequis miretur, hoc loco ordinem aliquot versuum, qui est in libris vulg. à me esse immutatum, id feci libros omneis veteres secutus, in quibus hic ordo seruatur. nempe post,* sed alios etiam docere

volniſti *ſequitur deinceps*, Ob haſce omneis res ſciáſne, te ſeueriſſimorum hominum, Sabinorũ, *&c.vſque ad* perdidiſſe? *ſequitur iam*, Atque illud etiam audire à te cupio, *&c. vſque ad*, quo minùs reus mea lege fias? *ſequitur iam*, At ſi hæc omnia contemnis, *&c.vt in aliis.*

EIVSDEM SCHOLIA IN ORATIONEM PRO MARCO COELIO.

1 ſed adoleſcentem illuſtri ingenio) *liber vnus Memm. habet*, ſed adoleſcentem nobilem, illuſtri, *&c.*

2 Atratini illius pietatem) *videtur nomen* Atratini, *eſſe ab aliquo adiectum.*

3 non æquè eſt cognitus) æquè *abeſt à libris veteribus.*

4 nemini vmquam præſenti Puteolani) *libri ſcripti habent partim*, præſenti prætoriani: *partim*, præſenti prætori, *partim*, præſenti præſtutiani, *ego lectionem receptam probo.*

5 ab his fontibus profluxi ad hominum famem) *codices Memmiani habent*, perfluxi, *iidem infrà*, demanauit. *alij cum vulgatis conſentiunt.*

6 vt eum pœniteat non deform.) *hunc locum tractat, & explicat A. Gellius lib.17. cap.1.*

7 quæ ſi petulantiùs iactatur) *Muretus legit* iaciatur: *cui aſſentior.*

8 primùm) vt, qualis es, talem hi te eſſe exiſtiment) *ſic habent omnes libri man. niſi quod duo non habent* hi. *ſententia autem in promptu poſita eſt. hoc enim ſignificat Cicero, te admonitum volo, vt, quantum à verum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate ſeiungas, vt hoc aſſequaris, nempe, vt iudices, te pudicum & probum adoleſcentem eſſe exiſtiment, hoc eſt, talem, qualis tu es.*

9 qui iſti ętati, ac dignitati non poſſit,) *ſic legit Agratius, vetus Grammaticus. nam libri vulg. non habent*, ac dignitati. *& dignitatem interpretatur, pulchritudinem virilem.*

10 Sed

10 Sed qui prima illa initia ętatis) *vox* initia, *abest ab vno codice manuscr.*

10 in quo non modò crimine non inhærebat, *&c.) sic necessariò legendum, non, vt vulgò,* in quo nõ modò crimen non hærebat, *&c. sanè* inhærebat, *habent omnes libri veteres.*

11 tamen est eiusmodi cupiditatis) *cùm libri vulgati sic haberent,* eiusmodi cupidus: *consentientibus nonnullis man. putabam, vocem* cupidus, *esse delendã, vt adiectam, Turnebus, addendum* gloriæ, *vt esset,* est eiusmodi gloriæ cupidus. *Sed posteaquam reperi in vno Mem.* eiusmodi cupiditatis, *nulla iam opus esse coniectura existimaui: dicam tamen quod sentio. Ne hæc quidem scriptura mihi satis videtur firma, aut certa* cupiditatis: *nomen enim nimis latè patet, cũ hîc mea quidem sententia, cupiditas gloriæ significetur. Nihilo plus mihi probatur Turnebi coniectura. Quid est enim,* eiusmodi gloriæ cupidus? *dixisset, potiùs,* tamen est ita gloriæ cupidus. *Quare ad illud redeo, vt putem vocem* cupidus, *& vocem* cupiditatis, *esse glossas quas appellamus: neq; aliud esse scriptum à Cic. quàm,* tamen est eiusmodi: *quod valet tamen est talis, vel, vt aliquis adscripsit,* tamen est ita gloriæ cupidus. *Hinc nata est huius loci contaminatio: cùm tamen hic nõ agatur de gloriæ cupiditate, sed de animi magnitudine potiùs, per quã Cœlius de se timidè cogitare videri non potest.*

12 quàm agere.) *i. quàm ius suum actione experiri.*

13 est enim rex] *sic planè scriptum est in codicibus man. Memm & aliis. iidem codices non habent negationem, paulò pòst, antè verbum* negauit, *& rectè: significatur enim Ascitius, qui negauit factum: neque infrà ante vocem* suspicione, *ibi,* non modò non suspicione, *iidem habent* afuit, *pro* absuit, *ibi,* à conſciẽtiæ suspicione afuit?

14 atque optimis artibus præditi) *nihil equidem varietatis in libris man. & vulgatis reperi: verumtamen quidam legendum censent,* artibus dediti.

15 qui nullum conuiuium renuerit) *libri veteres*

habent, remunerit, *quod quid sibi velit, quæra.*

16 cum crudelissimo discidio) *sic est legendum: & ita scriptum est in pluribus libris man.* discidiū, *autem à verbo discindo, natum, vocem esse Latinam, docuimus in commentar. Lucretianis. Hic homo* ἀναιδὴς *ait se de hac voce alibi verba fecisse, quasi verò in commentariis Lucretianis non anteuerterimus.*

17 commodasse) *non erat hîc mutum, sed commodatum. Itaque Cœlius hoc aurum in eadem specie reddere Clodiæ debebat, quod secus est in mutuo: nam mutuo fit accipientis, & qui mutuum accepit, satisfacit creditori, si, quod mutuò accepit, reddit in alia specie. Ex quo intelligimus, hoc aurum non fuisse signatum, sed aurum factum dumtaxat, putà, vasa aurea & simil.*

18 viro] *P. Clodium significat, vt mox declarat, qui frater erat, sed cum sororibus stuprum fecisse arguebatur. Verumtamen etiam cum Q. Cæcilio Metello Nepote, Q. Cæcilii Metelli Celeris, veri, & iusti Clodiæ viri, fratre, inimicitias gesserat M. Tullius, qui Metellus Celer, vir Clodiæ, nunc erat mortuus: de quo Cicero ipse infrà.*

19 amicam) ἑταίραν. *Horat. epist.* 1. *lib.* 1. Vt nox longa, quibus mentitur amica, *&c.*

19 oculique, perculerunt) *sic est legendū, non* perpulerunt. perculerunt, *autem, id est, ita mouerunt, vt tu victa eius pulchritudine caderes: te euerterunt, seu peruerterunt.*

20 fuisti nonnumquam in iisdem hortis) *verbum* fuisti, *restituit, quod in plerisque exemplis vulgatis desideratur, ex auctoritate codicū man. &* iisdem, *eosdē libros secutus, edi iussi, quo interdum vtebantur veteres, pro* iisdem, *vt docet M. Tullius in Orat. perf. & nos admonuimus in cōment. Lucretianis. Quare, etsi operæ olim mihi obtemperare noluerunt, nunc tamen hîc legeisdē *pro* iisdē. *duodecim ferè post versibus* vix ferēdi *edidimus, reiecta lectione vulgata,* vix ferēda diceret.

21 dide te, ac disiice) *libri man. habent,* dede, ac disice: *planè mendosè. neque video quomodo adiuuari possint, aut quid ex hoc boni elici possit: nisi dicamus, hic esse reponendum verbum illud, quod nunc culpa tem-*

porum

porum exsulat à libris, dissico, dissicis: *& legendum,* dide, ac dissice. *De quo verbo lubet mihi hoc loco referre, quæ C. Puteanus, iuuenis doctissimus, & mihi amicissimus, à se quæsita, collecta, & perscripta, ad me vltrò detulit. Ea autem referam iisdem verbis, quibus ille est vsus, aut certè paucissimis vel mutatis, vel detractis, ne quem offendat longitudo. Sic igitur ille, Verbum* dissicere, *exsulat hodie à lingua Latina, & bonorum auctorum libris. Hoc enim quamuis nonnulli viri eruditi asserere & vindicare conati sint, nihilominus tamen in tenebris & peregrinitate iacet: quia nondum eius originem & vim quisquam explicauit.* Ego igitur existimo dissicere, *propriè idem valere quod* dissecare : *nã & in aliis compositis verbis*, seco e, *mutatur in* i, *vt in* proficor, *quo vtitur Plautus in Pæn.* Iratus vetui exta proficarier: *& in* proficies, *apud Varronem, li.* xj. *rerum diuin. referente Nonio in voce* profecta: *& in* proficiæ, *apud Solinum, & in veteribus glossis Latinogræcis: & in* proficium, *apud Festum: & in* præficie, *apud Arnob. li.* 7. *Sic & in* insicia, *apud Varronẽ, lib.* 4. *de lingua Lat. & in* subficiuus: *nã ita in vetustis l. perpetuò scribitur & in* exsicare, *apud Plautum, in Rudente:* Quin tu in paludẽ is, exsicásq; harundinem. *sic enim vet. cod. habere Adrianus Turn. monuit: & Dionys. Lamb. item se scriptum reperisse in iis, quib. vsus est, & ex quibus Plautum nobis emendatissimum atque explicatissimum daturus est, asseuerauit. quod perperã à quibusdã immutatum fuerat. Multa autem concurrunt, quibus in hanc opinionem adducar. In veteri lexico manu exarato, quod penes me habeo, quo loco de verbo, Seco, agitur. eiusq; deriuatis & compositis. sic scriptum reperi,* Disseco, as: *inde* dissectus, *vel* dissecatus, *&* dissectim, *aduerbium, &* dissico, is. *Et in litera D.* Dissicerè, dissecare. *Quia verò huiusmodi lexicis non nimium existimo tribuendum esse, sciòque quamplurima in iis esse inepta & absurda: testis accedat locuples, omniq; exceptione maior, Priscianus, qui lib.* XIIII. *extremo, vbi de dis, præpositione agit, docétque quibus ea literis in compositione præponitur.*

Sciendum, *inquit*, quòd tunc, diis, præponitur, cũ sequitur, c, vel f, vel p, vel s, vel t, vel i, loco cõsonantis, vt discumbo, discutio, differo, diffido, diffundo, in quibus s, in f, conuertitur, euphoniæ causa: displiceo, disputo, disperdo, disficio, vulgò, disiicio, differo, distraho, distorqueo, disturbo, disiectus, disiungo. *Ita legendum & literarum ordo, & manuscriptorum codicum auctoritas vincit: quorum plerique habent* disfitio, *quã etiam scripturam reperi in veteri quadam editione Venet.: duo autem omnium optimi* disficio, *supra quam vocem in vno* disseco, *scriptum est. Sed omnem scrupulum eximit Lactãtius, qui lib. 2. cap. 8. narrans notam illam, & multorũ scriptis celebratam de Tarquinio Prisco, & Attio Nauio augure, historiam ita scribit*: Cape igitur hãc, inquit, cotem, eamque nouacula disfice: at ille incunctanter accepit, ac secuit. *Sic omnes libri vet. vulgati, partim*, disiisse, *partim*, disseca, *Cic. hanc ipsã rem narrãs dicit* præcidere, *Liuius* discindere, *Idem lib. 3. cap. 17. vbi aduersus Epicuri atomos disputat*: Cũ verò, *inquit*, tam minuta hæc corpuscula esse dicantur, vt nulla ferri acie disfici valeãt, quomodo hamos aut angulos habẽt? *Sic libri vet. impressi autem* disiici. *Atque idem auctor in li. de Ira Dei, c. 10. de illis corpusculis ita scribit*, Tam minuta sunt, *inquit*, vt nulla sit acies ferri, qua secari, ac diuidi possint. *Illo loco dixit* disfici, *hoc*, secari, ac diuidi. *Cùm igitur huius verbi significatio iam in promptu sit, locos nunc quosdam indicabo, in quibus ex antiquis monumentis, & vel ex ipsa vetere scriptura, vel certè ex certa coniectura hoc verbum, quasi postliminio de integro collocandum videtur Virgilius lib. 7. Aeneid.* Disfice compositam pacem, sere crimina belli. *Ita esse in omnibus antiquis cod. Pierius testatur. ita etiam est in omnibus, quotquot vidi: quamquam ille fallitur, eò quòd putet* disfice, *pro* disice, *ss geminato scriptum esse, à verbo* disiicio, *ea gratia, vt concitatiùs enuntiaretur, quòd in aliis plerisque vocibus à veteribus factitatum est. Idem lib. 12.* — ille securi.

Aduer

Aduersi frontem mediã, mentumque reducta.
Difficit, & sparso latè rigat arma cruore. *sic habent libri vet. omnes: quorum nonnulli in interstitio supra eam vocem habent, in*, diuidit: *in vulg. est*, Disiicit. *Reponenda quoque est hæc vox apud Valeriũ Maximum duobus locis: vnus est lib. 3. cap. Qui à parentibus claris degenerauerunt. in quo de Q. Fabij Maximi filio, cui bonis à prat. vrbano interdictum fuerat, ita scribit*, Dolenter enim homines ferebãt, pecuniam, quæ Fabiæ gentis splendori seruire debebat, flagitiis diffici. *Sic scriptum reperi in duobus antiquissimis & optimis exemplaribus: sic in suis quidam alij se reperisse testati sunt: in his Pighius, quamquam nemo, quod sciam, verbi originem, aut vim explicauit. Dixit autem* pecuniam difficere, *eadem translatione, qua Catulus in Cæsarẽ*. Paterna primùm lancinata sunt bona, *& Plautus in Sticho*, lacerare rem suam: *quod idem genus loquendi Sallustius vsurpauit in coniurat. Catil.* Nã quicumque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, vẽtre, pene, bona patria lacerauerat, *&c. Sic ferè libri vet. Nam vulgo legitur* dissipauerat. *Atque hic Valerij locus me induxit ad conatum emendandi locum veteris poetæ apud Cic. in oratione pro M. Cœlio, quo loco patres ex comœdiis excitat. Apud poetã igitur illum comicum, Cæcilium fortasse, pater vehemens & durus, filium dissolutum & perditum his obiurgat verbis*: Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti? cur alienam vllam mulierem nosti? dede te, ac disiice: per me licebit: si egebis, tibi dolebit: mihi sat est, qui ætatis quod reliquum est, oblectẽ meæ. *Quæ postrema verba, etsi bonam sententiam habere videantur, ea tamen vti corrupta existimem, adducor ex eo, quòd in vetustis libris aliter concepta sint, nempe in hunc modum*: dede ac disce: *quod & Dionys. Lambinus in suis notis iampridem testatus est. vnde coniicio legendum*, dede, ac diffice, *id est, rem tuam dona, at dissipa, disperde, profunde*. Dedere, *autem pro dare, à Plauto, Terentio, Lucretio, aliisq. antiquis aucto-*

 ribus

ctoribus vsurpatum est. Hanc verò coniecturam ea, quæ statim sequuntur, adiuuare videntur. Si egebis, tibi dolebit, *&c. Sic ferè Demea Terentianus, tristis & directus pater, de Aeschino filio cum Mitione, leni & clemente, iurgat:* Profundat, pereat: nihil ad me attinet. *Adelph. act. 1. sc. 2. Atque idem Demea seueritatem, & asperitatem in liberos, quia non benè processerat, omittere, eósque facilitate & clementia sibi in posterum conciliare cogitans, sic loquitur,* Ego quoque à meis me amari, & magni pendi postulo. Si id fit dando, atque obsequendo, non posteriores feram. Deerit: id mea minimè refert, qui sum natu maximus, *alter Val. Max. locus est lib. 8. cap. 25. de cupiditate gloriæ extr.* Illa verò, *inquit*, gloriæ cupiditas sacrilega: inuentus est enim, qui Dianæ Ephesiæ templũ incendere vellet, vt, opere pulcherrimo consumto, nomen eius per totum terrarũ orbem difficeretur, *&c. sic in duobus illis optimis exemplaribus scriptum est, pro quo editiones omnes, quotquot videre mihi contigit, habent* diffunderetur, *præter Moguntinam, anni Dom.* CIↃ.CCCC.LXXI. *quæ & hic, & aliis in locis propiùs ad librorũ manu exaratorum scripturam accedit. In ea autem legitur*, difficeretur. Difficeretur nomen *autem, dixit eadem ferè translatione, qua Virg. lib. 8. Aeneid.* tua terris dicta fama. *i. dissipari, vel dispergi. Nam in ea significatione verbum* dispergi, *à veteribus vsurpatum fuisse, argumento est locus Isidori lib. 18. vbi de triumphis disserit,* Duobus autem generibus, *inquit ille*, deletur exercitus, aut internicione, aut dispersione. Sallustius, Hostes, inquit, oppressi, an dilapsi forēt. Sic & vtrũque Virgilius, De internicione, —submersásque obrue puppeis. De dispersione, Aut age diuersos, & diffice corpora Ponto. *quem locũ descripsi ex codicibus man. in quorum vno supra τὸ* diffice. *scriptum est,* id est, dissipa. *nam in vulgatis paulò aliter legitur. Ex quo apparet, Isidorum apud Virgilium legisse* diffice: *quam lectionem agnoscunt etiam veteres libri, cui tamen vulgatam* disiice, *antepusuerim:*

rim: præsertim cùm aliquot pòst versibus dicat, Disiectam AEneæ toto videt æquore classem. *Reddenda quoque est vox hæc Plauto in Curcu. act. 3.* Clypeatus elephantum vbi machæra dissicit. *sic est in veteribus editionibus. Sic ferè in suo vet. codice Camerarius esse testatur: sic Lambinus ipse reperit: atque ita & à se emendatum esse in commentariis suis mihi ostendit, & se editurum, cùm Plautum edet, asseuerauit: atque ita planè legendum puto: quamuis Festi, & Nonij auctoritas refragari videatur: hic enim ita scribit,* Diligere manifestam habet significationem, vt plerũque: Diligit, diuidit: Plautus Curcul. Clypeatus elephantum ibi machæra diligit. *quæ Nonij lectio in recentiores Plauti editiones inuasit. Festus autem,* Diligere, *inquit*, apud Plautum inuenitur pro, discindere. *ita puto legendum pro* discedere, *quomodo etiam hic locus adducitur à Camerario. Sed vtriusque tamen libri verear vt satis emendati sint, atque vt verear, facit, quòd locus ille Nonij in vet. impressis sic vulgatus est:* Desiicere manifestam habet significationem, ac plerumque diligit, diuidit. Plautus Curcul. Clypeatus elephãtum ibi machæra desiicit: *quod me monuit Io. Passeratius, atque etiam illud Nonij*, Rumpere, Rumpere disiicere. Virgi. Buc. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Sic in vet. codicibus scriptum exstare*, Rumpere dissicere. *Sed & Ouidius xj. Metamorph. hac voce vsus est, de Alcyone Ceycis vxore,*

—& nondum totos ornata capillos,
Dissicit hos ipsos, colloq; infusa mariti, *&c.*

Nam ita veteres suos libros habere quidam testantur. quomodo etiam in iis, quos vidi, scriptum est, præterquã in vno, in quo dissicat, *legitur: atque idem libro 5. de Cerere,* inornatos laniaui: Diua capillos. *Seneca in Agamemn. act. 5. inducit Cassandrã de Agamem. qui tum occidebatur, capiti veste obuoluto, hæc dicentem:*

At ille, vt altis hispidus siluis aper
Cùm casse vinctus, tentat egressus tamen,
Arctátque motu vincla, & incassum furit:

25 nequem interimat)*libri man. tres habent*, nequẽ vi terreat: *quod probo. neque tamen vulgatam lectionẽ damno. sed mea quidem sententia, melior est antiqua.*

26 cupiditates deferuissent) *sic habent omnes libri manuscripti, neque video cur hoc reiiciamus, quamuis* deferbuissent, *in omneis libros impressos inuaserit: cũ Grammatici veteres obseruarint à* fer ueo, *seu* feruo, *præterita esse* ferui, *&* ferbui.

27 sumtus libidinis) *non video quamobrem hanc scripturam in omnibus libris antiquis repertam aspernari debuerim. Nam præter antiquitatem, cuius auctoritas multum apud nos valere debet, hac scriptura multò concinnior est, quàm vulgata*, sumtus, libidines, *&c.*

28 conuiuiorum ac lustrorum libid.) *libri veteres habent*, conuiuiorum ac stuprorum libido. *ego nihil muto. existimo enim, hoc* stuprorum, *natum esse ex interpretatione vocis* lustrorum, *ad oram libri adscripta.*

29 Omittendæ sunt omnes voluptates) *non damno lectionem vulgatam: antiquam tamen dißimulare nec debeo, nec poßum:* obterendæ sunt omnes, *&c. supra autem, vbi libri vulgati habent*, Atque scitote. iudices, *quamuis editum sit*, Atqui scitote, *quæ in vno, atque altero sic scriptum reperi*, Atque, *tamen non minùs probo. scio enim veteres sæpe vsurpasse*, Atque, *pro* Atqui.

30 ludus, iocus, conu. sermo pænè familiarum d. *&c.) sic hunc locum edendum curaui, vt eum scriptum reperi in libris antiquis. Neque multò aliter profert Nonius in nomine* iocus. *Nam apud eum non est vox* pænè, *neque* omnium. *ego tamen vocem* pænè, *retinui, reiecto nomine* omnium.

31 sed etiam procax videatur) *liber vnus antiq. habet*, sed etiam proterua meretrix vid. *quam scripturam ex annotatione natam suspicor, verumtamen iudicet lector.*

32 ad hospitem domini necandum) *sic habent duo codices Memmiani, & ita legendum, non, vt est in vulgatis*, ad hospitẽ domi necand. *suprà autem, vbi li-*

bri vulgati habent, legatis insidiandis, *ab vno libro admonitus, in quo legitur*, legatis insidiolandis, *reposui* violandis. *doctus quidam tamen ex hac deprauata scriptura antiqua, legendum suspicatur*, legatis per insidias, *seu* insidiose violandis.

33 qui tantum facinus) *ex hoc loco coniiciunt nonnulli suprà quoque legendum esse*, facinus tantum celatum esse Clodiam dix. *vbi habent libri omnes*, facinoris tantum, *&c. Quin etiam infrà non longè admodum ita loquitur, ibi*, Credibile est igitur, tantum facinus, *&c. & iterum*, Cui tantum facinus, cui se, qui salutem suam, *&c.*

34 leuiter ferret,) *quidam libri veteres habent*, leniter ferret, *& suprà, vbi vulgati habent*, actum cùm comperisset, *veteres quidam habent*, actum si comperisset.

35 quónam modo ille furenti fr. s. p. consularis rest. qui consul,] *&c. quidam libri impreßi habent*, consulari restitisset, qui consulem, *&c. omnes veteres*, consularis restitisset, qui consulem, *&c. vnde vir quidam doctißimus suspicabatur olim legendum* consularis restitisset, qui consule me. *&c. Deliberandum amplius censeo, mihi properanti non est fas quæ sit verißima lectio, diiudicare, veruntamen quasi prateriens hoc dicam, eam, quã secutus sum scripturam, esse probabilem, & fortasse rectam. significat enim Cicero, opinor, Metellum Celerem, consulem. Afranij collegam, P. Clodio incipienti furere, & facta nefaria in Ciceronẽ molienti, mortem esse minatum. Sed, si ita est, cur P. Clodius, frater Metelli Celeris patruelis dicatur, qui fuerit frater vxoris Clodiæ, quæritur. ego igitur hîc significari arbitror, Q. Cæcilium Metellum nepotem, non P. Clodiũ. Q. Metellum Celerem autem, & Q. Metelli. Nepotem, fratres patrueleis fuisse (non germanos) constat.*

36 nequam vocem eliciat) *nisi in vno codice manuscriptum reperissem*, eliciat, *assensus essem Mureto, qui in libris Var. lect.* eiiciat, *legendum censet. cum quo tamen faciunt duo alij man. Omnino vtraque lectio probabilis est. Nam si* eliciat, *legemus, ad Clodiam referemus, hoc modo, ne ipsa Clodia eliciat vocem aliquam:*

ſin, eiiciat, *ad domum, hoc modo, ne domus vocem aliquam mittat.*

37 conſtitutum eſſe cum ſeruis *ſic edi malui, quàm, vt eſt in vulgatis*, conſtitutum factum cum ſeruis: *quamquam hanc lectionem non damno. dicunt enim Latini*, conſtitutum facere. *Licet etiam legere*, conſtitutum locum eſſe cum ſeruis, *vt habent nonnulli codices vulg. Sed omnibus lectionib. hanc antepoſuerim, conſtitutum locum eſſe*, quo ſerui venirent, balneas Xenias.

38 vt in balneas contruderentur) *liber vnus man. habet* conducerentur. *& paulò antè*, dein eam, *vbi vulg. habent*, deinde eam. *& item infrà paulò plurib. poſt verſibus*, dein id ſe vidiſſe dicerent, *&c.*

39 Homines grauitati deditos) *omnes libri veteres habent*, homines temperanteis, *legendum fortaſſe eſt*, intemperanteis. *Nam hoc*, grauitati deditos, *non conuenit.*

40 fuerant ad hoc rogati) *libri vulgati habent*, fuerant hoc rogati. *quidam veteres*, ad hoc rogati: *quam ſcripturam probaui, paucis poſt verſibus, vbi vulgo legitur*, quem? quomodo reprehenderent: illi, quæ quomodo, *&c.*

41 de manibus emiſerit) *libri veteres nonnulli habẽt*, de manibus miſerit: *legendum fortaſſe eſt*, de manibus dimiſerit. *ſeu*, amiſerit, *quod poſtremum in aliis man. reperi.*

42 cur nõ ipſius cõfeſſione,) *&c. locus hic clarè reſtitutus eſt, vnius literæ detractione, & diſtinctionis additione. nam, cùm antea legeretur*, cur non ipſius cõfeſsionem multorum, *&c. ego ſic repoſui*, cur non ipſius confeſſione, multorum oculis, *&c. ſine controuerſia rectè, & germanæ Cicer.*

43 Audita, & peruulgata) *hoc totum*, & peruulgata, *abeſt à libris man.*

44 ad mulieris libidines & delicias] *liber vnus antiquus habet*, ad mulieris libidinoſæ delicias.

45 cupiditas gloriæ;) *vel ex hoc loco intelligere licet, ſuprà ſexta, aut ſeptima huius orationis pagina, non poſſe legi*, eſt eiuſmodi cupiditatis, *neque vt vulgò*

eiusmodi cupidus: *sed legendum potiùs vel*, tamen est eiusmodi, *vel*, tamen est ita gloriæ cupidus. *quod postremum tamen minùs probo, quia propriè non gloriæ cupiditatis, sed magnitudinis animi est, de se magnificè cogitare, & sentire, hoc est, μέγα φρονεῖν.*

46 iam ista deseruerint) *sic item hoc loco habent libri veteres omnes, præter vnum, in quo est* deseruerint: *quod arbitror à librario errante scriptum esse pro* deseruerint.

47 hominem sine re, &c.) *videtur legendum*, homo sine re, &c. inquinatus.

EIVSDEM IN ORATIONEM PRO CORNELIO BALBO.

1 nihil de more maiorum) *vulgati sic habent*, nihil de memoria, nihil de more. *man. sic*, nihil de memoria, nihil de maiore. *ego sic restituo*, nihil de more maiorum: *quomodo sine dubio est legendum.*

2 omnia, quæ facere vellet] *docti quidam verbum* facere, *delendum putant.*

& prędicatorem, & actorem] *sic habent libri veteres omnes, & ita legendum. nam vulgati habent*, & auctorem *non rectè.*

4 nullius prœlij expertem fuisse) *codex vnus Mem. habet*, nullius periculi expertem fuisse.

5 nisi honos, ignominia putanda est) *quidam libri veteres habent*, ignominia vocanda est.

6 pueritiæ tempus extremum) *codices nonnulli veteres habent*, pueritiæ tempus extremæ.

7 cum fœd. quorum acerr. dilig. est perpendemus?) *sic reposui, libris omnibus reclamantibus*, diligentiam *enim* acerrimam *dicimus*, *non* acerbissimam: *deinde* perpendere, *pro comparare, seu potiùs*, ἐξετάζειν, *id est, examinare, ex quo*, perpendiculum, *non* pertendere: *quod haud scio, an non sit Latinum.*

8 quasi verò non leuius sit] *approbata Err. Memmij coniectura, sic olim reposui. Nam libri omnes vulg. sic habent*, Quasi verò leuius sit, cùm in tanta rep. versere, & max. negot. præsis, facere aliquid, quod sc. non lic. quàm omnino nesc. quid liceat.

ceat. *Quæ lectio ferri non potest, & pugnat cum sensu Cic. vult enim Cicero esse grauius peccatum ei, qui in rep. administranda versetur, nescire quid liceat, quàm facere, quod sciat non licere: aut certè hoc non esse leuius, quàm illud. At, vt habent libri vulgati, à quibus non discrepant man. planè contrarium dicitur.* Qui enim ita loquitur, quasi verò leuius sit, *&c. ironicῶs loquitur, & tantundem valet, ac si ita loqueretur,* non est leuius: *&c. Qui autem sic:* Quasi verò non leuius sit, *&c. significat leuius esse, vel igitur sic reponendum est, vt olim edidimus, & vt coniecit esse legendum Err. Memm. vel sic,* Quasi verò leuius sit, cùm in tanta rep. versere, & maximis negotiis præsis, omnino nescire quid liceat, quã facere aliquid, quod scias non licere. Etenim, *&c. quomodo nunc edidi. Manet tamen scrupulus ex eo, quòd libri omnes habeant;* an omnino, *&c. non* quam omn. *Ex quo suspicor interdum, sic esse à Cicer. scriptum.* Quasi verò sit dubiũ, vtrùm leuius sit, facere aliquid, quod scias non licere, an, cùm in tanta rep. versere, & maximis negotiis præsis, omnino nescire quid liceat.

9 Atque, vt ego sentio, iudices, *&c.) huius loci restitutio debetur P. Danesio, quam cùm in codice suo perscriptam haberet Leodegarius Quernus, mecum communicauit. Verùm autem ex aliquo antiquo codice sumta sit, an à Danesio excogitata, nescio. Est autem talis,* Atq; vt ego sentio, iudices, causa dicta est temporis magis vitio, quàm vllius Cornelij crimine: de quo plura non dicam ego de huius, inquã genere iudicij plura nõ dicã. Est enim hæc huius, *&c. Non celabo lectorẽ tamen, me in vno codice Lugd. impresso, ita legisse:* Atque, vt ego sentio, iudices, causa dicta est temporum labe magis, quàm vllius delicti crimine. *cetera, vt in aliis vulgatis.*

10 Est enim hæc huius sæculi] *libri veteres habent alio verborum ordine,* est enim hæc huius sæculi quædam macula atque labes.

11 huius præsens, experta] *vox* præsens, *abest à*

libris

libris veteribus.ego puto aliud nomen deesse tale, quale est virtus.*Nam si quis dicat,* virtus,*repeti* ἀπὸ κοινοῦ *duriusculum est.*

12 extremũ laborem]*sic Virgil.in Gallo,*Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.

13 iuris sui libertatem]*libri veteres habent,*fœderis sui libertatem.

14 qui multis præmiis præpositis]*Sic legendum est,* qui multis præmiis propositis,*inquam,non vt vulgò,*qui nullis præm.prop.*Quod facilè intelliget, qui attentè leget,& qui videbit argumentum esse à maiore, hoc modo, Si multis præmiis propositis paucissimi reperti sunt post homines natos,qui se pro patria in discrimen vitæ offerrent,quantò pauciores reperiẽtur,qui nullo præmio proposito,pro aliena rep.dimicare velint?*

15 neque quidquam illis verbis, nec si quid sacros.]*locus obscurus,&,vt arbitror,deprauatus:& tamen multò melior ex veterum librorum scriptura à nobis factus.hæc verba autem,* nec,si quid sacrosanctũ esset,*ad illa superiora referenda sunt.*Exceptum est, *inquit*, fœdus siquidem sacrosanctum est. *& ad illa*, Quid fuit in ea rogatione,*&c.* in qua aliquid sacros.videretur?*Porrò autem licet etiam legere,*& si quid sacrosanctum esset *seu*,&,si fœdus sacrosanctũ esset,*&c.seu deleta copula* &,si fœdus sacrosanctũ esset,*& eadem sententia.nam in illo,*nec si quis sacros.*duæ negationes magis negant,more Græcorum. Omnino malim legi*, si fœdus sacrosanctum esset,*&c.seu,*nec,si fœdus sacros.esset,*&c.*

16 duo lumina nostri imperij)*omnino ita legendum est,*duo lumina nostri imperij, *& ita olim quoque edi iusseram:sed operæ librariæ mihi obtemperare noluerunt,vt apparet.neq; verò me mouent veteres codices, qui cũ vulgatis consentiẽtes,habẽt,* duo fulmina nostri imperij.*quid enim sibi vult*, fulmina imperij? *aut quid valet?nã quod Virgilius dixit,*duo fulmina belli,*quid simile?*fulmina belli, *grauiter, & ornatè dictũ,* fulmina imperij,*non conuenit.Præterea* lumina exstingui,*&* occidere,*conuenit*;fulmina,*nõ itẽ.*

17 fœ

17 fœdus iciſſe dicitur) *omnes libri manu. habent*, fœdus feciſſe dic.

18 per populum, plebémve ſancitum eſt) *libri veteres habent*, ſanctum eſt.

19 comiter conſeruanto) *cùm in veterib. codicib. reperiſſem partim* conſeruant, *partim* conſeruat, *ego edendum curaui*, conſeruanto, *vt referatur ad Gaditanos. licet etiam legere*, cõſeruatò, *vt referatur ad populum Gaditanũ, pro quo vulgati habent* conſeruent. *minùs eleganter, minúſque vſitatè. Nam hoc modo legis verba concipiebantur, per imperatiuorum futura. Eadem opera, infra proximè pro eo, quod libri vulgati habẽt*, verbi genus hoc conſeruandi, *reſtitui, certa, & inexpugnabili coniectura fretus*, verbi genus hoc, CONSERVANTO. *nam* conſeruandi, *ferri non poteſt: & miror neminem hoc adhuc animaduertiſſe: cùm verba Cic. oſtendant, legendum* conſeruanto. *Quid enim abſurdius, quàm dicere, verbum* conſeruandi, *eſſe imperantis? At contrà verbum* conſeruanto, *eſſe imperantis, vident omnes etiam luſcioſi. Præterea, non dicit Cicero*, verbum conſeruandi, *ſed* verbi genus hoc conſeruandi, *ſiue potiùs, vt ego legendum contendo*, conſeruanto. Verbi genus hoc *autem, i. hic verbi modus. Quòd ſi voluiſſet dicere, quod iſti linguæ Latinæ imperiti opinantur*, verbum *conſeruare dixiſſet, vel hoc ipſo modo*, verbum hoc conſeruare. *vel*, verbum hoc conſeruandi, *vel* hoc verbum conſeruo. *nunc autem cùm dicat*, verbi genus hoc, *neceſſariò dicendum eſt, ab eo ſcriptum eſſe*, verbi genus hoc conſeruanto, *ſeu* conſeruato. *Id quod declarant ea, quæ antecedunt*. Id habet hanc vim, *&c. quia ſcilicet hoc imperatiuo modo populus Gaditanus iubetur popu. R. maieſtatem conſeruare. & quod ſequitur deinceps*, primùm genus hoc verbi, conſeruanto, *ſeu* conſeruato, quo magis in legib. quàm in fœderibus vtimur, *&c. Quis non videt ex his Ciceronis verbis vtrobique legendum eſſe* conſeruato, *ſeu* conſeruanto? *Quis enim neſcit, veteres Romanos in legibus conſcribendis, imperatiuo modo vti ſolere? Siquis dubitet, legat leges* XII. *tab. legat librum Marc. Tullij de*

habent, remunerit, *quod quid sibi velit, quæro.*

16 cum crudelissimo discidio) *sic est legendum: & ita scriptum est in pluribus libris man.* discidiū, *autem à verbo discindo, natum, vocem esse Latinam, docuimus in commentar. Lucretianis. Hic homo ἀναιδὴς ait se de hac voce alibi verba fecisse, quasi verò in commentariis Lucretianis non animaduerterimus.*

17 commodasse) *non erat hîc mutum, sed commodatum. Itaque Cœlius hoc aurum in eadem specie reddere Clodiæ debebat, quod secus est in mutuo: nam mutuo fit accipientis, & qui mutuum accepit satisfacit creditori, si, quod mutuò accepit, reddit in alia specie. Ex quo intelligimus, hoc aurum non fuisse signatum, sed aurum factum dumtaxat, putà, vasa aurea & simil.*

18 viro] *P. Clodium significat, vt mox declarat, qui frater erat, sed cum sororibus stuprum fecisse arguebatur. Verumtamen etiam cum Q. Cæcilio Metello Nepote, Q. Cæcilii Metelli Celeris, veri, & iusti Clodiæ viri, fratre, inimicitias gesserat M. Tullius, qui Metellus Celer, vir Clodiæ, nunc erat mortuus: de quo Cicero ipse infrà.*

19 amicam) *ἑταίραν. Horat. epist. 1. lib. 1.* Vt nox longa, quibus mentitur amica, *&c.*

19 oculique, perculerunt) *sic est legendū, non* perpulerunt. perculerunt, *autem, id est, ita mouerunt, vt tu victa eius pulchritudine caderes: te euerterunt, seu peruerterunt.*

20 fuisti nonnumquam in iisdem hortis) *verbum* fuisti, *restituit, quod in plerisque exemplis vulgatis desideratur, ex auctoritate codicū man. &* iisdem, *eosdem libros secutus, edi iussi, quo interdum vtebantur veteres, pro* iisdem, *vt docet M. Tullius in Orat. perf. & nos admonuimus in cōment. Lucretianis. Quare, etsi operæ olim mihi obtemperare noluerunt, nunc tamen hîc lege* īsdē *pro* iisdē. *duodecim ferè pòst versibus* vix ferēdi *edidimus, reiecta lectione vulgata,* vix ferēda diceret.

21 dide te, ac disiice) *libri man. habent,* dede, ac disice: *planè mendosè. neque video quomodo adiuuari possint, aut quid ex hoc boni elici possit: nisi dicamus, hîc esse reponendum verbum illud, quod nunc culpa temporum*

porum exsulat à libris, dissico, dissicis: *& legendum*, dide, ac dissice. *De quo verbo lubet mihi hoc loco referre, quæ C. Puteanus, iuuenis doctissimus, & mihi amicis s. à se quæsita, collecta, & perscripta, ad me vltrò detulit.* Ea *autem referam iisdem verbis, quibus ille est vsus, aut certè paucissimis vel mutatis, vel detractis, ne quem offendat longitudo. Sic igitur ille, Verbum* dissicere, *exsulat hodie à lingua Latina, & bonorum auctorum libris. Hoc enim quamuis nonnulli viri eruditi asserere & vindicare conati sint, nihilominùs tamen in tenebris & peregrinitate iacet: quia nondum eius originem & vim quisquam explicauit.* Ego *igitur existimo* dissicere, *propriè idem valere quod* dissecare : *nā & in aliis compositis verbis*, seco e, *mutatur in* i, *vt in* proficor, *quo vtitur Plautus in Pœn.* Iratus vetui exta proficarier: *& in* proficies, *apud Varronem, li.* xj. *rerum diuin. referente Nonio in voce* profecta: *& in* profeciæ, *apud Solinum, & in veteribus glossis Latino græcis: & in* proficium, *apud Festum: & in* præficie, *apud Arnob. li.* 7. *Sic & in* insicia, *apud Varronē, lib.* 4. *de lingua Lat. & in* subficiuus: *nā ita in vetustis l. perpetuò scribitur & in* exsicare, *apud Plautum, in Rudente*: Quin tu in paludē is, exsicásq; harundinem. *sic enim vet. cod. habere Adrianus Turn. monuit: & Dionys. Lamb. item se scriptum reperisse in iis, quib. vsus est, & ex quibus Plautum nobis emendatissimum atque explicatissimum daturus est, asseuerauit. quod perperā à quibusdā immutatum fuerat. Multa autem concurrunt, quibus in hanc opinionem adducar. In veteri lexico manu exarato, quod penes me habeo, quo loco de verbo,* Seco, *agitur. eiusq; deriuatis. & compositis. sic scriptum reperi,* Disseco, as: *inde* dissectus, *vel* dissecatus, *&* dissectim, *aduerbium, &* dissico, is. *Et in litera* D. Dissicere, dissecare. *Quia verò huiusmodi lexicis non nimium existimo tribuendum esse, sciōque quamplurima in iis esse inepta & absurda: testis accedat locuples, omniq; exceptione maior, Priscianus, qui lib.* XIIII. *extremo, vbi de* dis, *præpositione agit, docétque quibus ea literis in compositione præponitur.*

Sciendum, *inquit*, quòd tunc, diis, præponitur, cũ sequitur, c, vel f, vel p, vel s, vel t, vel i, loco cõsonantis, vt discumbo, discutio, differo, diffido, diffundo, in quibus s, in f, conuertitur, euphoniæ causa: displiceo, dispuro, disperdo, disficio, vulgò, disiicio, differo, distraho, distorqueo, disturbo, disiectus, disiungo. *Ita legendum & literarum ordo, & manuscriptorum codicum auctoritas vincit: quorum plerique habent* dissitio, *quã etiam scripturam reperi in veteri quadam editione Venet.: duo autem omnium optimi* disficio, *supra quam vocem in vno* disseco, *scriptum est. Sed omnem scrupulum eximit Lactãtius, qui lib. 2. cap. 8. narrans notam illam, & multorũ scriptis celebratam de Tarquinio Prisco, & Attio Natio augure, historiam ita scribit*: Cape igitur hãc, inquit, cotem, eamque nouacula disfice: at ille incunctanter accepit, ac secuit. *Sic omnes libri vet. vulgati, partim*, disiisse, *partim*, disseca, *Cic. hanc ipsã rem narrãs dicit* præcidere, *Liuius* discindere, *Idem lib. 3. cap. 17. vbi aduersus Epicuri atomos disputat*: Cũ verò, *inquit*, tam minuta hæc corpuscula esse dicantur, vt nulla ferri acie disfici valeãt, quomodo hamos aut angulos habẽt? *Sic libri vet. impressi autem* disiici. *Atque idem auctor in li. de Ira Dei, c. 10. de illis corpusculis ita scribit*, Tam minuta sunt, *inquit*, vt nulla sit acies ferri, qua secari, ac diuidi possint. *Illo loco dixit* disfici, *hoc*, secari, ac diuidi. *Cùm igitur huius verbi significatio iam in promptu sit, locos nunc quosdam indicabo, in quibus ex antiquis monumentis, & vel ex ipsa vetere scriptura, vel certè ex certa coniectura hoc verbum, quasi postliminio de integro collocandum videtur Virgilius lib. 7. Aeneid.* Disfice compositam pacem, sere crimina belli. *Ita esse in omnibus antiquis cod. Pierius testatur. ita etiam est in omnibus, quotquot vidi: quamquam ille fallitur, eò quòd putet* disfice, *pro* disice, *ff geminato scriptum esse, à verbo* disiicio, *ea gratia, vt concitatiùs enuntiaretur, quòd in aliis plerisque vocibus à veteribus factitatum est. Idem lib. 12.* — ille securi.

Aduer

Aduersi frontem mediã, mentumque reducta.
Disficit, & sparso latè rigat arma cruore. *sic habent libri vet. omnes: quorum nonnulli in interstitio supra eam vocem habent, in*, diuidit: *in vulg. est*, Disiicit. *Reponenda quoque est hæc vox apud Valeriũ Maximum duobus locis: vnus est lib. 3. cap. Qui à parentibus claris degenerauerunt. in quo de Q. Fabij Maximi filio, cui bonis à prat. vrbano interdictum fuerat, ita scribit*, Dolenter enim homines ferebãt, pecuniam, quæ Fabiæ gentis splendori seruire debebat, flagitiis dissici. *Sic scriptum reperi in duobus antiquissimis & optimis exemplaribus: sic in suis quidam alij se reperisse testati sunt: in his Pighius, quamquam nemo, quod sciam, verbi originem, aut vim explicauit. Dixit autem* pecuniam dissicere, *eadem translatione, qua Catulus in Cæsarẽ.* Paternã primùm lancinata sunt bona, *& Plautus in Sticho*, lacerare rem suam: *quod idem genus loquendi Sallustius vsurpauit. in coniurat. Catil.* Nã quicumque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, vẽtre, pene, bona patria lacerauerat, *&c. Sic ferè libri vet. Nam vulgò legitur* dissipauerat. *Atque hic Valerij locus me induxit ad conatum emendandi locum veteris poetæ apud Cic. in oratione pro M. Cœlio, quo loco patres ex comœdiis excitat. Apud poetã igitur illum comicum, Cæcilium fortasse, pater vehemens & durus, filium dissolutum & perditum his obiurgat verbis*: Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti? cur alienam vllam mulierem nosti? dede te, ac disiice: per me licebit: si egebis, tibi dolebit: mihi sat est, qui ætatis quod reliquum est, oblectẽ meæ. *Quæ postrema verba, etsi bonam sententiam habere videantur, ea tamen vti corrupta existimem, adducor ex eo, quòd in vetustis libris aliter concepta sint, nempe in hunc modum*: dede ac disce : *quod & Dionys. Lambinus in suis notis iampridem testatus est. vnde coniicio legendum*, dede, ac dissice, *id est, rem tuam dona, at dissipa, disperde, profunde.* Dedere, *autem pro dare, à Plauto, Terentio, Lucretio, aliisq; antiquis auctoribus*

ctoribus vsurpatum est. Hanc verò coniecturam ea, quæ statim sequuntur, adiuuare videntur. Si egebis, tibi dolebit, *&c. Sic ferè Demea Terentianus, tristis & directus pater, de Aeschino filio cum Mitione, leni & clemente, iurgat:* Profundat, pereat: nihil ad me attinet. *Adelph. act. 1. sc. 2. Atque idem Demea seueritatem, & asperitatem in liberos, quia non bene processerat, omittere, eósque facilitate & clementia sibi in posterum conciliare cogitans, sic loquitur,* Ego quoque à meis me amari, & magni pendi postulo. Si id fit dando, atque obsequendo, non posteriores feram. Deerit: id mea minimè refert, qui sum natu maximus, *alter Val. Max. locus est lib. 8. cap. 15. de cupiditate gloriæ extr.* Illa verò, *inquit*, gloriæ cupiditas sacrilega: inuētus est enim, qui Dianæ Ephesiæ templū incendere vellet, vt, opere pulcherrimo consumto, nomen eius per totum terrarū orbem disiceretur, *&c. sic in duobus illis optimis exemplaribus scriptum est, pro quo editiones omnes, quotquot videre mihi contigit, habent* diffunderetur, *præter Moguntinam, anni Dom.* CIↃ. CCCC. LXXI. *quæ & hic, & aliis in locis propiùs ad librorū manu exaratorum scripturam accedit. In ea autem legitur*, disiceretur. Disiceretur nomen *autem, dixit eadem ferè translatione, quâ Virg. lib. 8. Æneid.* tua terris didita fama. *i. dissipari, vel dispergi. Nam in ea significatione verbum* dispergi *à veteribus vsurpatum fuisse, argumento est locus Isidori lib. 18. vbi de triumphis disserit,* Duobus autem generibus, *inquit ille*, deletur exercitus, aut internicione, aut dispersione. Sallustius, Hostes, inquit, oppressi, an dilapsi forēt. Sic & vtrūque Virgilius, De internicione, —submersásque obrue puppeis. De dispersione, Aut age diuersos, & disice corpora Ponto. *quem locū descripsi ex codicibus man. in quorum vno supra τὸ* disice. *scriptum est*, id est, dissipa. *nam in vulgatis paulò aliter legitur. Ex quo apparet, Isidorum apud Virgilium legisse* disice: *quam lectionem agnoscunt etiam veteres libri, cui tamen vulgatam* disiice, *anteposuerim:*

vim: præsertim cùm aliquot pòst versibus dicat, Disiectam AEneæ toto videt æquore classem. *Reddenda quoque est vox hæc Plauto in Curcu. act. 3.* Clypeatus elephantum vbi machæra dissicit. *sic est in veteribus editionibus. Sic ferè in suo vet. codice Camerarius esse testatur: sic Lambinus ipse reperit: atque ita & à se emendatum esse in commentariis suis mihi ostendit, & se editurum, cùm Plautum edet, asseuerauit: atque ita planè legendum puto: quamuis Festi, & Nonij auctoritas refragari videatur: hic enim ita scribit,* Diligere manifestam habet significationem, vt plerúmque: Diligit, diuidit: Plautus Curcul. Clypeatus elephantum ibi machæra diligit. *quæ Nonij lectio in recentiores Plauti editiones inuasit. Festus autem,* Diligere, *inquit,* apud Plautum inuenitur pro, discindere. *ita puto legendum pro* discedere, *quomodo etiam hic locus adducitur à Camerario. Sed vtriusque tamen libri vereor vt satis emendati sint, atque vt verear, facit, quòd locus ille Nonij in vet. impressis sic vulgatus est:* Desiicere manifestam habet significationem, ac plerumque diligit, diuidit. Plautus Curcul. Clypeatus elephãtum ibi machæra desiicit: *quod me monuit Io. Passeratius, atque etiam illud Nonij,* Rumpere, Rumpere disiicere. Virgi. Buc. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Sic in vet. codicibus scriptum exstare,* Rumpere dissicere. *Sed & Ouidius xj. Metamorph. hac voce vsus est, de Alcyone Ceycis vxore,*

—& nondum totos ornata capillos,
Dissicit hos ipsos, colloq; infusa mariti, &c.

Nam ita veteres suos libros habere quidam testantur. quomodo etiam in iis, quos vidi, scriptum est, præterquã in vno, in quo dissicat, *legitur: atque idem libro 5. de Cerere,* inornatos laniasi: Diua capillos. *Seneca in Agamemn. act. 5. inducit Cassandrã de Agamem. qui tum occidebatur, capite veste obuoluto, hæc dicentem:*

At ille, vt altis hispidus siluis aper
Cùm casse vinctus, tentat egressus tamen,
Arctátque motu vincla, & incassum furit:

Cupit fluenteis vndique & cæcos ſinus.
Diſſicere, & hoſtem quærit implicitus ſuum.
ſic lib. veteres, pro quo impreſſi diſiicere, *de quo à P. Fabro admonitus fui. Sed & in Valerio Flacco, libro tertio Argonaut. hac vox reponenda eſt.* ſocia ſed diſſicit agmina claua. *ita enim libros manuſcriptos habere viri docti teſtantur: quamquàm non intellexerunt, aut ſaltem non explicarunt: vulgò* diſiicit. *Et in Prudentio duobus locis: primus locus eſt in hymno καθημερινῶν extremo:* Tu Chriſte, ſomnum diſsice. *ita liber ſcriptus optimus, ad cuius oram adnotatum eſt,* i. diſsipa, diſperge ſeu, diſcute. *Alter in hymno de D. Laurentio περὶ στεφάνων,* Cùm mẽbra morbus diſſicit. *ita libri vet. quod etiam quidam indicauit: excuſi habent partim* diſiicit, *partim* diſſecat. *Penè oblitus fueram illud Næuij Gymnaſtico*, Saxa, ſyluas, lapides, monteis diſiicis, diſpulueras, *ſic in vetuſtis codicibus ſcriptum eſſe,* monteis diſſicis, diſpulueras, *Apud Nonium* diſpuluerare. *Atque hoc Err. Memmius mihi indicauit. Hactenus Cl. Puteanus. Hæc omnia probo. Sed pro* dede, *malim legi* dide, *quod valet, diſperge, diſſipa. Virg. li. 7. AEn.* Diditur hic ſubitò Troiana per agmina rumor. *& li.* 8. tua terris didita fama. *Lucret. li.* 4. Nunc ea, quæ dico rerum ſimulacra feruntur Vndique, & in cunctas iaciuntur didita parteis. *Sed de hoc verbo plura in commentariis Horatianis. At* dedere, *pro dare, aut largiri, non dicunt Latini. Nam deditio, vt docet Donatus, non vno loco, fit hoſti, & victori, & potentiori. & apud Lucretium,* Dede manus, *valet, fatere te victum, eiuſmodi generis ſunt,* dedita morti corpora: *&* mens in pugnæ ſtudio dedita, *&c.*

22 huic triſti, ac directo ſeni) *ſic eſt legendum, & ita habent lib. veteres, non, vt vulgo*, decrepito ſeni.

23 obſoleuerunt) *ſic habent libri manuſc. & ita legit Priſcian. lib. 9. Hoc eò notaui, quòd nonnullæ editiones habent*, obſoluerunt.

24 ne incurrat in alterius domum, atque famam) *codex vnus Memm. habet*, domum, atque familiam. *ego nihil muto.*

25 nequem interimat) *libri man. tres habent*, nequē vi terreat: *quod probo. neque tamen vulgatam lectionē damno. sed mea quidem sententia, melior est antiqua.*

26 cupiditates deferuissent) *sic habent omnes libri manuscripti, neque video cur hoc reiiciamus, quamuis* deferbuissent, *in omneis libros impressos inuaserit: cū Grammatici veteres obseruarint* à ferueo, *seu* feruo, *præterita esse* ferui, *&* ferbui.

27 sumtus libidinis) *non video quamobrem hanc scripturam in omnibus libris antiquis repertam aspernari debuerim. Nam præter antiquitatem, cuius auctoritas multum apud nos valere debet, hac scriptura multò concinnior est, quàm vulgata*, sumtus, libidines, *&c.*

28 conuiuiorum ac lustrorum libid.) *libri veteres habent*, conuiniorum ac stuprorum libido. *ego nihil muto. existimo enim, hoc* stuprorum, *natum esse ex interpretatione vocis* lustrorum, *ad oram libri adscripta.*

29 Omittendæ sunt omnes voluptates) *non damno lectionem vulgatam: antiquam tamen dissimulare nec debeo, nec possum:* obterendæ sunt omnes, *&c. supra autem, vbi libri vulgati habent*, Atque scitote. iudices, *quamuis editum sit*, Atqui scitote, *qua in vno, atque altero sic scriptum reperi*, Atque, *tamen non minùs probo. scio enim veteres sæpe vsurpasse*, Atque, *pro* Atqui.

30 ludus, iocus, conu. sermo pænè familiarum d. *&c.) sic hunc locum edendum curaui, vt eum scriptum reperi in libris antiquis. Neque multò aliter profert Nonius in nomine* iocus. *Nam apud eum non est vox* pænè, *neque* omnium. *ego tamen vocem* pænè, *retinui, reiecto nomine* omnium.

31 sed etiam procax videatur) *liber vnus antiq. habet*, sed etiam proterua meretrix vid. *quam scripturam ex annotatione natam suspicor, verumtamen iudicet lector.*

32 ad hospitem domini necandum) *sic habent duo codices Memmiani, & ita legendum, non, vt est in vulgatis*, ad hospitē domi necand. *suprà autem, vbi li-*

bri vulgati habent, legatis insidiandis, *ab vno libro admonitus, in quo legitur*, legatis insidiolandis, *reposui* violandis, *doctus quidam tamen ex hac deprauata scriptura antiqua, legendum suspicatur*, legatis per insidias, *seu* insidiose violandis.

33 qui tantum facinus) *ex hoc loco coniiciunt nonnulli suprà quoque legendum esse*, facinus tantum celatum esse Clodiam dix. *vbi habent libri omnes*, facinoris tantum, *&c. Quin etiam infrà non longè admodum ita loquitur, ibi*, Credibile est igitur, tantum facinus, *&c. & iterum*, Cui tantum facinus, cui se, qui salutem suam, *&c.*

34 leuiter ferret,) *quidam libri veteres habent*, leniter ferret, *& suprà, vbi vulgati habent*, actum cùm comperisset, *veteres quidam habent*, actum si comperisset.

35 quónam modo ille furenti fr. s. p. consularis rest. qui consul,] *&c. quidam libri impressi habent*, consulari restitisset, qui consulem, *&c. omnes veteres*, consularis restitisset, qui consulem, *&c. vnde vir quidam doctissimus suspicabatur olim legendum* consularis restitisset, qui consule me. *&c. Deliberandum amplius censeo. mihi properanti non est fas quæ sit verissima lectio, diiudicare, veruntamen quasi prateriens hoc dicam, eam, quã secutus sum scripturam, esse probabilem, & fortasse rectam. significat enim Cicero, opinor, Metellum Celerem, consulem. Afranij collegam, P. Clodio incipienti furere, & facta nefaria in Ciceronẽ molienti, mortem esse minatum. Sed, si ita est, cur P. Clodius, frater Metelli Celeris patruelis dicatur, qui fuerit frater vxoris Clodiæ, quæritur. ego igitur hîc significari arbitror, Q. Cæcilium Metellum nepotem, non P. Clodiũ. Q. Metellum Celerem autem, & Q. Metelli. Nepotem, fratres patrueleis fuisse (non germanos) constat.*

36 nequam vocem eliciat) *nisi in vno codice manuscriptum reperissem*, eliciat, *assensus essem Mureto, qui in libris Var. lect.* eiiciat, *legendum censet. cum quo tamen faciunt duo alij man. Omnino vtraque lectio probabilis est. Nam si* eliciat, *legemus, ad Clodiam referemus, hoc modo, ne ipsa Clodia eliciat vocem aliquam:*

sin, eiiciat, *ad domum, hoc modo, ne domus vocem aliquam mittat.*

37 constitutum esse cum seruis *sic edi malui, quàm, vt est in vulgatis*, constitutum factum cum seruis: *quamquam hanc lectionem non damno. dicunt enim Latini*, constitutum facere. *Licet etiam legere*, constitutum locum esse cum seruis, *vt habent nonnulli codices vulg. Sed omnibus lectionib hanc antepofuerim, constitutum locum esse*, quo serui venirent, balneas Xenias.

38 vt in balneas contruderentur) *liber vnus man. habet* conducerentur. *& paulò antè*, dein eam, *vbi vulg. habent*, deinde eam. *& item infrà paulò plurib. post versibus*, dein id se vidisse dicerent, *&c.*

39 Homines grauitati deditos) *omnes libri veteres habent*, homines temperanteis, *legendum fortasse est*, intemperanteis. *Nam hoc*, grauitati deditos, *non conuenit.*

40 fuerant ad hoc rogati) *libri vulgati habent*, fuerant hoc rogati. *quidam veteres*, ad hoc rogati: *quam scripturam probaui, paucis post versibus, vbi vulgo legitur*, quem? quomodo reprehenderent: illi, quæ quomodo, *&c.*

41 de manibus emiserit) *libri veteres nonnulli habēt*, de manibus miserit: *legendum fortasse est*, de manibus dimiserit. *seu*, amiserit, *quod postremum in aliis man. reperi.*

42 cur nō ipsius cōfessione,) *&c. locus hic clarè restitutus est, vnius literæ detractione, & distinctionis additione. nam, cùm antea legeretur*, cur non ipsius cōfessionem multorum, *&c. ego sic reposui*, cur non ipsius confessione, multorum oculis, *&c. sine controuersia rectè, & germanæ Cicer.*

43 Audita, & peruulgata) *hoc totum*, & peruulgata, *abest à libris man.*

44 ad mulieris libidines & delicias] *liber vnus antiquus habet*, ad mulieris libidinosæ delicias.

45 cupiditas gloriæ,) *vel ex hoc loco intelligere licet, suprà sexta, aut septima huius oratione, pagina, non posse legi*, est eiusmodi cupiditatis, *neque vt vulgò*

eiusmodi cupidus: *sed legendum potiùs vel*, tamen est eiusmodi, *vel*, tamen est ita gloriæ cupidus. *quod postremum tamen minùs probo, quia propriè non gloriæ cupiditatis, sed magnitudinis animi est, de se magnificè cogitare, & sentire, hoc est, μέγα φρονεῖν.*

46 iam ista deferuerint) *sic item hoc loco habent libri veteres omnes, præter vnum, in quo est* deseruerint: *quod arbitror à librario errante scriptum esse pro* deferuerint.

47 hominem sine re, *&c.*) *videtur legendum*, homo sine re, *&c.* inquinatus.

EIVSDEM IN ORATIONEM
PRO CORNELIO BALBO.

1 nihil de more maiorum) *vulgati sic habent*, nihil de memoria, nihil de more. *man. sic*, nihil de memoria, nihil de maiore. *ego sic restituo*, nihil de more maiorum: *quomodo sine dubio est legendum.*

2 omnia, quæ facere vellet] *docti quidam verbum* facere, *delendum putant.*

& prędicatorem, & actorem] *sic habent libri veteres omnes, & ita legendum. nam vulgati habent*, & auctorem *non rectè.*

4 nullius prœlij expertem fuisse) *codex vnus Mem. habet*, nullius periculi expertem fuisse.

5 nisi honos, ignominia putanda est) *quidam libri veteres habent*, ignominia vocanda est.

6 pueritiæ tempus extremum) *codices nonnulli veteres habent*, pueritiæ tempus extremæ.

7 cum fœd. quorum acerr. dilig. est perpendemus?) *sic reposui, libris omnibus reclamantibus*, diligentiam *enim* acerrimam *dicimus, non* acerbissimam: *deinde* perpendere, *pro comparare, seu potiùs*, ἐξετάζειν, *id est, examinare, ex quo*, perpendiculum, *non* pertendere: *quod haud scio, an non sit Latinum.*

8 quasi verò non leuius sit] *approbata Err. Memmij coniectura, sic olim reposui. Nam libri omnes vulg. sic habent*, Quasi verò leuius sit, cùm in tanta rep. versere, & max. negot. præsis, facere aliquid, quod sc. non lic. quàm omnino nesc. quid liceat.

ceat. *Quæ lectio ferri non potest, & pugnat cum sensu Cic. vult enim Cicero esse grauius peccatum ei, qui in rep. administranda versetur, nescire quid liceat, quàm facere, quod sciat non licere: aut certè hoc non esse leuius, quàm illud. At, vt habent libri vulgati, à quibus non discrepant man. planè contrarium dicitur.* Qui enim ita loquitur, quasi verò leuius sit, *&c. ironicῶs loquitur, & tantundem valet, ac si ita loqueretur,* non est leuius: *&c. Qui autem sic:* Quasi verò non leuius sit, *&c. significat leuius esse, vel igitur sic reponendum est, vt olim edidimus, & vt coniecit esse legendum Err. Memm. vel sic,* Quasi verò leuius sit, cùm in tanta rep. versere, & maximis negotiis præsis, omnino nescire quid liceat, quã facere aliquid, quod scias non licere. Etenim, *&c. quomodo nunc edidi. Manet tamen scrupulus ex eo, quòd libri omnes habeant, an omnino, &c. non* quam omn. *Ex quo suspicor interdum, sic esse à Cicer. scriptum.* Quasi verò sit dubiũ, vtrùm leuius sit, facere aliquid, quod scias non licere, an, cùm in tanta rep. versere, & maximis negotiis præsis, omnino nescire quid liceat.

9 Atque, vt ego sentio, iudices, *&c.) huius loci restitutio debetur P. Danesio, quam cùm in codice suo perscriptam haberet Leodegarius Quernus, mecum communicauit. Vtrùm autem ex aliquo antiquo codice sumta sit, an à Danesio excogitata, nescio. Est autem talis,* Atq; vt ego sentio, iudices, causa dicta est temporis magis vitio, quàm vllius Cornelij crimine: de quo plura non dicam ego de huius, inquã genere iudicij plura nõ dicã. Est enim hæc huius, *&c. Non celabo lectorẽ tamen, me in vno codice Lugd. impresso, ita legisse:* Atque, vt ego sentio, iudices, causa dicta est temporum labe magis, quàm vllius delicti crimine. *cetera, vt in aliis vulgatis.*

10 Est enim hæc huius sæculi] *libri veteres habent alio verborum ordine*, est enim hæc huius sæculi quædam macula atque labes.

11 huius præsens, experta] *vox* præsens, *abest à libris*

libris veteribus, ego puto aliud nomen deesse tale, quale est virtus. *Nam si quis dicat,* virtus, *repeti τὸ ἀπὸ κοινοῦ durius culum est.*

12 extremũ laborem] *sic Virgil. in Gallo,* Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.

13 iuris sui libertatem] *libri veteres habent,* fœderis sui libertatem.

14 qui multis præmiis præpositis] *Sic legendum est,* qui multis præmiis propositis, *inquam, non vt vulgò,* qui nullis præm. prop. *Quod facilè intelliget, qui attentè leget, & qui videbit argumentum esse à maiore, hoc modo, Si multis præmiis propositis paucissimi reperti sunt post homines natos, qui se pro patria in discrimen vitæ offerrent, quantò pauciores reperiẽtur, qui nullo præmio proposito, pro aliena rep. dimicare velint?*

15 neque quidquam illis verbis, nec si quid sacros.] *locus obscurus, &, vt arbitror, deprauatus: & tamen multò melior ex veterum librorum scriptura à nobis factus. hæc verba autem,* nec, si quid sacrosanctũ esset, *ad illa superiora referenda sunt.* Exceptum est, *inquit,* fœdus siquidem sacrosanctum est. *& ad illa,* Quid fuit in ea rogatione, *&c.* in qua aliquid sacros. videretur? *Porrò autem licet etiam legere,* & si quid sacrosanctum esset *seu,* &, si fœdus sacrosanctũ esset, *&c. seu deleta copula* &, si fœdus sacrosanctũ esset, *&c. eadem sententia. nam in illo,* nec si quis sacros. *duæ negationes magis negant, more Græcorum. Omnino malim legi,* si fœdus sacrosanctum esset, *&c. seu,* nec, si fœdus sacros. esset, *&c.*

16 duo lumina nostri imperij) *omnino ita legendum est,* duo lumina nostri imperij, *& ita olim quoque edi iusseram: sed operæ librariæ mihi obtemperare noluerunt, vt apparet. neq; verò me mouent veteres codices, qui cũ vulgatis consentiẽtes, habẽt,* duo fulmina nostri imperij. *quid enim sibi vult,* fulmina imperij? *aut quid valet? nã quod Virgilius dixit,* duo fulmina belli, *quid simile?* fulmina belli, *grauiter, & ornatè dictũ,* fulmina imperij, *non conuenit. Præterea* lumina exstingui, *&* occidere, *conuenit;* fulmina, *nõ itẽ.*

17 fœ

17 fœdus icisse dicitur) omnes libri man. habent, fœdus fecisse dic.

18 per populum, plebémve sancitum est) libri veteres habent, sanctum est.

19 comiter conseruanto) cùm in veterib. codicib. reperissem partim conseruant, partim conseruat, ego edendum curaui, conseruanto, vt referatur ad Gaditanos. licet etiam legere, cõseruato, vt referatur ad populum Gaditanũ, pro quo vulgati habent conseruent. minùs eleganter, minùsque vsitatè. Nam hoc modo legis verba concipiebantur, per imperatiuorum futura. Eadem opera, infrà proximè pro eo, quod libri vulgati habẽt, verbi genus hoc conseruandi, restitui, certa, & inexpugnabili coniectura fretus, verbi genus hoc, CONSERVANTO. nam conseruandi, ferri non potest: & miror neminem hoc adhuc animaduertisse: cùm verba Cic. ostendant, legendum conseruanto. Quid enim absurdius, quàm dicere, verbum conseruandi, esse imperantis? At contrà verbum conseruanto, esse imperantis, vident omnes etiam lusciosi. Præterea, non dicit Cicero, verbum conseruandi, sed verbi genus hoc conseruandi, siue potiùs, vt ego legendum contendo, conseruanto. Verbi genus hoc autem, i. hic verbi modus. Quòd si voluisset dicere, quod isti linguæ Latinæ imperiti opinantur, verbum conseruare dixisset, vel hoc ipso modo, verbum hoc conseruare. vel, verbum hoc conseruandi, vel hoc verbum conseruo. nunc autem cùm dicat, verbi genus hoc, necessariò dicendum est, ab eo scriptum esse, verbi genus hoc conseruanto, seu conseruato. Id quod declarant ea, quæ antecedunt. Id habet hanc vim, &c. quia scilicet hoc imperatiuo modo populus Gaditanus iubetur popu. R. maiestatem conseruare. & quod sequitur deinceps, primùm genus hoc verbi, conseruanto, seu conseruato, quo magis in legib. quàm in fœderibus vtimur, &c. Quis non videt ex his Ciceronis verbis vtrobique legendum esse conseruato, seu conseruanto? Quis enim nescit, veteres Romanos in legibus conscribendis, imperatiuo modo vti solere? Siquis dubitet, legat leges XII. tab. legat librum Marc. Tullij de

legib.2.& 3. nonnulla edicta prætorum. Omnino qui hanc esse veram scripturam negabit,& vulgatam tuebitur:fateatur se esse aut hebetem,& literarum Latinarum rudem,aut maleuolum necesse est.

20 imperantis est:non prec.) hæc verba vincunt suprà vtrobique legendum esse conseruanto.

21 in quo erat accusatoris,&c.) videtur hic aliquid deesse,aut certè ita legendum: In verbo comiter, accusatoris inter,erat in d.responsione,&c.

22 verè posse responderi) cùm in vno codice man. reperissem scriptum, verè posse conditi, ego ex hac deprauata scriptura,verè posse respõderi, reposui:quæ lectio confirmatur iis, quæ statim sequuntur, responderem,legem,&c. vulgata autem, verè posse dici, mihi nullo modo probatur.

23 huic generi legũ fundos,&c.] secutus sum veterum librorum auctoritatẽ in hoc quoque loco mutando. neque verò dubium est,quin ita sit legendus. Licet tamẽ etiam legere nõ tam remotè à scriptura vulgata. sed addita præpositione de,tantùm,de hoc genere legum, &c. quid autem hic dicat Cicero, & quamobrem hæc antiqua scriptura præstet vulgatæ,facilè intelliget, qui, quæ suprà de populis fũdis à Cicerone dicta sunt,teneat.

24 omni sanctiorem Marte) quid hoc est,omni sanctiorẽ Marte? quis ita loquitur:aut quorsum hic Martis nomen? Ne multa, legendum arbitror, omni sanctiorẽ ara, i.inuiolabilissimã. Nata est errati causa ex geminatione literæ m,postremæ literæ vocis antecedentis sanctiorem, cùm scriptor librarius, pro sanctiorem ara,fecisset sanctiorem mara. hinc factum,sanctiorẽ marte, ab aliquo semidocto: & fortaßis à docto, vt à N.& P.& similibus,sed non satis animum ad sententiam aduertentibus. Cùm hanc emendationem,vnà cum illa superiore conseruato seu conseruanto, amico cuidam meo specioso & forensi, qui postea declarauit,se ingenio esse vario,& multiplici (nam de doctrina nihil in præsentia dicam, nisi quòd quæ videtur doctrina, ea iudicio multorum multò plus habet verborũ, & pompæ, quàm rerum ac veritatis) quia hanc orationem explicabat, bene de eo merendi studio, imperti-

uissem:egregius ille vir, quem sperabam mihi continuò gratias acturum vt aliquis esse apud suos videretur, hanc veram lectionem improbauit, & vulgatam tutatus est. Quod cùm miratus essem, nihilq; mihi iampridē magis præter expectationem accidisset, non dubitaui, quin statim eam amplecteretur: vbi me opinione falsum esse cognoui, suspicans multos eius similes posthac futuros, quibus, vt ægris, & febri laborantibus dulcia videntur amara, ita hæ vitiosæ, & vulgatæ lectiones magis placent, quàm germanæ Cic. hunc errorem hominibus eripiendum esse existimaui. Ac de superiore quidem emendatione nihil amplius, quàm quod à nobis scriptum est, mihi scribendum esse visum est. Satis enim ostendimus, vulgatam scripturam ferri non posse. Nunc doceamus neque hanc, omni sanctiorem Marte, *tolerari vllo modo posse. Dico igitur primùm, Latinè dici non posse,* omni Mars: *vt neque* omnis Socrates, omnis Plato. *omnis enim, non potest cohærere cum propriis nominibus, sed cũ appellatiuis tãtùm, vt,* omnis Deus, omnis homo, *&c. Deinde hæc hyperbole,* Marte sanctior, *est inepta. nam cùm Mars sit, vel Homeri testimonio, Deus insipientiss. dixisset potius,* Ioue sanctior, *aut (idq; melius)* Deo sanctior. *Sed attēdat lector, quid ille præclarus auctor responderit: Mars, inquit, Romanorum pater est. præterea centurio ille, qui fœdus cum Gaditanis fecit, L. Martius appellabatur. Ideò ad Martij nomen alludens Cicero Marte sanctiorem dixit speciem illam fœderis Gaditani. O ingeniosum, & argutum hominem! Atqui, vt taceam quod iam dixi,* omni Marte sanctiorem, *Latinè dici non posse, hoc dico: non solùm Iouem Romanis fuisse Marte sanctiorem, verùm etiam Iunonem, Palladem, Apollinem. Præterea cùm Mars Deus sit violentissimus & iniustissimus, & inconstantissimus, quamuis sit Romanorũ pater, sanctitatem tamē, nisi, quia ratione Deus est, minimè omnium deorum ei conuenire, aut certè aliis magis, quàm Marti. Præterea cùm loquatur hic M. Tull. de Gaditanis; eisque dicat, vt quidem vulgò scribitur, hanc speciem fœderis Gaditani semper quouis Marte sanctiorem duxisse:*

quid attinet hîc proferre Martem, Romani generis esse auctorem? Quid tam alienum fingi potest? Quare perspicuum est, hanc hyperbolem esse ineptam, frigidam, ac putidam: neque verisimile est, eã Ciceronem esse vsũ, quòd siqua hyperbole vti voluisset, hac potiùs vsurum fuisse, omni deo sanctiorem. Iam centurio ille, non Martius, per t, vt ille imperitè existimat, sed Marcius, per c, appellabatur. Quin nemo vnquã Romanus Martius, per t, dictus est, sed Marcius, potiùs per c: Simili ignorãtia nuper in alia quadã Ciceronis oratione asseverabat legendum, Decius Brutus: cùm pueri sciant, Brutos esse Iuniæ gentis, non Deciæ: & Decimum, esse nomen. Decimum autem, Brutorum quorundam fuisse prænomen. At dicimus, Mars communis, &, nostro, meo, tuo Marte Quid ad rem? Mars communis, prouerbij locum obtinet, quo significamus, incertam esse belli aleam. nostro Marte, etiam oratoribus vsitatum est, eoq; vtimur, cùm significamus, nostris opibus ac viribus. Hæc nihil habent cum sanctitate commune. At hîc Marte, pro lege belli positum est, inquit ille. primum demus ita esse: quod tamen est falsum. quid? lex belli, nonne mera iniuria est? præterea lex belli vbi locũ habet, nisi in bello? Atqui hîc de fœdere agitur: quod est vinculum pacis. Quare discat homo plus nimio confidẽs, atque arrogans, & cedat melioribus.

25 multò antè Gadibus inaudita) sic habent omnes, quos vidi, libri veteres, neque dubium cuiquam debet esse, quin ita sit legendum. inaudita autem, participiũ est, à verbo inaudio: ne quis putet esse compositum ex in, & auditus: quod significat, non auditus: vt supplicia inaudita, scelera inaudita, id est, non audita. hoc loco autem inaudita, idem ferè valet, quod audita. quod cùm scioli non intellexissent, ex eo fecerunt, iam audita: quod reperitur in libris vulgatis.

26 & huius ciuitatis honore dignissimum] scripturam adiuui. nam cùm reperissem ita in libris antiquis scriptum, & ius ciuitatis honore digniss, vulgatam autem lectionem, ferri non posse, & ius ciuitatis, honorem dignissimum (nam primùm de

cuius ciuitatis iure sentiat, non aperit. deinde honos dignissim⁹, *quid valet? ego ex ius, fici*, hui⁹: *in ceteris, scripturæ veteris fidem atq; auctoritatem sum secutus.*

27 inueteratam quondam barbariam) *legendum fortasse*, quandam, *non* quondam.

28 vt ex nobilissimo ciui sanctissimum hospitem] *sic habent omnes libri veteres: nihil prorsus de meo addidi nihil detraxi. quæ lectio, quantò præstet vulgatæ*, vt nobilissimum, & sanctiss. hospitem, *vsque adeò hebetem puto esse neminem, quin intelligat.*

29 Heraclienſium legionem] *nihil me quidē in hac scriptura offendit, præter numerum, & multitudinem. Sed tamen antiquam scripturam ponam in medio, quæ talis est*: Meracles vnalexam. *vnde, quid siquis faciat*, Heracleenſem Alexam? *Iidem libri infrà, vbi vulgati habent* lx nouem *literatè scriptum* .lx. *in quo dubitari potest, fueritne principio scriptum* lx. *& inde factū sit* ıx. *an contrà. idem paulò post, vbi vulgati*, Aletrinē-ſem, Auenienſem.

30 & Mamertinos Ouios) *sic hunc locum emendat Bucananus, cùm in libris omnibus vulg. & man. quos quidem viderim, ita legatur*, Nam & Gaditanum Asdrubalem ex bello Africano, & Mamertinos obuios, & quosdam Vticenseis, & Saguntinos fabros ciuitate donauit. *his autem verbis suam emendationem probat Bucananus. Vox* obuios, *hic procul dubio locum non habet. Neque dubito, quin pro eo substituēdum sit*, Ouios. *Ouiorum enim familia in primis clara erat apud Campanos, vt ex T. Liuij libro ix. & ex historia belli Punici secū li facilè intelligi potest. Porrò Mamertini coloni erant Campanorum. nam Campani milites Messanam in præsidium missi veteribus incolis expulsis, sese Mamertinos dixerunt, vt scribit Polybius libro 1. Itaque non mirū si multa veterum è Campania familiarium nomina ibi resederint, quale Ouiorū: ab oue enim multæ ex veteribus cognomento fuerunt appellatæ, vt præter eam, quam dixi, apud eosdem Campanos Offillij, pro Ouilij, & Romæ, Ouinij. & Fabius Ouicula, & in Pelignis Ouidij, quòd ab ōīō ī ov declinatum videtur.*

31 Itaq; & sibi vndique forteis viros] *satis feliciter* (*non enim dicam ingeniosè*) *hunc locum restitui. Nã cùm & lectio vulgata:* Itaque & ciueis vndique forteis viros, *&c. me semper hic offendisset, & in vno libro man. reperissem scriptum*, ciui vndique: *ego qui & scirem* u, *pro* b, *librarios illos scribere interdum solitos, & viderem sententiam, vt* sibi, *legatur, postulare, ego ex* ciui, *feci* sibi.

32 mente domestica & ciuili precarentur) *libri veteres habent* precaretur, *vt referatur ad sacerdotem ciuem, Tum suprà ijdem libri habent* diligerent, *vbi vulgat.* deligerent. *ego tamen si Festum sequi vellemus*, dilegerent, *reponendum censerem.*

33 in omni parte or. suæ arte adspergi.) *vocem* arte, *natam esse ex nomine parte, docti quidam suspicantur, neque putant esse Ciceronis. Alij legendum existimant, vt habent nonnulla editiones*, in omni parte orationis, summa arte adspergi vi.

34 non illo inimico] *sic legendum, non* inimico, *vt habent libri vulg.*

35 munus hoc meritò) *malim legi* meritum, *paulò antè, vbi vulgati libri habent*, vestrisque discordiis, *ego aliquot libros veteres secutus*, nostrisque *reposui.*

36 ab hoc impari certamine) *antiquam scripturam adiuui, quæ talis est*, ab hoc imperito certamine. *nam vulgata*, ab hoc improbo cert. *non placet: & videtur Latinis auribus inaudita. hæc autem*, certamen impar, *seu* inæquale, *vt & illa*, certatio iniqua, *vsitatissima & probatissima est. coniecturam meam adiuuat id, quod sequitur*, atque iniusta cõtentione. iniusta *enim, id est, iniqua, inæqualis.*

37 sed de periculo suo, de publ.) *malim legi*, sed periculo suo, de publico iure, *&c.*

EIVSDEM IN ORATIONEM DE PROVINCIIS CONsularibus.

1 Sed etiam castris Threciis) *libri veteres partim sic habent*, Threciis, *inquam, partim* Threicis.

2 nefa-

2 nefariã turpitudinem depulisse] *vox* nefariam, *abest à duobus libris man.*

3 sumtibus bellorum maximis) *libri veteres habēt*, sumtibus, bellisque maximis) *quomodo & in nonnullis impressis vidi.*

4 vtrùm posterior, an infelicior] *sic habent libri veteres*, vtrùm posterior, *&c. quod probaui equidem olim, repudiata vulgata lectione*, vtrùm deterior: *quæ sine dubio ab iis supposita est, qui sæpe fecerunt intelligendo, vt nihil, aut parum intelligerent. sed hanc quoque scripturam corruptam esse arbitror, & legendum* proteruior. *vsus est eodem nomine ora. in Piso.* nhil isto proteruius, nihil nequius.

5 thracem aliquem) *malim legi*, thręcem aliquē, *vt habent libri veteres, quibuscum facit Pompeius Festus, his verbis*, Thræces, gladiatores à similitudine parmularum Thraciarum. *Per* thræcem *autem*, *hic significari gladiatorem constat, vt apud Hora. epist.* 18. *li.* 1. ad imm.

Thræx erit, aut olitoris eget mercede caballum. *Comparabatur Threx, siue Thræx, siue Thrax cum mirmillone. Cic. Philip.* vj. *de L. Antonio*, Tātumne sibi sumsit, quia Milasis mirmillo thracem iugulauit familiarem suum? *Omnino* threx, *potius scribi debet, sine diphtongo.*

6 hos perire patiemini?) *lib. mā. habent* patiemur. *ego tamen nihil muto.*

7 & has dupliceis pesteis) *non putaui mihi fas esse omnium cod. veterum auctoritatem negligere, ac reiicere, qui sic habent* dupliceis, *non* publicas.

8 quibuscū iam in exostra] *sic legendum est, & ita est scriptum in cod. antiq. est autē* exostra, *pars scenæ, seu machina, qua, quæ intus geruntur, rotis circumactis, spectatoribus patefiunt. lege Iulium Pollucē. Cùm iam edidissem, & superiora illa sex abhinc annos scripsissē, P. Victor. prodierunt libri posteriores Var. lectionum, quorū xxx. c. vlt. scribit ille duobus nominib. eundē scenæ locū fuisse appellatū, exostrā, & orchestrā de exostra, Polybiū: de orchestra, Ciceronē testē citat ex hoc loco. Sed fallitur.*

9 An non Ti. Gracchus, &c. tantum laudē) *tantam, quantam M. Lepidus. quidam legunt*, eandem laudem, *quod idem valet. hoc autem ordine debent hæc verba legi, vt iam ostendemus.*

10 qui triumphasset] *hic ordo sententiarum, & periodorum integrarum erat perturbatus: ergo in ordinem redegi, hoc tantùm. præter codicum autem duorum auctoritatem, qua fretus ordinem vulgatorum immutaui, adiuuit me ratio. Nam exemplum Ti. Gracchi, quemadmodum & M. Lepidi pertinet ad consilium inimicitiarum reip. causæ ponendarum. Quare ea coniunctim legi debent: & locanda sunt post illa.* Quid si ipsas inimicitias, &c.

11 vt nemini vllo ex bello) *libri veteres habent*, vno ex bello, *quod proba.*

12 & cuius sententia primùm dupl. est supplic. consularis) *vox* consularis, *videtur inanis, & ideò delenda.*

13 perfecta reip. tradat?) *sic habent omnes libri veteres, & concinnior est hæc lectio, quā vulgata* tradātur?

14 contriuit, contudit, domuit] *libri veteres habent* conterruit, *pro* contriuit, contudit *autem edē dum curaui, pro* compulit, *quod in veteribus libris duobus scriptum*, contulit, *repert.*

15 ad renouandum bellum reuirescent] *nihil hac scriptura incorruptius, nihil integrius, non celabo lectorē tamen, in libris man. scriptum esse* reuidescent. *vnde quidem suspicantur legendum*, reuiridescent. *cuius verbi vsus mihi est incognitus, atque adeò inauditis.*

16 cui non possit intercedi, &c.) *locus suspectus: quem quidam sic legi volunt*, quam esse legem neget, & cui possit intercedi: quæ pars prouinciæ sit, & qui non possit intercedi, hanc se auellere, *& cæ. præterea in libris man. scrip. non est*, dissidere, *neque aliud pro eo verbum.*

17 Atqui mihi nihil videtur magis, &c.] *in libris ma. sæpenumerò hoc obseruatum est* minùs, *pro* magis. *& contrà* magis, *pro* minùs, *à librariis esse positum. Ergo hic item* minùs, *pro* magis, *fuerat scriptum.*

18 nouis

18 nouis rebus ornatus) *legendum fortasse est*, nohonoribus orn.

19 ius coniuncti tamen amicitia maneremus] *nihil hoc loco videtur esse integrius vetusti tamen codices habent*, coniuncti tamen amicitiam amaremus: *quos non sequor: Verùm putauerim legendum*, cõiuncti tamen in amicitia maneremus.

20 quo principem ciuem, suũ generum] *libri man. habent*, quo principem ciuium, *&c. ego nihil muto.*

21 nihil est, quod non irritum] *vel sic legẽdum, vel*, nihil est, quod ratum, *&c. nam lectio vulgata*, nihil est quod irritum, *ferri non potest.*

21 censorium iudicium, ac notionem] *quidam legi volunt*, ac notationem, *& ita sæpe appellatur animaduersio censoria, potiùs quàm notio: quamquam vtrumque reperitur vsurpatum, cùm de censorum animaduersione verba fiunt.*

EIVSDEM IN ORAT. IN L. PISONEM.

In hac oratione tametsi neque nos deficerent codices veteres & Memm. *& alij, tamen Faerni emendationes in plerisque locis secuti sumus, qui & ipse optimos codices secutus est, & mirus fuit vera, & recta scripturæ ex antiqua deprauata coniector.*

1 induxit) *delendum curaui hoc totum*, in fraudem. *quod libri vulgati habent antè* induxit. *& suprà, vbi libri vulgati habent*, in errorem impulit, *ibi, secutus man. iussi excudi*, in fraudem impulit.

2 quam cum Antonio commutaui] *sic legendum, non, vt habent libri vulg.* communicaui.

2 deberi à populo Rom. dixit] *ex nostris cod. hoc ex Memm. sic reposuimus. nam vulgati, à quibus non discrepat exemplum à Faerno emendatum, habent, deberi à rep. Videtur autem A. Gellius lib. 5 cap. 6. hac spectasse, vbi ita scribit.* Hac corona ciuica L. Gellius, vir censorius in senatu Ciceronem consulem donandum à populo Rom. censuit.

Ex quibus verbis quidam hîc legi volunt, vir censorius,*pro* vir clarissimus.

3 Compitaliorum dies incidisset]*sic legendũ, non* Compitalitiorum:*& ita habent etiam nostri cod. Compitalia enim dies festus est vnus:ex quo ludi Compitality nominati.*

4 notionémque censoriam) notationem, *legendum potius videtur*, notionem, *tamen habent omnes libri & manuscripti & impressi:quos quidem viderim.*

5 egere, foris esse Gabinium]*hic locus integer est, & ab omni mendo purus. Quare delendus asteriscus,qui huc appingitur in libris vulg.dicitur autem foris esse debitor,qui latitat,neque facit sui conueniendi copiam.*

6 Interire patriam]*legendum putant quidam*, interimere patriam. *quibus propemodum assentior.*

7 quis hoc fecit vlla,*&c.*]*sic habent omnes libri man.& omnes item vulgati,nisi qui sunt inquinatissimi,& mendosissimi & multos abhinc annos impressi, Quin domi habeo Ciceronis scripta à Colinæo typis excusa anno* CIↃ. IↃ. XLIIII. *in quibus planè impressum est*, Quis hoc fecit,*&c. Quare nihil hic cuiusquã opus fuit emendatoris opera. Hoc cò dico, quòd Ad. Turneb. hunc locum admonet sic esse legendum, actum agẽs, quod multis locis facit.*

8 ego istius pecudis ac put.canis).*Assentior nunc P. Fabro Tolosano, viro doctiss. qui hic legendum existimat*, putidæ canis,*non, vt vulgò*, putidæ carnis,*quãuis olim aliter senserim Qua de re lege eius Semestria, libro primo capite xj.*

9 quem in hoc animali,*&c.*)*sic omnes quidem habent libri:sed Isidorus in voce* maialis,*legit hic*,in hoc maiali.*sic igitur restituẽdum censeo,libris omnibus inuitis.est autem* maialis.*porcus castratus.*

10 barbaro Epicuro]*Faernus legit* barbaro Epicureo. *ego* Epicuro *malo,præsertim cùm ita habeat Mẽ. codices:& ratione quoque hæc lectio confirmetur. Nam barbarum Epicurum dixit propter Epicurum Athen. Gargettium.* barbarum *autem, i. Romanum, seu Latinũ: sic enim sæpe Plautus. vel dic* barbarum, *i. Semiplacẽti-*

tinum, & brachatæ cognationis. postremò infrà eodem nomine appellat, ibi: confer nunc Epicure noster. *Appellat scilicet Epicurum, Pisonem: tanquam voluptatis laudatorem: barbarum, vtpote Semiplacentinum, vt distinguat ab illo Gargettio, & Attico Epicuro. Proximè autem, vbi vulgati habent* laternario, *Faernus testatur scriptum esse in libris veteribus* lanternario: *nos in nostris partim* lanternario, *scriptum reperimus, partim* lantumario. *Vnde doctissimi quidā viri legendum existimant* lautumario, *&* lautumarium, *interpretantur, carceris colonum, & quasi carceris habitatorem. Ego non video, quomodo* lautumarius à lautumia *fingi possit. Putarem* lautumiarius *potiùs esse dicendum. quod tamen non puto, cùm siue* latomia, *siue* lautumia *dicatur à Latinis, nomē sit Græcum: à Græcis nominibus autem talis deriuatio fieri non possit. Veruntamen hac de re iudicent eruditi. Vt autem ad* laternarium *redeam, puto hanc vocem retineri posse, vt per* laternarium Catilinæ, *cinædum Catilinæ intelligamus significari, quasi Gabinius pudicitiam suā Catilinæ prostituerit. Nam pueri catamiti, faceis præferebant amatoribus, & prælucebant, vt cùm ex alijs scriptoribus, tum ex Plauto intelligere licet. Hoc maledictum autem in Gabinium conuenire declarant alij loci, quibus Catilinam eius virum & Gabinium, saltatriculam tonsam appellat. & ea, quæ attribuit Gabinio, infrà proximè, cymbala & crotala.*

11 in portu collocassem] *Fortunatianus lib. 3. Rhetoric. legit,* in portum collocassem.

12 Quod quidem istius in illis reip. luct. sympo-sium) *vocem Græcam* symposium, *quæ hîc reperitur in in aliquot libris manusc. deleuerant nescio qui homines Græca verba, vel vt scopulos fugientes, vel vt maculas, è libris delentes. Eam vocem igitur nos restituimus. Sed, vt dicam quod sentio, malim sic legi,* Quod quidem istius in illis reip. luctib⁹ cōuiuiū quasi aliquod Lapitharū, aut Cētaurorum simposiū ferebatur.

13 His tu, Clodiana canis, insignibus) *sic hunc locum emendaui, parua immutatione facta, Pisonem*

autem Clodianum canem appellat, quia more canum Publio Clodio tribuno pl. adulatus sit, vt prouinciã, quã vellet, obtineret, pecuniamq; publicã exhauriret, profunderet ac dissiparet.

14 arma in templum Castoris) *sic legendum libris omnibus inuitis. quamquam ita postea impressum reperi in nonnullis vulg. alij habent,* arma in templo Cast. *mendosè.*

15 mira populi R. æquitas erat.) *sic legendum, non, vt vulgo,* mira reip. æquitas erat, *&c.*

16 idémque in Italia) *legendum fortasse est*, itémq; in Italia.

17 at omnibus optimis) *sic habent omnes libri & man. & vulg. quos quidem viderim: vidi autem quamplurimos. Et tamen Adr. Turn. in libris aduersariorũ, hunc locum sic esse legendum admonet, quasi corruptũ.*

18 consentiente, atque in vna voce, *&c.*] *duas voces,* populo R. *fidẽ antiquorum codicũ, & Faerni sententiam secutus deleui. appellat autem consentientem, & vnã vocẽ, non discordẽ, non discrepantẽ, ὁμοφωνοῦντα.*

19 non, vt tu insuber) *approbata Adr. Turneb. coniectura, qui ex* insuper, *fecit* Insuber, *sic edendũ curaui,* insuber, *inquã repudiata vulgata, cuius, vt audio, Naugerius auctor est* nuper. *Quod verbum conuenit illis maledictis, quæ solet M. Tull. conijcere in Pisonem,* paterni generis oblite, materni vix memor, *&c.* Semiplacẽtine, *&c.* Mediolanensi præcone, auo tuo vix dignum, *&c.*

20 duos de lapide emtos.) *Sex. Atilium Serranum, & Numerium Quinctium significat.* de lapide emtos *autem dicit, quia sese, silentiumq; suum P. Clodio vendiderant, respexit ea, quæ à præcone in auctionibus proclamantur, ac venduntur.*

21 nos diribitores, *&c*) *sic legendũ, & ita emendarunt viri doct. iss. auctoritatem codicum veterum secuti.*

22 ex hara producte, non ex schola) *Hunc locum prefert Nonius in nomine* hara.

23 appellatus est hic vulturius) *producit testem hunc locum Carisius lib. 1. in nomine* vulturius, *hoc* mo-

modo, vulturius illius prouinciæ, *significãs hac verba*, illius prouinciæ, *cohærere cum voce* vulturius, *& non cum voce* imperator. *Per* vulturium *autem, vult intelligi Cicero expilatorem & direptorem. idem ibidẽ alium ex eadem oratione locum profert, qui hodie non reperitur*, Scaurus Vulturius reip. *suprà autem non longè* consulari, *reposuimus pro eo, quod est in libris vulg* consularis, *manuscriptos secuti. nam*, consularis *refertur ad vocem* imperio, *& respõdet illi alteri* prætorio, *vt rectè animaduertit Faernus.*

23 & amicos tuos plus habuisse] *qui hunc locum attentè leget, sic esse legendum, vel inuitis libris omnib. quemadmodum edidimus, iudicabit: non, vt est in libris vulg. & alijs* an amicos tuos, *&c.*

24 videri pudentiorem fuisse) *sic habent omnes libri non solùm man. verùmetiam vulgati, & à Manutio, Iũta, Colinæo, Frobenio impressi. Itaque miror, quamobrem Turnebus noster, sic esse legendum admoneat, & vbi aliter legerit, habuit scilicet, vt credibile est, codicem aliquẽ corruptissimum in quo legebatur*, prudentiorem.

25 etiam si in Falaridis tauro) *hunc quoque locum profert Carisius in nomine* Phalaridis, *quod apud eum scribitur per F.*

26 nota inusta à senatu) *sic restituit Faernus, cùm scriptum reperisset in veterib. cod.* nota inusta senatus.

27 non secus ac de teterrimis hostib.) *nihil muto, quamuis testetur Faernus scriptum esse in suis lib. antiq.* acerrimis hostibus. *Nam & teter hostis, grauius dictum, quàm* acer: *& in Orat pro M. Cælio ita est locutus*, Quis tetrior hostis ciuitati?

28 quid est aliud furere, non) *à libris veteribus abest particula* nisi : *quæ est in vulgatis, sed (fatendum est enim) seruiui olim semidocti, qui, detracto* nisi, *non intelligerent hoc loquendi genus elegantissimum, & antiquissimum : nunc autem, hac editione, funditus deleri iussi.*

29 cruentare corpus suum, leue est) *sic restituit hunc locum Faernus, & rectè. Nam qui, non restitutis his duabus vocibus*, leue est, *quæ non sunt in vul-*

vulgatis, aliter emendare conati sunt, operam luserunt.

30 cùm partim eius prædæ) *Faernus admonet in libris antiquis scriptum esse,* cùm partem, *&c.*

31 sponsione me, ni Esquilina introisset, homo, *&c.) Si hoc solùm profuissent libri vet. quibus Faernus vsus est, quod ad hunc locum restituendum adiuuerunt: & Faerno maxima gratia deberentur, & codices illi quantauis laude essent dignißimi. Cùm igitur ex hoc loco, tum ex infinitis aliis intelligere licet, quantum tribuendum sit antiquitati, non ideo illi antiquitati penè recenti, patrum, & auorum, & proauorum nostrorum, qui incorruptam illam & sinceram antiquitatem corruperunt, ipsi in summa ignoratione literarum versati sunt, sed illi vltimæ, vnde quantumcunque nunc bonarū literarum nostra ætate remanet, profectum ad nos peruenit. Quid sit autem sponsione lacessere, & quomodo hæ sponsiones conciperentur, suprà docuimus in notis ad Quintianam.*

32 aut vestrûm quisquam audierit) *Faernus testatur verbum* audierit, *reperiri quidem in codicib. man. sed sibi videri otiosum esse: cui quamuis assentirer, delere tamen olim non sum ausus: sed nunc tandem audendum est. deleto autem repetendum erit ἀπὸ κοινοῦ,* scire debuerit. *Præterea vocem* quidquam, *quæ necessaria est, & quæ reperitur in aliis libris emendatis, restituim⁹, vt legatur,* aut quidquā ad rē pertineat, *&c.*

33 tegere atque celare cupid. f.) *libri vulg. habent,* tegere atque velare, *Faernus testatur in suis lib. mā. esse scriptum,* atque celare; *quos secuti sumus: nonnulli ex nostris vulgatā lectionē tuētur: quæ quāuis quibusdā probabilis videatur, nos tamē antiquā magis probamus.*

34 sic est leui animi, *&c. Faernus legendum putat,* sic est læui animi, *i. sinistri, stolidi, infelicis: quæ malo, quàm, quod est in omnibus libris,* leuis: *verùmtamen puto delendā vocem siue* leuis, *quæ vix est in libris antiquis, & vulgatis, siue* leui, *quam substituit Faernus. planè enim otiosa est: & credibile est additam esse propter vocem* leuitatis, *quæ antecedit. sic igitur hic legendum puto:* sic est animi lucem, splendorémque

fugien

fugientis, *&c. si quis tamen* leui, *retinere volet: non carebit similibus exemplis. Virgil. Tityro,* si mens non læua fuisset. *& Horat. epist. ad Pison. de arte poetica,*

——ô ego læuus,

35 Qui purgo bilem sub verni temporis horam.

mare vastissimum hyeme transibas.) *Faernus testatur in libris veteribus scriptum esse* transiebas, *quēadmodum Terentius dixit in Hecyra*, Ad hos rediebat lege hæreditas.

35 fertur ille vir, mihi crede,] *legendū fortaßis est,* feruet ille vir, *&c. cuius scripturæ non obscura sunt in vno cod. man. vestigia.*

36 vt es homo facetus, ad persuad. concinn.) *legendum fortaße est,* vt es homo factus ad persuadēdū concinnus perf. *&c.* factus ad persuadendum *autem i. πεφυκὼς πρὸς τὸ πείθειν, maxime accommodatus natura ad persuadendum sic apud Corn. Tacitū, li. 14 sub extr. pro* facetus natura, *&c. legendum,* factus natura.

37 T. Flamininus) *sic legendum esse & Faernus admonet ex auctoritate librorum man. & ex T. Liuio, & nos alibi ostendimus: hic est enim T. Quinctius Flamininus, qui Macedoniā subegit, L. Quinctij Flaminini frater, quem M. Cato in censura senatu mouit, quod in conuiuio à scorto exoratus esset, vt quendam rei capitalis damnatum in vincula coniectum, securi feriret.*

38 spiculis) *vt Faernus testatur, se in suis codicib. scriptum reperisse,* peculiis, *pro* spiculis: *ita nos quoque in nostris hoc nomen reperimus variè scriptum. ex quo conijcere poßit aliquis, scriptum esse à Cicerone* pilis. *sed* spiculis, *tamen retineo.*

39 Themista sapientior.) *Quāuis in commentar. Lucretianis, nuper de integro amplificatis, & editis, nihil hic esse mutandum, vt Adrianus Turnebus, & quidam alij existimarunt, ostenderimus, tamen etiam ad hunc locum, cuius propria hæc nota est, admonebimus, nequis qui commentarios illos nondum viderit, aliter sentiat. Themista igitur, mulier fuit, Epicuri ætate, philosophiæ Epicureæ dedita, Leontis, seu Leontei cuiusdam vxor, ad quā scripsit non semel Epicurus: vt refert Laertius. Si*

enim ille, Δεοντεὺς τε ὁ Δαμψακηνὸς ὁ μγίως, καὶ ἡ τούτου γυνὴ, Θεμίστα πρὸς ἣν γέγραφεν Ἐπίκουρος. *Commemorat eandem Lactantius libro tertio, qui de falsa sapientia inscribitur his verbis,* Deniq; nullas vmquã mulieres philosophari docuerunt Epicurei, prę ter vnam ex omni memoria Themistam, &c. *Hac igitur huius loci sententia est: Quamuis tu Piso, Themista muliere Epicureis præceptis erudita, & perpolita, sapientior sis, hoc est, quamuis egregius sis Philosophus, & mulierem Epicureã doctissimam, ac sapientissimam, Themistam, sapientia superes: non tamen triumphum cõtemsisti, sed senatus conuicium timuisti, si triumphũ postulares. Est autem iocus Cic. in Pisonem amarus, eum cum muliere Epicurea comparantis, & eius sapientiam, sapientiæ muliebri anteponentis. & verò iocus eo fit festiuior, ac venustior, quòd sumta sit ea potissimùm mulier quæ eandem Philosophiam coluerit, cuius Pisonem studiosum fuisse dicat. Turneb. igitur, & alij, nodum in scirpo quæsiuerunt.*

40 cuiquam es infimo ac despicatissimo] *vulgati codices habent,* infirmissimq, ac desperatissimos: *manuscript.* infimo, ac desperatissimo *ego ab antiqua scriptura tanquam manuductus legendum censeo,* ac despicatissimo. *Vtitur eadem voce in oratione pro Sextio:* cessi tribuni pl. despicatissimi hominis furori. *Omnino vox* desperatissimo, *hic inepta est, neque vllo modo conuenit.*

41 vir præstantissimus L. Aelius Lamia] *sic puto legendum, seu,* L. Lamia. *Nam ex historia, & ex ipsius M. Tullij orationibus Sextiana, & ea, quæ post reditum est habita, didicimus L. Lamiã à Clodio esse relegatum. Quãuis autem non ignorem Lamias, nomine dictos esse AElios, notiores tamen sunt cognomento Lamiarum, quã nomine Aeliorum. Adde quòd cognomento maior eorũ nobilitas, & generis antiquitas declaratur, quàm nomine. Nam, si Horatio credimus, à Lamo Formiarum conditore, cognomen traxerunt. Sic Horat. Oda. 17. lib. 3.* Aeli vetusto nobilis ab Lamo (Quando & priores hinc Lamias ferunt Denominatos, & nepotum per memores genus omne fastos) Auctore

ab illo Ducis originem qui Formiarum, mœnia dicitur Princeps,& innantem Maricæ Litoribus tenuisse Lirim,Latè tyrannus.*&c.*

42 panis & vinum à propala)*sic restituit Adr.Turneb.Est autem* propala(*vt docet ille*) *qui merceis propalàm,& veluti de palo suspensas vendit.*

43 ipse solus, bibitur vsque eò dum,*&c.*)*sic legẽdum & distinguendum:& ita impressum est in exemplis Romanis a Faerno emendatis,& item nostris.*

44 iam tum cùm hac diis irata fronte) *non admodũ placet antiqua scriptura*,iã tũ hac distracta frõte,*quãuis eam Faernus probare videatur,vt fortè (inquit ille)distractam Pisonis frontẽ appellet,ob id , quod supra de eodem dixerit,altero ad frontem sublato,altero ad mentũ depresso supercilio.Idẽ testatur legi in suis veteribus lib.*non fastidiuit eius amicitiã,*quod non improbo,sed neque vulgatam lectionẽ damnare audeo.*

45 Epicurum disertum decernere]*antiqua scriptura hoc loco mendosa est:neque hic Faerni codices nostris sunt meliores.Sic enim in eis legitur* , Epicureum disertum dicere,est tamen dicit,vt opinor. *Vident omnes,opinor,diuinatore aliquo ad hunc locum emendandum,& explicandum opus esse.*

46 poetarum more tum locutus)*cũ libri vet.ita habeant*,poëtarũ more conlocutus,*ego* tum locutus, *reposui,quæ scriptura videtur esse recta,& vera,quamquã scripturam*,more poëtarũ locutus , *non damno.*

47 concedat laurea linguæ] *sic Quintilianus legit*, concedat laurea linguæ,*& ita esse legendũ docet P. Vict li.5.Var.lect.non vt vulgò*,laurea laudi.*nata autẽ mendi origo,& occasio est ex iis , quæ paulò post sequuntur*,non modò amplissimæ,sed etiam minimæ laudi,*&c.cùm M.T.per linguã,eloquentiã intelligi velit:qua laus est amplissima:Piso autem indicarit, laureã non modò eloquẽtiæ,quæ amplissima laus est,sed etiã minimæ laudi concessisse. Postremò hanc lectionem cõfirmat Pl.in Ci.his verbis*, ἡ δὲ Κικέρωνος ἐν τοῖς λόγοις ἀμετρία τῆς περὶ αὑτοῦ λογίας , ἀκρασίαν τινα κατηγόρει πρὸς δόξαν βοῶντος, ὡς τὰ ὅπλα ἔδει τῇ τηβέννῳ, καὶ τῇ γλώσσῃ τὴν θριαμβικὴν ὑπείκειν δά-

id est, Ciceronis autem immoderata de seipso prædicatio declarabat, eum esse supra modum gloriæ cupidum, cùm clamaret, arma togæ cedere debere, & lauream triumphalem linguæ.

48 cuius ego imperium, non Alpium, &c.) libri vulg. à quib. man. non discrepãt, habent: cuius ego imperio: quæ verba, si emendata scriptura est, sic explicq, cuius ob imperium, cuius propter imperium: sed putabã olim legendum, neque nunc mihi aliter videtur imperiũ: vt sit hæc sententia: cuius Cæsaris imperium oppono ascensui Gallorum, non Alpium vallum, &c. i. cuius imperio, & rebus in imperio gestis factũ esse indico, ne Galli in Italiam peruenire possint, &c. Itaq; sic velim totum hunc locũ scribi: cuius ego imperium, non Alpium vallũ ascensui, transgressionique Gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundanté Germanorum, &c.

49 cùm tu trecentis, &c.] sic habent omnes ferè libri, quos quidem viderim, & ita edidit Faernus. Alij nonnulli, cùm te. Sed Adr. Turnebus legit, cum trecentis, &c. detracto pronomine tu, vel te.

50 familias abripuerunt.) sic habent libri veter. quos quidem viderim. & ita edidit Faernus: neque quidquã mutandũ: aptissimè enim cohærent hæc: familias abripuerunt, pecus abegerunt, &c. matresfam. autem abripuerunt, quæ aiunt quidã in quibusdã cod. reperiri, non conuenit. Infrà non longè, vbi libri omnes habent, Iouis Velsuri. probabilis est Adr. Tur. cõiectura, existimantis legendum, Iouis Vrij. Itaq; eum sequor.

51 In villa Leucadiæ. quæ fuit vxor Execisti.] sic lego. Faernus, in villa Euchadiæ, quæ fuit vxor Exegisti. Adr. Turne. in villa Leucadiæ, quæ fuit vxoris Exegisti. Execistos autem reperio in Græcorũ libris. exempli causa apud Demost. oratione κατὰ Τιμοκράτους. Exegistoæ, nusquam. Aegisti nomen nimis est à scriptura antiqua remotum. Paulò antè, vbi opera olim Tharsum, impresserant, legendum, Thasum.

52 Et deuorata pecunia Vrinachorum, centum talenta euomere non poteras] locus corruptus.

quem

quem intactum præterijt Faernus. Turnebus autem sic sanandũ censet: & deuorata pecunia, vt in Achæorum centum talentis, euomere non poteras.

53 ne fieri liceat, sancitum diligenter) *libri veteres habent*, ne fieri possit, sanctum diligenter, *quos sequimur: vulgati*, ne fieri liceat, sancitum diligẽter: *quos tamen in hoc non damnamus: sed antiquam scripturam, potiorem ducimus: & olim ita excudi iusseramus, si operæ nobis obtemperare voluissent.*

54 Arsinoam, *&c.) lege, vt censet Adr. Turnebus*, Arsinoam, Stratum, Naupactum.

55 ex oppidis Agr.] *Adr. Turnebus emendandum censet*, ex opp. Agræorum, *seu* Agrianum.

56 non iniquitas ad simulationem cõnitetur] *sic restituit hunc locum Faernus, coniectura ductus. ego olim cùm hic locus me offenderet, sine ope librorum veterum sic putabam reponendum*, non iniquitas ad simultatem conferetur. *Sed Faerni emendationem tueamur, dum aliquid melius afferatur. Dicam tamen ad extremam quod sentio*, connitetur, *in ea emendatione ferre possum.* simulationẽ, *nullo modo ferre possum. Itaque sic legendum potiùs arbitror, verbo*, cõnitetur, *seruato*, non ambitio ad gratiã, non iniquitas ad simultatẽ connitetur. *i. nemo ambitiosè iudicabit gratia causa: nemo iniquè, aut iniustè, odio impulsus.*

57 neminem inuitabis inuitus) *quidam legi volunt*, inuitum. *quibus assentior.*

58 tum tu ipse de te, FECISSE VIDERI pronuntiasti) *hic locus fœdum in modum fuerat à semidoctis hominibus deprauatus, quem eruditè simul, & feliciter emendauit Faernus: idemq; explicauit multis verbis: quæ vt in pauca contraham, docet ille, quæsitores olim, id est, prætores, qui cognoscebant de crimine aliquo publico, reo conuicto, sic pronuntiare solitos*, FECISSE VIDETVR. *Significat igitur, Pisonẽ de se, & contra se sententiam pronuntiasse illo iam tempore, cùm laureã abiecit, triumphùmque desperauit. Hanc igitur scripturã non intelligentes scioli, neque hunc morem, substituerãt:* tum tu ipse de te sententiã tulisse videris, tum

iudicium pronuntiasti. *Porro hanc eandem scripturam, quam edidimus, reperi in libris Memmianis sine vllo mendo, vllaue litura, aut litera superuacanea expressam.*

EIVSDEM ANNOTATIONES IN ORATIONEM PRO Milone.

1 afferunt tamen oratori horroris aliquid) *M. Antonius Muretus anno superiore, cùm in Galliam longo interuallo rediisset, mihi asseuerauit, se ita scriptum vidisse in codice ma. Vaticano,* horroris aliquid. *Neq; verò Memmiani multùm ab hac scriptura discrepant, qui habent,* terroris aliquid : *quod tantundem valet. Vulgata autem lectio,* non afferunt tamen oratori aliquid, *quãuis ea in veteribus quoque libris nonnullis reperiatur, ferri non potest. nam quòd amicus quidam meus, eã sic explicari posse existimat, non afferunt tamen oratori quidquam præsidii, aut adiumenti eiusmodi, vt metu vacuus esse posſit, dico hanc sententiã Cic. nũquam fuisse talibus verbis expressurum. Admonitum autem lectorem velim, quascumque emendationes in hac oratione, præter eas, quas in superiore editione posuimus, in hac reperiet, Fr. Fabricio Marcodurano, viro doctiss. & humaniss. acceptas esse referendas: qui cùm eas è codice perantiquo Saxonico depromsisset, mecum libentissimè, & verò vltrò cõmunicauit. quas tamẽ postea alius codex item man. antiquissimus, quẽ nactus sum, cõprobauit.*

2 existimarem oratori locum esse) *codices Mem. habent,* orationi locum esse, *& paulò antè,* nec enim inter, *&c.*

3 quos vndique intuenteis] *codex vnus Mem. habet,* quos vndique confluenteis : *ex quo libenter fecerim,* contuenteis. *ceteri lectionem vulgatam tuẽtur: excepto Clericano, qui non habet hoc totum,* ex hoc ipso loco cernitis, *& habet verbum* videtis, *post* exspectanteis: *vt est in libro Saxonico man.*

4 dilectis viris datus est] *sic habent omnes libri ve-*

teres:& aliquot pòst versibus, crudelissimorum suppliciorum, *& totidem ferè post versibus*, vt quia mors P. Clodij, *ubi vulgati*, vt si mors: *quomodo habent etiam nonnulli man. & paulò post*, sin illius insidiæ, *&c.*

5 & in senatu ab inimicis, *&c. ordinem verborum, qui mirum in modum perturbatus erat in libris vulg. ego ex fide codicum man. restitui.*

6 Variatis hominum sent. nō solùm diuina, *&c.*) *Locus suspectus. Nam si* Orestes *in Areopago, duodecim diis iudicibus sedentibus & Eumenedibus accusantibus causam dixit, & cùm à VI. diis damnatus esset, à quinque absolutus, ita, vt hac tali sententiarum varietate, neque damnatus, neque absolutus videretur: Palladis ad extremum sententia, ad quinque salutareis accedente, & maximum pondus afferente, victor è iudicio discessit: non videtur esse verum varias hominum fuisse sententias, neque integra videtur hac scriptura*, variatis hominum sententiis, *sed vel ita scriptū oportuit* variatis deorum sentētiis, *vel ita*, variatis sentētiis, *vt vox* deorum, *subintelligatur ex iis, quæ sequuntur. Hoc igitur ostendamus, Orestem non apud Ariopagitas, hoc est non apud homines, sed apud Deos, in Ariopago causam dixisse: atque à Demost. potissimū initiū capiamus. Sic igitur Demost. in oratione* κατ'. Ἀριστοκρ. πολλὰ μὲν δὴ παρ' ἡμῖν ἐστι τοιαῦτα, οἷα οὐχ ἑτέρωθι. ἓν δ' οὖν ἰδιαίτατον *&c. quem locū Latinè à me redditū, ex illa oratione Latinè à me facta subiiciam, verba Græca non ponā, vt tanto sim breuior. Sic igitur Demost. Latinus à me factus: quē aliquādo si Deus approbabit, vulgabo. Cū multa igitur sunt apud nos, qualia nusquā alibi, tū vnū est nostræ ciuitatis maximè propriū, iudiciū Ariopagiticum: de quo tā multa eaq; præclara, dicere licet à maioribus tradita, partim fabulosa, partim quorum ipsi testes sumus, quā multa de nullo alio iudicio, quorū vnū atque alterū, vt eorū veluti specimē capiatis operæpretiū est vos audire. Hæc igitur antiqua nobis tradita sunt, & ex auditis nota sunt. In hoc solo iudicio dii immortales, causā inter sicarios dicere, & ius suū persequi, & inter*

eos, qui aliqua de re inter se contenderent, atque ambigerent, iudices sedere, sua maiestate indignum non existimarunt, vt fama est hominum. Ius suum iudicio persecutus esse fertur Neptunus, ob Halirrhothium filium à Marte interemtũ iudices sedisse dii duodecim inter Eumenidas, & Orestem, &c. Idem in ead. ora. infrà λογιζόμενοι δ' ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονὼς, &c. *i. vt nos quoque vertimus, Considerantes autẽ Orestem, cùm matrem à se interfectam fateretur, deos iudices nactũ, fuisse absolutum, videntur existimasse cadem aliquam esse iustam. Hac eadẽ de re sic Dinarchus in ora. in Demost. nõ longè admodum ab extr.* αὗται αἱ σεμναὶ θεαὶ τῇ περὶ Ὀρέστην ἐν τούτῳ συνεδρίῳ (ἀρεοπαγιτικῷ) κρίσει γενομένῃ, καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. *i. ipsæ venerandæ deæ iudiciũ, quod in hoc concessu Areopagitico aduersus Orestem factum est, & huius veritatem contubernii, ac domicilii communione in reliquum tempus comprobarũt. Quamquam hæc Dinarchi verba nihil videntur ad id, quod quærimus, pertinere. nulla enim in eis duodecim deorum fit mentio. Eadem de re sic Arist. Smyrnæus in Panathenaico, postquam iudicium de cæde Halirhothii, Neptuni filii, a matre interfecti, constitutum cõmemorauit,* ἑτέρα δὲ γίνεται κρίσις ὕστερον, μικτὴ τοῖς ἀγωνισταῖς, θεία δὲ καὶ αὐτὴ τοῖς δικασταῖς, ἣν ἠγωνίζετο τῶν Πελοπιδῶν ἀνὴρ δυστυχῶν πρὸς τὰς νῦν προσοίκους τῷ τόπῳ θεὰς σεμνὰς καταφυγὼν. καὶ δοὺς ὥσπερ ἄφεσιν εἰς τὴν πόλιν, ὡς ἐνταῦθα, εἴπερ που τὴν δικαίαν φιλανθρωπίαν οὖσαν, καὶ τυχὼν τῆς θεοῦ, τῆς μανίας ἀπαλλάττεται. *i. Alterum autẽ factum est postea iudiciũ, quod ad litigatores attinet, mixtum: quod ad iudices verò, etiam ipsum diuinum: quo iudicio decertauit quidam ex Pelopidis calamitosus, aduersus deas venerandas, quæ nunc ei loco vicinæ habitãt, cùm ad hanc ciuitatẽ confugisset, & veluti prouocasset, quasi hic, sicubi alibi, iustitia cũ humanitate coniuncta: & deã illã (Mineruam) iudicẽ nactus, furore liberatus est. Idẽ,* μαρτυροῦσι Ἀθηναῖ, τὴν δὲ φιλανθρωπίαν οἱ περὶ Ὀρέστην λόγοι μαρτυροῦντες, ὃν φυγόντα μὲν ἐξ Ἄργους Ἀθήναζε, φυγόντα δὲ Ἀθήνησι

δίκην

δίκην ὑπ' εὐμενίδων, ἴσων τῶν ψήφων γενομένων, προσθεμένη τὴν παρ' αὐτοῖς σώζει. i. *Palladis autẽ humanitatem testantur & ea, quæ de Oreste literis & memoria prodita sunt, quem Argis Athenas in exsiliũ pulsum, & Athenis à Furiis reum factũ variatis sententiis, seu exequatis sententiis, sua sententia addita seruauit. Hunc quoque locum protuli, quia, quamuis nulla deorum iudicum mentio in eo fiat, tamen ea verba,* ἴσων τῶν ψήφων γενομένων, *quæ Latinè reddidi sententiis exæquatis, seu variatis sententiis, argumento sunt, hic quoque legendum esse,* variatis sententiis, *simpliciter, sine voce* hominum, *aut vlla omnino alia. Cũ superioribus illis pugnat Aeschylus in Eumenidib. ex eo enim licet intelligere, Areopagitas, hoc est, homines, non deos, Oreste causam dicente iudices in Areopago sedisse: id quod notat eius interpres, additq́; triginta, & vnum fuisse, his verbis,* ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀρεοπαγιτῶν, λ. καὶ εἷς, *id est, numerus Ariopagitarum, triginta, & vnus erant. Sic igitur apud Aeschylum Minerua,*

Κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
Ἥξω, διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ' ἐτητύμως
Ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν. *id est, Selectis autem meorum ciuium optimis, veniam, vt hãc litẽ verè decidant, iurati se nihil iniusti in animo continere, hoc est, se secundum leges iudicaturos. Ex quibus verbis perspicuum est, ciueis Athenienseis, eosq́; lectißimos viros, hoc est Areopagitas, in Orestis iudicio iudices sedisse. Adscribam reliqua, quæ ad huius iudicij euentum pertinent. sic igitur Minerua octo pòst paginis,*

Ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην.
Ψῆφον δ' Ὀρέστῃ τήνδ' ἐγὼ προσθήσομαι.
Μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν ἥ μ' ἐγείνατο. *id est, Meum hoc munus est, postremam sententiam decernere. Calculum autem Oresti hunc addã. Mater enim mihi nulla est, quæ me pepererit. sequitur non longè,* Νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ. *hoc est, Vincit Orestes, etiam si pares numero fiant sententiæ. sequitur aliquot pòst versibus,*

Ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην.
Ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων. *id est, Hic*

vir indicio cædis siue sanguinis absolutus est. Nam calculorum numerus æqualis est, ad quem versum posteriorem notat interpres, κἂν ἴσαι γὰρ γένωνται αἱ ψῆφοι, ὁ κατηγορούμενος νικᾷ. *i. nam etiam si pares sint calculi. i. sententiæ, vincit reus. Quid igitur dicendum? Omnino mihi hîc aqua hæret. nam cùm Demost. lego, in hanc sententiam adducor, vt existimem, hîc apud Cic. legendũ,* variatis sentẽtiis, *deleta voce* hominũ: *cùm Aeschylũ, nihil mutãdũ arbitror oportere. Dicamus igitur potiùs, nihil esse mutandum, nihilq́; delendum, & M. Tullium Aeschyli auctoritatem secutum, ita scripsisse, quamuis eum non fugeret, aliter à Demosthene esse literis mandatum. Scripsit autem Ennius quoque Eumenidas, vt ex Nonio intelligere licet: qui profert hunc versiculum ex illa Ennii fabula, in verbo* facessere,

Dico vicisse Orestem: vos facessite.

7 non solùm diuina, sed etiam sapientiss.) *Corruperant hunc quoque locum docti illi quidem viri, quorum nominibus parco, sed nimium sibi tribuentes, qui cùm scriptum reperissent in omnibus libris veteribus, ita, vt edidimus,* non solùm diuina, sed etiam deæ sap. &c. *reposuerãt, eiecta vera scriptura,* non solùm humana, sed etiam, *&c. planè mendosè, & contra historiam. nam, vt suprà ex Aeschylo, & aliis ostendimus, Orestes deæ Mineruæ sententia absolutus est, cùm, vt vult Demosthenes, sex dii damnassent, quinque absoluissent: vt Aeschylus, & eius interpres, seu scholiastes, sexdecim Areopagitæ damnassent, quindecim absoluissent. Sententia autem huius loci hæc est, Orestem non solùm deæ, sed etiam sapientissimæ deæ, sententia liberatum. proinde ac si dicat, quamuis magnum esset, Orestem, qui matrem necasset, dei, aut deæ alicuius, putà Neptuni, aut Martis, aut Iunonis, aut Veneris, sententia esse absolutum: tamen multò maius est, deæ sapientiss. Mineruæ sententia esse absolutum. Sic loquitur idem M. Tullius lib. de Nat. deorum,* dubitamus, quin ea non solùm ratione fiant, sed etiam excellenti, diuinaque ratione?

8 quæ non modò hominem) *legendum videtur,* quę non

ion hominem occidi, *deleta voce* modò.

qui sui defendendi causa telo esset vsus,) *locus, meo iudicio in libris omnibus corruptus. Sic autem um scriptum reperi in nostris man.* qui sui defendēli causa telo esset vsus: non hominis occidendi ausa habuisse telum iudicaretur. *quomodo omnes ulgati, quos quidem viderim habent. Atqui, si quis ttentè hanc scripturam considerabit: intelliget, eam non sse integram, & aliquid in ea desiderari: vt necessariò el ita legendum sit,* qui sui defendendi causa, telo sset vsus: telo se defendisse, non hominis occilendi causa telum habuisse indicaretur. *vel ita,* qui sui defendēdi causa telo esset vsus: non hominis occidēdi causa telum habuisse, sed se telo lefendisse iudicaretur, *vel sic,* qui sui defendendi causa telo esset vsus: non hominis occidēdi, sed ui defendēdi causa habuisse telum iudicaretur. *quam scripturam postremam ceteris antepono, eámque mniū optimam arbitror. Probabile enim fuit, & vsitatū rratum librarii, à voce* occidēdi, *ad vocē* defendēdi, *ranseuntis, propterea quòd similiter desinūt. Significat nim Cicero, legem in puniendo spectare cōsilium, & vountatem, & causam, non euentum, neque telum. Nam, ùm vetet lex, esse cum telo hominis occidendi causa: si quis fortè telum gerens, insidiatorem, aut latronem occiderit, iudex non spectat telum, quod ille habuit, neque uentū, sed causam, & consiliū: & quia videt illum, ab nsidiatore vltrò petitum, atq; oppugnatum, cùm se defēleret, insidiatori necē intulisse sic legem interpretatur, & ic de hoc euētu iudicat, illū, qui latronē occidit, nō hominis occidendi, sed sui defendēdi causa, telū habuisse, quod ī nō habuit telū, hominis occidendi causa lege nō tenetur.*

nisi fortè magis erit patricida) *nequis me putet pro me iure ita edi iussisse* patricida, *cū vulgò legatur* parricida, *confirmo ita esse scriptum in libris Memm. & Cle. natum errorem esse puto ex nomine* paricida. paricida *autem, is est, qui qualemcumque hominem occiderit, inquit Festus: idq; probat verbis legis Numæ Pompilij, quæ sunt,* Si quis homi-

nem liberum dolo sciens morti duit, paricida esto: *dictus fortassè quòd parem occidat: omnes enim homines, pares sunt natura inter se.*

10 Collinam nouam ex delectu perditiss. ciuium conscribebat) *Magna profectò gratia debetur libris veteribus & in primis, ei, quo vsus est Fr. Fabricius Marcoduranus, à quo duo nostri, quibus nunc vsi sumus, non discrepant. Nam vulgati mendosè habent*, Coloniam nouam, delectum perd. ciuium scrib. *Corruperant scilicet libros man. semidocti homines: vel satis docti quidem illi, sed plus nimio sibi arrogantes: qui, quæ non satis intelligebant, mutabant. Fuit autem Collina tribus vna ex quatuor vrbanis, dicta, opinor, à porta Collina, quam commemorat T. Liuius lib. 5. Annal. his verbis:* siue ira, siue ardore animorum ingressi postero die vrbem, patente Collina porta in forum perueniant, circumferentes oculos ad tẽpla deûm, arcémque solam belli speciem tenentem.

11 reiecta penula desiluisset) *hunc locum profert Diomedes grammaticus lib. 1. cap. de verbo paulò antè autem, vbi libri vulgati habent*, vulgi magno impedimento, *veteres alij habent*, vulgo magno, & impedito. *alii non habent neque* vulgi, *neque* vulgo.

11 nec, si possent, reprimere vellent, &c.) *Sic necessario legendum esse intelliget, qui attentè leget. quã tamen lectionem non solùm ratio flagitat, sed etiam libri veteres adiuuant.*

12 libellarium illud) *sic habent duo libri manusc. & nonnulli vulgati: alii man.* liberalium, *quæ scriptura, quamuis corrupta, confirmat tamen illam* libellarium. *Est autem* libellarium, *cista, in qua conditi*

13 *seruantur libelli.*

qui eam auderet, possétque constringere) *libri vulgati habent*, possetque confringere. *veteres*, possétque constringere, *paulò post, vbi vulgati habent*, At non P. Clodio, *ego*, At nunc P. Clodio, *&c. reposui, secutus sum & alterum codicem antiq.*

14 Quid si hæc, non dico, &c.) *hunc locum profert Sosip. Carisius, ad particulam si, libro 2.*

15 ille erat, qui odisset pr.) *sic nunc edidi longè, opinor, melius, quàm est in vulgatis*, ille erat, vt, *&c. videtur tamen aliquid desiderari, vt ita legendum sit:* ille hunc, sic oderat, vt, *&c. vel sic*, illi causa erat, cur odiss. *vel sic*, ille, erat quòd odisset.

16 cùm ille in septa irruisset) *quidem libri habent*, irrupisset.

17 sed etiam in rectè factis sæpe fastidiũt) in rectè factis sæpe fastidiunt, *habent omnes nostri libri veteres, in oratione in Pisonem, hoc verbum iunxit cum accusandi casu, dico, vt habent veteres codices: nam, vbi vulgati habent*, non fugit eius amicitiam, *illi habent*, non fastidiuit, *&c. Sic Horatius epist. ad Iul. Florum, lib.* 1. Fastidire lacus, & riuos ausus apertos.

18 Miloni nulla facultas manendi) *libri veteres nõ habent* manendi, *in contextu verborum, sed ad oram libri è regione huius loci, sic scilicet* manendi: *vnde suspicari licet* manendi, *esse annotationem. non sum ausus tamen delere. Suprà autem non longè, quamuis liber ille manusc. longè optimus habeat*, statuta sacrificia, *vbi omnes vulgati* stata, *nihil tamen mutandum censeo. Nam primùm nostri man. vulgatam lectionem confirmant, deinde Festus docet*, statuta sacrificia *dici solita à veteribus, quæ certis diebus fiebant. Cato*, sacra stata, solemnia, sancta deseruisti.

19 omnes scilicet Lanuuini.) *hoc totum suspicor esse alienum.*

20 vitandus potiùs, quàm expetendus fuit] *nonnulli libri habent*, quàm exspectandus fuit. *ego tamen nihil muto, & deinceps omnes habent*, nocta insidioso, & pleno, *&c. & paulò pòst*, tum neque muta solitudo. *& paulò longiùs*, Aricia rediens deuortit Clodius, *&c. & paulò pòst* deuorsurum.

21 noctem prope vrbem exspectandam] *liber vnus antiquus habet*, noctem prope vrbem exspectandam, *meliùs, quàm vulgati*, nocte prope vrbem exspectandum.

22 quo in fundo propter insanas ill. substr. fac. mille.] *hunc locum profert Macrob. lib. 1. c. 5. quemadmodũ vulgò ferè legitur, & quomodo edidimus: & A. Gellius lib. 1. cap. XVI. Quare nihil mutandum.*

23 quid necesse?) *lego hoc totum*, est tarde? *quod irrepsit in libros vulg. delendum censeo paulò post autem, duas voces*, procul inde *sine vlla religione, vlloq; reprehensionis metu, sustuli: propterea quia & absunt à veteribus cod. & sunt superuacaneæ.*

24 Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis] *profert hunc locum Diomedes lib. 1 cap. de participio, ab hac voce* pransi, *vsque ad* lucis. *quod autem ad vocem* inscitiam *attinet, quidam* inscientiam, *legi volunt, à quibus dissentio. &* inscitiam, *interpretor stultitiam:* inscientia *autem, aliud est.*

25 propter quos viuit?] *id est, quorum opera, & beneficio viuit? sic sæpe loquitur Cic. exempli causa, pro Roscio Amerino*, vt, propter quos hanc suauissimã lucem adspexerit, eos indignissimè luce priuarit, *&c. Idem infrà, hac eadem oratione*, lugere eum solum, propter quem ceteri lætarentur?

26 proximè deos accessit Clodius) *sic esse legẽdum & libri veteres peruincunt, & Priscianus testatur.*

27 Heus tu, Ruscio: cauesis, mentiaris) *magna est librorum manu. in hoc loco varietas. alij sic habent*, heus tu visio, vbi causa: *alij*, heus tu Rufio, verbi causa, cauesis mentiaris: *alij*, heus vbi respõsio, vbi causa: *alij*, heu tu visio, nisi causa. *ex hac varietate intelligere licet, quid olim secuti simus. Atque in hac editione, acceptis à Fr. Fabricio Marcodurano scripturis antiquis, ex optimo codice sumtis, multò fidentiùs eandem scripturam tenui: & quidem fideliùs. nam olim opera omiserant*, verbi causa.

28 quæ quemuis etiam m. del. conscium perc.) *sic nunc edidi. nam vulgatam*, quæ quamuis etiam mediocrium delictorum consciẽtiam perculissent, *non probo, propter illud*, quamuis conscientiam. *antiquam autem, quam reperit Fr. Fabricius, non nimio plus probo, propter illud*, quæ quemuis perculissent

consciencia,&c. *nam ablatiuus* conscientia, *instrumenti locum obtinens,non satis aptè cohæret cum ijs,* quæ aliquem conscium percellunt: *cùm homines peccatorum conscios vel crimina procellere dicantur, vel conscientia,non autem crimina conscientia, i. per conscientiam.suprà autem,vbi vulgò legitur,* salutē reip. attulisset,*itaq; olim edidimus,* nunc P.R. *i.* populo R.*edendum curauimus.Ex his literis autem suprà admonuimus nata esse menda innumerabilia in his nominibus,*præter populus R.reip.*dum librarij in eis literis errant,quibus ita coniunctim scriptis, PR.significatur* prætor:*disiunctè.P.R.*populus *R.conuerso ordine R.P.*respont.

29 vt sustinuit?sustinuit?immò verò.)*profert hunc locum Carisius ad particulam* vt.

30 sparorum pilorumque]*vox* sparorum, *abest à nonnullis libris manusc. quam retineo tamen,superiorē verò,*frenorum,*non libenter hîc ego existimoque vel esse delendam,vel aliam in eius locum substituēdam,quæ similitudine literarum sit ei maximè affinis,vt.fremeatum. Quamquam nihil affirmo:& paulò pòst, vbi vulgati habent* iudicabatur,*illi* indicabatur.

31 Ocriculanam)*sic legendum,& ita scriptum est in optimo illo,& antiquissimo codice Saxonico, vt perscripsit ad me F..bricius, & rectè. Sic enim Strabo lib.* 5. *κατ' αὐτὴν μὲν τὴν φλαμινίαν ὁδὸν οἵτ' Ὀκρίκολοι πρὸς τῷ Τιβέρει καὶ λαρολον,&c. & Stephanus,*Ὀκρίκολα, πόλις τυῤῥηνίων,*&c.quem locum Stephani notat Fabricius.vulgata igitur lectio,*Otriculanam, *dānanda.*

32 confessionem seruorum) *vox* ebriosorum,*ante vocem* confessionem, *abest à cod.antiq.& verò superuacanea est.delenda & vox* omnino, *ante* omnia ne aliquid,*&c.*

33 si tibi ita penitus insedisset] *quidam lib.veteres habent,*penitus hæsisset.*nonnulli alij* inhæsisset. *in his Saxonicus ille longè omnium optimus.*

34 ne iste haud dubitans) *omnes libri veteres habēt hanc particulam* ne,*sine diphthongo scriptam.*

35 te,

35 te, Magne tamen anteſtaretur) Cum multorum aliorum locorum emendatorum ex auctoritate, & fide codicis illius Saxonici, gratiam Fr. Fabricio debemus, tum huius maximè. Erat enim malè acceptus à ſciolis, qui ex anteſtaretur fecerant atteſtaretur. Ego mendum ſubeſſe ſenſeram, ſed ſuſpenſus curis & cogitationibus vno tempore pluribus, quã vt vnus tot res, & tam varias aut animo complecti, aut viribus ſuſtinere poſſet: hoc vlcus in priore editione ſanare non potui. Significat autem hoc loco anteſtari, prehenſa auricula infima monere. Sed de hoc verbo nos ſatis multa in commentariis Horatianis: & plura fortaſsis in Plautinis.

36 quantæ infidelitates in amicis) quidã libri habent, in amicitiis.

37 cuius nefarium adulterium) libri vet. habent, nefandum, quod minus olim quidem probaui, nunc verò probo. ijdem, conſeruatorem iudicarànt. quod etiam olim probaui.

38 memoriam publicæ recenſionis, &c.) ſic olim quidem edidi, verùm non auctor, aut architectus huius lectionis, ſed eius in aliis editionibus inuentæ approbator. Sic enim impreſſum eſt in exemplis Lugd. impreſsis anno CIↃ.IↃ.LXII. Neque verò me huius lectionis admodum pœnitet, neque video quamobrem ſit continuò reijcienda. Nam in antiqua videtur ineſſe ταυτολογία ineptiſs. Quid eſt enim aliud memoriam tabulis publicis impreſſam, quàm memoriam publicam? Hoc igitur vitij eſt in antiqua. At hæc quæ fortaſsis eſt ipſa quoque antiqua (reperitur quidem certè in vno atque altero mã.) vtrumque habet, & memoriam tabulis publicis impreſſam, i. publicam, & memoriã publicæ recenſionis. nam hæc recenſio, quã hic commemorat, erat etiam publica. Verumtamen, tantùm tribuo libro Saxonico, vt antiquã ſcripturã huic, quã ſecutus ſum, anteponã, nõ quòd verior ſit, ſed quòd antiquior.

39 P. Variũ) Erat hic locus fœdè contaminatus: in quo pro P. Variũ, impreſſum erat. Cn. Pomp. quæ lectio pugnas cum hiſtoria, & ratione, & veritate. Fr. Fabricio autem aſſenſus ſum, qui è vetere ſcriptura, aliquantulum vitiata, hanc rectam eruit.

40 materiẽ,calcem,cæmenta,arma conuexit. *Sic nunc edi iussi, secutus codicem illum Germanicum, qui à vulgatis non dissentit. Olim verò sic,* materiem,calcem,cæmenta,arenam,*&c. alios libros man. secutus. Iudicet lector, vtra lectio sit potior.*

41 imperiũ ille si nactus esset) *sic habent cod. Mem. & paulò post,* pecunias dico? *vbi vulgati,* à liberis dico? *alij man.* vestra tecta dico? *quem locum. P. Victorius notauit li. 20. Var. lect. neque tamen totum, cùm esset in libris vulg. corruptissimus, in integrum restituit. Ego autem videor mihi extremam manum ei admouisse. Proponam igitur lectionem vulg. primum deinde emendationem meam, ex antiqua, parua mutatione facta, expressam, vt eam cum antiqua & vulgata comparatam, intelligant omnes esse veram, & Germanam Ciceronis scripturam. Talis igitur est vulgata,* quónam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre imperium, si id ille nactus esset? Omitto s. ext. nat. r. retr. vota en. f. vt in eos se pot. mitt. quàm in vestras posses. vestra tecta, vestras pecunias, à liberis dico? à liberis med. *&c. Ego sic restitui,* quónã modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre, imperiũ ille si nactus esset? Omitto socios, exteras nationes, reges, tetrarchas (vota enim feceratis, vt in eo se potius immitteret, quã in vestras possessiones) à vestris tectis, vestris pecuniis: vestra tecta, vestras pecunias dico? à liberis medius fidius, & à coniu. *&c. licet etiã sic legere, seruato verborũ ordine, qui est in cod. Saxonico,* vestras pecunias, vestra tecta dico? à lib. *&c. vel errauit scilicet scriptor librarius in his verbis,* à vestris tectis, vest. pec. vestra tecta. vest. pec. *propter earum iterationem, vel, cùm existimaret esse inanem, & superuacaneam, prudens, & sciens totũ illud,* à vestris tectis, vestris pecuniis *præterijt, & ad proximũ transijt,* vestras pecunias, vestra tecta. *Fieri porrò etiam potuit vt à Cicer. ita scriptum sit in repetitione,* à vestris pecuniis, vestris tectis, dico? *vel* à vestris tectis, vestris pecũ

cuniis dico? *quæ postea ab aliquo sciolo sint corrupta qui ea putaret correctionis indigere, propter verbum* dico, *quasi casum accusatiuum postulet, neque cum ablatiu. cohærere possit, non intelligens, ea esse posita* τεχνικῶς. *Hæc est mea de hoc loco sententia.*

42 per me vnum vt ius, æquitas,) *post hæc verba,* per me vnum, *libri vulgati habent,* effectum est, *quæ & absint ab omnibus libris manuscr. & sunt superuacanea. hic enim ordo verborum est,* ego illa repuli, vt per me vnum ius, æquitas, leges, *&c.* in ciuitate manerent. *& paulò pòst ijdem libri veteres habent,* Esset verò timendum, *&c. neque habent vocem* factũ, *post illa,* quónam modo id, *&c.*

43 Nequeo, vetera illa) *codex vnus Mem. habet,* Non queo: *quod Plauto, & Terentio vsitatum est: neque video, quamobrem fugere debeamus: quamquam Cicer. in oratore perfecto, scribit* nescire *esse dulcius:* non scire *barbarum iam videri.*

44 ne odio inimicitiarum) *i. ne odio, quod ex inimicitijs oritur: vel, ne odio, quod inimicitia pariunt. sic supra locutus est, oratione pro Murena.*

45 si is, inquam, potuisset, vt quæstionem de morte P. Clodij ferre, sic ipsum] *libri nostri man. habet,* potuisset, aut quæst. de m. P. Clodij ferre, aut ipsum, *&c. quod probo. & paulò pòst,* illum ab inferis auocare, *Saxonicus* euocare, *quod posterius approbo.*

46 Huius ergo interfector si esset, in confitendo ab iisne pœnam tim. q. lib.) *Cùm hanc scripturam olim apud Prisc. lib. 8. reperissem, neque satis eam considerassem, propter angustias temporis, quibus vrgebar; idem postea quam à Fra. Fabricio certior factus sum, eam etiam in codice Saxonico reperiri, tum eam cœpi, paulò plus otij nactus, attentiùs considerare. Quod cùm fecissem, non dubitaui, quin ea esset germana, & vera Ciceroniana scriptura. Meum iudicium auxerunt nostri libri man. à me retractati: in quib. hanc ipsam scripturam reperi planißimè expressam. Lubet nunc eam, quia video non satis à viris doctis esse intellectam, propter vitiosam interpunctionem, breuiter aperire atque explicare.*

re. Hæc igitur eius sententia est. Huius igitur, *videlicet Clodii, si Milo* interfector esset, *i. si Milo Clodium interfecisset:* ab iisne, quos liberasset, *qui iudices sedēt, cùm confiteretur: Clodium à se esse interfectum,* pœnam timeret? *proinde quasi dicat: Cū talis sit Clodius, qualem supra descripsi, & cùm eum reuiuiscere nolitis, si eum ab inferis excitare possetis: si Milo eius interfector, hoc est* φονεὺς, ἢ αὐτὸ χειρ: in confitendo. *i. cùm Milo confiteretur se Clodium interfecisse. vel se Clodii esse interfectorem, an tunc à vobis, quos liberasset, pœnam metuere deberet? Nascebatur, vt dixi, obscuritas ex mala interpunctione. nam debet scribi cōma post,* interfector esset: *deinde sequi,* in confitendo ab iisne, *&c.*

47 nisi qui nullam vim esse ducit, num.) *Sic etiam in nostris libris man. repereram, cùm sic habeāt vulgati,* nisi qui nullam vim cælestem existimat, numénve diuinum: *atque hanc antiquam, reiecta vulgata, comprobaram, & secutus eram, excepto quòd vocem* cælestem, *quæ in libris man. non comparet, retinueram, dum ineptis & semidoctis morem gero, qui à libris impressis discedi, & veram scripturam reponi nolunt. Nūc igitur paucorum potius, quàm multorum iudicio spectato, libros antiquos sequor, & vocem alienam* celestē, *ab aliquo semidocto inculcatam, deleo.*

48 religiones mehercule ipsæ,] *libri manu. non habent* atque, *quod habent vulgati post* ipsæ, *& his vocibus detractis, cetera sic,* quæ tum illā beluam, *&c. quos sequi malo.*

49 tuque ex tuo edito monte Latiaris, *&c.) sic legendum potius, quàm, vt vulgò* Latialis, *quamuis de hoc loco neque Fr. Fabr. se aliquid, quod à libris vug. discrepet, in codice Saxonico reperisse, mihi per suos codicillos significauerit: neq; ego quidquā in nostris repererim. Sed & ex Festo in voce* Oscillū, *sic esse dictum Iouem illum, qui sanguine humano colebatur, & ex Dionysio Halicarnass.co, didicerā. verba Halicarnassei sunt hæc lib. 4. p. 185.* θυσίας συντηλεῖς κοινὰς τῷ καλουμένῳ Λατιαρίῳ Διΐ, καὶ συνευωχίας, *&c. Commemorat & Plinius hūc Iouem lib. 34. cap. 7. vbi Latiarum tamen, non*

Latiarem appellat Theophilus quoque li. 3. & Tatianus, Λατιάριον Δία vocant, vt indicauit mihi Cl. Puteanus. Idem mihi asseuerauit in suo Lactantio, quem domi habet, man. lib. 1. cap. 21. planè scriptum esse, Latiaris Iupiter: *vbi vulgo legitur,* Latialis Iup. *Idem mihi locum indicauit ex Iulio Firmico lib. de errore prophanarum religionum, ex quo hoc idem intelligere licet. quem locum eò libentiùs proferam, quòd eum in libris vulg. mendosum, iuuenis ille sanè pereruditus, ingeniosè in integrum restituit. Sic Firmicus,* Serpis, *inquit*, in templis, & hostiarum misero pasceris sanguine. Nec venenis tuis cruor defuit, nec semiusto crematorum corporum partes. Humanarum te etiã victimarum frequenter sanguine cruentasti, & Latiaris templi cruore, vel ara Karthaginis, rabies tua, & siccarum fauciũ venena nutrita sunt. *Nam in libris vulg. pro* semiusto, *impressum est,* se iniusto, *& pro* Latiaris, satiaris. *interpunctio denique peruersa sententiam obscurat. Malim tamen vt de hoc Firmici loco dicam, ego quoque quod sentio, legi* semiustæ, *quàm* semiusto.

50 virum consularem crudeliss. vexatum mem. *Hic locus vnius vocis mendosæ* necatum, *quæ substituta fuerat in locum integræ* vexatum, *erat inexplicabilis. nunc Saxonici codicis, à quo nostrorum vnus non discrepat, ope, & mea, Fr. q. Fabricij opera, expeditissimus est. significatur enim M. Tullius per virum consularem.*

51 quemcumque cursum fortuna) *sic habent omnes libri vet. non solùm Memm. verùm etiam Florentini, quod testatur Victorius li.* XXII. *var. lect. sic Virg. lib. 4. Aeneid.* Vixi, & quem dederat cursum fortuna, per egi.

52 cùm omneis à tuis inimicis) *sic legendum libris omnibus inuitis. Sunt enim verba Milonis cum Cicer. loquentis. fuit autem prolapsio facilis à litera* t, *ad* s, inuidiæ meæ, *autem, sunt dandi casus: reguntúrq; à verbo* subiiciũtur, *vt sit hæc sententia, cùm inimici tui omnibus modis inuidiam meã augent, hoc est enim subijcere facis inuidiæ per translationem sumtã ab ijs, qui*

faci

facibus subiectis ignem aut flammam augent: vel qui facibus materiæ subiectis, flammam excitant, & ignem accendunt. Quòd si quis dicat, à suis inimicis, *esse rectum. & interpretetur*, à suis inimicis *à populi R. inimicis: respondeam non satis Latinè dictum visum iri*, cũ omnes à suis inimicis faces, *&c. pro* cùm omnes ab eius inimicis faces, *&c.*

53 & opinor, altera, vltrà quàm, *&c. sic habent omnes libri man. nisi quòd nonnulli non habent* vltrà: *quod ciedibile est esse omissum propter similitudinem vocis quæ antecedit* altera, *quemadmodum impressi omnes non habent* altera, *propter similitudinem præpositionis* vltra. *Paulo post, vbi vulgati habent*, reliqua est illa tamen, *&c. in man. est*, reliqua est saltē. *aliquantò lõgius, vbi vulgati habent*, si qua dimicatio capitis futura. *man. non habent duas voces*, capitis futura: *quas tamen retineo, tum quia reperiuntur in codice Saxonico, tum quia necessaria videntur, & paulò post iidem libri habent*, quid habeo? quid dicam? quid faciam pro tuis, *&c. Saxonicus autem sic*, quid habeo? quid faciam pro tuis? *quem sequor.*

54 est quodam incredibili robore animi) *in vulgatis sequitur deinceps* septus, *quæ vox abest à manu. quod Victorius notauit.*

55 Sed hic ea mente natus est) *in eo dũtaxat libros vulg. secutus sum, quòd* natus est, *edendum curaui, non* ornatus est, *vt est in libris nostris veteribus: cetera, veteres secutus sum.*

EIVSDEM IN ORAT. PRO C. RABIRIO POSTVMO.

1 nihil sensisse dicamus,) *lego*, nihil vidisse dicamus. *Sic enim M. Tull. loqui solet*, parum videre, multum videre, nihil videre, *pro, parum sapere, multum sapere, nihil sapere.*

2 quod sermo hominum ad memoriam prodẽdam patr. virtute celebr. *quamuis hanc scripturam non damnem, tamen sic malim legi*, quòd sermone hominum ad memoriam prodendam patrũ virtus celebretur.

3 magnas parteis hab. publicorum] *sic restituit Ioannes Cuiatius lib. 10. obser. cap. 25. nam vulgò legitur*, publicanorum.

4 re augère fide fuit.] *vocem* re, *quæ abest à vulgatis, ex antiquis libris restitui.*

5 quod malè cecidit, bene consultum putares) *nihil hîc mutaui, præterquàm quod interrogationis notã post* cecidit, *deleui, & distinctionis insigne posui. hæc enim sententia est: putasset aliquis optimè sibi initio consuluisse in eo Rabirium: quod postea malè cecidit: proinde ac si diceret, consilium quidem videbatur rectum: sed casus non respondit consilio, sæpenumero enim bonorum consiliorum euentus sunt infelices: neque idcirco tamen consilia sunt vituperanda, sed de fortuna quærendum.*

6 Hic primùm exoritur crimen illud) *putant docti quidam viri, multa ante hæc verba deesse.*

7 Quid ego senatum] *libri veteres habent*, Quid ergo? senatum, *&c. quod magis probo.*

8 Quò ea pecunia peruenerit.) *si hæc causa, in qua quæritur, quò ea pecunia peruenerit, sic & infrà non multò post, & item infrà aliquot paginis post.*

9 nec ab eo prædes dati, *&c.) si hunc locum conferes cum simillimo illo, qui est pagina abhinc nona, intelliges sic esse legendum.*

10 à populo recepta] *i. recuperata. quidam legunt*, redacta. *quemadmodum & infrà, in eo loco, quem huic simillimum esse dixi*, populus redegisset. *non dissimulabo tamẽ, in codicibus* Memmianis. *pro* recipi, *scriptum esse* seruari, *vnde suspicari possis legi debere*, populo seruata: *Atque hoc verbum agnoscent iurisconsulti. eos dico, qui iuris ciuilis studia tractant eleganter, & politè: nam* seruare pecuniam *dicuntur apud illos, qui à debitore recuperant, exigunt, redigunt, recipiũt quod mutuum dederunt. quin ipse M. Tul. sic infrà loquitur hac eadem oratione.*

11 Lex ecqua est? *id est, num aliqua lex est?*

12 quæ aliquam facultatem dicendi] *Hotomanus legendum arbitratur*, facultatẽ dicẽdi: *cui assentior.*

13 itaque in inferendis litibus) *vel sic legendum est,*

vel

vel in æstimandis litibus,*vel delenda vox* ferendis, *quæ est in libris vulg.*

14 quæ in iudicio A.Gabinij.) *sic habent codices Memmiani,& ita legendū:non vt vulg.* a Gabinio.

15 qua illatione litium?) *sic est legendum, non vt in vulgatis libris,*appellatione litium. *natum autem erratum est ex voce* appellatus,*quæ proximè antecedit. scio autem quosdam malle hic reponi* æstimatione:*sed nimis longè abest à scriptura recepta.Denique sic, & suprà locutus est ibi,*in inferendis litibus.

16 cuius conscientiam,nihil est,) *Si libri veteres hāc lectionem non præstarent,& sola ratio tueretur: nihil esset quare non esset modis omnibus restituenda.nūc, cùm & libri man.& ratio eam comprobent,existimaui, reiecta illa vulgata,quæ ferri non potest,* cuius conscientia,*hanc esse reponendam.*

17 Illo,inquit,capite,quod erat,&c.) *nihil discrepant libri man.à vulgatis:quare nihil mutandum esse dixi,quāuis quidam legendum putent,*index esses.

18 ad posteritatis memoriam prodita] *nihil muto, quamuis nonnulli existiment legendum* prodendam.

19 Huic videlicet perblandus) *legendum fortassis est,*Huic videlicet perblandus aliquis rep.

20 siquidem tam non semper stulti, &c.) *sic esse legendum facilè intelligent,qui attentè hunc locum legent:hic enim dicit,eius esse,qui non semper stultus sit, & eius,qui serò sit sapiens,cùm stulto aliquo consilio sit impeditus,quoquo modo possit se expedire. nam planè qui se aliquando stultitia sua expedit,non semper stultus est,& sero sapiens est.*

21 virtutis antiquitatis]*quidam putant legendum,* virtutis,sanctitatis,prudentiæ, *quæ lectio planior, & probabilior est.*

22 & præter rogitatum si loquare)*legendum,*si loquare, *non, vt in li.manusc. & vulgatis,* quærare. *Sunt enim hæc ex Eurip. Medea,* μὴ λόγους λέγε. *Quin si ex Euripide expressa sunt,vt sunt, legendum in imperatiuo,* præter rogitatum ne loquere.

23 ex decumis imperatorum) *vel legendum*, ex decumis imperatis, *vel, quod quibusdam probatur magis, interpretandum* imperatorum; *earum pecuniarũ, quæ imperata fuerant.*

24 Quid? postea credetur? credetur] *sic hunc locum restitui, ad hanc coniecturam à libris Memmianis quasi manu ductus, in quib. legitur*, postea creditur. *sententia autẽ huius loci postulat, vt subijciatur responsio hæc, quasi ab aduersariis* credetur. *quã vocem omissã esse à librario credibile est, propter alterũ* credetur, *quod proximè antecedit: meã coniecturã confirmat id, quod sequitur*, Ergo ista condicio est testiũ, vt, quibus creditũ nõ sit negãtibus, iisdẽ credatur dicentib. *Eodẽ errore omissum erat verbum* dixerunt, *paulò post, ibi*, At si tum verum dixerunt, *&c.* verissima fronte *autem sic dictũ, vt illud Terentianũ*, vero vultu. *Vulgata autem lectio*, postea creditum? non. quamobrem? *quin sit mendosa & inepta, nemo qui aliquid in his literis videat, non intelligit. Simile erratum est, & ex simili origine natum in or. pro Cæcin. princ. ibi*, cùm siue his creditur, creditur hoc ipsum, *&c. nam ab omnibus lib. abest secundum* crediter.

25 Quid multa? *in codice vno Memmiano scriptum est*, Quid multi? *vnde feci*, Quid multa? *licet etiam legere*, Quid multis? *Iam cetera, quæ deinceps sequuntur felicissimè sunt à nobis, non sine adiumento librorũ antiquorũ, quamuis deprauatorum emendata. Nam scriptura vulgata.* Quid vultis? sileant, dicere audiebamus, *&c. clamat se esse corruptam, & inexplicabilem. Non celabo lectorem tamen ex hac vulgata, & veteris scripturæ vestigiis, quæ talis est*, Quid nullis? aut sileant. dicere rerum discant. *elici posse banc probabilem, & fortasse veram*, Quid multa? aut sileãt, aut dicere verum discant, *&c.*

26 omnia denique ab his mimorum argumẽta.] *Aliquot ante diebus, quàm hunc locum in codicib. antiquis inspexissem, Adr. Turneb. collega meus, vir singulari doctrina præditus, sola coniectura fretus, à nullis exemplaribus veteribus adiutus diuinarat ita legendũ*

esse,

esse,quemadmodũ edidi, mimorum argumenta:*cuius coniecturam cùm ego sola eius auctoritate adductus magnopere probauissem,sequique cogitassem,manus sustuli, posteaquam eam ipsam scripturam reperi in libris Memmianis expressam.*

27 populus recepisset)*sic omnes quidem habent libri:sed legendum puto* redegisset,*vt suprà,* nec ex eius bonis,quanta summa litium fuisset, à populo recepta:*vbi notaui,videri nonnullis legendum* redacta.*licet tamen & hic legere* reciperassent:*& illic* reciperata.

28 quod ex ea pecunia,quã ceperitis,qui damnatus est,*&c.) sic restitui ex illo loco, qui est suprà,ibi.* Iubet lex Iulia persequi ab iis,ad quos ea pecunia,quã is ceperit,qui damnatus sit, peruenerit. *Neque verò ab hac emendatione veteres codices abhorrẽt, qui habent,*quod ex ea pecunia,quã à ceteris, qui damn.*Postremò cùm iam hoc vlcus ita curassem:cognoui,Iac. Cuiatio viro,doctiss.& iurisconsultorũ, qui hodie viuunt,facilè principi,idem in mentem venisse.*

29 & linteis,& vitro celatæ] *quidam legi volunt,*& nitro.celatæ *autem, pro* delatæ,*quod est in lib. vulg. reposui,manuscriptos secutus.Supra autem, vbi edidi,* auditę naues Postumi Puteolis sunt,*&c.pro quibus libri vulgati habẽt,*ductæ naues,*&c. quãuis scripturam illam ex libris Memmianis traxerim,tamen ex aliis,in quibus vox* auditæ,*vel* ductæ,*mersa est in litura,arbitror legendum,*actæ naues Postumi Puteolos sunt,*&c.*

30 Cataplus ille Puteolanus)*sic scriptum reperi in vno cod.Memm.quomodo tamen Adr. Turnebus ex alia antiqua scriptura aliquantum deprauata legendũ coniecerat:quæ talis est,*atata plus ille,*tanta est hominis εὐςοχία.Nam vulgata lectio,quæ in nonnullis editionib.reperitur,*parua,artata.Quid amplius? ille Puteolanus,*&c.deprauata est:& item illa, quæ tamen propius abest,ab integra,& recta,*Parua artata. Plus ille Puteolanus sermo,*&c.Nam quis non videt ex* Cataplus ille,*factũ esse.*artata. Plus ille,*&c. dein-*

de ut solent amplificari mala, hominum indoctorũ manibus tractata, atque adeò contaminata, ex artata. Plus ille, *&c. conflatum est*, artata. Quid amplius? ille Puteolanus sermo, *&c. Porrò*, Cataplus, *vox Graca est, quæ significat nauigationem, seu, si dicere liceat, denauigationem ad portum: vt* anagoge, *prouectionẽ nauis in altum. Sed quorsum hæc? quasi, qui Cic. legunt, non debeant linguã Græcam callere: ij præsertim, qui literas Latinas profitentur. nam omnibus in rep. occupatis ignosco, si hanc linguam perdiscere non potuerunt. Sed neque ludimagistris istis, qui Cic. & Virg. & Hor. & similes: neque sophistis, qui Aristotelem & Græcos scriptores, sine linguæ Græcæ scientia tractant, ignoscere vllo modo possum. Idem liber habet*. æstatem vnã, non plureis, *&c. certè, ne mentiar*, non pluribus.

31 & in tanta occupatione maximarũ rer.] *libris omnibus reclamantibus qui habent* tanta oppugnatione, *doctissimorum virorum iudicium, auctoritatémque secutus, qui* occupatione, *legendum censent, sic edendum curaui.*

32 nec illius animi aciem præstinguit (pl.) *Sic esse legendum in commentariis & Lucretianis, & Horatianis* γεωμετρικῶς *demonstraui. Quòd si qui adhuc negãt, cùm rationes, & exempla à me collecta legerint: suadeo eis, vt porcos sacros, & sinceros emant eosq́ue Laribus grũdalibus immolent, sin nesciunt, discant.*

33 Túne es Curtij filius) *sic legendum*, Curtij, *inquam, non* Curij. *Sic suprà non longè à principio, edendum curauimus*, C. Curtius, *ibi*, Fuit enim pueris nobis huius pater, C. Curtius, *&c. vbi habent*, C. Curius.

EIVSDEM ANNOTATIONES
IN ORATIONEM PRO
M. Marcello.

1 versari me in nostro veteri curr *sic habent nostri libri veteres, & ita legit Priscia. li. 6.*

2 illo æmulo, atque imitatore] *hunc locum profert Nonius, in voce* æmulus.

3 sed

2 ſed paulò antè omnibus) *ſic eſt legendũ: id quod admonuit P. Victorius lib. Var. lect.* 18. *hic enim eſt ordo verborum*, intellectum eſt mihi quidem, &c. ſed paulò antè omnibus, &c.

3 Hæc qui faciat, &c.) ἀνακόλουθον.

4 tropeis, monumentiſque tuis nonnulla aliq.) *ſic eſſe legendum hoc loco etiam P. Victorius indicat li.* 26. *Var. lect. & ita habent noſtri codices manuſcr. niſi quòd pro* vmquam, *partim nullam aliam vocem habẽt, partim habent* aliquando: *ex quibus eos ſequor, qui ſic habent*, nonnulla allatura, &c. *ſine voce* vmquã, *aut* aliquando. *Licet tamen vocem*, aliquando, *retinere: vt infrà nõ longè deleatur, vt ſcriptũ eſt in iiſdem libris: hoc modo*, nõnulla allatura ſit finem ætas. nihil enim eſt opere, aut manu factũ ꝙ non conficiat, &c.

5 at hæc tua iuſtitia, &c.] *ſic habent noſtri libri veteres, ſine vllo aduerbij* verò, *veſtigio, vno excepto. Ex iis nonnulli non habent vocem* animi, *quam tamen retinui, iidem, non adſcripta particula* vt, *ſic habent*, Ita quantum operibus tuis diuturnitas detrahat, tantum afferet laudibus.

6 Vereor, vt hoc, quod dicam perinde, &c.] *ſic eſſe legendum & codices Memmiani, & mei, & ratio, & veritas vincunt lectionem vulgatam autem*, Vereor, vt hoc, quod dicam, non proinde intell. p. *refellunt. Iam*, vereor, *vt idem valet quod*, vereor, ne non, *ita qui ſic loquitur*, vereor, vt intelligi poſſit, *hoc ſignificat, cupere ſe, vt intelligatur. ſed ne vereri non poſſit intelligi. Infrà non longe, vbi eſt*, cùm ea ipſa, quæ illa erat adepta, &c. *libri illi non habent*, ipſa: *& infrà, vbi vulgati habent*, ciuile bellum eſſe ſuſceptum, *illi iidem libri non habent* ciuile.

7 ſemper de pace agendum, audiendumq́; put.] *noſtri libri veteres non habent*, agendum, *neque copulationem* que: *neque* eſſe: *ſicq́; in eis legitur*, ſemper de pace audiendum putaui.

8 eadem etiam cum capitis mei pericu.] *ſic habent noſtri libri veteres, nihil à vulgatis diſſidentes. Quòd verò adſcripſi, quod Publius Victo. admonuit, ſe in*

quibusdam libris man. ita scriptum reperisse, cum partis mei periculo.

9 & specie quadam reip.) *libri nonnulli veteres habent*, & facie quadam, *&c. iidem infra non habent*, plerique.

10 Sed quisnam est iste tam demens?] *in nonnullis editionibus deinceps sequuntur hac verba inepta, & ex annotatione puerili nata*, qui scilicet tibi insidiaretur. *Ea ego funditus deleui.*

11 aut qui superfuerunt amiciss. s.] *nostri libri veteres habent*, aut qui fuerunt, sint amicissimi. *Ego lectionem vulgatam tueor. Quod si quid sit mutandum, velim sic legi*, aut qui superfuerunt, sint amicissimi?

12 & ex vnius tua vitam pendere omnium?] *sic habent libri vulgati*, & ex vnius tui vitam pendere omnium? *manusc. sic*, & ex vnius tua vita pẽdere omnia? *Vides, lector, me hac editione partim vulgatos, partim man. secutum esse: fateor tamen, antiquam omni vitio mihi videri carere.*

13 quæ tibi quidẽ omn. belli vuln. sananda sunt) *sic habent nostri codices man. aliquando, opinor, meliùs quàm vulgati*, Quæ quidem nunc tibi omnia belli vuln. curanda sunt.

14 addo etiam, si placet, gloriæ] *sic est legendum, & ita scriptum est in omnibus libris antiquis: nisi quòd vnus & alter habent*, addam etiam, *&c. Hoc eo scripsi, quòd nonnulli vulgati habent*, adeò etiam.

15 eaque tu in primis cum summa tranquillitate, & otio) *vocem* composita *post* in primis, *quæ est in libris vulg. non reperi in manu. idcirco deleui. Contra præpositionem* cum, *quæ non erat in vulg. repertam in man. restitui. sed hoc varietatis in his reperi, quod alij habent*, eaque tu in primis cum summa tranquill. & otio perf. *&c. alij*, eaque tu in pr. cum summo otio perf. *&c.*

16 monumenta innumera) *ex nostris codicibus duo sic habent*, monumentua munera: *tres* monumenta tua munera. *ex quibus scripturis corruptis, nata est hæc vulgata*, monumenta, munera. *Ego* monumenta

a innumera,*repoſui, rectè,niſi fallor.quam coniecturam etiam Cl.Puteano in mentem veniſſe ſcio.*

17 etiam ſi tum ad te,vt q.f.p.nō pertin.*lib.manu. habent partim* permanabit, *partim* permanebit:*poſterius reijcio:*permanabit,*non damno.ſed vulgatam lectionem magis probo.*

18 quàm qui in cauſa animam profudit)*P.Victorius lib.Var.lect.17.cap.21.omnibus libris manu reclamantibus cenſet addendam eſſe negationem,& legendū,* non profudit.*quaſi hoc ſentiat M.Tullius eum magis eſſe ferendum,quia in ea cauſa,quam ſemel probarit,vſque ad extremum ſpiritum perſeuerauerit,& in acie ceciderit,quam qui mortem in acie non oppetiuerit: quia hæc conſtantia videri poteſt. quod mihi nullo modo probari poteſt. non enim Marcus Tullius comparat ciuem in ſententia,& cauſa perſeuerantem,cum eo, qui non perſeuerarit:ſed contrà duos perſeueranteis, & obfirmatos interſe contendit,alterum,qui in acie cecidit, cauſámq; vſque ad extremum vitæ diem defendit, alterum,qui armis iam alteri cauſæ extortis,belloq; victoria alterius partis confecto,& diiudicato,perſeueret tamen in cauſa deuicta,animumq; retineat armatū:aitq; hunc eſſe longè illo deteriorem.ratio eſt.Nam ille videri poteſt conſtans:hic eſt iniuſtus & ingratus.*

19 & quòd volunt,& quòd M. Marcello, *&c.*] *libri veteres habent,*& quòd volunt, & quod fieri decet,& quod *&c. paulo poſt autem non habent hæc verba,*præcipuè id à me deberi:*ſed hoc tantum,* & reip.reddito fieri intelligo.*ego vulgatam lectionem probo.paulò poſt iidem non habeat neque* ſolùm, *neque* omnium,*ſed ita in eis legitur,*non de vnius, ſed de communi ſalute,*&c.ego* ſolùm, *delendum cenſeo:* omnium,*retinendum.*

EIVSDEM ANNOTATIONES IN ORATIONEM PRO Q. Ligario.

1 inauditum]*nonnulli libri veteres habent,* non auditum.

2 legatis in Afric.cum proconsule,&c.) *tres libri veteres non habent*, proconsule.

3 primò salutis, post etiam) *vulgati sic habent*, primò salutis causa, *quæ vox postrema abest ab omnibus libris manu, & verò superuacanea est quod non videntes semidocti, nescio qui, eam inculcarunt. Nam hæc sententia est, primò salutis ducem quærebant: deinde etiam studij sui, repete* ἀπὸ κοινοῦ, ducem quærebant.

4 discidio) *sic habent planè scriptum nostri libri veteres omnes, non, vt vulgati*, dissidio.

5 vocem contendam) *quidam docti legi volunt*, voce contendam, *quibus assensus sum. Nam vulgati habent*, voce contendam.

6 si eam null. spol. orn. reddidisset] *libri duo veteres habent*, dedisset, *& paulo antè eorum alter*, putauit dare, *alter, vt ceteri omnes*, reddere.

7 sed prodigij similia) *sic habent omnes libri Mem. & Clericanus, non vt vulg*. prodigiis. *Quin hoc plus habent libri veteres, nam totus hic locus in eis legitur*, Hæc nō modò mirabilia sunt, sed prodigij simile est quod dicam. *quam scripturam puto esse rectā, & germanā Ciceronianā. Paulo antè ijdem libri habēt*, districtus, *& ita semper hoc verbum scribendum est.*

8 incitare solent odium] *quatuor libri veteres habent*, incitari solent odio, *&c. quam scripturam cū attentè considero, sic mihi persuadeo, eam esse veram, & incorruptam: vulgatam autem, falsam & ab iis quos nominatim toties inuitis appello, doctis illis quidem viris, sed nimiùm sibi iuris sumentibus in scriptis veterum tractandis contaminatam. Hanc igitur antiquam scripturam perpendamus. Externi, inquit Cicero, isti mores, hoc est non Romani, sed exterorum populorum, vt aut leuium Græcorum, aut immanium barbarorum, solent odio aliquo suscepto, aut penitus insito, ad sanguinem petendum incitari. hæc est, meo quidem iudicio horum verborum sententia, quæ minus significanter exprimitur vulgata lectione. Præterea non mores incitant odium, sed contra odium mores incitare solet. Mores igitur Romanorum, qui graues sunt, & humanitate expoliti, nullum*

lum quantumuis acerbum odium ad sanguinem inimici incitare solent: mores Græcorum verò, qui sunt leues, & mores barbarorum, qui sunt immanes, quoduis odium, ad crudelitatem, & cædem impellere solent. Itaque mores isti, Tubero non Romanam grauitatem, & humanitatem, sed Græcorum leuitatem, aut barbarorũ feritatem redolent.

9 ne sit in patria? num est?) *sic est in nostris omnibus veteribus libris scriptum, id quod & P. Victorius notauit. Var. lect. lib. 21.*

10 multoque est grauius] *codex vnus Memm. habet* durius. *Idem infrà, vbi vulgati habent*, id à te in foro oppugnari: id te in foro oppugnare: *quomodo edendum curaui. idem suprà non longè*, si in exsilio est, vti est, &c.

11 Quod nos domi petimus, &c.] *sic quidem omnes libri, & man. & vul. habent: sed Fabricius rectè iudicat, vel aduerbium* domi, *esse delendum, vel legendum* petimus. *Nã causa dici ur in foro. Quare si in foro sunt, nõ possunt domi petere. Omnino malim deleri,* domi, *quàm legi* petimus. *Credibile autẽ est, hanc vocẽ esse inculcatam ab indocto aliquo, qui sibi tamen aliquid sapere videretur.*

12 & nos iacenteis ad pedes) *Priscian. l. 7. legit*, iacenteis ante pedes.

13 C. Cæsar, caue ignoscas, *&c. lib. vulg. post* C. Cæsar, *habent*, Caue credas, *quæ duæ voces, nullis in libr. man. cõparent hoc loco. Et verè sine dubio hîc inanes, & superuacaneæ sunt. Huc autẽ illata sunt ex illo loco, qui est infrà, non longè admodũ*, tũ diceres, Caue Cæsar, credas *vbi suo loco posita sunt, hîc contrà alieno, vt ex verbis Cic. intelligere licet. Qui non vult, inquit Cic. aliquẽ alterius misereri, hac oratione vtitur: caue ignoscas, qui non vult, aliquẽ errare, ita loquitur, caue credas. hac vox potest ad hominem vsurpari, quia nemo est tã oculatus, aut prudens, quin aliquando errare, aut falli possit. At illa altera, Caue ignoscas, non ad hominẽ, sed ad barbarũ, aut ad immanem aliquem Cyclopem quadrat. Hic igitur de misericordia sermo habetur. Quare hoc* caue credas, *non potest habere locum.*

14 miserat (*nostri libri veteres habent planè scriptum, misereatur: & ita legit Priscian. li.* 8.*c. de significatio-nib. vel generibus verb. Idem ad hoc confirmandum, de specieb. verbor. locum hunc profert ex L. Craß. Seruiliæ legi suasione.* Neque me minus vestri, quã mei miserebitur.

15 perfugium misericordiæ toll.) *sic habent omnes libri & vulgati, & man. neque video quidquam in hac scriptura vitij. Nam* perfugium misericordiæ, *ipsa misericordia est, quæ est miseris, & calamitosis perfugij loco. Hoc eo scripsi, quod quidam suspicabantur sic legẽdum, & distinguendum esse,* & in tali miseria multorum perfugium, misericordiam tollere, *à quib. dissentio.*

16 saluti ciui calamitoso esse vellemus.] *nihil videbatur lectione vulgata integrius, quæ talis est,* saluti ciuis calamitosi consultum esse vellemus. *sed cũ antiqua comparata, clamat se esse corruptam, reperitur autem hæc antiqua, quã secuti sumus in duobus codicib. Memm. & ita in Cleric. & aliis.*

17 noui facinoris afferret) *nonnulli libri veteres habent,* noui sceleris.

18 sed ciuile discidium.) *sic habent libri veteres ego tamen hîc lectionem vulgatam non damno* discidium.

19 nunc melior certè ea, *&c. Liber vnus Memmi. habet* neuter. *vnde suspicari poßis legendum* nuper.

20 quam aliquem se imperatorem esse maluisse) *quidam libri vet. in his vnus Mem. habent,* quam aliquẽ se maluisse. *quod nõ displicet, vt repetatur ἀπὸ κοινοῦ,* prouinciã obtinere. *& suprà non longè admodum, vbi vulg. habent,* sed ita quidam agebant, *ijdem vet. habent, partim* agiebant, *partim* argebant, *vnde licet suspicari à Cic. scriptum esse,* vrgebant, *seu* vrguebant.

21 Quamquam quid facturi fueritis, dubitẽ, *&c.*] *sic legi malo, deleta negationis particula, quã non habent duo codices man. & adscripta infrà interrogationis nota, quàm seruata illa legi cum enuntiatione.*

& prohibiti summa cum iniuria) *quantò præstet*

hæc

hac antiqua scriptura vulgatæ, neminem tam inuisum Musis esse arbitror, qui non sentiat. sic habent autẽ nonnulli vulgati, & vt perhibetis, summa iniuria. *alij*, & prohibiti, vt perhibetis, summa cum iniuria. *Ego hoc totum*, vt perhibetis, *quod perspicuè corruptũ, & ineptum est, neque in vet. comparet, funditus deleui.*

22 caussas apud te rogantium gratiosiores esse, quàm vultus) *sic planè legendum, & ita scriptum reperimus in omnibus ferè libris man. quod & P. Victor. ex vno item man. admonuit li. 21. Var. lect. cap. 8.*

23 valeat vox illa tua, quæ vicit) *lib. manu. habent*, quæ dicit, *vnde suspicor hoc totum siue*, quę vicit, *siue* quæ dicit, *esse alienum, & foris profectum.*

24 dissenserit non à te) *liber vnus manuscr. habet*, dissederit.

25 præsentibus his omnibus] *nonnulli libri veteres non habent*, omnibus.

EIVSDEM IN ORATIONEM
PRO REGE DEIOTARO.

1 non tam in bellis, neque in prœliis, *&c.*) *sic habent omnes nostri libri manuscr. agnoscit Priscianus lib. 3. quod eò notaui, quòd quidam legendum putant*, non magis in bellis, neque in prœliis, quàm in promissis, *&c.*

2 cùm facile exorari, Cæsar, tum semel exorari soles] *quidam legendum censent*, cùm facilè orari, *&c. ego nihil muto. & verè sic habent duo veteres codices.*

3 si cùm auxilia Pompeio, vel etiam filium misisset, *&c.*] *sic reposui auctoritatem veterum librorum secutus. nam vulgati habent*, si tum auxilia, *&c. & paulò post*, perparuam in amicitia culpam relinquebas, *&c. cùm eos libros adiuuissem, in quibus scriptũ est partim*, in amicitia, *partim* inimicitia. *nam vulgati habent*, amicitiæ culpam relinq.

4 vtilitatib. tuis patuit) *sic est legendum, non* paruit *paulò post, vbi vulgati libri habent.* & probatissimum, *nonnulli scripti manu. nihil habent, in eisque legitur sic*, ex tuis fidelissimum omnibus *&c. alij*

-ha-

habent. Iccirco nihil mutauimus à vulgata lectione.

5 Deiotari probitas,] *vox* probitas,*abest à tribus nostris man.quemadmodum & supra aliquantò longiusculè vbi libri vulg.habent*,cuius tantæ ferocitatis.*manu.non habent* tantæ.

6 ab isto adolescente esse corruptum] *verbum* existimaui,*quod est in libris vulg. post vocem* adolescente,*non reperitur in man.neque Memmianis , neque vllis aliis: de Mem. testes sunt mihi complures homines doctissimi : de quibusdam aliis testatur. Muretus libro var.lect.2.neque in suis huius verbi vlla extare vestigia,& ita legi quemadmodum edendum curaui.Itaque hoc verbum funditus deleui,vt superuacaneũ & alienum.Et verò apparet,ab eo abiectum esse, qui nõ videret,vnde hæc penderent.quóue referrentur ; pendent autem illinc*,cùm est ad me ista causa delata,nempe Philippum medicum,*&c.*

7 vt collocati fuerant.) *libri manuf.habent.* vbi collocati fuerant.*verumtamen nihil muto. vt enim sæpe idem,quod* vbi,*significat apud bonos scriptores.*

8 in cubiculum te ire malle dixisti]*vnus & alter liber manuscriptus habet* , in cubiculo te malle dixisti.*subintel.*vomere.

9 Qui posset de absente se indicare?] *secutus sum P. Victorij conitecturam,lib.XXXVIII.Var.lect.ca.XII. expositam:quæ mihi quoque antequam posteriores libri Variar lect.ad nos peruenissent,in mentem venerat. qua nihil hîc probabilius reperiri posse existimo. Nam vulgata scriptura* vindicare,*à qua non discrepat antiqua, ferri posse non videtur. Sententia autem huius scripturæ, quam probaui hæc est,tamne demens erat Deiotarus, vt medicum,tanti sceleris conscium,Romam mitteret, cùm is medicus vnus esset,qui posset Cæsari,de hoc scelere indicare?seu , qui Cæsari,Deiotarum tantum facinus conatum esse posset indicare?Sed quid si dicamus , legendum esse,*qui posset de absente se iudicare ? *vt relatiuum*qui,*referatur & pertineat ad nomẽ proximum* Cæsarem:*hoc sensu,qui Cæsar,posset de absente iudicare?Omnino,liquido cõfirmare possum,sic esse planè scriptum*

ptum in vno ex nostris veteribus man. Prætereà oratio sic optimè procedit, Romam etiam mitteret, vbi & inimicissimum sciret esse nepotem suum, & C. Cęsarem, cui fecisset insidias, *&c.* cui *videlicet Cæsari sequitur deinceps,* præsertim cùm is vnus esset, *&c. Obsecro te, quis alius describi, aut designari potest, nisi Cæsar: nam pronomen is, hic relatiuum est. Itaque ad proximum referri debet, non ad id, quod longius abest. Verumtamen iudicet lector eruditus.*

10 At misit ad Cæcilium] *sic est scriptum passim hoc nomen in veteribus libris, non* Cælium, *vt in vulgatis: paulò post, vbi vulgati habent,* non optimos misisse tibi, *illi non habent* tibi. *cetera denique, quæ sunt à nobis immutata, à codicibus illis petita sunt.*

11 Alieno autem à te animo fuit] *verbum* fuit, *nō reperitur in libris man. quemadmodum neque participium* sparsi, *quod est in vulgatis, infra, ibi* graues de te rumores sparsi. *neque duas voces* erga te. *paulo inferiùs, ibi,* Quo tū erga te rex animo fuit, *&c. neque has treis,* & filiū suum, *paulo longiùs, ibi,* seséque & filium suum, *& deinceps* spoliare, *pro* exspoliare.

12 ea tamen illum cuncta iam exacta æt.) *in nonnullis libris veteribus hæ duæ voces,* cuncta exacta, *non comparens: in aliis, vt in vulgatis, planè scripta reperiuntur. Omnino, vt dicam, quod sentio, olent manus alienas: nam in antiqua hac scriptura,* tamen illum iam ætate defecerant, *&c. nihil neque ad perspicuitatem, neque ad elegantiam desidero. verumtamen iudicet lector eruditus.*

13 ego, qui pacis auctor semper, post Pharsalicū autem, *&c.*] *Nunc hunc locum, ita vt est in libris vulgatis, edidi propterea, quia sic etiam in vno & altero man. reperi. Olim sic edideram, vt in aliis veteribus eum scriptum repereram.* ego qui pacis auctor semper, Pharsalico autem prœlio suasor armorum non depon. sed abiiciendorum fuissem, *&c. quam nūc minus probo.*

14 quæ non impunitatem solùm adepta sit, sed etiam

etiam accusandi licentiã]verbum habet, quod est in libris vulgatis post particulã sed, delendũ curaui: cùm propterea quia id nullis in manuscr. reperi: tum maximè, quia superuacaneũ est, & olet glossema, quod vocant.

15 non modò apud te.] Sic habent libri vulgati & nonnulli man. al. scripti sic, non modò à peregrinis, quã nunc minus probo, quamuis olim eam secutus sim. Videtur enim conficta ab eo, qui voluit sincerum vas incrustare, & qui putauit Cic. hac tali oppositione vti voluisse, à peregrinis, à suis, quæ inepta est. dixisset enim potius, ab alienis. Nam suis, opponuntur alieni, ciuib. verò peregrini. Sed M. Tul. illud noluit. Quid ergo Deiotari calamitatem augere: vt qui non solùm apud Cæsarẽ accusetur, quod est atrox, & horribile, eundem offensum habere & iudicem: sed etiam à suis, quod indignissimum est: ab iis oppugnari, qui tueri debeant. Hæc est huius loci sententia, quã non viderunt, qui pro, apud te à peregrinis, scripserunt. Paulò post, vnus liber man. non habet, Castor, vbi, vos vestra secũda fortuna, Castor. &c. paulò post, vel legendum: Qui tuus pater antè, qui esset, &c. vel si hanc lectionẽ, Quis tuũ patrẽ anteà quis esset, seu quis esset, probamus Græcum, & comicorum more locutus est. sic enim illi, fac me vt sciã, pro fac vt ego sciã, & paulò post, pro missísque
16 corrumpere. vbi vulgati habent, præmissísque.

cùm esset perductus.] vocem testis, quæ est in lib. vulg abest autem à man. delẽdam curaui, simulq; perductus, excudi iussi eosdem libros secutus, suprà autem vbi est, ad Scaurumque deduci, legendum puto, ad Scaurumque reduci, vt est in libris man. Quod autẽ ad historiam illam attinet, eam Plutarchus quoque posuit in lib. de ratione distinguendi seu discernendi amici ab assentatore: sed præposterè. Nam M. Scaurum facit accusatorem, Domitium à Scauro accusatum. Er-
17 rauit scilicet Plutarchus.

Quæ est ista tam impudens, &c.] nonnulli codices manuscripti habent impotens, pro impudens, & suprà, vbi vulgò legitur, nónne etiam ad hunc

iidem libri non habent vocem etiam. *neque aliquando inferiùs, vocem* tua; *ibi,* domesticaque tua.

19 eius enim nomine, optimi hominis,) *mirabar antea & stomachabar, cùm legerem in libris vulgatis,* optimi hominis, *quòd mihi persuasum habebam,* optimus homo, *&* bonus homo, *raro admodum dici à Latinis, nisi à Plauto aliquoties, à Cic. minùs sæpe: sed potiùs,* vir optimus, *&* vir bonus. *idem posteaquam in omnibus libris antiq. vno excepto, scriptū reperi planè,* viri optimi. *desii & mirari, & stomachari, meóq; iudicio delectatus sum: vulgatam lectionem tamen non mutaui.*

19 In summa populi R. libertate nati] *libri scripti manu omnes habent,* in summa P. R. *id est,* in summa populi *R. &c. quomodo sine dubio legendum est. non, vt in vulg.* in summa reipub. libert. nati.

20 ad extremam causæ partem] *quidam libri vet. habent,* ad extremam causæ.

21 quod abest longissimè,) *sic omnes quidem habent libri & man. & vulgati: sed legendum arbitror alterutro modo, vel,* quod abest ab eo longissimè. *vel,* à quo abest longissimè.

22 furoris multam sustinuerat) *omnes ferè nostri libri veteres habent,* multuram subierat, multuram, *quid valeat, nescio:* subierat, *probo. neque tamen vulgatam lectionem damno. iidem habent partim,* retento, atque reseruato, *partim,* retento, atque seruato, *vbi vulgati* conseruato.

23 cùm illa munera insp.) *vox* munera, *abest à quibusdam libris manuscr.*

EIVSDEM IN PHILIPP. I.

Principiò hoc testatum volo, omneis ferè emendationes Philippicarum esse sumtas de codice Vaticano ma. cuius inspiciendi, & consulendi laborem susceperunt Muretus, & Faernus. Itaque breues hic erimus: satis est admonitum esse lectorem, quidquid hic erit immutatum, magnam partem ab illis viris ex auctoritate codicis illius optimi esse emendatum. Siquid erit aliud, id

acceptum referri debebit & codicibus Memm. & nostris coniecturis.

1 nec à rep.deiiciebam occulos) *hunc locum profert Nonius: profert & illum, qui non multò pòst sequitur,* non modò regno, quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato.

2 Græcum etiam verbum vsurpaui, quo tū, &c.) *Quidam huc Græcum verbum, ἀμνηστίαν, inculcarant, sanè inconsideratè, ne dicam stultè & inscitè. Nam primùm non habent libri veteres, præter vnum, in quo id reperi: denique, si quod esset scribendum non* amnestiā, *sed μὴ μνησικακεῖν, seu literis Latinis,* me mnesikakein, *esse inserendum, vt ostendit Muretus lib. 2. Variarum lect. cap. 15.*

3 Quid est aliud hortari adolescenteis.) *errant qui* adolescenteis, *scribunt per u, in secunda syllaba.* Adolesco *enim, compositum verbum est ex præpositionem* ad, *& verbo* olesco, *quod crescere significat. Quòd verò reperitur ita scriptum in antiquis libris, culpa est vel temporum, vel librariorum: scribebant enim sæpe* o, *pro* u, *&* u, *pro* o, *vt admonui in commēt. Lucretianis. Itaque falluntur etiam qui* epistula, *scribunt, non* epistola, *quòd* epistula, *scriptum reperiunt in libris man. Epistula enim, vox Græca est, ἐπιστολὴ: in cuius syllaba penultima est o μικρὸν, quæ vocalis, vertitur à Latinis in* o, *breue. Atque ita sunt consulendi, & sequendi codices vet. vt eos adiuuemus, in eisq; legendis iudicium adhibeamus. Quis enim ferat eum qui cōtendat scribendum esse* nouilis, *non* nobilis, *&* auemus *non* abemus, *& contra* hauitare, *non* habitare: auieris, *non* abieris: hauemus, *non* habemus, *& similia, & illa,* antempna, sollempnis, dāpnare, temptare, sumptus, calumpnia, contempno, & contempsi, redemptus, sumptus, peremptus, & similia (quæ iam vix à pecudibus ferri possunt) quia plerumque ita scripta reperiantur in libris illis?

4 Quærunt quidam, quid sit, cur, &c.) *Hanc scripturam putaui esse rectam, ex antiquæ scripturæ vestigiis coniectura facta.*

5 denuntio vim, arma remouete.) *Ita à me est*

editum septem abhinc annos, in prima iam editione Cic. itáque distinctū, atque interpunctū. quod eò scripsi, quia, cùm Petr. Victorius, in posterioribus ii. Var. lectionum, qui nuper in Galliā perlati sunt, cap. XIII. lib. XXXII. ex hac sola tam leui obseruatione concinnasset: hoc ipsū, quod, qualecunque est, siue laude dignum est, siue secus, meum est: id tamen mihi ademtum, alteri tribuit. Quod miratus sum. neque putaram in P. Victorio tantā inesse (κακοήθειαν non dicam: non enim conuenit huius nominis vis in virum optimè moratum. εὐήθειαν multò minùs: non quadrat hoc nomen in virum cordatiss. ac prudentiss. ῥᾳθυμίαν nihilo magis. qui sit homo diligētissimus, & vigilantissimus) sed tamen non putaram, P. Victorium talem esse, vt & quos laudare vellet, alienis laudibus ornaret, & quo l præclarè factum confiteretur, suis auctoribus eriperet. Quid. n. aliud fecit P. Victorius, cùm huius loci interpunctionem, in illa mea editione, quam à se visam negare non potest, planè exstantem: quam interpunctionem laudat, & vulgatæ anteponit, vt debet cuidam homini iniustiss. qui alieni laboris fructum præcerpere conatus est. adscribit, quod non debet, cùm mea editio aliquot annis, ante editionem illā prodierit? Quid ergo? Illine hanc P. Victor. laudatiunculam præsertim falsam, inuideo? Nihil minùs. Sed P. Vict. ἦθος considero: iniuriam mihi ab vtroque factam queror: ab illo, quòd opus alienum tractare, & interpolare ausus sit, inuito domino, nihil ipse noui afferens, præter nugas; nullisq; adiumentis instructus, nullis codicibus antiquis fretus, quibus videri alicui posset nouū aliquod opus fecisse: de Vict. quòd rei, iudicio ipsius, laude & sermone dignæ: meo, leuis, & nugatoriæ, quæ tamē mea, & domi meæ nata, & à me profecta est, gratiā, quæ mihi debetur, alteri adiudicat. Sed quid hoc leue queror: quod grauius est, taceo? Idē capite XV. li. XXXVIII. dissētiēs à me in eo, quòd apud Arist. lib. VI. de moribus ad Nicom. locum illum in omnibus codicib. vnius literæ adiectione corruptū, eius detractione sic emēdarim, ὥστ' εἴη ἂν ἡ σοφία νοῦς καὶ ἐπιστήμη, καὶ ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων, &c. & lectionem vulgatam defendens,

ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα, quæ lectio ineptissima est, neque vllo modo ferri potest, nisi fortè scientia aliqua est ἀκέφαλος, quod dictu ridiculum est: mea autem emendatio recta: volens enim ostendere Aristoteles, sapientiam esse scientiam rerum honoratissimarum, & scientiam omnibus aliis scientiis anteponendam, dicit illam esse tamquam caput aliarum scientiarum, & capitis rationē ad alias scientias obtinere. quemadmodum igitur caput omnium partium corporis animati pars est præstantissima: ita sapientia, omnium scientiarum est præstantissima, & honoratiss. Hæc Aristotelis sententia est. quid si diceret, vt vult Victorius, sapientiam esse sciētiam caput habentem, siue potius, capite præditam: quam ei laudem tribueret? aut qua eam re ceteris scientiis præstare diceret? si enim hoc significaret, sapientiam, scientiam perfectam esse, alias verò imperfectas: quid esset, quòd eā tantopere laudaret, si scientiis imperfectis præstaret? sin eā cum scientiis perfectis comparare vellet, & eam diceret caput habere: quomodo ostenderet eam aliis esse præstantiorem, si aliæ quoque perfectæ sunt i. caput habent? Vides, lector, quàm inepta, atque absurda sit lectio vulgata, quam vir ille alioqui doctissimus tuetur. In eo igitur loco, vbi hanc scripturam tā ineptam defendit ille, meā autem emendationem oppugnat, ita dormitauit, ita oscitatus est, ita denique aliud egit, vt scripserit, me sententiā meā Mureti auctoritate confirmasse, cùm Mureti in ea disputatione nullam mentionem fecerim, sed Eustratiū, auctorē, quod concedat ipse Muretus, aliquantò meliorē (poterat etiā D. Thomam ei adiungere, quem quomodo præterierim, nescio) mea sententia adstipulatorem, & cōfirmatorē produxerim. Tāta fuit hominis in iis libris cōscribēdis, nequid grauius dicam, ὀλιγωρία, καὶ ῥᾳθυμία.

6 & metui à ciuibus tuis, quàm diligi malis) hoc totum, quàm diligi malis, testificatur Muretus abesse à libris veterib. quod tamen retinet Faer.

7 nec beatus, nec clarus, nec tutus quisquam esse omnino potest] sic nunc edi iussi. olim secutus erā Turnebi coniecturam, quæ talis est, nec auctus quisquā esse omni potestate potest. quæ nūc non placet: quanuis

nis aliquantò propius ad antiquam scripturam accedat: quæ talis est, nec vnctus quisquam esse omni potestate: *nec hoc loquendi genus,* auctus potestate, *sic insusitatum, aut Latinis auribus inauditum. Sic enim Horat. Satyr. lib.* 1. Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos.

8 studium pop. R. tribuerit absenti, desider. *&c.*] *diu, multúmque dubitaui, quo pacto hunc locum edendum curarem, quia Faernum, & Muretum, quib. antiqua scripturæ Vatic. testibus vtimur, hîc pugnantia loqui video. Faernus enim ait ita scriptum esse in optimo illo libro,* vt in illo app. spect. studium pop. R. tribuerit absenti, vt. *&c.* leniret. *Muretus autem sic,* vt in illo app. sp. stud. pop. R. tribueret absenti, desiderium. *&c.* leniret. *vtri credam, cùm alterum necesse sit falsum dicere? vtriq. non possum, cùm duo contraria non posśint simul esse vera. Neutri igitur potiùs. Nam* tribuerit. *reperitur in libris vulgatis, hos igitur olim in hoc secutus sum, non antiquum illum, quamuis hi in eo ipso cũ illo consentiant, si Faerno credimus. addideram tamen particulam* vt, *quam Faernus etiam in illo libro reperiri confirmat: de qua Muretus nullũ verbum. Non displice mihi porrò Faerni sententia, existimantis vocem* studium, *delendam esse, vt alienam. verumtamẽ nihil muto. Assentior autem Mureto, mollius, & suauius casuram orationem, si ita legamus,* clamore leniret: *quia lectione probata, suprà legendum erit* tribueret, *quam nunc scripturam sequor.*

EIVSDEM IN II.

1 quàm multa loca solent esse in epistolis,] *caue lector sequaris in hoc antiquorum lib. auctoritatem, quod in eis scriptum est* epistulis. *fuit enim certis quibusdam temporibus consuetudo illa deprauata scribendi* u, *pro* o, *&* o, *pro* u, *quemadmodum admonuimus paulò antè. Tu igitur, quidquid dicãt certi quidam homines, qui, ratione & veritate reclamante, aliter dicunt, scribi oportere, nempe,* adulescens, epistula. *per* u, *scribe* epistola, *&* adolescens, *per* o.

2 qui cùm hoc ipso tempore) *sic coniecit esse legendum Muretus ex antiqua script. quæ talis est*: qui cùm hoc ipsumo tempore. *nã pleraq. editiones habent*, cum hoc isto tempore, *&c. affert idem aliam coniecturam, nempe hanc*: qui cũ nunc ipsum, ô tẽpora, *&c. quam planè non probo. Ad. Turneb. autem sic tentabat restituere*, qui cùm hoc pessimo tẽpore, *&c. quæ coniectura videtur longè optima. verumtamen nihil muto.*

3 sed qui tantam rerum repugn. *&c.) hic locus variè scriptus est in lib. man. variéque impressus in vulg. Miror autem Faernum, & Muretum non modò non indicasse, quomodo in optimo illo cod. man. scriptum sit, verùm etiã dissimiliter hunc locũ edidisse, sic enim Faern.* sed quia tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profectò sapis. *Muretus sic*, sed qui tãtarum rerum repugnantiam non videas, nihil profectò sapis. Quid est enim, *&c. Neminè esse puto, qui non videat, quantum inter has lectiones intersit. Quoniam ergo, quomodo in codice illo Romano scriptum sit, cognoscere non potuimus: ad nostros confugiamus. hi sic habent, vt edidit Muretus, nisi quòd pro* tantarum, *habent* tantam. *nostros igitur secuti sumus. Licet tamen etiam sic legere*, sed quia tantam rerum repugnantiam non videas, nihil profectò sapis.

4 quem palàm heredem semper, *&c.) ego in huius loci emendatione, olim Mureto assensus sum, scripturam antiquã ipsis vestigiis persequenti: à Faerno, qui ex* nominat, *facit* meminit, *dissensi. Fateor tamẽ me ex* nominat, *fecisse* nominauit, *vt cohærerent tempora. nunc* meminit, *probaui: neque tamen* nominauit, *reieci.*

5 quam statim muliebrem togam reddidisti) *toga, prætérquam quòd erat virorũ, erat etiam meretricũ. vnde,* mulieres togatæ, *meretrices intelligũtur. Horat. sat. 3. li. 1.* quid inter Est in matrona, ancilla peccésne togata? *Sed hac de re plura Muret⁹ ad hũc locũ.*

6 aude dicere, te priùs ad parẽtem tuam venisse) *sic hunc locũ restitui, Georg. Bucanani auctoritatem secutus, vulgata autem scriptura est hæc, neque aliter*

habent

habent cod.man. Venisti è Gallia ad quæsturā petendam. aude dicere, te priùs ad patrem tuū venisse, quàm ad me. *nisi quòd nonnulli habent*, parentem tuum. *His argumentis, ac verbis Bucananus hanc lectionem oppugnat, atque adeò euertit: Etsi in hac lectione omnia consentiunt exempla, si quis tamen propiùs inspexerit, mendum deprehendet. Nam pater Antonij, atque etiam vitricus, Lentulus, qui in coniuratione fuerat Catilinæ, multò ante hoc tempus excesserant è vita. Neque* patruum, *legi potest. Nam C. Anton. M. Antonij patruus, damnatus fuerat repetundarum, accusantibus Maced. coss. Cæsare & Bibulo, vt ex Cicer. & Suetonio perspicuum est. Cicero enim in oratio. pro domo sua ita scribit,* Hora fortasse sexta diei questus sū in iudicio, cùm C. Antonium collegam meū defenderem, quædam de rep. quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. hæc homines improbi ad quosdā viros forte s longè aliter atq; à me dicta erāt, detulerunt. hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. *ex quib. Cic. verbis intelligere licet, quo die P. Clodius à patribus ad plebem trāsiit, eo die C. Antonium causā dixisse. Clodiū verò ad plebem transiisse constat ex Suetonio, Cæsare & Bibulo coss. Iisdē igitur coss. C. Anton. in exsulium abiit. damnatus repetundarū, neque dum redierat, M. Antonio, & Dolabella coss.* Exprobrat *enim Cic. in hac Philippica M. Antonio, quòd ceteris ab exsulio reuocatis patruum nō restituisset. M. autem Antonius, præfectus equitū, cū Gabinio profectus fuerat in Syriam, è Syria cum Ptolemeo in Alexādriā, ab Alexandria in Galliā ad Cæsarē, è Gallia Romā rediit ad quæsturæ petitionem, etiā tunc exsulante patruo. Non potest igitur, vt antè dixi, pro* patrem *supponi* patruū. *Neque,* ad fratres tuos, *posse legi arbitror, siue quòd non tam facilis sit lapsus ex mutatione tot literarum, siue quòd fratres eius, etiam tunc adolescentes & ignoti essēt, nec vlla re postea, nisi flagitiis, nobilitati. Itaque,* ad matrem tuā, *legendum censeo. fuit autem ex vicinitate literarū librario facilis peccādi occasio. præterea satis constat Iuliam Marci Antonij matrem,*

matronam illustrem, & spectatæ probitatis, ad triumuiralem vsque proscriptionem vixisse, ac L. Cæsare fratrem suum proscriptum seruasse vna igitur mutata litera, matrem tuam, *legendum censeo. Hæc Bucananus. Si quis tamen propiùs accedens ad scripturam antiq.* parentem tuum, parentem tuam, *legendum esse cõtendet, non pugnabo. Cùm hæc olim anno* CIↃ.IↃ.LXV. *scripsissem, & Cic. eo ipso tempore edidissem: Petr. Victorius tamen libris Var. lectionum posterioribus anno* CIↃ.IↃ.LXIX. *editis, hoc est, annis quatuor post nostrã primam Cicer. editionem, scripsit ca.* XVII. *lib.* XXXIII. *hunc locum esse mendosum, vt vulgò legitur, & fortasse legendum esse,* ad parentem tuam: *quasi rem aliquam nouam, & à nemine excogitatam, immò ne cogitatã quidem afferens: cùm dissimulare, aut negare non possit, meam illam Ciceronis editionem à se esse visam. Hæc cuius sunt hominis?*

7 egestatis, æris alieni, nequitiæ perd. &c.) *videtur legendum,* egestati, æri alieno, nequitiæ, perditis rationibus &c *nam hæc omnia, debent esse vnius, & eiusd. casus, non differentium, aut diuersorum, cùm ab vno regantur.*

7 causam belli contra patriam] *quidam legi volunt,* ansam belli.

8 collusorem suum restituit.) *desiderabatur post hæc verba in libris vulg. hoc totum,* non vt luderet cum restituto.

9 pro triclinis popinæ sunt) *P. Faber Tolosanus, olim commotus antiqua scriptura, quæ talis est,* pro cõclauibus popinæ tricliniissent, *delendam censuerat vocem* popinæ, *& legendum,* pro conclauibus triclinia sunt. *Idem aliquantò pòst, sententia mutata, sic potiùs hunc locum esse legendum arbitratus est,* pro cubiculis stabula, pro conclauibus triclinia, pro triclinijs propinæ sunt. *Confirmatur eius coniectura hic locus: quæ ille mihi indicauit. Seuerus ad Regonium Celsum apud Aelium Spartianum, in Pescennio Nigro,* Milites tui vagantur, tribuni medio die lauant, saltãt, bibunt, cantant, & mensuris conuiuiorũ

va

vacant, cùm sine mensuris potent. *C. Gracchus in oratione quadam apud A.Gell.lib.*XV.*cap.*XII. Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant, sed in conuiuio liberi vestri modestius erant, quàm apud præceptorem. *al.* præcipem. *En tibi in his tribus locis commemorantur popinæ & stabula. Nam quæ M.Tullius* stabula *nominat,* meritoria *à Seuero dicũtur. Gracchus autem his pluribus verbis,* neque pueri eximia facie stabant, *eandem rem significauit. Ita ex Seueri, & Gracchi verbis intelligimus per* stabula *apud M.Tullium, meritoria, & quasi prostibula significari.*

10 exegit] *videtur legendum, foras exegit: & ita exstat apud Nonium Marcellum, ad verbum* exigere. *Nam neque P.Victorius, neque Faernus, neque Muretus, aduerbium* foras, *quod desideratur, restituerunt.*

11 abiecisse illim) *sic restituimus, scripturæ veteris vestigia secuti.* illim *autem valet* illinc.

12 dicam tamen dolore commotus. Nónne indignum est hunc viuere, &c.] *sic esse legendum & veteres codices Philippicarum pertinent, & ipse M.Tullius in epistolarum ad Atti lib.*XVI.*ep.*XI. *docet. sic enim ille hunc locum spectans,* Illud etiam malo, indignissimum esse hunc viuere, quàm, quid indignius? *In eadem epistola paulò antè verba illa,* Attamẽ est isto loco bella, vt mihi videtur, *εἰρωνεία,* quòd eũ contra ciueis in acie, &c. *referenda sunt ad illud, quod est suprà eadẽ Philip. circiter quatuor ab hinc paginas,* Ter depugnauit Cæsar cũ ciuib. &c. *sequitur,* Omnib. his pugnis affuit Dolabella, &c.

13 fortuna populi R.] *nihil muto, quamuis Faernus testetur, in antiquo libro scriptum esse,* fortuna reip. *neque tamen illam damno, cùm alibi ita loquatur.*

13 Is igitur à quo viuo] *sic habet codex ille Vaticanus, vt testantur Faernus, & Muretus. verumtamen lectionem vulgatam malim tueri: nam verba illa,* rex Deiotarus, *nata sunt, meo quidem iudicio, ex annotatione quæ respondebat voculæ* Is. *atque hac vocula omissa, verba illa in contextum verborum à librario coniecta*

sunt. Suprà autem paucis ante versibus verba aliquot, quæ alieno loco erant posita, cùm infrà xxx. circiter pòst versibus suo loco legantur, delenda curaui, vt inania & supernacanea.

14 quid? metuisti, credo, ne saluo] *hic locus, meo iudicio, corruptus ac deprauatus est. secutus autem sum olim Faerni & Mureti emendationem, quæ talis est*, cùm metuisti, credo, ne saluo capite negare non posses, *ex antiquo illo codice Vaticano. Nam Hieron. Ferrarius testatur sic legi in aliquot aliis man.* quem metuisti, credo, ne saluo capite negare non posses. *quam scripturam non probat: ex ea tamen suspicatur legendum*, negare non posses. *quæ coniectura non videtur esse reijcienda: & fortasse emendatus locus esset, & perpurgatus, si ita legeretur.* interuenit enim, quòd metuisti, ne saluo capite eum necàre non posses. *vel sic:* interuenit enim. quid? metuisti, credo, ne saluo capite eum necare non posses: *vel sic*, interuenit enim. quid? eum metuisti, credo, ne saluo capite necare non posses.

15 sororem tuam) *immò* vxorem tuam, *legendum, Octauiam scilicet: quam exegit Antonius, Fuluia domum intromissa.*

16 grandiferæ, & fructuosæ, ferebantur) *vnus ex nostris veteribus codicibus habet planè, & sine vlla litura*, grandi fænore, & fruct. fereb. *quæ scriptura nō est fortasse reijcienda, immò verò recta, & vera. nā* grādiferæ *quidem, vox poetica est*, grandiferæ *verò, non conuenit orationibus.*

17 cum hac nūditione tua) *secutus eram olim hanc Antonij Augustini Hispani coniecturā*, cū hac immani nundinatione tua, *quam fecit ex hac antiqua*: cū in manum latione tua: *quā nec ego vllo modo probo. Non enim si vsitatum est*, dare in manum: *etiam* ferre in manum, *vsu est receptum sed demus*, in manū dationem, & in manum lationem *idem valere: neutrum tamen hîc locum habere potest, sed potiùs* in manū acceptio. *Nunc detracto adiectiuo* immani, *seu* inmani, *in re tam dubia atque incerta, arbitror potiùs legendum esse*, cum hac nundinatione tua, *hanc le-*

ctionem adiuuat codex vnus man. in quo reperi scriptũ, cum hac numeratione tua. Quidam malunt legi, cum hac nummulatione tua Ego. si hac lectio, quã secutus sum minùs placet, & si tot coniecturis locus est, malim sic, cum hac nummaria ratione tua.

EIVSDEM IN TERTIAM.

1 ne optantibus quidẽ nobis) nec potui, nec debui optimi libri auctoritatem aspernari, qui sic habet, vt testantur Faer. & Muretus. Adde quòd verbum cogitantibus, quod antecedit, satis indicat, legendũ esse hoc loco, ne optantibus quidẽ. sed ratio, quã subiungitur, quare non optarint, inanis est ex sententia Philosophorum. optamus enim etiam ea, quæ fieri ne posse arbitramur. verbi gratia. optamus immortalitatẽ: optamus ea, quæ facta sũt, vt sint infecta: deniq; optamus ἀδύνατα.

2 quàm barbarus? quàm ferus?) sic legendum esse, olim ex loco huic simillimo, qui est pag. ab hac quarta indicaui, ibi: cùm in edictis tã fuisset ferus. Omnino illud rudis, quod est in libris vulg. nõ placet neq; aures meæ ferre possunt. Si quis tamen dicet ferus, nimis lõgè abesse à scriptura vulg. atque adeò antiqua (nã non discrepãt hoc loco veteres codices à vulg.) dicet ei per me scribat, pro rudis, totidem literis dirus, quod erit etiã grauius, quã ferus. sic Latini dicunt, dirũ Hannibalem, diras volucres, diras vltrices, diram libidinem, & simil.

3 vt tibi Iulia nata, ignobilis videatur) assentior Ant. Augustino, & M. Ant. Mureto, vt legendum putem, Iulia nata, quomodo edendum curaui, id est, Iuliæ filia, nempe Attia, Octauiani mater: de cuius genere hîc agitur.

4 cum tot edicta proposuisset edixit, &c.] Assentior Faerno, qui arbitratur verbum edixit, esse delendum. Est. n. hæc verborum sententia, Cùm tot edicto proposuisset, videlicet, vt senatus adesset a.d. VIII. Kal. Decembris eo die ipse, qui edixerat, non affuit.

5 honestissimis contentionibus) secutus sum libros vulgatos, neque vt antiquam illam scripturam, honestissimis contionibus, & sæpe, & iure,

con

contentionibúsque vexatus,*probarem, animū inducere potui.Puto enim hoc* contionibus,*hinc esse natum,quòd cùm librarius hanc vocem in ora libri à nescio quo dubitante adscriptam reperisset, vtramque in contextum intulerit* contionibus,*&* contentionibus:*quamquam nequid dißimulem, malim ita legi,*à quo erat honestissimis conditionibus, contentionibusque & sępe,& iure vexatus.

6 qui cùm suscensere nemini posset) *libri omnes veteres sic habent,vt edidimus,* suscensere,*non* succēsere.*Suprà autem vbi vulgati habēt,L.*Antonius, *M.* Antonius,*nihil mutauimus:quamuis antiqui habeāt, L.*Annius.

7 & ad disperditionem vrbis)*liber antiquus, omnium optimus,habet,*ad dispersionem:*vnde ego legendum conijcio,*ad direptionem:*nam neque* disperditionem,*neque* dispersionem *mihi vllo modo probantur.Idem liber paulò antè habet,*foro excusserit, *vbi vulgati,* foro excluserit.

8 Viderísne refertum forum?*&c.*]*sic habent libri vulgati,nisi quòd non habent copulationem* que, *post* populum.*& ita edēdum curauit Muretus.at Faernus sic:*Videtis refertum forū,populúmque R.ad spē, *&c.per enūtiationem, & sine interrogationis nota.*

9 Sunt impij ciues pro caritate reip.nimiū multi:pro multitudine bene sentiētium,admodum pauci]*sic edidit Hier.Ferrarius:sic Faernus:sic habent etiam nonnulli libri vulg.Muretus autem hoc modo:*Sūt impij ciues:sed pro caritate rei, nimium multi: contra multitudinem bene sentientium,*&c. quā lectionem minùs probo. magis probarem, si verborum collocatio immutaretur, hoc modo,* Sunt impij ciues contra multitudinem bene sentiētium admodū pauci:sed pro caritate reip.nimiùm multi.

10 & fortissimorū virorū,amiciss.q.reip.] *Quāuis Faernus testetur vocem* virorū,*abesse à codice Vaticano, nos eam tamen retinuimus:& quòd maximè conueniat horum duorum coniunctio,*virorū fortissimorum, *& quòd eam retinuerit Muretus,quòd deniq; eā in nostris libris*

libris veterib. repererim, in eo codicem Vaticanum secutus sum, quòd reip. *edidi, cùm vulg. habeant*, populo Ro. *Rursus in eo non sum secutus, quòd ille habet*, amicorumque reip. *qui* amicissimorúmque reip. *edendum curaui.*

EIVSDEM IN QVARTAM.

2 si C. Cæsaris fortissimorum patris milit.] *Sic legendum arbitror. Nam primum vulg lectio ferri non potest, vt docet Faernus. deinde antiqua propter prouocabulum* sui, *suspecta est: quo detracto, nihil iam difficultatis, aut scrupuli est.* militum patris, *enim positum est, pro* militum paternorum, *quomodo suprà locutus est, non longè admodũ, ibi*, ex paternis militibus conficeret, *vbi vulgò legitur*, Hispanis militibus, *&c.*

2 arcessitæ sunt:) *Nõ pigebit me huc adscribere, quod alibi neque semel admonui*, accerso, *non esse Latinam vocem, sed ex vero & recto* arcesso, *deprauatam. quod meum iudicium adiuuant cùm veteres codices, vt quisq; est optimus, tum ille Philippicarum Vaticanus: in quo, vt testantur Faernus, & Muretus, nusquam comparet vllum vel tenuissimum verbi* accerso, *vestigium, sempérque, & vbique* arcesso, *scriptum reperitur.*

EIVSDEM IN QVINTAM.

1 vt eos iudices haberemus, quos hospites habere nemo velit.) *Sic vno ferè tempore emendarunt hunc locum Muretus, & Faernus, codicem illum Vaticanum secuti, alter Lutetiæ, alter Romæ, tribus his vocibus detractis*, socios ad epulas: *quæ leguntur in libris vulg. Miror autem, cùm hæc antiqua scriptura sit multis nominibus vulgatæ anteponenda, omniq; difficultate, & scrupulo, & suspicione mendi careat, cur Petr. Victorius tamen ἀκίνητα mouens, & nodũ in scirpo quærens, & in luce clara caligans, & actum agens, hunc locum à viris illis doctissimis ex auctoritate ma. codicis longè omnium optimi perpurgatum, de integro purgare, hoc est sincerum vas incrustare, conatus sit: idque musis*

omni

*omnibus inuitis & reclamantibus.Sic enim ille emendat,vt quidē putat,*vt eos iudices haberemus,quos socios ad epulas habere hospes nemo velit.*quā lectionē piget me refellere,cùm se ipsa refellat:piget rationes,& verba,quibus eam tuetur atque explicat, cōmemorare.Hoc tamen dicā cursim,& breuiter:primùm* hospitis *nomen,hoc loco non habere hanc vim, quam habet apud nos,aut apud Italos,vt eum significet, qui mercede viatores, & peregrinanteis tecto recipit. deinde neminem cū quoquam hospitiū contrahere,aut hospitem quemquā facere,quin eadem opera,vnique tempore eum mensæ societate dignum existimet, & coniūctorem faciat,tū si quis de aliquo bene existimans,eum hospitē sibi asciuerit,& postea se errasse cognouerit,& hominem sordidum,aut etiā impurum esse rescierit,non dubitaturum cum eo tesseram hospitalem confringere, & hospitij vinculum dissoluere. postremò Latinè dici non posse,* habere socios ad epulas:*sed dicendum potiùs,*habere socios epularū:*aut certè,*adhibere socios ad epulas.*quibus verbis tamen non eadē sententia exprimeretur,quæ superiorib.*habere socios epularū.*Sed nō est à P.Victorio bene Latinè loquendi facultas postulanda, qui scribit plerumque impolitè,& inquinatè, vt cū anno superiore in epistola illa,quem præposuit epistolarum libris ad Att.ita scribit,*non disputabo de hoc lōgiùs,*cùm scribere deberet,si Latinè scribere vellet,* non disputabo de hoc diutiùs. *Vellem mihi liceret per angustias temporis,& loci,plurib.verbis eius ὀλιγωρίας, cùm in hoc,tum in aliis sexcentis demonstrare,non quòd libenter quemquā,nedum Victorium,quem & olim sæpe laudaui,& nunc item laudo reprehendam,sed vt intelligat,sibi metuendum esse,ne quam seueritatem, atq; adeò iniquitatem in scriptis alienis examinandis adhibuerit,eādem doleat vsurpari in suis.Et simul malo harū rerum commemorationem ad meos Variarum lectionum libros reseruare.Verumtamen non possum duo insignia hominis,qui cùm alios,tum me,& Turnebū tam cupidè reprehendit,ἁμαρτήματα præterire:quorū alterum est lib.Var.lect.26.c.24.vbi in versibus bis Virgilia*

lianis, Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingens, Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum Nutribant, *&c.* Tyrrhidæ pueri, *existimat esse generandi casus, numeri singularis, & caput illud sic orditur*, Virgilius, vbi de ceruo Tyrrhidæ pueri sic loquitur, *&c. cùm hoc totum*, Tyrrhidæ pueri, *sit recti casus, numeri multitudinis. alterum est li. 1. c. 5. vbi volens ille ostendere, malorū magnitudinem hominibus calamitosis vocem interdum adimere, atque etiam querendi facultatem eripere, idque exemplis cōfirmare: ex duobus, quæ ille affert hoc priore loco ponit, sumtum ex oratione Demosthenis* κατὰ Μειδίου, *in qua orator ille, inuidiam Midiæ conflare volens, ait*, Stratoni cuidam, Midiæ potentia, & iniuria oppresso, ne suam quidem calamitatem deplorare licere, sed eum cogi in iudicio mutum, atque elinguē stare. *Putat igitur Victorius homo minimè malus, huius silentij, vim doloris, & magnitudinem calamitatis esse causam, cùm Strato ideirco taceret, quòd infamia notatis, quam notam Midiæ iniuria Stratoni inusserat, in iudicio verba facere per leges non liceret. Nō ergo Stratoni, doloris, aut maiorum magnitudo, quod Victorius existimauit, sed lex & silendi necessitatem afferebat, & loquendi potestatem auferebat. Atque ego sanè non tam acriter hæc persecutus essem (quamquam nihil est à me in eum petulanter, aut contumeliosè scriptum) neque statueram ita propè oculis subiicere hominis eruditi, mihique ob eius virtutem, & doctrinam cari,* π τεῖο μετα. *nisi lacessitus, voluissem ostendere, Petrū Victoriū quoque hominem esse. In ceteris autem, vbicūque eius mentio incidet, eam moderationem adhibebimus, vt intelligat, nos posse aculeos nostros, & cùm bene nobiscum agit quis, continere, & cùm lædit, exprimere.*

2 opertis valuis concordiæ.) *sic Faernus edidit: sic habent plerique libri vulgati, & nostri scripti manu: Muretus autem, nisi Typographi sit erratum*, apertis valuis. *sed hæc lectio ferri non potest: pugnat enim cum iis, quæ dicta sunt Philipp. III.* cur valuæ Cōcordiæ

cordiæ non patent?

3 insanam arrogantiam) *Faerno assentior, qui, optimo illo codice repugnante & inuito, in quo est* insaniã, arrogantiam, *vt in vulgatis omnibus, sic legendũ censet,* insanam arrogantiam.

4 dubitationem belli afferet) affert, *testatur esse scriptum Faernus in codice illo Vatic. ego tamen malim legi* afferet, *vt in vulgatis, & quidem ita olim excudi iusseram: si operæ mihi obtemperare voluissent.*

5 qui ne sorti quidem fortunas nostras destinauit] *sic edidit Hieron. Ferrarius. Faernus autem mauult legi* destituit, *vt habent nonnulli libri vulgati, fatetur tamen, in optimo illo codice scriptum esse* destinuit: *quod corruptum esse putat, vt & mihi videtur. vnde multis verbis ostendere conatur legendum* destituit, *de quo iudicet lector. ego interea* destinauit *probo: neque ei assentior,* destituere, *in ijs exẽplis quæ ille proponit, significare, in pessimũ statũ aut ignominiæ, aut periculi, rẽ esse deductam: sed potius deorsum statuere, & quasi defigere. Sed de hoc verbo plura in commẽtar. Plantinis.*

EIVSDEM IN SEXTAM.

1 noui violentiam) *secutus sum libros vulgatos, quibuscum congruunt nonnulli man. vt testatur vulgatus Mem. & ita edidit Muretus: Faernus autem* vinolentiam: *quod minùs probo.*

2 omnes vndique copiæ colligendæ) *hunc locum profert Nonius in verbo* colligo.

3 horam excubare nullam in tali ciue liberãdo sine scel. non poss.] *proponam initiò scripturã antiquã, à qua nõ discrepãt nõnulli codices vulgati: pòst, quid de hoc loco sentiam, profitebor Sic igitur habent libri veteres:* horã exhibere nullã in tali ciue li. sine scel. non poss. *ex qua Hier. Ferrarius fecit,* horã eximere nullam in tali ciue liberando possumus. *quam emendationem, si emendatio est, & non corruptio, sequatur qui volet. ego quidem non probo. mouet me omniũ veterum librorum consensus in voce* exhibere, *sed*

maxi

*maximè in negandi particula,quam tollit Ferrarius.seruata igitur negatione,sic puto hunc locum esse emendandum,*horam excubare nullam,*&c.*nō possumus. *vt sit hæc sententia,scelerati simus,si nullam horam excubemus in tali ciue liberando quæ in emendatione primùm aut pudentiùs,aut certè æquè pudenter* eximere,*verto in* excubare,*vt qui idem verbum, in* eximere,*verterunt:deinde negationis particulam retineo, quā illi,vt suam emendationem tueri possent, sustulerunt. sic autem ferè loquitur infrà eadem Philip.*Quantum potero,Quirites,excubabo,vigilabóq; pro vobis.

4 iam ferè in oculis,postquàm vidit, *&c.*] *duas voces*,ipsum Trebellium,*vt ex annotatione,ac declaratione natas,delendas curaui.suprà autem paulò antè legendum*,T. Plancus,*non,vt vulgò*, T.Plantius. *Iam* Exitij *nomen mihi suspectum est. nam non olet Romanam ciuitatem.*

5 qui nequitia & scelere ita excellat?) *In optimo illo,& antiquiss. libro* Faernus *&* Muretus *testantur ita legi*,nequitia est scelere,*à quo non discrepat* Memianus:*vnde Faernus legendum suspicatur*, nequitia excellere,*ego adiuuans Faerni coniecturam, sic legendum censeo*,qui nequitia, & scelere ita excellat *Credibile enim est*, *illud* excellat,*à librario scriptore prætermissum,propter similitudinem vocis* scelere,*quæ antecedit.*

6 diuisit Semurium] Remurium,*non* Semurium, *vt habent omnes libri,putat legendū Hier.Ferrarius.sed ego vetueram olim quidquam mutari. nam primùm,* Semuriū,*habēt omnes lib.& man.& vulgati,vt dixi. deinde* Semuriū,*constat agrū fuisse hoc nomine,quē populo R. legauerat*, Larentia:*idq; ex Macrobio, si cui fortè dubium est,cognoscere licet,li.1.Saturn.c.10.*Cato ait Larentiam meretricio quæstu locupletatam, post excessum suum populo R. agros Turacem Semurium,Lincerinum,& Solinum, reliquisse, *&c. Admonet & Adr.Turneb.li.3.Aduers.cap.3.*

EIVSDEM IN VII.

1 eiusdémque cura incredibilis, *&c.*] *incredibile est ei qui vulgatam scripturam cum antiqua non compararit, quantò melius hic locus scriptus sit in codice Vaticano, quàm in vulgatis, quod indicauit Muretus praeteriit Faernus.*

2 non queret vrbe expulsos?) *Muret. coniecturam, vt verisimiliorem, atque adeò, meo quidem indicio, certã & veram probo: qui ex antiqua scriptura aliquantum deprauata,* nõ quæret, vr. expulsos? *sic restituit,* non quæret vrbe expulsos? *nam Faernus sic edidit,* non queretur expulsos? *quod minus probo.*

3 bellum obuolutum:] *cùm in libris veteribus legatur* bellum ouolutum, *propiùs ad eam accedere putaui* obuolutum, *Mureto assentiens, quàm* inuotum, *quod est in vulg.*

4 ne coagmentari quidem) *docti quidam viri existimant, scribendum esse verbum* coagmento *sine* g, coamento: *quia* amenta (*inquiunt*) *ea sunt, quibus ad ligandum vtimur: &* coamentare, *nihil aliud sit, quàm colligare. Sed vereor, ne errent, credibiliusq́; sit* coagmentare; *dictum esse vel ab* agmentis, *quæ commemorat Varro lib. 5. de lingua Latina: & refert Sosip. Carisius lib. 1. ibi,* later, lutum, agmentum, *vel à* coagmentis, *quæ sunt coniunctiones arctæ, & compares, inquit Nonius, à coagendo, seu cogendo, id est stringendo dicta: vnde* coagulum.

5 à qua exclusus) *sic edidit Muretus, neque nos admonet aliter esse scriptum in codice Vaticano. Faern. autem* expulsus *testatur in eo esse scriptum.*

EIVSDEM IN VIII.

1 quòd bello vacationes valent) *Iulio Pogiano assentior, qui existimat detrahendam esse vocem* Italico, *seu* Gallico. *nam ex libris vulgatis alij habent,* bello Gallico, *alij,* bello Italico.

2 Nolumus hoc bellum videri] *Faernus edidit,* Nolimus hoc bellum videri. *quod puto esse erratũ Typographi, quamuis ille admoneat sic esse scriptum in*

codice

codice Vaticano. quare legendum Nolumus,*&c. quo modo legit Muretus.*

3 Atque ais, eum te esse qui,*&c.*] *sic edidit Faernus ex antiquo illo codice. In ea autem editione, cui præfuit Muretus, sic legitur,* Atque vis,*&c. quam lectionem mendosam puto, & culpæ Typographi assignandã.*

4 & vtileis reip. ciueis] *Faernus & Muretus ediderũt ex illo codice antiquo:* & vtileis, & è rep. ciueis.

5 cùm suo magno esse benef.*&c.*] *Præclarè hic quoque locus, ex auctoritate codicis Vaticani restitutus est, qui fuerat ab iis deprauatus, qui sententiam verborum non perceperant. significat autem Antonium, cùm Caleno salutem, salutem ac vitam deberet, contra eum tamen venisse. Sed hoc declaratum est à Faerno pluribus verbis.*

6 fore, vt omnes inflammati, *&c.*] *hæc pendent ex verbo* consolabar,*quod est supra. nam vox* putabam, *quæ est ante* fore,*in libris vulg. non reperitur in antiquo Vaticano, neque in Memmiano. Iam verò copulationem* quòd,*post verbum* consulabar,*deleui, vt alienã & subditã. Quòd autẽ Muretus existimat esse ἀνακόλουθον, mihi non videtur. Est enim apta cõsecutio, si propiùs spectes, & ita, vt indicaui, verba explices, & coniungas.*

7 sed ipse est totus repud.) *sic edidit Faernus: neq; nobis indicauit aliter esse scriptũ in cod. Vaticano. Muretus verò contra testatur in illo codice scriptum esse,* sed ipse est potius,*&c. quamuis in editione sua neque* potius,*neque* totus,*posuerit.*

8 huius comitiis C. frater eius,*&c.*] *locus corruptus, & mutilus, etiam in codice Vaticano. vbi sic esse scriptum testatur Faernus.* huius comitiis C. frater eius est enim iam annus, vt repulsam tulit. *quem sic conatus est restituere in integrum Ant. Augustinus:* Lucius comitiis cos fiat iure. *Ego hoc totum delendum puto, vt aliunde huc intrusum.*

9 quàm captiui frugi solent] *nolim equidem antiquam scripturam damnare, quam se testantur Faernus & Muretus secutos esse, nempe hanc,* quàm

captiui serui frugi,*&c. Sed tamen mihi videtur vox* alterutra,*vel* serui,*vel* captiui,*redundare,& foris alicunde in contextum verborum Ciceronis illata.*

10 fecerit, quod honore, præmióque dignũ,*&c.*) *sic olim edideram,* fecerit, quòd honore, præmioq; dignus esse videatur. *in quo scripturam antiquam partim secutus eram, partim adiuueram. nam delito pronomine,* quis dignus,*retinueram, quod reperitur in libris vulg. Atque hæc verba,* fecerit, quòd honore præmioque dignus,*&c. sic interpretabar, fecerit propter quod honore, & præmio,&c. sic loquitur Terent. Phorm.* Vim primũ hodie facere quòd ego gaudeam, Nausistrata, & quòd tuo viro oculi doleant?*&c.* quòd,*id est, propter quod.& ita Donatus. Nunc antiquam retineo: neque tamen illam damno.*

EIVSDEM IN IX.

1 semper ad facilitatem, æquitatémque,*&c.*) *libri omnes habent,* semper ad facilitatem, æquitatémque*&c. itaque olim excudi iusseram, sed cùm docti cuiusdam coniecturam adscripsissem, qui legendum putabat,* ad vtilitatẽ æquitatémque: *Typographus, consilio meo non intellecto, vera, & recepta lectione eiecta, incertam & coniecturalem admisit. quamquam ne quid dissimulem, malim ita legi, vt docto illi videtur, quàm vt omnibus in libris legitur. quid enim sibi vult hoc loco* facilitas?*nisi dicamus, idem ferè valere, quod lenitas,& æquitas summo iuri contraria: quomodo fortasse & vsurpauit l.1.ep.ad fam.ep.9.* facilitate autẽ, quod vellem consequi potuisses, ne eius ordinis rem aut voluntatem offenderes. *Scripturam igitur antiquam, à qua non discrepat vulgata, teneamus.*

EIVSDEM IN X.

1 quid est aliud, librar.) *legendum.* Quid est aliud, librarium Bruti laudare, non Brutum? *deleta particula* quàm, *quæ nescio vnde huc in prima editione ir-*

irruerit. in eo quidem exemplo, quod operas sequi iusseram, nullum erat eius vestigium. Credibile est, semidoctum aliquem eis auctorem fuisse, vt eam adijcerent, quasi necessariam, & à me imprudente prætermissam. Quod autem ad relatiuum quod, *quod reperitur in nonnullis vulgatis editionibus, ante*, quid est aliud, *&c. iam olim deleri iusseram: vt profectò delendum est.*

2 quem tãdem ciuẽ vmq. ornabitis? cui faueb.] *Faernus testatur has duas voces* cui fauebitis? *siue potius, vt habent nonnulli libri vulg.* cui fauebitur? *non comparere in codice Vaticano. Muret. nullum hac de re verbum fecit. & tamen edidit, vt nos eum secuti.* quem tandem c. vmq. orn. cui fauebitis? *Quòd si quis eas delere malit, non pugnabimus.*

3 eas, qui nomẽ regni sustulerint, &c.] *hunc locũ profert Nonius in verbo* sustulit, *apud quem legitur,* qui regni nomen sustulerint, *vt indicat Faernus* etiam *in cod. Vaticano scriptum esse, nõ, vt vulgò,* qui regis nomen, *&c.*

4 Quamquam qui vmquam aut ludi, aut dies, lætiores fuerunt, quàm tum? &c.) *sic habent libri omnes & vulg. & man.* Quamquam qui vmquam aut ludi, aut dies, lætiores fuerunt, quàm cùm in singulis versibus, &c. pro sequebantur? *Faernus tamẽ hoc modo legendum censet,* Quamquam qui vmquam aut ludi, aut dies læt. fuer. quã tũ? In singulis versibus. *&c. cui assentimur.*

5 à prima ora Græciæ) *sic habent omnes libri vulg. neque quicquam mutat Faernus: sed Muretus legit,* à primo ore Græciæ: *itaque scriptum esse testatur in codice illo Vaticano. ego vulgatam scripturam magis probo.*

6 fuisset.] *assentior Faerno, qui existimat legendum,* futura erat, *&c.*

7 quæ vbique sunt pop. R. sunt) *Faern. & Muretus ediderunt,* reip. sunt. *ego lectionem vulgatam tolerabilẽ, & probabilẽ esse arbitror. Nam & paucis post versibus eodem modo loquitur,* Tenet igitur populus R. Macedoniam, *&c. quamquam etiam in eo loco Faerno*

egit resp. *& ita edendum curaui. Omnino antiqua scriptura, tutior, & melior est.*

8 ne illorum simulatio, *&c.) Faernus legit*, ne illorum æmulatio, *&c. non probo, quamuis dicat ille sic esse scriptum in cod. Vaticano: idémque testetur Muretus. qui lectionem vulgatam retinet, ac tuetur. Est autem verbum* obsit, *repetendum ἀπὸ κοινοῦ: hoc modo*, ne illorum simulatio obsit, *&c. Quod autem ad vulgatam lectionem attinet*, horum sit ignauia; *ea ferri non potest.*

9 tamen eo magis ea fugienda vid.) *sic legendum est, sine particula negationis: cuius nullum est in libris vestigium. neque verò ea desideratur, vt existimauit Ferrarius. Significat enim Cicero, mortem non esse fugiendam, per quam repetatur libertas. Immò verò, inquit, & sic condicio, aut spes immortalitatis ei proponatur, qui non pugnando periculum vitare, quàm pugnando, mortem oppetere malit, tamen ea immortalitas, ob eam causā potius esset fugienda, quod seruitus esset diuturnior.*

10 veterani primi Cæs.] *Codex Vaticanus, vt testatur Faernus, habet*, Veterani, qui primi, *&c. vulgati*, Veteranique primi. *Faernus legendum censet*, Veterani quidem primi, *&c. Muretus, detracta voce* qui, Veterani primi, *&c. quam lectionem magis probo.*

EIVSDEM IN XI.

1 mortem naturæ putat esse] *Faerno assentior, qui censet delendam esse vocem* pœnā *post nomen* naturæ.

2 secutæ collocutiones familiarissimæ, *&c.] hunc totum locum sic ferè edendum curaui, quemadmodum Faerno emendandus visus est.*

3 Est enim sapientis, *&c.) Sic Pittacus*, συνετῶν ἀνδρῶν ἐστι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι. *id est, intelligentium virorum est, antequam eueniant mala, prouidere ne eueniant: fortium verò, si euenerint, moderatè ferre.*

4 qui ex ædilitate consulatum petit] *sic ediderunt*

runt Faernus & Muretus:neque dubium iam cuiquã debet esse,quin ita sit legendum,si quidem verbum petit,*quod negabat Ferrarius in vllo codice vetere reperiri,in illo Vaticano reperitur.*

5 Vindicem enim tabularum nouarum, *&c.*] *præclarè hic locus à Faerno & Mureto restitutus est ex auctoritate codicis Vaticani, vt plerique alij,etiam à Faerno explicatus. quam explicationem tamen non vsquequaque probo. Hunc enim Cic. sensum esse puto. Videmus tabulam bonorum Trebellij auctionariam propositam* vindicem,*id est,vltricem,*tabularum nouarum,*hoc est,quæ vlciscitur iniuriam factam creditoribus per tabulas nouas:quas defenderat cõtra creditores.*

6 Vtrumque decernerem planè,sicut multi cõs. *&c.hunc locum perspicuè mendosum, Faern. & Muretus,à libro Vaticano,qui ab hoc loco mutilus est, destituti,intactum reliquerunt.Ferrarius eum emendare conatus est:sed violenter,& longè ab antiqua scriptura hoc modo,*Planè aut M. Brutum,aut C.Cassiũ, aut vtrumq; decernerem,sicut multi cons.*&c.Quapropter neque mihi,neque cuiquam alij,vt audio,probatur ea emendatio,Ego autem seruata scriptura recepta, quo ad eius fieri potuit,sic restitui:*aut M.Brutus, & C.Cassius,aut vterque.Vtrumque decernerẽ planè,sicut multi,*& c.Quis non videt ortum esse mendũ ex vocibus,*vterque vtrumque,*ita iunctis nulla alia interposita.cùm librarius,vel prudens, & sciens: vel imprudens,& errans,alteram prætëriisset? quod eos sæpe factitasse sciunt,qui libros man.cum vulgatis conferunt.vnum locum insignem proferam,exempli causa, in orat. pro Cæcina,idq; eò libentiùs, quòd eius emendatio per imprudentiam à me prætermissa est. Sic Cicero non longè à princip.* sin autem minùs idonei: me non lædunt,cùm,siue his creditur, creditur hoc ipsum,quod non arguimus:siue fides nõ habetur, de aduers.test.fide der. *Omnes editiones habent,* cũ siue his creditur,hoc ipsum,quod nos arguimus: *semelq; in eis positum est verbum* creditur, *cùm iterari debeat.*

7 non vt ex acie eo reſpectum haberemus] *Ferrarii coniecturam ſecutus ſum, tanquam probabilem, & antiqua ſcriptura longè meliorem, quæ talis eſt.* non vt ex ea acie reſpectum haberemus.

8 tali virtute, auctoritate, &c.) *approbata Faerni coniectura ſic edendum curaui.*

EIVSDEM IN XII.

1 quid eſt aliud non pacem facere, ſed, &c.) *ſic legendum, vt vulgo,* quid eſt aliud, quàm non pacem facere, &c. *Atque ita locutus eſt Philip.* 10. *non longè à principio* quid eſt aliud librarium Bruti laudare non Brutum? *quamuis eo loco Philip.* 10. *non longè à principio*: quid eſt aliud librarium Bruti laudare nō Brutū? *quāuis eo loco Philip.* 10. *operæ neſcio cuius impulſu ediderint olim*, quid eſt aliud, quàm, &c. *planè mendoſè.*

2 ex tota Italia excuſſimus) *cùm & ita habeant libri man. & ita hunc locum proferat Nonius, lectionem vulgatam,* exciuimus, *reijciendam mihi eſſe exiſtimaui, quamuis probabilem & ſpecioſam.*

3 Petiſſio Vrbinati) *alij libri habent,* Vrinati, *& ita edidit Muretus. Faernus autem, quo modo vulgati* Vrbinati. *ego* Vrinati, *malim. Nam Vrbinum quæ hodie eſt vrbs princeps Vmbriæ, nō puto fuiſſe ætate Ciceronis.*

4 vt non obſtarem rei.) *vel ſic legendum, quemadmodum edidimus, neque aliter Muretus: vel* non obſtaret, &c. *vt ſubintelligatur* ſpiritus. *Nam* obſtarent, *quod eſt in vulgatis, ferri non poteſt.*

5 inter ſe condicioneſque tulerunt) *ſecutus ſum Ferrarij coniecturam, ita, meo iudicio certam: vt ne librorum quidem auctoritas eam infirmare poſsit, qui ſic habent,* legis inter ſe condiciones contulerunt.

EIVSDEM IN XIII.

1 eique, vt deo, paream) *ſic malo legi, quàm, quomodo Faernus edidit.* cui, vt deo, paream.

2 pacémque patiamur) *locus præclarè reſtitutus beneficio codicis Vaticani. ſententia autem hæc eſt; & pacem patiamur, tanquam malum quiddam, & inutile, atque adeò damnoſum.*

3 Aut enim his fruemur] *his, nempe vita, fortunis, re familiari, quomodo explicat Faernus: quamquam ille legit,* illis fruemur.

4 Velim, P. C. vt adhuc fecistis) *sic edidit Faernus:) quē hic sicuti sumus: quamquā nō significat nobis, vnde sumserit verbum* velim. *nam in libris antiquis nō reperitur. Ego putabam omissum esse à scriptore librario verbum* Peto, *propter syllabarum, quæ sunt in voce antecedente* disputo, *similitudinem. quod cùm dixissem Mureto, eo ipso tempore, quo hic Lutetiæ Philippicas edendas curabat: approbauit.*

5 à seruis publicis] *sic edidit Faernus, sic Ferrarius: quam scripturam puto esse rectam, quamuis olim aliter senserim. Nam idem hic dicitur, quod Philipp.* 8. Cùm ad nos Cotulam mitteret, ornamentum, atque arcem amicorum suorum, hominem ædilitium: si verò tum fuit ædilitius, cùm eum iussu Antonij serui publici loris ceciderunt. *Non placet autem mihi nunc Turnebi opinio. qui legendum putat,* à suis publicis. *per* publicos *autem vult intelligi carnifices & lictores Græci, δημίους appellant. Sed Latini non solent ita loqui, aut si alij, certè non Cicero.*

6 Orbem terræ parere] *sic habent omnes libri. sic ediderunt Faernus & Muretus. ego tamen legendum puto* patêre.

7 Quam ego metuam numquam] *Docti quidam suspicantur, hoc totum,* de Lepido præsertim, *quod hac verba antecedit,* quem ego metuam numquam, *&c. non esse Ciceronis sed foris inuectum.*

8 POTIVSNE TREBONII MORT.] *hoc totum literis principalibus imprimendum curauimus, tanquam ex epistola Antonij, paucis immutatis repetitum. Nam cùm ille scripsisset,* vtrum sit elegantius, & partibus vtilius Trebonij mortem, an Cæ. *&c. & M Tul. huius sententiæ particulas illas primas exagitasset,* elegantius, partibus vtilius: *totam sententiam de integro hoc modo repetit,* potiusne Trebonij mortem, *&c. Ita neque ab antiqua scriptura, neque à Faerni coniectura longè admodum discessimus.*

9 conſeruatione patriæ contineri.] *ſic legendum*, conſeruatione patriæ contineri. *nam quod olim impreſſum fuit*, conſuetudine patriæ, *culpa fuit operarum, neſcio vnde nata, niſi ex inſigni eorum incuria & negligentia.*

EIVSDEM IN XIIII.

1 non iniuſtæ belli internecini notæ] *ſic habent libri aliquot vulgati, & ita ediderunt Ferrarius & Faernus. Muretus autem ſic:* nō iuſtæ belli internecini notæ. *quod minus probo. Cuiatius autem totum hunc locum ſuſpicatur ita eſſe legendum*, nō iuſti belli notę internecina teſtamenta, credo, ſubiiciūt. *Eſt autem* teſtamentum internecinum, *propter quod dominus necatus eſt, vt docet Feſtus.*

2 omnibus quamquam ruit ipſe cum ſuis] clad. peſt. vaſtit.] *ſic potius legendum, quàm vt Faernus* gladios, peſtem, *&c.*

3 etiā in eos, qui omneis, *&c.*) *In hoc loco reſtituēdo partim codices veteres, partim Gab. Faerni. Hieron. Ferrarij, Georg. Bucanani coniecturam ſecutus ſum. Atque hæc emendatio ita iam certa eſt, vt nullus cuiquam dubitandi locus ſit relictus, præterquàm quod vox* Catilinam, *mihi videtur aliena, & foris illata: eam tamen tollere non ſum auſus. Iam hoc totum,* priddie vinalia, *pro* prid. Idus Quinctil. *Ferrarij eſt, quod quidem ita mihi videtur certum & rectum, vt cui non probetur, eum ſanum eſſe oporteat. Illud autem,* crimē inuidiaque quæretur, *poſt* defigunt, *hîc eſt ſuo loco redditū: quod erat alieno poſitum ibi,* habituri erimus, crimē inuidiáque, *&c. cetera partim Faerni, partim Bucanani, partim noſtra.*

4 ſtudioſè, cumulatéque reddemus] *alij,* ſtudioſè cumulata reddemus, *emendarunt coniectura quadā ducti, cùm omnes libri man. habeant,* quamquā multa: *ego,* ſtudioſè cumulatéque reddemus.

EIVS-

EIVSDEM IN ORAT. SALL. SEV CVIVS ALIVS IN CICER.

1 ac non reptitius) *secutus sum libros vulgatos. Nã man. habent* repertitius. *Quidam legi volunt*, irreptitius, *alij* adscriptius.

ac periuriis delibuta] *secutus sum libros vulgatos*
2 *Nam man. habent*, ac periuriis debilitata. *quod, quid sibi velit, quæro. Quid si dicamus, legẽdum* debilitata? quæ P. Crassi viri consularis f.] *Adr. Turneb. legendum censet*, viri clarissimi, *&* *rectè*.

4 cùm legis Plautiæ,) *sic restitui, cùm vulgò legeretur*, legis Planciæ, *perspicuè mendosè. nulla enim opinor lex Plautia est, Lex Plautia autem, de vi publica nota est omnibus: quæ hic sine dubio significatur, & ad hunc locum quadrat.*

EIVSDEM IN RESPONS. M. TVLLII, VT inscribitur. nam omnino non est Ciceronis.

1 Neque me cum iis conferri decet, P.C. qui iã decesserunt. *&c.*] *hic locus ex illo loco orationis Demost.* περὶ στεφάνου *expressus est.* οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν πρὸς τοὺς τετελευτηκότας εὔνοιαν ὑπάρχουσαν προσλαβόντα παρ᾽ ὑμῶν, πρὸς ἐκείνους ἐξετάζειν καὶ παραβάλλειν ἐμὲ τὸν συζῶντα μεθ᾽ ὑμῶν. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν πάντων, ὅτι τοῖς μὲν ζῶσιν πᾶσιν ὕπεστί τις ἢ πλείων, ἢ ἐλάττων φθόνος, τοὺς τεθνεῶτας δὲ οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἔτι μισεῖ; *id est, verumtamen iniquum est, Athenienses Aeschinẽ, sibi assumpta, atque in se deriuata ea, quam in mortuos tuos habetis beneuolentia, me, qui vobiscum viuo, cũ illis componere, & comparare. Quis enim omnium mortaliũ nescit viuos omneis inuidia ferè aliqua laborare, alios maiore, alios minorẽ in mortuos autem, ne eorum quidẽ qui inimici fuerunt, vllum odium remanere.*

FVLVII VRSINI IN ORATIONEM PRO L. Muræna notæ.

***

1 Vtrisque superstitibus.] *Qvidam* virisque *emendarunt pro* vtrisque:*Ego Pantagathum secutus, receptam lectionem retineo:nam Prætor præcinente iurisconsulto,vtrosque alloquitur petitorem, & vnde petitur, inire & redire viam:quos frigidum esset vocare viros: sed illud animaduertendum est meliúsne legatur,* vtrisque præsentibus superstitibus.*(voco hîc superstites,non qui superueniunt aliis,sed litigatores vtrosque stantes supra fundũ controuersũ) muto autem ordinem, quòd qui superstites sunt,necessariò sunt & præsentes,nõ autem qui præsentes,iidem necessario & superstites: quẽ ordinem puto obseruatum ab illis scrupulosis iurisconsultis. Alij delent vocem* præsentibus, *quam scholium alicuius putant esse,qui declarare voluerit verbum* superstitibus.*Cũ hæc scripsissem,Petrus Ciaconus Hispanus,magni vir ingenii,quid ipse de hoc loco sentiret, mihi indicauit:existimat autem interpunctionis nota post verbum* vtrisque *posita,ita posse locum emendari:* Superstitibus præsentibus,sumite vindicias, ite viam. *quæ quidem emendatio videtur confirmari Festi testimonio,qui scribit*: Superstites præsentes testes præsentes significat: cuius rei testimonium est quòd superstitibus præsentibus, ij inter quos controuersia est,vindicias sumere iubẽtur.*Plautus in Artemone,*Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hîc adest superstes. *legendum verò esse apud Festum:*Superstites præsentes,testes præsentes significat,*& locus quem ipse citat testimonio est,& alter in voce* Pube:Pube præsente,*inquit,*est populo præsente.

2 Sed an ne tu dicis qui causa vindicaueris.) *In veteri*

veteri manu. libro ain, *pro* an ne, *scriptum est: quæ lectio non videtur habere locum in hoc more dicendi. vtuntur enim eo, qui aliquid audierunt inexpectatum. hic verò videtur* vnde petitur *rogare petitorem, vt dicat non si vindicauerit (videt enim vindicasse) sed rogat causam cur vindicaueris, vt poßit illam coarguere. Itaque Pantagathus legebat,* Causámne tu dicis, qui causa vindicaueris.

Qua de re agitur addere) *pro* addere *legebat Pantagathus* videre, *videbaturq́ sibi ea coniectura locum restituisse.*

4 Eos auletas esse] aulœdos *est in manuscripto, & fortasse non malè.*

5 Quem Euripum tot motus] *Videtur hoc sumptum ex Aeschinis oratione contra Ctesiphontem,* καὶ πλείους ταραχὰς ἔχων τοῦ Εὐρίπου.

6 Vix cuiquam inimicus esse deberet] *pro* inimicus, *emendauit Ant. Aug.* inimicitiis, *vt ex ea lectione aliquem sensum eliceret Pantagathus.* multis enim alienissimo vix cuiquam, *legebat. Sed Lambinus Memmiani codicis scripturam secutus, locum sine dubio restituit.*

7 In quadrigarum curriculum) Quadrigarium *habet Pantagathus.*

8 Atque id decernitur] atqui *Pantagathus.*

9 Tenue est nisi vt suffragentur) *Ita legebat Pantagathus, cùm in aliis sit,* si vt suffragentur.

10 Hæc homines tenuiores primùm nedum postea à suis tribulibus) *ita legebat hunc locum Pantagathus, & ita omninò legi debere opinor.* fremunt.

11 Præfectum fabrûm semel] *pro* semel, *habet Pantagathus* fremunt.

12 Locũ suũ gladiatoriũ gladiatorũ] *Pantagathus, sed* gladiat. *hoc est, Gladiatoribus est in antiquo paulò post. Pãtagathus pro* munimina candidatorũ, *vt erat in vulg. emendauit* munia gladiatorum : *quam lectionẽ vulgauit Manutius. & infrà,* In robore accumbunt, *idem legebat* labore, *pro* robore.

79 Esse kal. Ian. in rep. duos Cos.] *Quintilianus lib.* vi. *legit,* esse prid. kal. Ian. in Repu. duos Cos.

84 Sed in vrbe,in foro, dij immortales sine gemitu hoc dici non potest,non nemo] *Quidam ô dij legunt,quod non placet:nam hic non inuocantur dñ, sed cum gemitu appellantur.quare ita legerem:*Sed in vrbe,in foro:dij immortales (sine gemitu hoc dici non potest.)

85 Hunc iam qui impedituri sint,videtis,illa pestis immanis] *ita hunc locum emendauit Pantagathus addito verbo* videtis,*quod deest in vulgatis.*

IN ORATIONEM PRO L. FLACCO.

6 At à testibus læditur] *Pantagathus*, at Asiatica à testibus læditur.*nec malè,nam de vrbana iam est locutus.paulò suprà,*qui Catilinā ex vrbe repulit, *idem legebat* expulit.

12 Quibus iusiurandum,iocus est testimonium, ludus existimatio vestra,tenebræ] *ita est in vulgatis:& malè, vt videtur Ant. Augustinus putat legendū,* Existimatio vestra tricæ:*vel* existimatioverò tricæ,*vt vestra sit glossula. Mihi non videtur* tricæ *in hoc sensu accipi,sed cùm de re leui & minima contenditur:at in existimatione nulla est contentio.itaque melius Pantagathus legebat*, Existimatio verba:tenebræ, laus,merces,gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio.

13 Quem spero his rebus fore] *ita legitur in vulgatis,& melius vt opinor,quàm vt quidam emendarunt,* vobis breui:*nam iudicibus non est vsui.sed amicis,& Rei.vtdicit: igitur* his reb.*vehemētia.odio,ac molestia.*

ibi. Inquisitioni comitum] *Pantagathus*, Inquisitori comitum.

15 Sed porrigenda manu] *Expreßit Græcam vocem* χειροτονία,*vt infra,*Porrexerunt manus , psephisma natum est.

17 Id sutores & zonarij conclamarunt] *Pantagathus delebat coniunctionis notā,addel' atque post verbum* zonarij,ac zoriarij.

18 Egen

18 Egentes & leues spe legationis] *Vetus liber habet*, spe largitionis, *quod non ita placet. paulo post*, nihil præter speciem, *quod placet.*

31 Adramitenus] *scribendum* Adramytenus. ἀπὸ γὰρ τῆς Ἀδραμυττείου πόλεως, *siue* Ἀδραμυττείου, *vt ex Strabone inquit Stephanus in lib. de Vrbibus*, Ἀδραμυθεινός, *vel* Ἀδραμυττηνός. *Paulò post*, defendendi facilis cautio, *legebat Pantagathus deleto* est: *& infrà* his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam, *pro* Flaccus *corrigebat* Crassus, *vt opinor, ex historia.*

34 Ciuitas Aemonensis] Acmonensis, *scribendum est hic & infrà:* Ἀκμονέων *enim est in veteribus numismatibus.*

35 Sine tabulis, sine auctore legerit] *Pantagathus* egerit *rectè, vt videtur, pro* legerit.

37 Obsignata erat creta illa Asiatica) *Hanc appellat* γῆν σημαντρίδα: *Herodotus in Euterpe.*

41 At istud columen actionis tuæ Mithridates) *Pro* actionis *est* accusationis *in optimo libro Vaticano, quod miror Faernum non animaduertisse.*

46 De pupillo Meculonio) de P. Mæculonio *fortasse legendum. Pantagathus*, M. Aculeone *corrigebat, nescio an antiqui libri motus auctoritate paulò post, pro* percussit, *idem legebat* perculit.

Ibid. Vbi nihil possent discere, nisi ignorãtiam literarum) *Abest totum hoc ab optimo libro Vaticano & iure quidem : nam inepti alicuius glossema videtur esse.*

49 Re iudicata stari ostendit placere] rei iudicatæ, *Ant. August.*

51 Qui quoniam testimonium dixit] finxit *pro* dixit, *olim Pantagathus emendarat: postea improbata Faerni coniectura, qui non* dixit *legendum affirmabat, quòd nimis ei frigidum & indignum Cicerone videretur, ita hunc locum correxit:* Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni, quod iam testimonium dixit, venire ad testimonium dicendum coegisti: qui quidnam sit dicturus, expecto.

ibid. Totum enim conuertet, atque alia finget] *Pan-*

Pantagathus, totum enim conuerteret, atque alia fingeret.

68 Iudicatum fateris) *Pantagathus*, indicatum fateris: *& paulò pòst, pro* expensum, *in vetere codice scriptum est*, expressum.

ib. Adrymeti) *legendũ*, Adramytti. *Strabo libro* XIII. *& Stephanus in li. de Vrbibus*: Ἀδραμύττειον, *inquit*: *siue*: Ἀδραμύτειον, πόλιν τῆς κατὰ Κάικον Μυσίας.

69 Quòd elocata, quòd seruata) *Pro* seruata *restituit Pantagathus* eneruata, *quo nihil aptius huic loco excogitari posse opinor.*

72 Nisi ducem Telephum inuenisset) *Quãuis mei instituti non sit, locos obscuros harum orationum explicare, hunc tamen locum lubet ex collatione Graeci scriptoris aliquanto illustrare, Eustatius in* IL. *li.* I. οἱ μὲν τὸ περιπλαγχθέντας ἀντὶ τοῦ ἐκ δευτέρου πλανηθέντας φασὶ, χρώμενοι τῇ τῶν νεωτέρων ἱστορίᾳ τῇ λεγούσῃ, ὅτι τὰ πρῶτα ἐπιστρατεύσαντες τῇ Τροίᾳ οἱ Ἕλληνες, ἥμαρτον τῆς ὁδοῦ, καὶ τὴν μηδὲν αὐτοῖς εἰς τιμωρίαν προσήκουσαν γῆν ἐληΐζοντο, ἡ δὲ ἦν, ἡ ὑπὸ τοῦ Τηλέφου Μυσία. ὁ δὲ Τήλεφος ἀντικαταστὰς, ἐποίησέ τι κακὸν καὶ ἔπαθε. πέπονθε μὲν τραῦμα δεινὸν ὑπὸ Ἀχιλλέως, ἀμπέλου ἕλικι συμποδισθέντος αὐτοῦ τοῦ ἵππου κατὰ Διονύσου πρόνοιαν, καὶ πεσόντος εἰς γῆν. ἐποίησε δὲ τὸ ἀπράκτοις, ὑποχωρῆσαι τοὺς Ἕλληνας. ὡς δὲ καὶ τὸ τραῦμα εἶχεν ἀθεράπευτον, χρᾶται. καὶ ὁ χρησμὸς ἀνεῖπε τὸ θρυλλούμενον, ὡς ἄρα ὁ τρώσας ἰάσεται. πλέει γοῦν τὴν ταχίστην ἐπ' Ἀχιλλέα, καὶ συμβαίνει τὸν μὲν ἰάσασθαι τὴν ὠτειλήν. τὸν δὲ, δοῦναι μισθὸν τῆς ὑγείας τὴν εἰς Τροίαν ὁδηγίαν.

76 .. Flaccum in curia decreuissent. veridicas adiungis causas inimicitiarum] *Locũ apertè corruptũ Pãtagathus ita corrigebat*: Flaccum in curia decreuisse iniuriam dicis: adiungis causas inimicitiarum. *Videtur autem Flaccus habuisse in consilio Senatũ Pergamenum, de cuius sententia adiudicauit Amyntae mancipia, quae ad Decianum cum vxore transfugerant, atque apud eum, vt liberi se gerebant, de quibus suprà dixerat*, membra, manus, digitos, neruos malè à

Deciano habita.*& paulò infrà*:in liberos,*at mulie etiam infrà*,census es mancipia Amyntæ.*Quòd autem* in curia *legendum sit,ostendunt verba illa inferius* num aliter accensuit Senatus. *quid* iniuriam,*illa alia*:num aliud,atque oportuit.*Tum verò illud*; adiungis,*requirit aliud verbum,quod est* dicis, *quod idē desiderabatur ad structuram priorum verborum.*

78 In absentem decreuit cùm ibidem] *Melius Pătagathus*.In absentem quom ibidem.

ibid. Quid si non decreuisset sed edixisset] *Vetustissimus liber habet*,dixisset.*quæ lectio magis Pantagatho placebat,quàm Manutij* edixisset,*aut Ant. Augustini* addixisset.*de illa planum est,nam edicto nihil Prætor abiudicat.de hac quoque satis constat*, addicere, *verbū pratorium dici de debitoribus conuictis, qui non sunt soluendo*.dicere *autem alterum,verbum pratorium cōuenire optimè huic rei, in qua non erat controuersia de possessione mancipiorum,neque de are alieno,sed de iure mancipi inter Amyntam,& Decianum:vnde non oportuit Prætorem vti verbis* dare,*aut* addicere,*sed verbo* dicere:*non enim* dixisset *hic vulgare verbum est, sed sollemne pratorium.*

ibid. Quas easdem mulieres à me datas) *Totum hunc locum ita corrigebat Pantagathus,apposita interrogationis nota ad verbum*,requisiuit:Num es fratris mei literas plenissimas humanitatis & æquitatis reprehensurus,queis easdem mulieres amandatas apud Pataranos requisiuit, *improbata priore coniectura,qua olim ductus emēdarat*,quas easdem milies ad me datas apud, &c.

79 Prædia etiam in censu dedicauisti) *Pantagathus*,indicauisti.

ibi. Mitto,quod nullo in iure, neque in re, neque possessione tua) *Totum hunc locum ita Pantagathus legebat*:Mitto quod nullo more,neque iure,neq; possessione tua.*& paulò pòst,pro* commisisti *emendabat* num cauisti.*& pro* accidisset, incideret.

80 Eum maxima habiturum esse) *Post vocem* maxima *Pantagathus addebat* peculia:*alij ex veteribus libris,*

bris, prædia.

82 Fortaſſe feciſti & tu & populi ſermone exciperes) *Ita eſt in vulgatis, & malè prorſus. Anto. Auguſtinus legit,* Feciſti tu ne populi ſermone exciperes, *omnino melius, ſed non ſatis purgat, neque ſatis patet ſenſus, aut qui patet, non eſt proprius huius loci. Quare libentius cum Pantagatho legerim:* fortaſſe feciſti ne tu ex populi ſermone excideres: iccirco, &c. *Victorius habet* feciſtis: *durè de populi ſermone ſecunda perſona. Paulò pòſt, pro* ad coronam applicuiſti, *emendauit An. Auguſtinus* ad coronidem applicuiſti: *quæ lectio in ſcriptis etiam libris reperitur. notum autem quid ſit* ad coronidem applicare.

89 Si petita, ſi redacta, ſi per hunc Antiochum] *Optimè Pantagathus,* Si petita, ſi redacta per hunc Antiochum, &c. *ſublata interrogationis nota, & deleto,* ſi.

94 De ſumma reip. taceo, quam vos) *Pantagathus tollebat interrogationis notam, quæ ad verbum* facere *appoſita eſt, & ad* ſuſtinetis? *reponebat.*

106 Nomen clariſſimum) hominem clariſſimum *Amicus meus legit coniectura ductus.*

IN ORATIONEM
PRO P. SVLLA.

1 Tum ſingulari Antronij odio) Autronij *ſcribendum hîc & infrà, ex auctoritate veterum librorum & numiſmatum.*

2 Et quoniam L. Torquatus) *Sampſit hunc locum ex oratione Demoſthenis pro Cteſiphonte, in qua ſcriptum eſt:* Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρηκεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ προβουλεύματος εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην. ἐπειδὴ δ' ἐκ ἀπελογούμην. ἐπειδὴ δ' οὐκ ἐλάττω λόγον τἄλλα διεξιὼν ἀνήλωκε, καὶ τὰ πλεῖστα κατεψεύσατό μου, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω, καὶ δίκαιον ἅμα, βραχέα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν.

17 Ille arma, miſit, cornua, tubas, falces, ſigna legiones) *Ant. Auguſtinus, deleta interpunctionis*

nota legit signa legionis:*quod aut nihilo magis, aut minus etiam seruit:nam post enumerationem instrumẽtorum, milites denique ipsos subiungit. deinde omnes sunt numero multitudinis ad aggerandum scelus.*

23 T.Coruncanio) *Scribendum* Ti. Coruncanio, *ex historia.*

30 At verò quid ego miror) *Pantagathus legit* mirer?

31 Quæ leuiter dixerat) *Videtur legendum* leniter, *pro* leuiter,*ita enim in 1.de Officijs locutus est,*Imitatio presſè loquentium,& leniter.

ibi. Quod cùm is Trib.plebis facit] *Opinor delendũ aduerbium* cùm,& *pro eo,vel* tamen, *vel aliud simile reponendum:quod Lambinus in scriptis codicibus se reperisse testatur. Pantagathus legebat*, Quod Curius Tr.pl.facit.

34 L. ille Torquatus cùm esset) *Totum hunc locum fœdè(vt apparet) deprauatum, ita restituit Pantagathus:*L.iste Torquatus cùm esset meus contubernalis in consulatu atque in prætura fuisset:cùm princeps,cùm signifer esset iuuentutis, auctor, adiutor,particeps extitit:parens,&c.

36 Quis negat Sullæ indicium?] *Faernus existimabat glossema esse duo postrema verba:itaq; delebat* Sullæ indicium,*interrogationis nota ad verbum* Sullæ *adscripta. Mihi Faerni coniectura placet,tametsi vulgata etiam lectio defendi aliquo modo possit:nam hîc* indicium *sumitur pro nominatione Sullæ facta ab Allobrogibus in indicio coniuratorum. Sed non qualiscunque nominatio indicis,est indicium coniurati,vt ipse infra latè ostendit,quòd Allobroges de eo quæsiuerint à Cassio, Cassium respondisse se nescire,non tamen inter coniuratos indicatum,aut nominatũ,neque ab illis,neque ab hoc.*

42 Aut verè referendis,aut etiam scribendis] *Pãtagathus legebat auctoribus manuscr.libris*, aut referendis fidem, aut rectè scribendis,&c.*sed in alio antiquo libro videtur rectiùs scriptum esse:* Qui his omnibus verè referendis aut memoriam putet, aut ingenium defuisse.

44 Aut

44 Aut de alicuius periculo meminisset quãtum vellet] *Pantagathus post verbum* vellet *addebat*, sed quantum esset in re.

46 Nemo vmquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim) *Quidam legunt*, peruerterim: *sed non satis rectè. nam non esset neque boni, neque prudentis, eum qui se tenuißima suspicione perstrinxisset, peruertere, id est, penitus euertere. præuertere autem bonus & cautus vir non modò potest, sed etiam debet: de quo honestè gloriatur Cicero.*

48 Ac defendere quem velis] *Videtur legendum*, ac non defendere, &c. *vel pro* ac, *scribendum* nec, *vt habet Lambinus, paulò pòst*, Familiarissimis suis non succensuit pater tuus, *vel delendum* non, *vel tollenda nota interrogationis post verbum* laudarent.

52 Ad M. Læcam] *Quidam pro* ad, *reponunt* apud. *sed vulgata lectio ferri potest: nam* conuenire ad aliquem, *id est, ad domum alicuius, Latinè dici potest.*

63 In qua re est vterque laudandus, primùm Cæcilius qui id promulgarit, in quo res iudicatas videbatur voluisse rescindere, vt statueretur: Sulla rectè respondit: status enim] *Locum apertè corruptum ita Pantagathus restituebat*: In qua re est vtique laudandus per eum Cæcilius, qui si promulgarit, in quo res iudicatas videbatur voluisse rescindere, vt restitueretur Sulla, rectè reprehendis: status enim, &c.

ib. Vt statueretur Sulla reprehendit) *Pro* statueretur *habet scriptus liber*, tueretur: *à qua scriptura, quòd nimis recedit amici mei coniectura, eò mihi minus placet, qui putat legendum esse*, In fratre tum Sulla, qui de se reprehenderit. *paulò pòst*, Vt quisquam saluti suorum consulat, *legit Ant. Augustinus pro*, de salute.

71 Quem in stuprorum defensionibus) detersionibus, *Pantagathus*.

ib. Vi conatum & armis) *Lambinus delet vocem* conatum, *pro qua in manuscripto est*, conatu.

79 Sed tamen si nihil vos P. Sullæ fortuna mo-

uet iudices] *pro* fortuna *Pantagathus corrigebat* acta vita, *nimis à vulgata recedens scriptura.*

80 Profectò concediτis iudices) *Videtur legēdum,* concederis.

IN ORATIONEM
PRO ARCHIA.

2 Nec nos quidem huic cuncti studio) *Pantagathus pro* cuncti, *legebat* iuncti: *&* fuerimus, *pro* fuimus.

6 Ab Heracliensibus] Heracleensibus *scribendum ex auctoritate veterũ numismatũ, in quibus est*, ΗΡΑΚΛΕΕ'ΩΝ. *Intelligendum autem de Heraclea, quæ in Sicilia erat. Itaque suprà,* Siciliam *legendum pro* Ciliciam, *cùm ex fide scriptorum codicum, tum ex historia.*

Gabinij) *Veteres libri habent* Gabij: *vnde* Gauij, *legendum quispiam existimarit, de quo mẽtio est in oratione pro P. Sextio.*

13 Quantum alij tribuunt tempestiuis cõuiuiis] *Sententia, vt videtur, sumpta ex Platonis Phædro, in quo ita scriptum est:* ὅταν δὲ ἄλλοι παιδιαῖς ἄλλαις χρῶνται, συμποσίοις ἄρδοντες αὐτοὺς ἑτέροις τε, ὅσα τούτων ἀδελφὰ, τότ' ἐκεῖνος ἀντὶ τούτων οἷς λέγων παίζων διάξει.

ibid. Quæ si cui leuior) lautior *Pantagathus.*

28 Quoties reuocatum eandem rem dicere) *Vetus liber* reuocata, *pro* reuocatum.

19 Itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt) *Octauius Pantagathus homo diuini ingenij, correxerat olim Varronis versiculum, qui est apud Agellium in lib.* XIII *cap.* XI. *in quo malè legebatur* ariete, *pro* Ietæ: *ea verò correctio occasionẽ dedit Anto. Augustino mutandi hoc loco aduerbiũ* itaque, *in nomẽ* Ietæque: *quæ lectio & probata à Pantagatho olim fuit, & à Paulo Manutio nuper vulgata in eo commentario quẽ in hanc ipsam pro Archia orationem edidit Romæ. sed Manutius de Strabonis loco à me admonitus, qui huic emendationi repugnaret, in secunda eius commentarij* edidit,

editione, quam parabat, & antiquam lectionem restituit, & Straboris verba ex lib. X V I. *quæ Græco etiam quodam numismate confirmantur, ad eam stabiliendam lectionem adduxit, quæ nos quia non sunt ab hoc Cicer. loco aliena, eò libentius proferemus.* ἔστι βιβλιοθήκη, καὶ τὸ ὁμήρειον καλούμενον, στοὰ τετράγωνος ἔχουσα νεὼν ὁμήρου καὶ ξόανον. ἀντιποιοῦνται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ ποιητοῦ. καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ' αὐτοῖς ὁμήρειον λέγεται. ῥεῖ δὲ πλησίον τοῦ τείχους καὶ μέλης ποταμός. *Vetus autem numisma, quo Strabonis verba mirificè illustrantur, ab vna parte habet Homeri imaginẽ coronatam, ab altera Meletis fluuij simulacrũ adscriptis nominibus fluuij,* ΜΕΛΗΣ: *& ciuitatis quæ numisma cusit,* ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ *quam* SMYRNAEORVM *coloniam opinor fuisse: sed præter Strabonis locum, quem adduximus, hoc etiam Ant. Augustini correctioni repugnat, quòd verbum* Ietæque *non planè congruit superioribus membris, quæ inconiunctim posita sunt, neque per* que *hoc vltimum membrum probè illis coniungitur. Versiculos autem Varronis, quos suprà diximus à Pantagatho fuisse emendatos, libet hîc adscribere, vt & doctissimi viri memoriæ consulamus, & studiosorum etiam vtilitati.*

Capella Homeri cãdida hæc tumulũ indicat.
Quod hac Ietæ mortuo faciunt sacra.

in primo versu hoc, *in* hæc: *in posteriore* ariete *in* hac Ietæ *mutatum à Pantagatho fuit: cuius emendatio confirmatur cùm Græco epigrammate, tum Strabonis, Pausaniæ, aliorumq́; (quibus nominandis supersedeo) scriptorum auctoritate.*

21 Quare quorũ ingeniis hæc feruntur) *pro* quare *legebat Pantagathus* quia, *nec malè. paulò post,* At eius laudibus, *pro* at iis laudibus. *Primus autem Pantagathus Cicer. locum hunc de Scipionis sepulcro, in quo conditus dicitur Ennius fuisse, miserabiliter deprauatũ correxit, à quo emendationem accepit Manutius, & vulgauit.*

22 Rudium hominem) *Anton. Augustinus Ausonij secutus auctoritatem legit,* Rudinum, *quod valde pla-*

placet: nec enim dubium, quin de Ennio dictum sit hoc à Cic. quem constat à Mesapo rege originem duxisse, fuisseq́; centurionem, vt cecinit Silius,

Vitis adornabat dextra decus: hispida tellus
Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.

& Ausonius.

Nūc Rudiæ solo memorabile nomen in æuo,
Vnde Rudinus ait: Diuûm domus altisonum

cæl. *Eusebius in Chronicis Ennij ossa ex Ianiculo Rhodiam translata fuisse apud quosdam scriptores se legisse scribit. Hanc Strabo* Ῥοδαίων πόλιν *appellat, & ad eā allusit fortasse Ouidius, cùm cecinit,*

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

23 Quare si res eæ, quas gessimus) *Alter Pantagathus hunc locum legebat, nempe ita* : Quare si res hæ quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus, quò minus manuū nostrarum tela peruenerint, eò saltem gloriam, famámque penetrare.

30 An cùm statuas & imagines) *Locus sumptus ex Isocrate, cuius verba sunt in Euagorâ* : ἐγὼ δὲ, ὦ Νικοκλῆς, ἡγοῦμαι μὲν εἶ) καλὰ μνημεῖα, καὶ τὰς τῶν σωμάτων εἰκόνας, πολὺ μέντοι πλείονος ἀξίας τὰς τῶν πράξεων, καὶ τῆς διανοίας, ἃς ἐν τοῖς λόγοις ἄν τις μόνον τοῖς τεχνικῶς ἔχουσι θεωρήσειε.

31 Quem amicorum studiis videris comprobari tum dignitate, tum etiam venustate] *Ita omnino legendum opinor, non, vt alij, deleta voce* studiis, *qua causa aliquibus fuit, vt pro* venustate *emendauerint* vetustate, *sed pudor, dignitas, venustas, ingenium sunt in Archia omnia : vetustas neque est, neque potest esse.*

IN ORATIONEM AD QVIRITES POST REDITVM.

1 Mea voluntate susceptam] in eā voluntate *habet liber man. & rectè, vt opinor: paulò pòst :* Id in me vno potiùs, quàm in optimo quoque & vniuersa ciuitate deficeret, *pro eo quod in vulgatis est.* Id in me vnum potius, quàm in optimum quenque, & in

in vniuersam Remp. flecterent.

6 Delmaticus) Diadematus *est in vetere manuscripto libro: quem tamen nusquam his temporibus habent Fasti, cùm habeant Macedonicum, Caluum, Caprarium, Delmaticam & Nepotem praeter hunc Numidicum, atque etiam Balearicum, nam Creticus iunior est.*

ib. Q Metellus Censorius) C. Metellus *scribendum ex historia, & ex collatione alterius loci sequentis orationis post Reditum in Senatu, in qua scriptum est*, L. & C. Metelli Consulares.

8 Filiique parui desiderium mei, lacrymæque pueriles) *Opinor locum mācum esse: nam non à desiderio primum illius dolorem ostenderet; cùm de fratre dixerit.* Lacrymæ, sordes, squalor, fletus: *de vxore,* squalor, luctus: *de filia,* mœror: *qui omnes eum desiderabant. Ant. Augustinus legit,* Filiiq; parui vagi singultus desiderio mei, *cùm liber vetus habeat corruptè,* Parui vulgi singulatꝰ desiderij mei. *Ego quia singultus, aut non ferè, aut non semper sequuntur dolorē, lacrymas, desideriúmve, & quia qui sint vagi singultus, non intelligo, ita legerim,* Filiique parui vagiens eiulatus desiderio mei, lacrymæque pueriles.

13 Copias esse reuocatas] renouatas *vetus liber.*

ib. Armis decertare pro mea salute nolui, quòd & vincere & vinci) *Ita est in vulgatis: at manuscr. habent longè melius*, Nolui quod potui, quod & vincere, & vinci, &c.

20 Parua nauicula traiectus] peruectus *scriptum est in veteribus libris, quod magis placet.*

IN ORATIONEM POST REDITVM IN SENATV.

3 Numquam meam salutem non ab his consulibus qui vendiderunt flagitauistis) *Ita habēt vulgati libri: manuscriptus autem rectius mihi videtur transtulisse illud* non: *habet enim*, Numquam non meam salutem, &c.

9 Quorum mentes angustæ, humiles, prauæ]

Vetus liber habet paruæ,*pro* prauæ.

12 Non consulis studium,non discendi initia rei militaris non cognoscendorum hominum) *Locũ fœdè deprauatum corrigi posse aliquando putaui, si ita legeretur*,Non consilium,non scientia rei militaris,non studium cognoscendorum hominum.*nã de eodem Pisone dixit in oratione, quam in eum scripsit:* Numquam erat audita vox in foro, numquã periculum factum consilij,nullum non modò illustre,sed ne notum quidem factum aut militiæ, aut domi.*& paulò post*,Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines,nõ cognoscere leges? *Eodem ferè modo in epistola ad Thermum li.* XIII. *de M.Anneio legato dixit:* Nam eius opera, consilio, scientia rei militaris vel maximè intelligo me & rem publicam adiuuari posse.

ibid. Et perditum non dubitares)non putasses, *vetus liber.*

20 C.Messinius)*Scribendum est* C. Mescinius, *qui pater fortasse fuit L.Mescinij Rufi eius, qui Quæstor in Cilicia Ciceronis pro Cos. & sub Augusto* III.*vir monetæ cudendæ fuit,vt ex denariorum inscriptionibus intelligimus.*

23 Vt qua voce à te Romule potest R.C.) *Lãbinus emẽdauit*,Vt qua voce semel omnino post Romã conditam Consul vsus esset. *Sed huic emendationi primum aduersantur historiæ, ex quibus duæ consulares huiusmodi voces eliciuntur,cùm ex oratione Rabiriana perduellionis, tum ex Corneliana apud Asconium, deinde veteris libri auctoritas,qui est apud me manusc. à quo Faerni coniectura pro* à te Romule *corrigentis*, ter omnino,*ita confirmatur,vt nihil dubij, quin ita legendum sit,relinquatur. de tertia tantùm voce dubitabat Faernus,an esset ea, qua vsus creditur Opimius Cos.cùm in C.Gracchum inuectus est,quæ tamen nullius scriptoris testimonio comprobatur. Quid si de C. Mario intelligendum sit?de eo enim ita scriptum est in Oratione post reditum ad Quirites*Nam C. Marij qui post illos veteres clarissimos consulares, vestra patrũ-

que

que memoria tertius ante me consularis subiit indignissimam fortunam,&c.

ib. Vt omne is flagitium se committere putaret) *Ant. Augustinus coniectura ductus, omnibus in numerum plurium commutatis, emendauit,* Vt omneis flagitium se committere putarent. *Quæ sanè correctio veteris quoque manusc. codicis confirmatur auctoritate.*

26 Quid vt ad illam diem res cùm redissent rogarentur, vt pari studio conuenirent) *Pantagathus aliter hunc locum legebat, & multò quidem, vt videtur, meliùs,* Quid vt ad comitia pridie nonas Sextiles rogarentur vt pari studio conuenirent.

31 Alter consulem) *Ant. Augustinus legit* consules: *& deinceps* desererent, *&* proderent *numero multitudinis.*

IN ORATIONEM
PRO DOMO.

1 Remp. bene gerendo : religiones religionibus sapienter interpretando? *Ant. Augustinus delet* religionibus : *quod verbum certè parum aptum est, non enim hic sensus est, qui solet vsurpari: Aristotelem Aristotele optimè declarari, & Platonem Platone. itaque Pantagathus hunc locum ita emendabat* : Religiosissimi religiones sapienter interpretando eandem conseruarent : *vt par pari referatur, ad Rempub. bene gerentes* , amplissimi & clarissimi : *ad religiones sapienter interpretantes* , religiosissimi. *secundo loco* Remp. *ineptum est, itaque libenter legerem,* eandem.

2 In Rep. ab aliis oppressa) *Particula* in *deest in libris manuscriptis & rectè paulò post,* rescindentur, *legebat Pantagathus pro* rescinduntur.

6 A te iampridem ad bonorum cædem paratos] *In manuscripto est,* ad rapinam, ad bonorum cædē paratos.

9 In animis nostris) *Placet* vestris, *vt est in antiquo.*

18 Quasi

18 Quasi possem aliquid in ea re gerēda:non habebatur) *Ita habent Victorius & Manutius, vitiatis codicibus. Ant. Aug. longè meliùs* gerenda;nominabar:flagitabat *quæ correctio potest loco superiore confirmari. Pantagathus autem mutabat* non *in* boni: habe *in* præ: batur *in* ceteris, *legebátq; hoc modo:* Quasi possem aliquid in ea re gerenda præ ceteris:*nec malè.nam præficiendum aliquem negotio graui & molesto,& difficili,nominatim non sortito, vt æquum est,nemo diceret,nisi eum cui aliqua ars aut facultas illi negotio accommodata sit: alioqui fit ei iniuria,si extra sortem nominetur:quam artem aut facultatem negat sibi esse Tullius, in Pompeio agnoscit.*

18 Eum victoriæ populi Romani pœnitere) *vetus liber habet,*Eum victoris populi Romani necesse est pœnitere.

22 Et quòd idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem adomisses] eidem *legēdum esse suspicor,ex loco simili orationis Sextianæ:*Nō illi(*inquit*) ornandum M.Catonem,sed relegandum:nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putauerunt: qui in concione palàm dixerint,linguam se euellisse M.Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset,sentient,vt spero, breui tempore manere libertatem illam,&c.

24 Vt necesse esset quotannis constitui per senatum decreta) *Non dubito quin pro* senatum,*legēdum sit* senatus. *In Vatinium*: Eripueras senatui prouinciæ decernendæ potestatem, Imperatoris deligendi iudicium &c. *Sed si* senatum *retinere malimus,*decretas *pro* decreta,*scribendum erit.*

25 Sex.Clodio socio sui sanguinis) facinoris *legebat Pantagathus pro* sanguinis,*siue ex ingenio,siue ex antiquo libro.In oratione de Aruspicum responsis,de Clodio dixit,*consules sceleris sui socios: *Pisonem scilicet & Gabinium.*

30 Ego verò,neque me tum desertum, sed pænè deditum] planè *pro* pænè *non dubito quin scriben-*

dum

dum sit, vel repugnantibus antiquis libris.

34 Non fuisse Tribunum pleb. hoc dico esse parricidium) *Ita scriptũ est in vulgatis libris. Ant. Augustinus legit,* Hoc dico esse Pontificium. *sed non id agit nunc Cicero, ut probet causam hanc esse pontificiam, quæ profecto erat, & agebatur apud Pontifices, sed opponit illud* hoc (*quod demonstrat Clodij priuilegium in Tullium sine iudicio) ad illud* omnes actiones tuas, *quas possum generatim, & communiter coarguere non esse legitimas, quia specie, non re Tribunus eas egisti: sed nunc non ago id, ut redarguam illas omnes: hoc ago, ut etiam si legibus, & re vera esses Tribunus pl. tamen hoc tuum de me priuilegium contra leges, contra iura, mores & religionem latum sit: atque ideò parricidium necesse sit fateare tute ipse. Vel igitur vulgatam lectionem* parricidium *retineamus necesse est, vel pro ea, si magis placet,* parricidam *reponamus, quomodo alibi appellat Clodium.*

35 M. Puppio) *Legendum* M. Pupio *ex veterum lapidum auctoritate: itaque Piso, qui à M. Pupio adoptatus fuit, in antiquis monumentis.* M. PVPIVS M. F. PISO FRVGI *describitur.*

36 Vt hæc simulata adoptio filij) *Pantagathus legebat* adeptio, *pro* adoptio: *quæ lectio si minùs vera sit, ingeniosam esse nemo negabit.*

37 Cur enim quisquam vellet] volet *idem Pantagathus.*

40 Quæ contra auspicia essent acta] quia *pro* quæ *habet Ant. Augustinus.*

47 Sin eadẽ obseruanda, sicut decreuit Senatus, M. Drusi legib. quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ essent, populum nõ teneri iã intelligis, &c. *Ita hunc locũ legebat Octauius Pantagathus.*

48 Neque operum architectis) architectum *habet vetus liber, quod magis placet.*

49 Vt etiam Palatinam tuam perderent] Palatinam tribum tuam, P*antagathus: sed Antonius Augustinus* Palatinam illam tuam *legit.*

Quid nominis inscriptio, tibi num aliud videtur

vid etur esse,ac meorum bonorum direptio) *Ita Pantagat. interpungit,& pro* direptio *legit* ereptio.

52 Vt in Asia Cistophorum flagitaret) *Anton. Augustinus interponit* millies *inter verba* Cistophorum *&* flagitaret,*quod facit ad elegantiam, non ad intelligentiam:quando enim vnquam populus Ro. aut senatus,cuiquam magistratus siue Vrbano siue Prouinciali negotium dedit flagitandi quicquam? quare si voluerimus sanare hunc locum, alio prorsus remedio opus est:aliud enim nobis verbum erit recipiendum,& pro* flagitaret,*vel* factitaret,*vel aliud simile reponendum. Paulò pòst*,Cùm Romæ decessisset,*rectissimè* Roma *legit Ant. Augustinus:sed Pantagathus totum hunc locum ita legebat*,Vt in Asia Cistophorũ exequaret. inde iret in Hispaniã, cũ Roma decessisset, &c.

54 Verba de salute mea fecerant) *Vetus liber* facerent.

55 Per amicos suos complerent) compilarent *habet vetus liber.*

56 Quid igitur ego gessi] cessi *Pantagathus:à quo accepit Manutius.*

57 Vt me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem expectatum) *Pantagathus legit* expetitum, *pro* expectatum.

59 Miserandus videbatur) videretur *Pantagathus.*

62 Senatum consules vetabant) vocabant *habet manuscriptus liber pro Sextio*,Senatũ consules credo vocassent.

67 Ex quo iudicare potestis) *Videtur melius esse in antiquo*,potuistis.

68 Nihil esse inscriptum) iure scitum *Pantagathus infrà dixit*,iure actum.

69 Non vidistis illam esse nullam) *pro* illam *legebat Pantagathus* legem.

72 Nunc tu etiam perniciosa pestis) *liber manuscriptus habet* portentosa, *pro* perniciosa.

75 ille verò dies qui fuit cùm te P. Lentule legem de me ferente populus Romanus ipse se vidit,sensitque quantus & quanta dignitate esset) *Ita*

Ita hũc locum correxit Faernus, partim coniectura ductus, partim veteres libros ſecutus.

77 Hoc tribunicium eſt, hoc populare eſt.) *Optimè, vt videtur, legebat Pantagathus,* hoc tribunitiũ, hoc populare eſt.

78 Tamen quotieſcunque vellet quis hoc, in genere ſolo rem iudicatam referri poſſe voluerũt] *Ita Faernus hunc locum correxit veterum librorum auctoritatem ſecutus, in quibus eſt pro* ſolo rem, ſororem. *Ant. Auguſtinus & Pantagathus, ex vulgata lectione delent* ſe, *ſed Faerni correctio magis placet.*

80 Quid te audacius, qui in eius nomen incideris) *Ant. Auguſtinus* qui in æs eius nomen incideris: *Pantagathus eandem retinet lectionem, ſed* eius *in æs commutato. Vterque autem acutiſſimè emendarunt, qui ſcirent prærogatiuæ auctorem in æs incidi ante legem ſolere.*

b. Cur non iuret ſe Gadibus fuiſſe) *Anto. Auguſtinus,* in gradibus *legit: quam lectionem retinerem, ſi Sedulius affirmaret ſe Romæ fuiſſe & primum ſciuiſſe: ſed cùm negaret ſe Romæ fuiſſe, eſſetque fortaſſe oriundus Gadibus, acutè contulit Cicero Interamnam Gadibus. Præter hanc neceſſariam rationem, eſt mihi ſuſpectum* in Gradibus: *nam ſi hæc comitia Clodiana habita ſunt in Foro, puto potiùs, in Comitio, quàm in alia Fori parte: Gradus verò Aurelij, qui erant ad ædem Caſtoris, diſtabant à Comitio tota Fori longitudine.*

ib. Nec res tum iudicata) *Pantagathus delebat* tum: *& paulò pòſt, pro* tamen ſi *legebat* tametſi.

82 Quod de omnibus etiam quibuſdam dãnatis interdictum eſt) *Pãtagathus pro* quibuſdam *emendabat* ciuibus iam, *& rectè, vt videtur.*

86 Cenſor ille Quinctus) *Ita ſcriptum eſt in omnibus vulgatis codicibus Anton. Auguſtinus, pro* Cenſor *legit* Kæſo, *& optimè quidem; quod præter Dionyſium & Liuium, ſequentia etiam prænomina oſtendunt.*

87 Abfui ſimul cum Repub. redij cum maxima

di

dignitate te viuo) *Ita hunc locum olim emendauit Pantagathus, à quo accepit Manutius, postea* viuo, *mutauit in*, inuito.

88 Quid est quare quisquam mihi se in ipsa populari ratione anteponatur) *Ita legebat Pantag.*

91 Nam tam ineruditus qui Mineruam Iouis sororem meam esse sororem existimem) *Ita est in man. quodam libro (si rectè memini) Ant. Augustini, bis malè: primùm, quòd afferat Mineruam esse Iouis sororem, iterum, quòd neget Ciceronem fateri Mineruam esse sororem suam, cùm infrà dicat*, Ego mihi sororem virginem ascisco. *Victorius ita habet*, Non tam insolens sum, quòd Iouem me esse dico, quàm eruditus, quòd Mineruam sororem Iouis esse existimo: *& hic bis peccat: primùm, quòd velit Tullium gloriari se esse Iouem, quod nemo nisi furiosus diceret, iterum, quòd putet Tullium dicere se eruditum, asserentem Mineruam sororem Iouis, cùm sit filia. Manutius ita*, Non tam insolens sum qui Iouem esse me dicam, non tam ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem meam esse sororem existimem: *hic in primo membro rectè habet, quod Cicero neget se gloriatū esse, esse se Iouem: in altero membro bis peccat, primùm, quòd velit Ciceronem putare Mineruam esse Iouis sororem, iterum, quòd inducat illum negare Mineruā esse sororem suam, cū infra dicat sibi asciscere sororem virginem, nempe Mineruam. Ant. Augustinus legit*, Non tam ineruditus, qui Mineruam Iouis esse sororē existimem: *in quo rectè sentit, qui videat Ciceronē eruditè negare Mineruam esse Iouis sororem, sed cùm tollit ab eo, quòd non asciscat sibi Mineruam sororem, videat quàm rectè id faciat. Ego Pātagathum secutus, rectissimè legi existimo*, Non tam insolens sum, qui Iouē esse me dicam: nec tam ineruditus, qui Mineruā sororem meam, Iouis sororem existimem: *& ita postea scriptum animaduerti in man. apud me libro, qui fuit Nicolai Perotti.*

96 Rémque publicam condere vnius discessu) *Ita scriptum est in veteribus libris, & rectè, si verba*

Cicero

Ciceronis attentè inspiciantur, nam gloriatur sed patriã discedendo seruasse, quam resistendo deleuisset.

101 Et ab eodem extructam, & positam in oculis ciuitatis) *Pantagathus emendabat*, Extructã sepulturam in oculis ciuitatis.

112 Si modò eadem prima litera competitorem habuisset aliquem) *Ita habẽt man. & vulgati libri. Pãtagathus autem legebat*, Si modò eadem præ maturitate competitorem &c.

115 A Q. Seio contendit per Q. Postumium, vt sibi domum venderet) *Ita legit hunc locum Pantagathus, & rectè, vt opinor: & paulo pòst rectißimè* : affirmabat Postumius Seio viuo illam domum istius numquam futuram, *pro* se viuo.

ibi. Litigatoribus defatigatis] *Optimè Pantagathus* licitatoribus: *atque hæc mihi lectio eò placet magis, quòd Anton. quoque Augustino in mentem venisse video, qui quouis pignore ita legendum esse contendit.*

116 Domus mea illa] *vide num rectiùs legat Pantagathus*. Domus vicina illa, *paulò post*, Causa fuit ambulatio: consuta *idem legit pro* causa.

ibi. Tamen illis tantis in tenebris] *Ita Pãtagathus.*

119 Verbo ne Pontifices putatis) *Ita est in vulgatis, & malè Ant. Augustinus optimè* Pontificis: *tum quòd superiore versu apellarat Pontifices, tum quod statim subiungit*, Si is postem tenuerit. *Qui is? nisi legas*, Pontificis.

129 Imperia adscribebantur nouæ iuuentuti) *Pãtagathus emendabat*, Imperia adscribebantur: inueniebantur. *quam lectionem liber qui est apud me manuscriptus, aliqua in parte confirmat. nam* noua iuuentute *in eo scriptum est. Quid si pro* adscribebantur *legatur* proscribebantur? *vt de Ptolomæo rege intelligatur & Brigotazo, de quibus dixit in Oratione de Aruspicum responsis*: Reges qui erant, vendidit, qui non erant appellauit.

134 Qui nihil dixit, aut fecit omnino: pœnamq; hanc] *Ita legit hunc locum Pãtagathus, & paulò post,*

In loco augusto consecratam iam aram tollendam, *pro* eam aram.

139 Sine auctore, sine scriptore] *Vetus liber habet* fictore, *pro* scriptore.

142 Omnes qui aut re, aut spe denique sunt boni) *Ita scriptum est in omnibus, quos viderim, manuscriptis, & vulgatis libris, sed malè omnino,* spe *pro* specie, *in quo verbo cùm alibi ab imperitis librariis peccatum est, tum in Lælio.* Quæ est enim ista securitas (*inquit*) specie quidē blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. *paulò suprà pro* præstantissimi, *scribebat Pantagathus* præstantissimè.

145 Vt si in illo pænè fato Reip. *Pantagathus delebat particulam,* vt.

IN ORATIONEM DE ARVSPICVM RESPONSIS.

12 Q. Scipio] P. Scipio *videtur legendum ex Oratione pro Domo.*

16 P. Valerio data domus est in villa publica] *Ita scriptum est in vulgatis codicib. & malè. Ant Augustinus,* in via sacra *propius quidem accedit, sed non intrat domum: nam Poplicola habuit domum in summa Velia, quam diruit, & ædificauit in ima Velia. Quidam* via publica *legēdum putant: quia verò numquā, neque Velia, neque vlla alia via, publica dicta est: nec in Villa Publica, quæ in campo Martio erat, Valerio datam fuisse domum legimus, sed in Vico Publico, Pantagathi coniecturam secutus libenter* Vico publico *legerim. Liuius libro* 11. *& Plutarchus in Poplicola:* ἐδέχοντο γὰρ (*inquit*) οἱ φίλοι τὸν Βαλέριον ἄχρις οὗ τόπον ἔδωκεν ὁ δῆμος αὐτῷ, καὶ κατεσκεύασεν οἰκίαν ἐκείνης μετριωτέραν, ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι βίκος πυπλίκος λεγόμενον.

22 Atque illa mater Dea] *Rectè Faernus pro* Dea, *reposuit* Idæa: *locumq; sine dubio corruptum, vna tantū addita litera, integritati restituit. eius autem coniectura confirmatur cùm historia, tum iis, quæ paulò infrà*

frà scripta sunt: Sacra ista maiores nostri ascita ex Phrygia Romæ collocauerunt: quæ viris accepit qui est optimus à populo Romano iudicatus P. Scipio. Fœmina autem, quæ matronarum castissima putabatur Q. Claudia *Val. max. lib.* VII. *cap.* V. P. autem Scipio Nasica togatæ potentiæ clarissimum lumen, is qui consul Iugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam Phrygiis sedibus ad nostras aras, focosque migrantem sanctissimis manibus excepit &c. *Videndus Liuius lib.* XXIV. *Ouid. lib.* IV. *Fast. Solinus* cap. VII.

ibi. Quæ priuato quondam tuo proauo) *Vetus liber* quæ priuati quondam tui proaui.

23 Aut puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit aut thensam aut lorum omisit) *Ita est in vulgatis, quid nescio an bene Ant. Augu. legendum putat*, Si thensam non tenuit, aut lorum remisit. *cuius opinionis fuit etiam Pantagathus: at ego nūc subdubito, an interitus huius pueri esset hic quoque, vt nūquam alterum pedem sublatum, nisi ad ingrediendum haberet: quod vocet* terram tenere.

24 Vt eos ludos hæc lues impura pollueret) polluerit, *emendauit Faernus, & rectè, vt opinor.*

25 Hæc sacra maiores nostros ex vestris libris expetisse] *Colligere hinc possumus P. Clodium* XV *virûm fuisse sacris faciundis. Ad huius autem loci intelligentiam faciunt ea, quæ scribit Strabo lib.* XII. πισσινὺς δ' ἐστὶν ἐμπορεῖον (*inquit*) τῶν ταύτῃ μέγιστον. ἱερὸν ἔχον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον &c. ἐπιφανὲς δ' ἐποίησαν ῥωμαῖοι τὸ ἱερὸν ἀφιδρύματα ἐνθένδε τῆς θεοῦ μεταπεμψάμενοι κατὰ τοὺς τῆς Σιβύλλης χρησμούς.

26 Alterum putabo regem si habuerit] *Locus non est integer: potest autem suppleri, si ita legatur.* Alterum semper, iterum tum putabo regem, si habuerit, &c. *vel si ita.* Alterum semper putabo regem, alterum si habuerit, &c.

9 Sex. Serrano] *Scribendū* Serano *vnico* r, *licet in veteribus denariis* SARANVS, *incisum sit, pro* Seranus.

40 vt tanquā fortis in pugna vir acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis & honestis cadere videatur) *Ita habent vulgati: in manuscr.* honestè cadere *legitur, quod magis placet. nam vulnera aduersa, quis nescit honesta esse? & aduerbium ad verbum elegantius iungitur.*

46 Ea miscet, ac turbat, vt modò vendat illis) *Ita Manutius, & Victorius: corruptè planè vterque libri manusc.* vt modò se venditet illis, *quod eodem tendit, sed non implet sententiam, quæ videtur debere esse, vt alios vituperet, aliis se venditet. Pantagathus legebat,* Vt modò se vendat his, modò illis.

48 E fluctibus illis seruitutis] illius seruitutis *habet manuscriptus liber, & meliùs, vt videtur.*

61 Atque ego hanc orationem] *Vetus liber* actionem *habet pro* orationem.

63 Cùm ipse mundus cùm agri terræ motu quodā nouo contremiscunt) *Antiqui libri scriptura magis placet, in quo est,* Cùm ipse mundus, cùm aer, atque terræ motu quodam nouo contremiscunt.

IN ORATIONEM PRO CN. PLANCIO.

1 Huic accusationi esse fauturos) *Vetus liber* fautores *habet, vt videtur, rectius.*

2 Vtinā verò sēper esset] *Amicus meus homo doctus pro* vero, *legebat* verus, *exponebátque æquus: quā vocē* inani, *& vt infrà idem Cicero loquitur,* iniquo *opponi hoc loco debere dicebat. Paulò suprà,* Quid? tu non inanem dignitatis iudicem putas esse populum, *legendum ex antiquo.* Quid tu grauem dignitatis, &c.

C. Serenum subtilissimum hominem) tenuissimum magis placet, *vt est in margine libri emendati à viro doctissimo.*

4 Aediles quicumque erunt, idem mihi, quod ostenderas] *Pantagathus pro* idem, *emendabat*, tu

des.

des : *& adiecta interpunctione post verbum* ædiles, *totum hunc locum ita legebat*, Aediles quicunque erunt, tu des mihi quod ostenderas. *In veteri tamē libro, quem ipse vidi pro* idem mihi, *scriptum est* id da mihi, *quod non displicet.*

5 Nihil quod direptio] *Ita omnes vulgati, malè prorsus: aut ego nihil in hac re intelligo. Grucchius habet* diribitio: *quæ vox optimum sensum facit illa quidem, sed non suo loco: prius enim supplicatur populo, quā diribeantur tabellæ: deinde verbum est insolens Ciceroni, & longius abest à similitudine verbi* direptio : *quid verò oportuit subiungere* supplicatio, *cùm modò dixisset*, Nihil iam est quod populo supplicetur? *quare vtrique incommodo medendo, ita cum Pantagatho legerim:* Nihil quod diremptio, nihil quod supputatio: *adde quòd non supplicatur magistratibus : quinetiam ad supputationem addebat Pantagathus* suffragiorum: *ad renuntiationem* magistratuum: *vt ita totus hic locus legeretur:* Nihil iam est, quod populo supplicetur: nihil quod diremptio, nihil ꝙ supputatio suffragiorum, renuntiatio magistratuū expectetur : *sed vt Grucchio sua diribitio non negetur (quamquam varia videatur eius verbi significatio, nec dignum munus summis viris) cetera non modò apta, sed necessaria mihi quidem videntur esse.*

6 Hoc tamen miror] *Pantagathus*, hoc tantùm miror: *& ita habet antiquus liber.*

7 Ex quo plurimæ familiæ] plures *Ant. Aug. & infrà*, Num de tot aliis gloriari? *pro* tot Fabiis gloriari?

8 Hospitum suorum honore) *Vetus liber*, hominum suorum honore.

9 Quod C. Marium è ciuili errore) *Placet* cruore, *pro* errore, *vt est in antiquo.*

10 Quod si adesset] *Melius, vt opinor, Ant. August.* qui *pro* quod.

11 Sed ita magni amoris] *Videtur legendum* magnis, *pro* magni, *quomodo correxisse olim Pantagathum animaduerti.*

12 Atqui hæc ſunt indicia ſolida, iudices, & expreſſa] *Magis placet, vt eſt in manuſcripto* : Atqui hæc ſunt indicia ſolida iudices, hæc expreſſa ſigna, &c. *infrà legendum* , Sua & modeſtia ædilem factum, *cùm in vulgatis deſit* ſua &c.

13 Maritum appellas vt verba fingas] *Ita Manutius*, vt verba etiam fingas] *Victorius. Faernus* Marimaritum *Ant. Auguſtinus* maritam , *adductus verbo* fingas. *At Pantagathus putabat Ciceronem reſpexiſſe ad Laterenſis maledictum, quòd alienis vxoribus vteretur, quaſi iuſtus vir: non enim obijcit illi Pathicam libidinem.*

14 Idem poſtea præ mandatis) P*antagathus correxit* præ mandato, *ſiue* mandatu, *ſequentia autẽ verba ita legebat*, Ac cùm hæc, nec vlla alia, ſint coniecta in huius vitam, de huius vos pudore, religione, integritate dubitatis? *neque verò dubitandũ eſt, quin ita legi debeat hic locus.*

15 An quòd auctiones eſſent] *Faernus pro* eſſent, *reponebat* ceſſent, *ſed non ſatis* Pantagatho *ſatisfaciebat, cui non videbatur poſſe hic habere locũ Faerni correctio, cùm quod ad rem attinet, tum quod ad dictionẽ. Nam neque iuſtitio dierum profeſtorum auctiones rerũ priuatarum ceſſant, neque ad legiones certè referri poteſt verbum* ceſſent. *Videntur enim legiones conſcribi in illo edicto, earumq́ue cauſa edictum iuſtitium: neque ad* rogaſſet *attuliſſet* ceſſent. *ſed* ceſſarent : *quæ nullo pacto ceſſabant, ſed calebant, vt & auctiones.* Quid triſtis eſſet *quoque id ipſum poſcit: nam Grantus debuit eſſe triſtis, quòd legiones ceſſarent.*

16 De reiectione fieri voluerit iudicium alternorum] iudicum *Pantagathus, & rectè, vt opinor.*

17 Nam ter iam non quæ iudicaret. *Anton. Auguſtinus.* Nam Mæciam non quæ iudicaret : *quam lectionem retinuit Lambinus. In manuſcrip. quodam libro*, Nam tres, non quæ iudicarent, ſed quæ reiicerentur eſſe voluiſti. *ſcriptum eſt, fortaſſè non malè.*

18 Inſcio] in ſecreto P*antagathus & pro* iniquos meos, *manuſcriptus codex habet*, inimicos meos.

19 Et

19 Et ab hoc obseruatas ederent] ederes *Pantagathus: & ita videtur legendum.*

20 C.Alfium] *Victorius* C.Alphium: *Ant. Augustinus ex loco inferiori*, C.Flauium. *sed cur illum locum non·orrigit ex hoc, si habet auctoritatem, quæ cõfirmet?*

21 Comitiis fuerint prærogata) *Vetus liber habet* prarogatiua, *non male pro* prærogata.

22 Tecum expostulaui] secum expostulabo *Pantagathus: & infrà versum Attij ita emendabat:* Quæritote, id quod multi inuideant, *pro* nónne id quod multi, &c. *sed Attij versus in oratione pro Sextio integer, vt opinor, adductus est.*

23 P.Duellio] *Videtur legendum* C.Duilio.

24 Propterea magis laude fuerint digni] *Totus hic locus in manuscripto ita legitur:* Propterea magistratibus fuerint digni, quod triumpharunt, & non quia cõmissi sunt iis magistratibus, in iis re bene gesta triumpharint. *paulò post*, Metello hoc imperatore, *in manuscripto non est*, Metello.

25 Is retinet alienum) æs *pro* is. *scriptum est in vetustissimo libro. & ita legit Agell.li. .cap.IV.*

26 At enim nimis ego magnum beneficiũ Plancio) Sancio *legebat Pantagathus pro* Plancio: *sed nõ displicet Lambini lectio, qui corrigit* Plancij facio.

27 Ei me dedam] *Vetus liber habet*, ei me debere dicam.

28 Cùm iam Plancio deberem, L.Racilij beneficio fuisse contentum. *Ita hunc locum correxit Pantagathus, a quo correctionem accepit Manutius*, beneficio *tantùm voce in* beneficiis *mutata. Idem paulò post pro* Gratias agendas putauit, *legebat* putarat: *& ita omnino videtur scribendum.*

29 Natura quidem abhorret à virtute verbi) *Corrigendum ex fide veteris libri*, Nam id quidem abhorret à virtute verbum.

30 Te iccirco in locos communes causam coniicere noluisse] *Ita Pantagathus ex lib. manusc.*

nuscripto, vt opinor. sed ego vocem communes *suspicor glossema esse in contextum orationis à librario receptũ. Vnus man. & is quidem perantiquus, pro.* locos *habet* ludos, *paulò post,* Me icirco mea lege, *post vocẽ* lege *addebat* modò *idem Pantagathus. & infra legebat,* Sed fui Nicææ, inquit, putabam in Vacceis dicturum.

31 At tota Italia] ac tota Italia, *Pantagathus, & rectè.*

32 Et in aliis ciuitatibus monimenta nobis literæ prodiderunt] *pro* literæ, *legebat Pantagathus* literarum, *& ita omnino scribendum esse arbitror.*

33 Siciliam petiui animo) Siciliam petiui à Vibone *olim Pantagathus qui vocem* animo, *nullo pacto ferendam existimabat. Postea mutata sententia, ita emendauit.* Siciliam petij eo animo. quod & ipsa &c. *paulò post legebat,* Tum consilio repentè mutato terra Vibone Brundisium petere contendi.

34 Sed si acciderent ea] *Deest* qui, *vt fit*, sed qui si acciderent, &c.

IN ORATIONEM PRO P. SEXTIO.

1 C. Albini] *Opinor hunc esse* C. Postumium Albinum: *qui in argenteis denariis notatus est.*

2 Et inde M. Aulianum) *Libri scripti habent* M. Menulanum: *Pantagathus* M. Aulanium: *qui post nomen* Antonij *addit* castra, *pro eo quod in manusc. est* Capua, *& ita interpungit:* Et inde M. Aulaniũ Tribunum militum Antonij castra præcipitem eiecit. *in vetere autem libro, melius puto legi hunc locũ ita interpunctũ* (Quãvrbẽ P. P. B. O. ab I. I. & S. M. tõtari cõspiciebamus) & inde C. Menulanum, &c.

Qui propter salutem illius vrbis consulatu conseruatam meo me inaurata statua donarat: me vnum patronum &c.] *Ita hic locus legitur emẽdatus in margine libri à doctissimo viro, cùm in vulgatis*

tis desit totum illud, Me inaurata statua donarat.

4 Vt iam virilis tua vox] *Videtur legendum* puerilis: *nam suprà dixit,* Ex qua hic est puer, & nupta iam filia.

5 Quot stimulos admouerit] *Placet* quos *pro* quot, *vt est in man.*

6 Et pastorum stabula præclara cepisset) *In manusc. est,* prædari cœpisset, *& ita videtur legendum.*

7 Sed etiam memoriam dignam] *Pātagathus.* Sed etiam memoriæ dignitatem, *fortasse non malè: sed melius, vt opinor habet manusc.* Memoria dignam in Rep. capessenda dignitatem.

8 Vt in eum non inuasisse, sed incurrisse videamur] *Pantagathus,* vt in me non inuasisse, sed incurrisse videatur.

9 parum se fœdus violaturum arbitratus est] *Ita Pantagathus, cùm in aliis desit verbum,* est.

10 Soluit subitò legum vinculis consul] *Ita Manutius in man. est,* soluit subitò legum cura cõsul: *vnde coniecit Adrianus Turnebus legendum esse,* Lege curiata: *qua lectio valdè congruit veritati, neque multum abest à litera, sed cùm sit secutus verbū* cura *suppositum: placebat Pantagatho vt, eo verbo reiecto, ita legeretur,* Soluit laqueo legum consul.

11 Si nondum scelera] si vmquam scelera, *Pantagathus.*

12 Puteali & fœneratorum gregibus inflatus atque perculsus] *Pantagathus hunc locum ita restituit,* Puteali & fœneratorum gregibus infensus æquè atque compulsus olim ne Scillæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæresceret, in tribunatus portum perfugere (*siue vt est in aliis*) cõfugere.

13 Atque ab iis iri se ereptum] *Ita scribendum, cùm in aliis desit verbum* iri.

14 Quem enim deprecarentur] essent deprecati *melior lectio.*

15 In concione relegauit] in concione sine lege

ge relegauit: *ita in vetusto quodam libro scriptum inueniri testatur amicus meus homo doctissimus.*

16 Sine vllo iudicio, aut edicto) *Pantagathus legebat,* Sine vllo iudicio, suo edicto: *coniectura credo ductus, quòd suprà dixit,* Relegauit, edixitque vt ab vrbe abesset millia passuum ducenta.

17 Deliget quem volet] videlicet, quem volet damnabit, *ita scriptum animaduertit ad oram libri doctissimi viri.*

18 Quid hæc mea oratio tam longa, ac tam altè repetita) tam longè, *melius vt opinor est in quodam libro.*

19 Omnia quæ tum contra me contráque Rép. dixerant) *Melius vt opinor est in man.* Omnia quæ tam contra me, quàm contra Rempublicam dixerant.

20 Vt omnibus festis diebus] *In manuscripto libro est* factis, *vnde coniecit Antonius Augustinus* fastis, *legendum esse: quam lectionem confirmat locus similis in Oratione in Pisonem. Leuior autem violatio est fastorum, quàm festorum: fasti enim excludunt Comitiales, Festi vtrosque.*

21 Nihil reliqui magistratus) *Ita est in vulgatis: sed rectius, vt videtur in manuscripto,* Nihil reliqui poterant magistratus.

22 Cessit ne aut victus] *Ad oram libri emendati à viro doctissimo ita hic locus restitutus est,* Cessit tamen nihil tergiuersatus, ne aut victus, &c.

23 Hæc cùm ego viderem, neque enim erant occulta] *Ex Demosthenis oratione περὶ στεφάνου ferè ad verbum:* ταῦτα δ' ὁρῶν ὁ φίλιππος, οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ.

24 Direptio denunciaretur] *Ita Pantagathus.*

25 Quis enim vnquam me à Senatu populoque Romano tanto bonorũ omnium studio restituto, quod certè si essem interfectus, accidere non potuisset, vllam reipublicæ partem, &c. *Aliter hic locus legitur in libro, qui est apud me emendatus à viro doctissimo, & multo quidem meliùs, quàm in vulgatis*

gatis: Quis enim vmquam me à Senatu, populoque Romano, tanto bonorum omnium studio restituto, omnia pro Rep. pericula adire dubitabit? quòd certè si essem interfectus numquam accidere potuisset, vt quisquam vllam Reipub. partem, &c.

26 Atque ille vitam suam ne inultus esset ad incertissimam spem Reip. fatum reseruauit) *Ita legit hunc locum Pantagathus, mutata voce*, statum, *in* fatum, *& deletis* & ad, *quæ sunt in vulgatis.*

27 Eorúmque periculorum est in Rep. retinenda medicina) *Cùm in manuscriptis libris* eorúmque periculo, *scriptum esset, vocem* periculo, *alij in* periculorum, *mutauerunt. Pantagathus autem* periculo *retinuit, sed pro* eorumque *emēdauit* bonorūq;.

28 Vt censoria notatio) *videtur scribendum* notio *pro* notatio, *quæ lectio in antiquis etiam libris reperitur, & loco quodam ex Oratione de Prouinciis Consularibus confirmatur, in qua scriptum est*: Clodius cēsorum iudicium ac notionem & illum morē seuerissimum magistratuum de ciuitate sustulit. *& in Pisonem*, Centum propè annos legem Aeliā & Fusiam tenueramus, quadringentos iudicium notionémque censoriam.

29 Tulit gessit) Tigranes, *pro* tulit gessit, *emendauit Anton. Augustinus, veteris libri corruptam scripturam secutus. Lambinus in manuscripto codice Memmiano* Tigranes igitur *scriptum reperiri affirmat: cui si fides habenda est, non erit de lectionis veritate dubitandum. Pantagathus improbata Ant. Aug. cōiectura, quod de alio, quàm Tigrane dicta hac à Cicerone existimabat*, Albanus rex, *pro* Tigranes *legebat. constabat autē Albanum regē bis cum* Pompeio *conflixisse, fidēq; etiam violasse. Idem* Commagenus *olim pro* tulit, gessit, *correxerat, vt ex eius coniectura cognoui, quamquam ad oram libri annotauit.*

30 Quamquam quis audiret si maximè queri vellent] *ita hunc locum emendauit* Pantagathus *pro* auderet & vellet.

31 Hic

31 Hic aliquando scerius] Hic aliquanto serius *ad oram libri emendatum est à viro doctissimo.*

32 Ex quo intellectum est non mihi absenti creuisse amicos. *Quidam* decreuisse *emendarunt, pro* creuisse, *sed malè omnino: vulgati autem rectè quidem habent, ex iis quæ præcedunt, & quæ sequuntur de Pōpeio, de frequenti senatu, de Memmio, de sociis Clodij damnatis, de negantibus se tulisse suffragium, de tota ciuitate fratri obuia, de equitibus, de octo tribunis plebis: quod postea ait,* in ea præsertim fortuna.

33 Quo magis nationis eius esse quàm generis videretur) *Opinor legendū:* Quo magis generis eius esse, quàm nationis videretur. *Cōfirmat autem hāc lectionem locus similis in oratione pro A. Cluentio, de hoc ipso Ligure* : Quid tu (*inquit*) Pæte? hoc enim Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorū delegerat, ne si se Ligurem fecisset, nationis magis suæ, quàm generis vti cognomine videretur.

34 Si ille vt arbitror æquus nobis fuerit] fuerat *est in antiquo libro, & ita omnino legendum videtur.*

35 Sed ex deserto Cauij Oleli horreo calatis granis in Calatinos Atilios insitus] *Ita Pantagathus primus hunc locum emendauit, à quo Manutius, & alij acceperunt, & rectè quidem: hac ironia quòd ante adoptionem iam esset Calatinus calandis granis (non dimetiendis modiis) in pauperrimo horreo patris Gauij Oleli, quasi ibi non dimetiretur modios, sed singula calaret, id est, vocaret, ac numeraret grana, irridens in eo Calatini cognomen alioqui nobile.*

36 Et temporibus & Reip.) & temporibus Reip. *sine copula, quæ secundo loco posita est, multò melior est lectio.*

37 Reip. sanguine saginantur) saginabantur *Pātagathus.*

38 Quam acceptam gemere, non queri posset) *Ita scriptum est ad oram libri doctissimi viri, cùm in vulgatis desint illa,* non queri.

59 Maledicito Sabino) *Pātagathus ex vestigiis antiquæ scripturæ,* maledic Titio Sabino, *& rectè : Ego autem*

autem pro Titio,*mallem* Titurio,*quod eius gentis cognomen sit Sabinus,nisi tam sæpe huius Titij in orationibus faceret Cicero mentionem. pro* cur tam temerè,*in antiquo est*,cur tam tempore.

40 Obnuntiaret quod senserat) renuntiaret quod seruarat *Pantagathus*.

41 Adiit igitur T. Annius ad causam Reip. sicut ciuem patriæ recuperare vellet ereptum] *Ita olim hunc locum emendauit Pãtagathus: quid enim aliud diceret,cùm postremum verbum in vulgatis corruptum esset,& pro eo legeretur* Reip tum?*sed in vetustissimo libro aliter hunc locum scriptum reperi,ex eruditissimi viri emendatione cognoui,quã ad oram libri notauit*:Adiit igitur, &c. sicut ciuem par erat qui Remp. recuperare vellet.

42 Et vinci turpe putauit,& deterreri etiam eripi reiecit. Vt quoniam] *Locum turpi mendo deprauatum,alij aliter emendare conati sunt. Anton. Augustinus*,& deterreri vt turpe reiecit,*restituit. sed frigida* turpe *repetitio:&* reiecit,*non satis aptũ verbum videtur. quid si ita legatur?*Et vinci turpe putauit & deterreri,etiam eripi reum:fecit vt,&c.*nam Consul Prætor & Trib. pl. Clodium eripiebant. & infrà dixit*,fecit,vt &c.*hæc autem coniectura, ab antiquo libro aliqua in parte confirmatur,in aliqua improbatur,in quo,vt ex doctissimi viri collatione cognoui, ita scriptus hic locus reperitur:*Et vinci turpe putauit,& deterreri etiam turpe : reiecit quod erat secutus consilium : fecit quod erat secundum vt quoniam,&c.

43 Eadémque ratio P. Sextij fuit] eadem quoque ratio,*Pantagathus,& rectè.*

44 Esto igitur vt hi sint optimates]*Ita est in meo libro,cùm in vulgatis desit vox* optimates.

45 Neque eloquentiam iucunditate fuisse maiorẽ maiore *correxit Ant. Aug. & ita scriptum inueni in vetere libro. Optimè autem:semper enim Pompeij sententia magna auctoritate & eloquentia,magna iucunditate*

te, at numquam maiore, quàm tunc.

46 Quis non modò non approbauit] *ita olim Pantagathus emendauit: lectionem huiusmodi comprobante antiquo etiam libro, in quo infrà est*, respirare *pro* spirare.

47 Et hi ex alia tribu) & hi ex vna tribu, *legit Antonius Augustinus.*

48 Ab idiotarum diuitiis) deliciis *emendauit Pantagathus, coniectura planè diuina.*

49 Nihil sanè à te iuuabatur) *Pantagathus felici hunc aquè locum coniectura restituit*, Nihil sanè à te iuuabatur, *familiari scilicet, quam confecerat, quod confirmat*, Pignoribus empto vino.

50 In quo tamen esi me vltus, cum illo ore inimicum est meum suauiatus] *Ita Pantagathus hunc locum olim se restituisse dicebat, non ingenii acumine, sed recenti tunc Catulli lectione. Ego autem non tam recenti, vt ipse dicebat, Catulli lectioni, quàm excellentis ingenii, quo fuit praeditus, acumini tribuendam eam emendationem existimet qua quidem & si nihil excogitari aptius huic loco potest, eundem tamen locum ita proferam, vt in impresso quodam libro emendatus ex collatione veteris codicis reperitur:* In quo tamen quid esset quamobrem inimicus ille esset meus, qui quasi, &c.

51 Quoniam optimo cuique impertitur] quando optimo cuique *alii legunt: & paulò post*, Ei qui pendet, à rebus leuissimis, *ad oram libri doctissimi viri scriptum est*, Ei qui pendet, qui rebus leuissimis.

52 Togata simulans] Togata Simulans *Pantagathus: vt sit comoediae nomen. paulo suprà legebat*, gratam. *pro* gratum, *&* consuli ipsi, *pro* ore ipsi. *& infrà*, Post principia ecqui exitus otiosae vitae, *pro* atque exitus.

53 Cantorum conuicio] comitio. *Pantagathus.*

54 Quid illi conuentus) ille conuentus, *scriptum est in vetusto codice. & infrà*, optimatum, *pro* optimatium.

55 Existimare facilius possunt, qui audierunt) æstimare *vetus codex.*

56 Cui nos offensi, inuisique fuerimus] infensi, *pro* offensi, *scriptum est in antiquo libro manuscripto.*

57 Emergebat subitò) sed emergebat subitò *vetus liber, & paulo post,* de quibus ad senatum missus erat, *pro* à quibus.

58 Qui excitatus summa cum auctoritate P. Seruili) *In vetere libro,* summa cum auctoritate vestra, tum P. Seruili.

59 Et ad vnum dicto citius Metelli casum) *Faernus,* & ad vnum Numidici Metelli casum. *quod cur ita mutandum esset, dicebat* Pantagathus *se non videre: tolluntur enim duo verba, quæ faciunt mirè ad emphasim, vt pro iis reponatur verbum superuacaneum, & longè absimile ab imagine priorum literarum. Suffragatur autem antiquæ lectioni cùm illud* excitatus, *tum illa infrà,* dicenti etiam tum, *& postea,* diutius.

60 Idem etiam ipsius coloniæ Brundisinæ idem vt scitis) *Ita est in vulgatis. Anton. Augustinus legit* Brundisinæ deductionis: *verum quidem, sed lõgè ab imagine veteris scripturæ, & à dicendi modo.* natalis deductionis: *aptius esset,* natalis coloniæ. *Pantagathus ex prima libri 4. ad Atticum epistola ita hunc locum legebat:* Cùm ipsis Nonis Sext. idẽ dies aduentus mei fuisset, qui natalis idem carissimæ filiæ, quam ego grauissimo tum primũ desiderio, luctuque conspexi: idem etiam ipsius coloniæ Brundisinæ: idem & salutis: *vt* reditus *si scholium* aduentus: *& salutis Augurium in Quirinali vicinum Attico, notetur.*

61 Per indicem Vettium) Iudicem *hîc, & in Vatinium scribendum est ex auctoritate veterum nummorum, in quibus* T. Vettius iudex *notatus est*

62 Quo quis petierit) petat *Pantagathus, & rectè: nam in Vatinium dixit:* Cùm mea lex dilucidè vetet, biennio quo quis petat, petiturúsve sit, gladiatores dare, *paulo infrà,* Accipite aliud

etiam

etiam acutiùs,*pro* aliquid,& dicit se nō gladiatores. sed vnam venationem dare,*pro* vnum gladiatorem dare,*idem Pantagathus emendauit.*

63 Raptata coniunx)iactata,*quidam & infrà*,insidorum,*pro* infidelium,*legit Ant.Aug.*

IN ORATIONEM IN VATINIVM.

1 Intulisti,vt mihi renouatus ille tuus in te veterem meum,&c.)*Locum hunc in omnibus qui circũ conferuntur libris mendosè scriptum, ita olim Pantagathus emendarat:*Intulisti,tum nihil remoratus incusasti me,quod meum &c *sed hæc postea improbata lectione aliter restituere conatus est, & multò, vt mihi videtur,melius,quod & in translatione permansit,& meliorem sententiam effecit,* Vt in me euomeres,illud virus,cur veterem meum , &c. *paulò suprà pro* accedat,*idem Pantagathus* accidat , *primus emendauit:quam lectionem Adriano quoque Turnebo in mentem venisse ex eius aduersariis cognoui.*

2 Homo imperitissime solidæ laudis)impurissime *pro* imperitissime.*vidi notatum in margine libri eruditissimi viri.*

3 Quid quisque nostrum de se ipse loquitur,nō est sanè requirendum:quod boni iudicent , id est maximi momenti,& ponderis)*Ita hunc locum emendauit Pantagathus,cùm in vulgatis desit* quod, *& abundet* viri.

4 Atque infimo)*videtur legendum* , verùm etiam infimo,*quomodo vidi emendatum à viro doctissimo ad oram libri.*

5 Fortunis liberis ciuibus)coniugibus *pro* ciuib. *in quodam vetere exemplari scriptum est,& ita legendum esse existimo.*

6 Deos manes mactareplacare *sensus poscit. vt legatur,pro* mactare:*& ita olim* Pantagatho *in mentẽ venisse animaduerti.*

7 Expectatis nedum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum, & Q. Claudium) *In vetusto codice*

codice manuscripto,qui apud me est,legitur Cn.Lentulum Clodianum,*& ita omnino scribendum opinor. A.Gellius lib.*XVIII.*ca.*IV.*facit* Cn. Lentuli *huius*, Clodiani *ex adoptione appellati mentionem, adducto ex historiis Sallustij testimonio:* At Cn. Lentulus, Patriciæ gentis,collega eius, cui cognomen Clodiano fuit,per incertum,stolidior,an vanior,legem de pecunia,quam Sulla emptoribus bonorum remiserat,exigenda promulgauit.

8 Contentionem reiectionis dare] reiectione *legebat Pantagathus commodiore sententia:in manuscripto tamen est* conditionem,*pro* contentionem.

9 Vt in epulo Q.Arij] Q.Arrij,*duplici* rr.*scribendũ est,auctoribus antiquis numismatibus, in quibus* M. ARRIVS SECVNDVS *notatus est.*

10 Quo etiam maiore es malo mactandus)mulctandus,*emẽdauit olim Pantagathus,cõiectura ductus: & ita scriptum reperitur in veteribus etiam libris.*

IN ORATIONEM
PRO M. COELIO.

1 De dignitate Cælius notis ac maioribus natu,etiam sine mea oratione tacitus facilè ipse respondeat]*Plautus simili modo locutus est*, notis prædicas,*hoc est,qui ipsum norunt.*

2 Cuiusmodi autem sit) *Ant.Augustinus* cuicuimodi *legit.Ego non audeo contradicere codicibus antiquis,in quibus est* cuiuscuiusmodi.

3 Aut quibus necesse est idem dicere] *Locũ hunc opinor non vacare mendo:Ant.Aug.*Nec esse ibidem liceret *emendauit,cuius coniecturam sequor.*

4 Et omnia inflammatus ageret] inflammatius *Pantagathus.*

5 In quibus vna eadémque persona versatur] vrgetur *habet vetus liber pro* versatur.

6 Qua ista delectatur) qua isti delectantur,*Ant. Augustinus,optimè,vt ego quidem puto.*

7 Nonne te) *videtur scribendum*, non te, *deleta particula*, ne.

8 Non numquam in iisdem hortis visa nobilis mulier) *Amicus meus homo doctissimus hũc locũ paucis immutatis ita interpungit*: Non numquam in iisdem hortis. vis ô nobilis mulier illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum? non potes, &c.

9 Baias iure suo libidines omnium commearent) *pro* Baias *legebat Pantagathus* Balneas: *ingeniosa quidem coniectura, sed non necessaria, cùm* Baias *quoque ferri posit*.

10 Non fragrantia oculorum] odorum, *Ant. Augustinus sed non placet. primum quia debet legi* fragrantia, *non* fragrantia: *deinde vehementior, est oculorum, quàm odorum: postremò sermonis libertas hoc confirmat aspectus, sermo potius, quàm odor, sermo*.

11 Vel in legatis insidiandis] παιδικῶς & *hic* insidiandis *dictum est, & infra* in insidiis doctissimi hominis: *neque verò probo eorum coniecturam, qui pro* insidiandis *legendum putant, vel* violandis, *vel* per insidias, *siue* insidiosè:

12 Si dixit eodem se conscientiæ) sin dixit *Pantagathus*.

13 Facinoris tantum esse) facinus tantum, *emendauit Pantagathus, cùm prius*, facinoris tãti *correxisset, pro eo quod est in manuscr.* facinori tanto. *suprà idem pro* labẽ sceleris sempiterni, *restituit* sempiternam: *quæ lectio recepta ab alijs fuit, & vulgata*.

14 Si per se, qua temeritate? si per alium] sin per alium *Pantagathus*.

15 Cùm à me ipso laborata proferri viderentur) elaborata *Ant. Aug. & optimè: nam suprà*, Cura & vigiliis elaborata *dixit*.

16 Si hic nemini nomen] neminis *Pantagathus & paulò pòst*, sui familiaris absoluti.

17 Nequam vocem eliciat) eiiciat *habent libri manuscripti quorum scripturam confirmat Euripidis versus in Hippolyto, ex quo sententiam videtur Cicero mutuatus*.

ἤδη σκότον φρίξαντι τὸν ξυνεργάτην.
τί ῥα μενῶ τ' οἴκαν, μήποτε φθογγὴν λάβῃ.

18 Quadrantaria illa permutatione] pẽsitatione, *Pantagathus:vel, vt postea mutauit*, permulsatione.

19 O magna vis veritatis] *Sententia sumpta ab Aeschine ex oratione contra Timarchum :* οὕτως ἰσχυρὸν (*inquit*) ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, ὥστε πάντων ἐπικρατεῖν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν.

20 Comessatorumque conspectus] consessus *est in vetere libro , pro* conspectus.

21 Hæreant , iaceant , deseruiant] *pro* iaceant, *Pantagathus legebat*, teneant, *aliquanto, vt videtur, meliore sententia.*

22 Ceserni) C. Eserni, *Pantagathus,& rectè,& paulò pòst*, Eserni, *pro* Ceserni.

23 Iam ista deferuerint) deferbuerint , *Pantagathus olim emendauerat: postea nactus antiquiorem librum, in quo* deseruerint *scriptum esset , reiecta priore lectione*, deseruerit *emendauit.*

24 Iam dies mitigarit] multa dies mitigarit, *Pãtagathus:& fortasse meliùs, quàm vt alij emendarunt.*

IN ORATIONEM
PRO BALBO.

1 Principio orationis hoc oppono) pono, *Ant. Augustinus.*

2 Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius] *Locus hic variè legitur in libris manuscriptis : sed in meo, & si non omninò emendatè, minus tamen mendosè, sic.* Nihil memoria : de exemplis acutiùs. *vt inde verior aliqua lectio elici possit.*

3 An omnino nescire, quid liceat) quam omnino , &c. *Pantagathus.*

4 Atque vt ego sentio iudices causa dicta est temporis magis ego non huius inquam genere iudicij plura dicam ,) *in omnibus quos vidi codicibus , mendosè scriptus hic locus reperitur , quem Pantagathus , minus corruptæ scripturæ secutus*

vestigia,ita emendauit: Atque vt ego sentio iudices causa dicta est Pompeij magis quàm huius. quo in genere iudicij plura non dicam. *siue,* in quo ego genere,&c.

5 Qua lege videmus satis esse sancti] *Pantagathus,* videamus sanxisse senatum.

6 Vt tum lege eadem) *Pantagathus delebat particulam* tum.

7 Publicè donari videbamus) iudicamus *videtur legendū,vt respondeat superioribus,* videmus, scimus.

8 Id ne liceat ipsis?) *Delebat hic interrogationis notam Pantagathus,quam ad verbum* priuari *paulò infrà reponebat,& rectè:pro* id est, *vetus liber habet* &: *vt sit,* pro libertate & ciuitate.

9 Neque si velit,mutare nō potest) *Ita est in vulgatis,& puto rectè:Ant. Augustinus legit,* Neque si velit non mutare non potest: *in quo idem sentit cū alijs,sed putat non posse idem sentiri sine illo* non, *atqui si ita interpungat,videbit non opus esse* non. neque si velit mutare non potest.

10 Iapidum) Iapydum *videtur scribendum. Graci enim iάπυγας dicunt.*

11 A cognitione sua) *Pantagathus* à cognitione sui, *& rectè.*

12 In qua aliquid sacrosanctum videretur) *Pantagathus,* In quo aliquid sacrosanctum exceptum lege videretur.

13 Aut obtestatione & consecratione legis aut pœnæ] *Ita est in vulgatis. Ant. Augustinus reponit* pœna *pro* pœnæ, *aliquanto melius:sed neque hoc planè implet sensum. nam infrà ostendit idem esse consecrationem, & pœnam. quod si est, ineptè disiunxisset, quod est idem, enumerando membra sacrosancti, quæ sunt tria: genus (quod intelligo materiam religionis) obtestatio legis (quod est aut iusiurandum, aut iræ deorum imprecatio) consecratio pœnæ siue capitis, quod quid sit, ipse statim declarat, quare totum hunc locum ita cum Pantagatho legerim:* Aut genere ipso, aut obtestatione legis, aut consecratione pœnæ cum,&c. *ac libentius*

tius

tius legerim sacrosanctæ,*quàm* sacrandæ, *quasi* sacræ sanctæ.

14 Vtrum à capitis consecratione) *Ant.Augustinus delet* à,*& rectè.*

15 Nihil omnino vmquam de isto fœdere ad populum,nihil ad plebẽ,neque legem, neque pœnam,latum esse dico:neque quicquam illis verbis quod sacrosanctum esset,exceptum esse videtur,de quibus etiam si latum esset,ne quem ciuẽ reciperemus,tamen id esset, quod populus postea iussisset ratum,de his,&c.) *ita hunc locum legit Pantagathus.*

16 Iustitia nostra.) *Placet* vestra, *vt est in manuscr.*

17 Maiestatem populi R.)vt maiestatem,&c.*Pãtagathus.*

18 Omni sanctiorem Marte)arce *pro* Marte *in meo vetustißimo libro scriptũ reperitur. quam lectionem & si tueri facilè poßim, adductis ex oratione pro P. Sulla, pro Domo,& aliunde exemplis formula loquendi huiusmodi,ob ea tamen quæ præcedunt verba*, fœderis Marciani,*vulgatam scripturam libenter retineo.*

19 Brutos Horatios Cassios) *pro* Horatios *habent* Hortios *libri veteres, vnde coniicere quispiam posset,* Porcios *scribendũ esse.Ant.Augustinus legit* Gracchos:*rectè,si habet historiam Gracchi alicuius* Imperatoris *in Hispania mortui.*

20 Grauissima tum in istum ciuem suum Gaditani S.C.fecerunt)*Vetus liber habet,* Gaditani senatus conuicia fuerunt.

21 Omnibus iuris peritißimis)*Vetus liber*, hominibus iuris peritissimis.

22 Quem cùm disertus homo L. Antistius accusaret,Spoletinus dixit fundum populum Spoletinum non esse factum) *Pantagathus ingeniosè hunc locum ita restituit*: Quem cùm disertus h.mo L. Antistius accusaret,istud ei non dixit fundum Spoletinum populum non esse factum.

23 Idem Heros LX.Gaditanos) *Vetus liber*, idem Prætor LX.Gaditanos.

24 Hostem qui feriet) *Pantagathus totum hunc locum ita legit*:Hostem qui feriet mihi erit inquit Carthaginiensis,quisquis erit ciuis: at illi & id habent hodie & semper habuerunt.

25 Damnato Cœlio] C.Aelio, *Pantagathus, vt puto, ex historia.*

26 Vt conseruata magis,quàm corrupta)conflata *Pantagathus pro* corrupta: *& rectè, vt mihi videtur.*

27 Vt in me omnis illa inclinatio] in me vnum *Pantagathus.*

28 Id enim contendere mihi videtur è Rep. cùm id defendas quod esse optimũ sentias;& id fortium virorum & magnorum hominum semper putaui) *aliter hic locus legitur in manuscriptis, & multò, vt mihi videtur, melius.* Ita enim contendere de Rep.vt id defendas,quod esse optimum sentias,& magnorum hominum,&fortium virorum semper putaui.

29 Lege Sempronia) Trebonia.*Pantagathus ingeniosè ex historia,quamuis* Sempronia *verior lectio sit. Tulit autem A.Trebonius Tr pl.Pompeio & Crasso* II. *Cos.vt Cæsari imperium in Gallia in aliud quinquennium, quàm quod ei Vatinia lege concessum erat, prorogaretur:ita Trebonius senatui successoris mittendi potestatem ademit.Dio lib.*XXXI.

30 In consulatu præfectum fabrûm detulit] præfecturam fabrûm *est in antiquo libro, & ita olim Pantagathus emendauit.*

31 Quicquam noui sentiatis] censeatis *Pantathus.*

IN ORATIONEM DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS.

1 Cùm tu idem qui gubernare debueras euerteres] *videtur meliùs esse in manuscripto*, Quam tu idem qui gubernare debueras, euerteras.

2 Huic

2 Huic vos non summittetis) *vetus liber* successorem mittetis *pro* summittetis.

3 Quorum alter non audet nos certiores facere, ne Imperator appelletur) cur Imperator *Ant. Augustinus: sed,* vt *reperitur in manuscriptis libris.*

4 Ceteras contriuit] conterruit, *liber manuscriptus.*

5 Me ille vt quinqueuiratum acciperem rogauit] *Ant. Augustinus* vigintiuiratum *emendat ex historia, cuius meminit Dio lib.* XXXVIII. *Suetonius in Augusto, & Cicero ipse epist. 2. lib. 9. ad Atticum, cùm de Cæsare inquit,* Repudiari se totum magis etiam quàm olim in xx viratu putabit: ac solet cùm se purgat, in me conferre omnem illorum temporũ culpam: ita me sibi fuisse inimicum, vt ne honorem quidem à se accipere vellem. *Planè in primo Cæsaris consulatu creati fuere* xx. *viri, agro Campano æstimando. sed videndum est, num Quinqueuiri quoque creati fuerint agro æstimato diuidendo, atque de ijs, non de illis rogarit Tullium Cæsar.*

IN ORATIONEM
IN PISONEM.

1 Mihi ipsi homini nouo] *Non displicet veteris libri scriptura,* mihi ipsi non nomini.

2 Cum hac importuna bellua comparem) *Videtur respexisse ad Aeschinis locum ex Oratione contra Ctesiphontem*, οὗ δ' ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἀξιῶν ἡγοῦμαι μεμνῆσθαι τοῦ θηρίου τούτου καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν.

3 Si tua consilia cũ illo cõiurasset] *Magis placeret si legeretur* coniunxisses: *alij delent vocem*, consilia.

4 Nam relatio illa salutaris) *Placet* delatio, *vt est in antiquo. & paulò pòst,* interimere, *pro eo quod est in vulgatis*, interire.

Iacebat in suo Græcorum fœtore) suorum *pro* suo *legendum opinor.*

6 Idémque in Italia) *Locum sine dubio corruptum, amicus meus verbo* idémque *in* is se *mutato restituebat.*

7 Tamen cupere vos diceretis) *videtur legendum* tamen cupere non diceretis.

8 Sed vt mortuus infamis referri videretur) in funus *habet antiquus liber, pro* infamis: *quæ olim lectio adeò mihi placuit, vt* efferri *pro* referri *legendum putarim. nũc contrà: nõ enim hic agitur de Imperatore elato in funus. sed de turpiter in prouincia mortuo, domũ relato, cui contenditur nobilis Imperator ex prouincia domum, siue ad vrbem gloriosè rediens.*

9 Quorum tu legatorum prœlio Imperator appellatus eras] *In Vaticano codice scriptum est,* Quorum tu legatorum opera in prœlio Imperator appellatus eras.

10 Sponsione me nĩ Esquilina introisset homo promptus lacessiuit) *Ita hic locus legitur in vetustissimo codice Vaticano: atque ita olim ex ingenio emendarat Pantagathus, qui de corruptis vocibus* responsione Memimica *fecerat* sponsione me ni vincat, *ab antiqua scriptura vestigijs non recedens.* prõptissimus *etiam pro* promptus *retinebat, vt est in veteribus libris.*

11 Nam vt leuitatis est) *Totum hunc locum ita legit Pantagathus:* Nam vt leuitatis est inanem aucupari rumorem, omnes vmbras etiam falsæ gloriæ consectari, sic ieiuni lucem, splendorémque fugientis, iustam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare.

12 Coronam illam lauream) auream *habet liber Vaticanus, sed non placet, nam M. Crasso de Fugitiuis, & Spartaco ouanti, laurea (vt inquit Plinius) concessa fuit, cùm alÿ ouãte myrtea coronari soliti essent. & paulò pòst;* L. Afrani pro P. Africane: *quod probo: vt intelligamus de L. Afranio, qui post P. Seruilium consul fuit cum Q. Metello Celere anno* DCXCIII. *P. autem Africanus, qui centum quinquaginta ferè annis antè triumphauit, non bene cum Q. Metello, P. Seruilio, aliisq; qui à Cicerone nominantur, quiq; tunc vincebant, coniungitur.*

13 Vt

13 Vt es homo facetus ad persuadendum) factus *legit Ant. Augustinus, pro* facetus. *& rectè, vt mihi quidem videtur. Nam facetiæ non obtinent primas partes in persuadendo, vt eas ante omnia præponere debuerit.*

14 Ipse cum homines quindecim à maleuestitis) *Ita est in libro Vaticano, cùm in aliis desit præpositio* à: *fortasse autem nomen est loci* Maleuestiti.

15 Bibitur vsque eò, dum de folio ministretur) *Ita in libro Vaticano scriptus hic locus reperitur, quem antea turpi fœdatum mendo, Ant. Augustinus ita emendarat, vt pro* folio *reponeret* dolio, *quod non erat ferendum: cùm enim suprà dixerit de* cupa, *quomodo hic de* dolio? *Pantagathus autem legebat,* Bibitur autem vsque eò dum bellaria ministrentur.

16 Iste claudus (quemadmodum aiunt) pilam retinere: quod acceperat testificari] *Ita est in vulgatis. Ant. Augustinus.* pilam retinere quod acceperat, *optimè interpungit. Videndum an ita ferri possit:* Iste, claudus quemadmodum aiunt pilam) retinere quod acceperat, testificari, tabulas obsignare velle.

17 Deuenit aut potius incidit] *In libro Vaticano,* Deuenit autem, aut potius incidit.

18 Concedat laurea linguæ] laudi *est in libro Vaticano: quod miror Faernum non animaduertisse, cùm* laudi, *pro* linguæ *in aliis etiam libris scriptum reperiatur. & ita omnino legendum esse constat vel ex iis, quæ paulò infrà scripta sunt, quibus. veterum librorum de Officiis auctoritas accedit.*

19 Cuius ego beneficiis quidem sententiam meã tradidissem) *pro* quidem, *puto legendum esse* pridẽ, *meliore sententia.*

20 Sic tuis sceleribus Reip. preterita facta refricabis] *pro* facta *non dubito, quin legi debeat* fata: *quã lectionem ad oram libri doctissimi viri notatam me legisse memini.*

21 Deuorata pecunia Vtinachorum) *Veteres aliquot libri, quos ego quidem inspexi, habent* Achæorum,

rum, *pro* Vtinachorum.

22 Dum de te quinque & septuaginta tabellæ diribeantur] *ita emendauit Ant. Augustinus, cùm in vulgatis antea* diripiantur *legeretur: neque verò admodum absimile est* dirimantur: *dirimuntur enim, quæ prius confusa erant, præter suffragia autem non memini esse in vsu* diriberi, *vt* dirimi.

23 Parthini, & Bulienses] *Videtur scribendum* Bullidenses, *vt est in antiquis libris, quorum scripturam confirmat locus in* III. *Commentariorum Cæsaris.*

IN ORATIONEM
PRO MILONE.

1 Neque solùm vt auieto) æquo, *pro* quieto *habet liber vnus manuscriptus.*

2 Omnibus exitiis publicis pauit) parauit, *vetus liber pro* pauit.

3 Metu crudelissimorum exitiorum carere non possumus) *Scriptus codex habet* suppliciorum, *pro* exitiorum, *quod placet: vt quæ à ius dicentibus inferantur.*

4 Non solùm diuina) *Videtur scribendum* humana, *& ita vidi in quodam libro emendatum.*

5 Nec se expectari iubent cùm ei qui expectare velit] spectari *pro* expectari *in vetusto quodam libro scriptū est: &* spectare, *pro* expectare *posteriore loco mauult Ant. Augustinus. quod quidem non video cur malit: non enim hîc agitur de spectando, sed de expectando: spectatur enim quæ sub aliorum iudicium veniunt: leges autem non veniunt sub iudicium, sed ipsæ (id est indices, qui sunt viua lex) de aliis iudicant. qui autem in mortis periculo versatur, non expectat legum auxilium, quod abest, sed sibi ipse auxiliatur armis præsentibus, legibus probantibus, quod natura æquissimum est, quod autem hoc sentiat Cicero, præter naturæ sensum, ostendunt etiam illa duo verba* ante quam, *ad expectandum, non ad spectandum accommodata.*

6 Auun

6 Auunculus huius noſtri iudicis] *Placet, vt vox* iudicis *deleatur: nam Cato hic dixit pro Milone, vt conſtat ex Aſconio, & Quintiliano in lib. 4.*

7 Quod ſuos quiſque ſeruos in tali re facere voluiſſet] *Habet hoc aliquid ſimile cum illa Demoſthenis ſententia contra Midiam.* ἐγὼ γὰρ (inquit) ὅπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς πεποίηκα.

8 Exhibe quæſo Sex. Clodi exhibe librarium illud legum veſtrarum] *Quidam legunt* armarium, *pro* librarium. *at armarium non exhibetur, ſed codices ex armario. vocare autem videtur librarium multiplices leges ſingulis contentas codicibus.*

9 Quam rem & ſi neceſſariò feciſti] *Quidam* nefariè *legunt pro* neceſſariò.

10 Proponi ſolitam eſſe) propoſitam fore *Ant. Aug. ſed pro* motu *in man. eſt* metu, *quod placet.*

11 Mille hominum verſabatur valentium aduerſari.) *ita habet Victorius: Manutius delet* aduerſari, *quem ſequitur Lambinus. ſed vterque retinent* valentium: *ſatis quidem bene, ſed melius Ant. Auguſtinus, qui vtramque vocem delet.*

12 Metuebat ſcilicet, ne indicaretur) ne indicarent *vetus liber rectiùs & paulo poſt*, verbi cauſa, *pro eo quod eſt in vulgatis*, vbi caſca.

13 Præſertim omnia audienti, magna metuenti] intuenti, *pro* metuenti *habet antiquus liber.*

14 Multi etiam Catilinam atque illa portenta loquebantur] *Ant. Auguſtinus* tempora *legit: quod verbum minus vehemens eſt, quàm* portenta.

15 Ebrioſorum confeſſionem) *Magis placet, ſi legatur* ebriorum.

16 Is qui ita natus eſt, & ita conſueuit te magno tamen atteſtaretur] in qua natus eſt & ita conſueuit, &c. *habet manuſcriptus liber. Ant. Auguſt. putat hunc locum non vacare mendo, cùm tamen mihi, neque verbis, neque eorum ordini videatur aliquid ineſſe mendum, ſententiis autem potius aliquid deeſſe. illa enim verba* ita, ita, *videntur aliquid deſiderare,*

nec minus illud atteſtaretur *requirit neſcio, quid quod atteſtandum eſſet: poteſt itaque locus non mendoſus videri, vt illa* ita ita *pendeant ex ſuperioribus, ad* atteſtaretur *autem nihil prӕterea requiratur, quum diſcedens Pompeium atteſtaretur (quod vulgo dicitur proteſtari, quod antiquis in vſu hoc non puto fuiſſe) ſe illius ſuperuacaneis ſuſpicionibus iniuria cariturum patria, non ſuo aliquo crimine, aut fœda committendi ſceleris conſcientia.*

17 Cùm tu ſalutaribus vt ſpero rebus tuis] *Ant. Auguſtinus pro* ſalutaribus *legit* ſaluis, *non modò meliùs, quàm in vulgatis, ſed etiam neceſſariò: nunquam enim memini me legiſſe* ſalutare, *niſi in cauſa, & vtilitate ſalutis. incidi poſtea in librum manuſcriptum, qui Ant. Auguſtini coniecturam confirmaret.*

18 Hunc exercitu; hunc delectu dato) *Ant. Auguſtinus mauult* hoc, hoc: *at non oſtendit exercitum, neque delectum, ſed hunc virum per emphaſim, quem talem deſcripſerat.*

19 Si factum vobis] *Melius* ſin factum vobis, &c.

20 Per quem Tribunum virum conſularem crudeliſſimè necatum eſſe meminiſſet) *ita eſt in vulgatis, quod neſcio quomodo ferri poſſit. Ant. Auguſtinus optimè, & neceſſariò legit* vexatum.

21 Caput vrbis) *vetus liber* orbis.

22 Hiccine vir patriӕ natus vſquam niſi in patria morietur, aut, ſi fortè pro patria) *ita hunc locum quidam interpungunt, & rectè, vt videtur.*

IN ORATIONEM PRO C. RABIRIO POSTVMO.

1 C. Curius) *ita legendum, non, vt in quibuſdam libris,* Curtius: *neceſſe autem eſt, quem defendit Cicero, adoptione factum eſſe Rabirium, vt ſit* C. Rabirius Curianus Poſtumus.

Quod malè cecidit, bene conſultum putares) *Ant. Auguſtinus legit,* quod malè cecidit, id ſi benè,

nè, bene consultum putares: *quod placet, fieri autem potuit, vt primùm ab oscitante librario omissum fuerit alterum* bene, *deinde alius delerit* id si, *quòd videretur abundare. sententiam verò mutuatus est Cicero à Demosthene penè ad verbum ex prima oratione Olynthiaca.*

3 Sunt lites æstimatæ à Gabinio nec prædes dari nec ex eius bonis) *ita hunc locum legit Octauius Pantagathus, cùm pro* dari *sit in aliis* dati.

4 Qua appellatione litium] æstimatione *Pantagathus pro* appellatione.

5 Aut legem lege senatoria non timere) *Anto. Augustinus* aut legem senatoriam non timere *legit: bene quidē, sed vulgata etiam lectio ferri potest:* Liceat mihi Druse per legem Iuliam Senatoriam, qua equites non tenentur: non timere legē tuā, quam nunc fers, *id est, si vis me cogere ad onus iudicandi, ne cogas me ad periculum criminationis, quo liberantur Equites lege Iulia in senatores solùm lata.*

6 Vt & Romæ togato esse liceret) *vetus liber,* vt ei Romæ, &c.

7 Non amicissimus mihi non Pompeius fuit] *Ant. Augustinus delet illud* non, *quòd est secundo loco positum sic autem legendum esse facilè intelligent qui attentè hunc locum considerabunt.*

8 Postea creditum? non quamobrem?) *Pantagathus delet* non, *& rectè, vt videtur.*

9 Quid vultis? sileant, dicere audiebamus) *Ita est in vulgatis, & malè omnino, Pantagathus,* Quid vultis? sileant, dicant audiebamus, &c. *paulo post* omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt: *pro* nummorum *verbo manifestè corrupto,* mimorum *edidit Lambinus. quam lectionem sequor eò libentius, quod in veteribus quoque editionibus inuenitur. Amicus quidam meus coniectura ductus fortasse non mala,* venenorum, *pro* nummorum *legendum esse existimat, quòd* αἰγύπτια φάρμακα *&* αἰγυπτιστὶ *Græcum prouerbium celebre sit.*

10 Vt intelligi facilè possit, quod ex ea pecunia, quam

quam is ceperit, qui damnatus est, ad quemquam peruenisse in illo primo iudicio planum factum sit, in hoc genere iudicij redigi solere) *ita hunc locum legit Pantagathus. alij tamen aliter emendarunt.*

11 Possum excitare multos reductos testes] relictos *fortasse meliùs legeretur, pro* reductos. *si antiqui alicuius libri confirmaret auctoritas.*

IN ORATIONEM PRO M. MARCELLO.

1 Dolebam enim P. C. ac vehementer angebar virum talem) *ita Faernus, qui verba illa* cùm virem, *vt superuacanea tollebat, paulò etiam pòst totum hoc delebat,* Nec mihi persuadere poteram, *& infrà legebat,* Cùm M. Marcellum senatui Reique publicæ concessisti commemoratis præsertim offensionibus. &c.

2 Lætitia peruenit quod quidem ei meritò) *ita legit Faernus, & paulò pòst,* Quis enim illo aut nobilitate, &c.

3 Tamen hoc affirmo) *Faernus delet* hoc : *& infrà legit,* quæ quidem ego nisi tam magna, *pro* ita magna. *paulò etiam pòst,* multis, *pro* militibus.

4 In istius societatem gloriæ se non offert, tibi concedit) *Faernus ita legit, cùm alij habeant* cedit. *paulò pòst,* ea tamen vicisti *legit, pro* sed tamen ea vicisti. *infrà quoque* facit *prò* faciat, *&* neque solum nostris, *pro* non solum, &c.

5 Etiam dū audiuntur aut dum leguntur] *Faernus* etiam cùm legūtur, *meliùs quàm est in vulgatis.*

6 Cuius mentem, sensusque eos cernimus] *Optimè Faernus pro* & os cernimus, *vt est in vulgatis paulò pòst legit,* Quòd breui tempore illa futura sit auctoritas.

7 Commemorabili pietate, ac virtute] *Faernus delet* ac virtute.

8 Omnium Marcellorū meum pectus memoria effodit) *Faernus* memoriam effudit. *Vulgata lectio defendi potest, suffragante illo etiā Silij versu ex libro* 5.

— Sed

—Sed est vestrum cui nulla doloris
Priuati rabies, is verò ingentia sumit:
E medio fodiant quæ magnas pectus in iras.

9 Est propria C.Cæsaris] *ita legit Faernus, & infrà*, Huius autem tu idem & dux es, & comes. *paulò pòst, totum hunc locum ex antiquorum codicum fide ita restituit*, Quæ quidem tanta est, vt trophæis, & monumentis tuis finem allatura sit ætas (nihil enim est opere & manu factum, quod non aliquando conficiat, & consumat vetustas.)

10 Non perinde intelligi posset auditu) *ita Faernus, qui infrà delet vocem* ipsa, *cùm in alijs sit*, cum ea ipsa.

11 Fato sumus nescio quo] *ita Faernus, & bene quidem: sed meliùs Ant. Augustini liber habet* fuimus.

12 Audiendumque putaui] *Faernus delet* esse, *&* flagitantium *legit pro* efflagitantium *paulò pòst*, sémperque mea consilia pacis & togæ non belli atque armorum fuerunt, *cùm in alijs superuacaneũ sit verbum* socia.

13 Et tam luctuosum excitauerũt] *Meliùs in Faerni libro* excitauerint.

14 Quos in Rep. tecum simul saluos esse voluisti] *Faernus delet* simul. *& paulò pòst pro* & specie Reip. *legit* facie Reip. *sine coniunctionis nota. infrà etiam*, Tua enim cautio nostra est : & si peccandum, &c. *legit, deleta voce* cautio, *qua secundo loco posita est.*

15 Vt quo duce summa omnia] *ita Faernus, paulò pòst*. An si tui nihil cogitant sceleris, cauendum est, ne quid inimici.

16 Ex vnius tui] tua *Faernus. & infrà*, motus, *pro* euẽtus *&* credimus, *pro* credamus. *paulò etiam pòst ita legit*: omniáque quæ dilapsa iam defluxerunt.

17 Satis diu vel naturæ vixi vel gloriæ) *ita hunc locum legit Faernus: & infrà* vixisse te satis.

18 Aut si tibi etiam soli) *Faernus delet* soli. *& paulò pòst*, Res tuæ gestæ, *tollit verbum* gestæ.

19 Quicquid est enim quamuis amplum id certè est parum tum,cùm est aliquid amplius. quod si immortalium rerum tuarum, &c.] *ita legit hunc locum Faernus,& rectè vt videtur paulò suprà*, Parum ne igitur inquies magnā gloriam relinquemus.

20 Vel in suos ciues) *Faernus delet vocem* ciues : *& infrà legit*, Eáque tu imprimis cum summa tranquillitate. *paulò etiam post*: Quanquam tuus iste animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad viuendum dedit contentus, semper immortalitatis amore flagrauit.

21 Quam ipsa æternitas semper intuebitur) *Faernus* tuebitur, *paulò pòst*, Pugnas innumerabiles, incredibilesque victorias.

22 Vt illud fati videatur, hoc fuisse consilij) *ita Faernus. &* armatum *paulò pòst, pro* armatorum, *omnino melius: &* Vt iam ille sit melior, qui in acie cecidit, quàm qui in causa animam profudit.

23 Astantibus omnibus] *Faernus* omnibus stantibus. *paulò pòst*, præter eum quidē, *pro* pręterea quidem, *legit, & infrà in fine Orationis, delet* in me vnū.

IN ORATIONEM
PRO Q. LIGARIO.

1 Quis putet fuisse crimen esse in Africa] *Videtur legendum vt est in manuscripto*, Quis putet esse crimen fuisse in Africa.

2 T.Brocchi] Brocchus *Furiæ familiæ cognomen est in argēteo denario, in quo* L.FVRIVS. CN.F.BROCCHVS *descriptus est.*

3 Vt perhibetis] & prohibiti *vetus liber elegantissimè, & ad sententiam aptissimè.*

4 Etiam si à Varo, & quibusdam aliis prohibiti essetis) *Vetus liber*, si à Varo & quibusdam aliis prohibiti non essetis.

5 Ego autem confitebor] *in manuscripto est* tamē, *vnde apparet legendum* ego tum, &c.

6 Quàm

6 Quã vt velis conseruare quamplurimos) *Sententia innominati auctoris extat apud Strabonem lib. x. in quo scriptum est* : εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς ὅταν εὐεργετῶσιν.

IN ORATIONEM
PRO DEIOTARO.

2 Crudelis Castor) *De Castore hoc, videndus Suidas in voce* Κάστωρ.

ib. Aui seruum) ac seruum *vetus liber.*

9 Si tum auxilia Pompeio) *Videtur legendum*, si tantum auxilia Pompeio: *ad quam scripturam accedit propius liber antiquus.*

18 Nihil de veneno: at id fieri potuit) *Antiquus liber*, Nihil de veneno? nihil. at id fieri potuit.

19 Qualis rex Attalus in P. Africanum fuit) *vel* Antiochus *scribendum est pro* Attalus, *cui sunt hæc à Liuio aliisq; scriptoribus tributa, vel erit ipsius Ciceronis* ἁμάρτημα μνημονικόν.

24 Alexandriæ) Alexandrea *est in argenteo M. Lepidi denario. &* Alexsandrea. *sed* Alexandria *vidi notatum in denario Hadriani Imp.*

25 Nicea m) *scribendum est:* Nicæeam: ΝΙΚΑΙΕΩΝ *enim habent vetera huius populi numismata.*

32 Quæ est tam impudens) *Vetus liber* tam impotens.

33 Eius enim nomine optimi hominis) optimi viri, *est in libris manuscr. quam lectionem agnoscit Priscianus lib.* VIII.

IN LIB I. PHILIP.

3 Multa prætereo, eáq; præclara) *Antiquus liber corruptè habet*, ea quo clara sunt: *vnde Anton. Aug. coniecit legendum*, eò quòd clara sunt. *sed non video cur receptam lectionem mutare necesse sit.*

4 Vncus impactus est fugitiuo illi) victus *corruptè pro* vncus *est in vetere quodam libro: vnde conijciebat amicus meus legendum esse*, Vinclis impactus est fugitiuus ille: *quod non placet.*

9 Ad tempus occursum putarem) *Anton. Augustinus*, ad id tempus occursurum, &c.

14 Vt in altissimo gradu dignitatis locati) *liber Vaticanus habet*, Vt in altissimo amplissimoque gradu dignitatis locati.

17 Quod idem facere non potuit) *videtur legendum*, non facere potuit.

22 Quam autem ad Reip. pestem furor Tribunitius impelli non poterit.) *Vetus liber*, Quem autẽ ad Reip. pestem furor Tribunicius impellere nõ poterit.

30 Vrbe incendio, & cædis metu liberata) *Ex libro antiquissimo Vaticano Faernus hæc verba quæ in vulgatis deerant, restituit, in quibus tamen* incendij, *pro* incendio *videtur legendum.*

33 Nunc te cùm hæc pro salute Reip. tanta gessisses, fortunæ tuæ, num amplitudinis, &c.) *Ita legitur hic locus in libro Vaticano.*

36 Vt in illo apparatissimo spectaculo studiũ populus R. tribueret absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu, & clamore leniret) *Ita hic quoque locus legitur in libro Vaticano, in quo est* tribueret, *non vt Faernus edidit*, tribuerit.

IN LIB. II. PHILIP.

1 Commendationem tibi ad impios ciues) apud impios *Ant. Aug.*

3 Non virtutis specie) spe *pro* specie *habet liber Vaticanus: quod placet.*

11 Præter P. Clodium) *liber Vaticanus* præter te P. aut Clodiũ, *vnde conijci potest legendum esse*, præter te aut P. Clodium.

20 Operis subcesiuis) *Absunt hæc duo verba ab antiquissimo libro Vaticano.*

24 Prouideram) præuideram, *liber Vaticanus.*

25 Sed etiā oneraret alienis) *Verbū* oneraret *abest ab optimo libro Vaticano.*

32 Diſtinctius] diſiunctius, *liber Vaticanus.*

41 Q. Fuſij honeſtiſſimi Equitis R. ſuique amiciſſimi) *Vetus liber*, ſibique amiciſſimi.

46 Quo ego tempore tanta mala] *liber Vaticanus* quo tempore ego quanta mala, &c.

Inde iter Alexandriam] Alexandream *habet lib. Vaticanus, & ita eſt in argenteo denario M. Lepidi, de quo ſupra meminimus.*

49 Tu à me obſeruatus in petitione quæſturæ) ouatus *corruptè ſcriptum eſt in libro Vaticano, pro quo verbo Ant. Aug. legebat*, comitatus: *ſiue, vt amicus meus*, ornatus.

50 Vt in eo magiſtratu, ſi poſſes viri tui ſimilis eſſes) *pro* viri *in lib. Vaticano eſt* virtutis *omnino mēdosè*: vitrici *eſt in alio libro, quod placet, & de P. Lentulo: intelligendum eſt.*

51 Si per te licuerit) licebit, *rectius eſt in libro Vaticano.*

54 O miſerum te ſit intelligis) ſi hæc intelligis, *liber Vatic.*

55 Vt igitur in ſeminibus) *Comparatio ſumpta ex Demoſthenis oratione pro Cteſiphonte, in qua ſcriptum eſt ita*, ὁ γὰρ τὸ σπέρμα παρασχὼν οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος.

58 Sequebatur rheda cum lenonibus) *Ita eſt in libro Vaticano. Victorius autem legit* Leonibus: *quod non placet. vſus eſt enim* leonibus *Antonius, ſed poſt Pharſalicam pugnam, vt ſcribit Plinius, non autem in hoc itinere Tribunicio, initio eius inſaniarum. nam iter hoc Antonij Tribunicium anno ſuperiore fuit: & leones non ad rhedam, ſed ad currum iunxit.*

ibi. Reiecta mater) *liber Vaticanus habet* recta, *ſed mendosè. amici autem mei manuſcriptus alius codex habet*, rhedicula. *Anton. Aug. putat legendum* lectica: *ſed frigidius verbum videtur, quam* reiecta, *id eſt, in extremum compulſa.*

62 Tum sibi non hanc quam malè tuetur) *lib. Vaticanus, variat à Faerni correctione in hoc, quòd non habet verba illa*, sibi *&* hanc, *sed ita*, tum non Cn. Pompeij domum quam nunc malè tuetur, &c.

64 Hasta posita pro æde Iouis Statoris, bona subiecta Cn. Pompeij, miserum me) *Ita legitur in libro Vaticano, cùm in Faerni editione desit vox* subiecta, *quæ primo loco posita est.*

68 Os importunissimum) impurissimum *est in libro Vaticano.*

ibid. Quamuis sis, vt es violentus, & furens] vinolentus est *in vetere quodam libro, & ita putat legendum Ant. Aug. sed hæc lectio plus habet speciei, quàm veritatis.*

69 Huius in sedibus pro cubiculis stabula) huius in ædibus, &c. *habet liber manuscriptus.*

ibid. Ex duodecim tabulis causam addidit) *Faernus ex vetusto codice Vaticano* claues ademit. *quam scripturam agnoscit etiam Nonius: sed vulgata lectio mihi magis placet: nam valdè iuri & æquitati consentaneum est, eum qui dimittat vxorē causam addere, cum sponte sua (vt se apud iudices suos excuset, & facilius alteram reperiat vxorem) tum iubente lege hoc facere, quæ non temere, & pro arbitrio sinat dimitti vxores, & seri discordias inter vtrasque familias) vt de Caruilio dicitur, qui primus Romæ repudium fecit, sterilitatis causam addidit.) præterea quàm multæ sunt, quæ nec habent, nec habere volunt claues rerum viri: & quàm multæ reperiri possunt vxores, quæ ademptis clauibus, non repudientur. omnino parum attinet ad repudium, clauium ademptio.*

75 Tamen erat æquissimum contra Cn. Pompeij liberos Cn. Pompeij pugnare sectorē) *Ita Faernus: at in libro Vaticano aliter scriptum reperitur:* Tamen quem erat æquissimum contra Cn. Pompeij liberos pugnare? quem te sectorem.

76 Qui verò Narbone reditus & tamen quærebat) *Aliter est in manuscripto, & fortasse melius.* Qui verò Narbone reditus eius. nam quærebat, &c.

Nul

ibi. Nullis nec Gallicis, nec lacerna) caligis, *& hic, & infrà habet liber Vaticanus, pro* Gallicis.

81 Verùm implicata inscitia impudentia est) *vetus liber habet*, impudentię.

82 Prima classis vocatur renuntiatur deinde (vt assolet) suffragia: tum secunda classis vocatur) *ita est in Victorij editionibus, & Manutij, qui tamen nō habet vltimum* vocatur. *Faernus ex Anton. Augustini coniectura legit* suffragatum: *quam lectionem Ciceronis consuetudo incommodam facit, qui numquam otiosis verbis vtitur. hic verò testatur se citò dixisse, cùm ait*, Citius sunt facta, quàm dixi: *nam hic singula ferè verba ponit pro singulis sententiis: atqui* suffragatum *otiosissimum verbum fuisset: quánam enim alia de causa classes vocarentur in ouile (modo in hoc vocabulo nōn errem, cùm duo essent loca in campo Martio iuncta, alter in quo omnes ciues promiscuè conuenirent: alter in quem ex eo vocatæ singillatim classes aut Tribus suffragatum se conferrent) nisi suffragij causa? illud mihi persuadere non possum, quin alterum* renuntiatur *luxatum non sit. Quare ita Pantagathus legendum hunc locum existimabat:* Sortitio prærogatiuæ: quiescit. renuntiatur, tacet, prima classis vocatur: deinde suffragia. renuntiatur: item silet. tum secunda classis vocatur. *hæc lectio cur quædam transferat, intelligi facilè potest: sed præterea duo requirit: primum, aliud esse renuntiari prærogatiuam, aliud renuntiari euentum suffragiorum: alterum, prærogatiuam non prius ferre suffragium, quàm vocetur prima classis: tum ea vocata, priùs prærogatiuam, deinde classem ferre suffragium, omnino illa duo* quiescit, tacet, *desiderant hoc*, item silet, *quod etiam ex illis verbis* cōfecto negotio *elicitur, quid enim opus est illis verbis* vt assolet, *quum post vocationem & introitum, nihil aliud quàm suffragium feratur?*

88 Sustulit illum diem fortuna Reipub.) *Ita Faernus ex libro Vaticano, cùm in vulgatis legeretur*

populi Ro. *pro* Reip. *sed ego receptam lectionem retineo. memini enim Ciceronem in Catilinam, & alibi etiam ita locutum fuisse, & in argenteo* Siciniæ *gentis denario.* FORT. P. R. *hoc est* FORTVNA POPVLI ROMANI *inscriptum esse.*

91 Vt eius omnem propter proximum dictatoré metum tolleres] *Vaticanus liber*, Vt eius omẽ nomen propter proximum dictatoris metum tolleres, *ex cuius scriptura vestigiis conijci potest legendũ esse.* vt eius omne nomen, &c.

96 Nemo igitur iure consultus) iuris consultus, *liber Vaticanus: sed antiqua inscriptio* C. AQVILIVS FLORVS (*habet*) iureconsultus.

97 Quorum etiam imitatores sunt) licitatores, *Ant. August.*

ibi. Cretensium vectigalibus liberantur) *Magis placeret*, vectigales *legeretur.*

98 Qui in simili calamitate sint) *Ita legendum ex libri Vaticani corrupta scriptura.*

99 Quid? metuisti) cùm metuisti *liber Vaticanus: fortasse legendum* commetuisti, &c.

ibi. Filiam eius, sororem tuam eiecisti) *Ita est in Vaticano. Anton. Augustinus ex manuscr. etiam libro, pro* sororem. *legit* vxorem, *at in* eiecisti *hoc continetur: eiecit igitur, & sororem, & vxorem.*

101 Campana, & Leontina) *Puto hoc glossema esse paulò post pro* quasi te sanasset? *in Vaticano est*, quid si te sanasset? *& pro* quasi desertum, quid iste disertum: *vt* quid si te disertum, &c. *legendum sine dubio videatur.*

106 Incredibile dictu sed tamen inter omnes] *liber Vaticanus*, sed cùm viuus, *pro* sed tamen, *corruptè Antonius Augustinus* fine conuiciis *legit. Pantagathus verò putabat satis commodè legi posse*, sed omnino inter, *vt iungantur*, omnino neminẽ: *nam satis superbia est in non resalutando, nisi etiam adderentur conuicia. neque hoc displiceret*, Dictu ex omnibus inter.

115. Con-

115 Confer eum cum nummatione tua] *liber Vaticanis corruptè habet* hac in manum latione:*vnde Ant. Augustinus coniiciebat legendũ esse*,hac immani nundinatione :*optima coniectura sine vlla prorsus controuersia.*

116 Fuit in illo ingenium,ratio,memoria,literæ, cura, cogitatio,diligentia] *Ita legit Faernus,ex libro Vaticano, cum in aliis sit*, literatura, *pro* literæ cura:*nihili faciens duo sequentia verba,quæ ferè idem valent,cùm priora diuersa inter se significent.adde quod omnia singularia præter* literæ.

IN LIB. III. PHILIPP.

10 At verò huius domi,inter quas illa pendebatur aurum] *Ita Faernus*,calices,*pro* quasilla *habet Victorius. quæ tamen lectio non probatur. Nam* illius *non dixisset,cùm paulò suprà dixerit*,quam hic.*praterea non hic agit de ebrietate, sed de sordibus,vt hæc verba ostendunt*, humile sordidum.*neque potationes fiũt inter mulierculas domesticas in gynaceo,quod ille suprà abiecit in his nundinis,& alibi nõ per Fuluiam.*Quasilla *Faerni conueniunt loco quidem,sed tamen nõ planè satisfaciunt.itaque videndum an melius emendarit Pantagathus*, inter ancillas.

27 Vt Iulia natus ignobilis videatur] *Ita Faernus: quæ lectio quamuis ferri possit, An. tamen Augustini coniectura propius ad veritatem accedit*,natã:*facit etiã magis ad similem cum* M. *Ant. rationem, vt idem sit Atia matri, quod Antonius sua.*

18 Nam me iisdem edictis] *Vetus liber*,iam me in eisdem edictis, &c.

21 At in rebus tristissimis quantos excitat risus] tristissimis *legebat aliquando Faernus, qui mutata sententia* tristiuimis *postea retinuit,cùm priorem coniecturam nemini probasset.*

26 C.Cessedius]*Ita Faernus pro* Cæsetius, *vt est in aliis,emendauit:at liber Vaticanus habet* Cestius,*opinorq; designari* C.Cestium,*qui in aureo nummo* PR. *descriptus est.*

ibid. M. Iccius] Itius *scribendum est ex auctoritate argentei denarij, in quo* L. ITIVS *notatus est.*

28 Ex his totus vitiis conglutinatus est] *ita liber Vaticanus Faernus autem videtur vocem* vitiis *vel non animaduertisse, vel vt glossema reiecisse.*

39 L. Egnatuleio duce, ciue egregio] *in libro Vaticano est*, quem optimo, *vt sit* Quæstore optimo.

IN LIB. IV. PHILIPP.

5 Præclarè & loco Quirites reclamatione vestra &] *ita liber Vaticanus.*

13 Quanquam alia omnia falsa incerta caduca mobilia virtus est, &c.] *ita est in Vaticano, cùm in alijs desit vox* falsa.

IN LIB. V. PHILIPP.

9 Aditus hostium prohibentur] *Placet vt legatur* Aditu hostes prohibentur, *& ita habet vetus liber.*

10 Auctoritate nostra repudianda est] *Manuscriptus liber habet*, repudenda, *pro* repudianda, *vt videatur legendum* retundenda.

11 Quibus rebus tãta pecunia vna in domo coaceruata est, vt si hoc genus penè in vnum redigatur, non sit pecunia populo Romano defutura] *ita legitur hic locus in Vaticano. Faernus omisit vocem*, penè, *quæ corrupta omnino est, sed ita corrupta, vt restitui aliquo modo possit, si mutetur vel in* pecuniæ, *vel* penu, *vel in aliud verbum simile, ex quo sensus aliquis elici possit.*

13 Cydam Cretensem) *in argenteo apud me numismate M. Antonij, quod Cretæ cusum fuit inscriptum est,* ΚΥΔΑΣ ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ ΚΡΗΤΑΙΕΩΝ.

21 Nisi victorem victurum neminem] *ita Faernus, & rectè, potest etiam ferri Ant. Augustini lectio, quã antiquo libro adiutus ex coniectura restituit*, nisi qui vinceret victurum neminem.

27 Noſtros quo iubemus ire, ſi non paruerit Antonius, ad noſtrum ciuem mittimus ne imperatorẽ, nec coloniam populi Romani oppugnet.] *Ita eſt in Vaticano : in quo tamen vox* legatos, *quam ex alijs codicibus retinuit Faernus, videtur neceſſariò deſiderari.*

ib. Mittebantur pro Annibalis hoſtibus noſtris etiam ſociis] *Aliter legitur in manuſcripto, & fortaſſe meliùs:* Mittebantur ad Annibalem pro hoſpitibus noſtris ſociis.

29 Num quando] nunquam] *liber Vaticanus, ſed fortaſſe* vnquam, *legendum eſt.*

ib. Noui hominis inſaniam arrogantiam] *ita liber Vaticanus. Faernus cum Ant. Auguſtino legit*, inſanam: *at infrà ipſe*, ſit per ſe ipſe ſanus, *illud quoque*, ſunt alia: *&*, inſaniam, arrogantiam, perdita conſilia, *fauent antiquæ lectioni : vt illa* alia *què plura, eò vehementius moueant.*

30 Vnde eſt adhuc bellum tractum niſi, &c.] *ita liber Vaticanus.*

32 Et in Italia præter Galliã totã] *vide num rectius ſit in antiquo*, Et in Italia, præterea Gallia tota.

34 Nè ſit ea res fraudi] *Antiqua hæc ſcribendi formula in vetere etiam ſenatuſconſulto expreſſa eſt*, Μὴ βλαβερὸν τοῦτο γένηται.

39 Sapientia etiam id potius extingui quàm armis] *Anto. Auguſtinus*, Sapienti clementia potius extingui quàm, &c. *quæ coniectura confirmatur cum ijs, quæ infrà ſcripta ſunt*, Cúmque eius opera, virtute, conſilio ſingularique clementia & manſuetudine bellum acerbiſſimum ciuile ſit reſtinctum : *tum quòd in Lepidi numiſmatibus Clementiæ ſimulacrum inciſum eſt, Aemiliæ gentis vel potius Lepidi ipſius inſigne, vt opinor, peculiare.*

44 Agrum Picenum habuit inimicum) amicum *Ant. Auguſtinus ex hiſtoria.*

45 Quamquam eſt magnus illi ætati) illa ætate *liber Vaticanus.*

46 Si anno ſuperiore Quæſtor fuiſſet] *Puto legen-*

 dum

dum Prætor *pro* Quęstor, *sed repugnant veteres libri.*

53 Alter ambóve rationem agri habeant) *Cùm in libro Vaticano* a. a. seu rationem, &c. *scriptum reperissem, facilè intellexi senatusconsulti formulam significari, quæ totidem literis interpūctionis nota distinctis, in vetere apud me senatusconsulto in ænea tabella expressa est hoc modo,* A. A. S. E. V. *hoc est,* Alter amboue, si eis videretur. *cuius quidem formula ignoratio causa fuit, cur doctissimi quidam viri, qui diligenter illum codicem cum vulgatis libris contulerūt, seu literas nullis interpunctas notis omiserunt, cùm hic, cum paulò suprà in hoc ipso senatusconsulto, in quo pro* Alter amboue cognoscerent, *habet liber Vaticanus* a. a. seu cognoscerent, *hoc est.* Alter amboue, si eis videretur, cognoscerent. *sed literarum* seu *vestigia apparent in eo codice adhuc in litura, cum alia manu, eius scilicet qui illam formulam prorsus ignoraret,* seu *litera mutatæ fuerint in verbum* signa.

IN LIB. VI. PHILIPP.

Hodierno autem die nescio] *pro* nescio, *est* pænè scio *in libro Vaticano.*

6 Noui vinolentiam] *Ita Faernus ex codice Vaticano legit pro* violentiam: *at in castris hoc ei non puto obijciendum, sed domi. Quòd enim non passurus sit legatos ingredi Mutinam, non faciet ebrietate, sed violentia. quod confirmat* belluam *illum appellans, in qua non est vinolentia.*

7 Horam eximere nullam in tali ciue liberādo non possumus] *ita Faernus: at Victorius* horā exhibere nullam, *siue vt est in alio libro,* vllam. *Sed Faerni lectio cōtrarium sensum facere videtur: nam qui eximit horam in liberando, citius liberare videtur: qui autem addit horam, tardius, atque ideò cum scelere. Mihi molestiam exhibet illud* exhibere horam, *quare mallem* moram exhibere vllam.

12 Tutorem dicere auderet] *liber Vaticanus habet* patronum *pro* tutorem.

15. Iani

15 Iani medij patrono) *Miror Faernum omisisse antiquam lectionem, quæ est in libro Vaticano*, à Iano medio, *& vulgatam* Iani medij *retinuisse, quæ nullo confirmatur testimonio antiquitatis:* à Iano *autem* medio *dicebant, vt* à Iano primo *&* ab imo, *vt est apud Horatium. extant huius loquendi formulæ exempla in veteribus etiam apud me inscriptionibus.*

OSSA

C. IVLIVS. C. L. NICO- MACHVS. A. IANO PRIM. PAL.	C. LEPIDVS C. L. ANICETVS A IANO. MEDIO.

15 Possitis taciti cogitare] iudicare *liber Vaticanus.*

17 Cupidum me] stupidum me, *fortasse legendum, vel* timidum, *vt mauult Ant. Augustinus.*

ib. Improbis ciuibus) impiis, *liber Vaticanus, & ita alibi locutus est.*

IN LIB. VII. PHILIPP.

3 Nihil enim iam nisi modesti postulare] modestè *habet liber Vaticanus.*

ib. Suscipiunt partis patrocinium qui sic disputant) *ita Faernus, sed in Vaticano aliter scriptum est,* suscipiunt patris (*vt ego suspicor* pacis) patrocinium: nonne sic disputant.

6 Eiusdémque cura incredibilis, in asperrimis belli ciuilis periculis perspecta docuit nō modò salutis, sed etiam dignitatis meæ fuisse fautorem) *Ita in Vaticano codice scriptus hic locus reperitur, excepto verbo* fautorem, *quod ab imperito librario, in* factorem *mutatum fuit.*

16 Patronus eorum qui Tribuni militares fuerunt) *in manuscripto aliter legitur, &, vt mihi videtur melius:* Patronus fori in quo ei statuam Trib. militares statuerunt.

19 Idcirco in hac custodia & tanquam specula) *Ita Faernus: sed ex Vaticanæ scripturæ vestigiis* custodiet, *legi potest,* Idcirco in hac custodiæ tanquam specula, &c.

ibid.

ibi. Vt vacuum metu populum R.] *liber Vaticanus habet*, Vacuo omni metu populum Ro. *vt quin* vacuum omni, &c. *legendum sit, dubitari non possit.*

21 Arma saga bellum flagitauerunt.] *liber Vaticanus* Armato bellum flagitauerunt.

24 Qui vicinos suos] *vetus liber*, qui ciues suos.

IN LIB. VIII. PHILIPP.

5 Mutina obsidetur) Mutina dominaretur, Seturna obsidetur, *habet liber Vaticanus corruptè, nec mihi diuinare licet, quomodo emendanda sint duo illa verba, quæ interposita sunt, quamuis postremum in* Claterna *commodè mutari possit.*

17 Parua est enim mihi tecum aut parua de re dissensio) *legendum ex antiquo.* Parua est enim mihi tecum ac parua, &c.

20 Ante Consules oculósque legatorum) ante hos *habet liber Vaticanus, vnde coniecit Ant. Augustinus, legendum esse* os: *cuius coniecturã cur nõ penitus probem, causæ duæ sunt. Primùm, quòd idem est* os, oculósque. *deinde, quòd ex octo literis redigit ad duas: tum verò excludit consulẽ Hintiũ, qui etsi nõ erat in castris Antonij, erat tamen ad Mutinã (puto hoc tempore) Quare libentiùs legerem,* ante consulem, *non quidem ante oculos eius, sed qui non longè aberat à Mutina, ac propè præsens erat. Legati verò tres erant in castris Antonii.*

23 Sed ipse est totus repudiandus) potius *pro* totus *est in Vaticano.*

25 Vtramque prouinciam inquit remitto) *Ant. Augustinus delet* vtramque, *quia dicit paulò post,* Galliam inquit Togatam remitto, Comatam postulo: *at huius loci tota sententia videtur retinere* vtramque, *primùm verba, quæ statim sequuntur,* Priuatus esse non recuso: *deinde infrà,* Galliam Togatam remitto, Comatam postulo: *planè non sunt eadem mandata cum superioribus, alioqui bis eadẽ repetisset. sed vt fit in ferendis conditionibus, Antonius dabat optionem Senatui, populóque R. vtra mallet*

mandata, aut conditiones accipere, quod ea verba clarè ostendunt ἐγκυκλίως dicta: Neque tamen nos vrget mandatis pluribus: remittit aliquantum, & relaxat. *cùm enim dicit* pluribus, *ostendit, non eadem esse*: *cùm* remittit & relaxat, *ostendit Antonium contrà facere.*

27 Huius comitiis C. Frater (est enim iam annus, vt repulsam tulit) ipse autem) *ita habent Faërnus & Victorius. vterque, vt opinor, malè de Caio Fratre: est enim verè Lucius qui habebat eosdem honorum annos, cum Bruto, & Cassio. itaque Ant. Augustinus ita legit*, Lucius comitiis consul fiat. *ego non video ex hoc toto loco hoc esse in mandatis, vt Lucius consul fiat: hoc enim pendet ex euentu Comitiorum. etiam Marcus videretur dubitare de dignitate Lucij: sed in hoc per quam falsè, & copiosè inuehitur in Antonium, quod cùm impudenter petat, vt quinquennium obtineat Comatam Galliam cum sex legionibus, idem est, ac si peteret, vt obtineret eam, quoad Brutus & Cassius Proconsulibus suas prouincias legitimo biennio obtinerent. Sua verò copia Tullius iniicit salem in sale, cùm dicit: Non enim est, quòd existimetur Lucius repulsis Bruto & Cassio fieri suo anno Consul, quum iam ante ipsa comitia omnium iudicio repulsam tulerit. Quare ita libenter hunc locum legerim seruatis vestigiis verborum corruptorum:* Binis comitiis L. Frater (est enim idem annus) iam repulsam tulit: *comitiis inquam prioribus prensationi (quæ erant futura proximo Quinctili) alteris verò petitionis ipsius, quæ futura erat in sequenti anno, quibus vtrisque iam Lucius dicitur à Tullio repulsam non laturus, sed iam tulisse.*

28 Non dico animo ferre) *pro* animo *emendauit ad nos. Ant. Aug.*

29 Etiam reducere) deducere, *vetus liber habet pro* reducere.

IN LIB. IX. PHILIP.

2 In ipsa cura, ac meditatione] *ita liber Vaticanus*

canus,in quo errore librarij, ad *scriptum est pro* ac.

5 Atque & huic & Tullo Cliuio] atqui & huic & Tullio Cluuio *habet liber Vaticanus. opinor autē pro* Tullo *scribendum esse* Tito, *quòd id prænomen peculiare sit Cluuiæ familiæ, siue Clouila.*

ibid. Fidelissimæque coniugis] *Ita liber Vaticanus.*

10 Ac pænè diuina] *Ita liber Vaticanus,multò quàm vulgati melius.*

12 Mortem magis doluerit] morte *videtur legendum ex libro Vaticano.*

16 Quáque versus] *Vetus liber* quoque versus : *& infra habet,*exsoluendam *pro* soluendam.

IN LIB. X. PHILIPP.

3 Qui te sententiam primùm rogat] prius *habet liber Vaticanus : sed* primus *legendum videtur.*

5 Cur igitur non iis faues,eos laudas, &c.] *Vetus liber*, Cur igitur non iis faues? cur non eos laudas? &c.

11 Certa condicio exercitus, si modò erat vllus exercitus] *Ita est in Vaticano.*

12 Nec enim legiones eæ quæ M. Antonium reliquerunt] *Ita habet liber Vaticanus.*

IN LIB. XI. PHILIPP.

4 Alter in Asiam irrupit cursim, vt in Syriam patebat via] *Mihi magis placet, vt est in manuscripto*, Alter in Asiam irrúpit cursu, cui in Suriam patebat via, &c.

6 Ex hoc illa effecta est] effićta est, *habet liber manuscriptus, & ita omnino legendum opinor.*

ibid. Vllam partem est relicturus] vllā esse partem relicturus, *legendum videtur ex lib. Vaticano.*

4 T. Annium Cimbrum] *Ita Faernus. sed in vetere meo man. codice est*, C. Annium: *& ita olim Ant. Augustinus, ex Quinct. & Suetonio eruditè emendauit.*

15 Quid seuerius decernere] de genere *habet liber Vaticanus, vnde coniici potest legendum esse* de genero : *constat enim Kaleni filiam Dolabellæ nuptam fuisse.*

17 Et illam ignominiam familiæ] à familia *habet liber Vaticanus.*

26 Sicut multa consulem alterum ambóue] *Ita Faernus: quæ lectio ferri potest, licet alij emendarint*, Sicut multis Senatus consultis alterum ambóue, *vel* decernerem planè sicut multi consulem, &c. *nota est autem formula in Senatusconsultis, a.a. hoc est*, alter ambóue.

27 Non igitur Brutus expectauit decreta nostra, cùm studia nosset] *Libentius legerem cùm manuscripto meo codice, pro* expectauit & nosset, expectabit *&* noscet.

30 A. Allieno] *Ita scribendum est antiquis numismatibus auctoribus: licet in vetere libro sit* A. Prolectio, *pro quo* A. Plotio, *posset reponi.*

35 Cùm Parthorum nobilissimos duces, maximásque copias fudit] *Vetus liber*, Cùm Pacori nobilissimi ducis magnas copias fudit.

IN LIB. XII. PHILIPP.

2 Spe allata deditionis] *Placet* oblata.

ibi. Quam amici pacem appellare mallent] *Vetus liber*, appellarent C. Halieni : *vt videatur fort. esse legendum*, Quam amici pacem appellarent, fallaciam alieni.

24 Si licebit manebo] *Deest* &, *vt sit*, & si licebit, manebo.

ibi. Oderint hostem] *Placet* adeant hostem, *vel* adierint.

25 Possum ne igitur satis vobis videri cautus] *Ita est in vetustissimo libro, & meliùs, quàm in vulgatis, qui non habent verbum*, vobis.

Atque

26 Atque impias manus abstinebit] *Videtur transtulisse ex Homerico illo, βαρείας χεῖρας ἀφέξει.*

31 De qua mihi quoniam liberum est spatium] *Vetus liber,* Dúmque mihi liberum est, multò etiam, &c.

IN LIB. XIII. PHILIPP.

3 Barbatios] *Opinor legendum esse* Barbatos. *fuit enim* Barbatus *Antonij Quæstor, vt ex inscriptione antiqui denarij colligitur, & Appiano in libris bellorum Ciuilium.*

7 Virtute præstare tantum vt possint fortunæ culpam non extimescere] *Aliter ac Faernus edidit, locus hic legitur in codice Vaticano: ita enim habet:* Virtutē præstare (tātū enim possūt) fortunæ, &c.

ibid. M. Lepidus Imp. iterū Pont. Max.) *in manuscripto non est vox* iterum, *& rectè, vt opinor: nam M. Lepidus in veteribus & lapidum & numismatum inscriptionibus, numquam (quod sciam)* Imp. iterum *inscribitur.*

10 In prædæ dissipatione) *Vetus liber,* dispēsatione.

15 Hæc si cogitas, es M. Lepidus Pontifex Maximus M. Lepidi Pont. Max. pronepos) *in manusc. codice multò hæc melius leguntur, quàm Faërnus edidit:* Hoc si cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pont. Max. fueris pronepos, *paulò suprà, pro* fortè traduxerit, *legit Ant. Aug.* fortuna duxerit.

ibid. Ardor extingui) *Placet vt legatur,* restingui.

19 Citius delata, quàm scripta) relata *magis placeret.*

24 Ecquod genus) ingenium *mallem pro* genus *& paulò pòst,* mentem mentúmque, *pro eo quod est in vulgatis,* mentum mentémque.

25 Et vt venefica hæc liberetur obsidione) veneficus hac, *habet liber antiquus manuscriptus.*

26 Innocens Gallius) *in vetere libro additum est prænomen M. quod exstat apud Appianum etiam in lib. III. & Suetonium in Tiberio.*

ibid. Viscius nescio quis) Visellius *est nomen familiare*

liare Romanæ temporibus Augusti in antiquis monumentis.

30 Qui verò Prætorij] *Placet* quid,*pro* qui,*vt est in manuscripto.*

ibi. Orbem terræ parere]*Nescio quomodo magis placet* patere *pro* parere:*quæ lectio reperitur in antiquo.*

31 Veteranorum colonias deductas lege S. C. sustulistis) *ita est in antiquo codice sine copula. & paulò post,pro* iure belli,*habet vetus liber*,iura belli.

32 An nescitis neminem Pompeianum) *ita est in vetere codice, cùm in vulgatis desint illa* , an nescitis, *infrà etiam* remisero *scriptum est,pro* emisero.

ibi. Qui quæso iam legis Hirtiæ)*Vetus liber* , quis quæso,&c.*quod placet.*

34 Eadémque adhiberet supplicia nobis) inhiberet *est in antiquo pro* adhiberet.

37 Quam à populo Romano defectionem vocas? potius M. Trebonij mortem quàm Cæsaris persequitur ? *in manuscripto legitur* , quàm à Rep. dissentionem vocas ? Trebonij mortem an Cæsaris persequimur?

40 Quo 'te victore) *videtur pro* quo , *scribendum* quom,*siue,vt Ant. Aug. mauult*,cùm.

IN LIB. XIV. PHILIP.

4 Cæsar tum exercitu per se comparato primis pestibus Remp. liberasset) *ita est in antiquo libro manuscripto:in vulgatis autem videtur abundare particula* tum.

8 Proludium illud, & portentum) prodigium *pro* proludium, *vidi in quodam libro notatum.*

12 Tanta multitudine hostium interfecta : hostium dico ? ita inquam hostium : quamuis hoc isti hostes domestici nolint) *ita legitur hic locus in duobus manuscriptis codicibus , qui sunt apud me, peruetusti.*

14 Me per Idus Quinctiles , qui dies hodie est) *ita est in vulgatis Victorij & Manutij codici-*

 bus,

bus, & malè. Ant. Augustinus legit, Me pridie Quinquatrus,*nihilo meliùs,sed contrario, quàm illi, errore: pugna enim Mutinensis circiter. Idus Apriles facta est: Quinquatrus autem post Idus Martias celebrabantur. Totum autem hunc locum ita legebat Pantagathus,minore vt ipse dicebat strepitu,& commodiore fortasse sensu*: Nonne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam benemerentibus non referri? etiam ne iis, qui omnes suas curas in Reip. salute defigunt? scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me per Idus Apriles, qui hodie est, cum fascibus descensurũ: at quem in Imperatorem crimen inuidia quæritur?credo hoc in gladiatorem, aut latronem, aut Catilinam esse consultum, non in eum, &c.

15 Viribus potiùs suis, quàm Reip. infelicem] ciuibus potius suis. *Ant. Augustinus.*

21 In has sententias meas si consules designati discessionem facere voluissent] *Ita est in vulgatis,& malè. Ant. Augustinus rectè negat designatos, qui iam gererent consulatum: sed nihil repenit.pro* designati *Octauius Pantagathus legebat* dedignati *hoc sensu:quod Antonium non putarent hoc nomine dignum,atque ideò noluerint eam discessionem facere:vix enim credi potest, tollendum esse tam longum verbum, quin aliud pro eo reponendum sit.*

23 Quibus non modò viuis sed etiam victorib⁹ incolumis & florens ciuitas esse potest] *Ita est in duobus manuscriptis, iis denique antiquissimis codicibus. ego tamen vulgatam lectionem retineo, dummodò ex ea & copula, quæ est ante verbum* incolumis,*deleatur.*

24 Quo Hirtium] *Ant. Augustinus legit,*quomodo Hirtium:*& ita videtur legendum.*

36 Prœlio audito & cognito] *in duobus vetustissimis apud me codicibus est*, Prœlio audito, re cognita,*quod placet.*

ibid. Præstantissimóque animo] *Placeret* præsentissimóque,*licet repugnent veteres libri.*

Si

39 Si his videatur] si eis videatur, *est in manuscripto codice: & ita legendum est ex auctoritate veteris senatusconsulti.*

ibi. Locandum, faciendum q. vrb. ad eam rem pecuniam dare, attribuere, soluere iubeant] *Ant. Augustini coniecturam, qua locus est hic restitutus, adiuuat antiquus apud me liber, ex cuius scripturæ vestigiis huiusmodi lectio perspicuè elici potest. eadem Octauio quoque Pantagatho in mentem olim venisse ex eius annotatione ad oram libri cognoui. His autem non dissimilia sunt illa, ex vetere quod est apud me senatusconsulto in ænea tabella*, locum lautitiáque Q. Vrb. eis locare mitteréque iuberent.

ibi. Iis tribuatur] eáque tribuatur *habet liber antiquus manuscriptus, & ita legendum videtur.*

Yyy 2

FINIS.